LOGICA MEXICANA
siue
COMMENTARII IN VNIVERSAM ARISTOTELIS LOGICAM.

Autore R. P.
ANTONIO RVBIO RODENSI,
Societatis Iesu Theologo, & Professore in Regia Mexicanorum Academia.

Cum duplici indice, quorum vnus quæstiones in hac parte discussas, alter res consideratione dignas refert.

PARS PRIOR.

Quæ quid contineat vide versa pagina.

Cum priuilegio S. Cæs. Maiestat. & Superiorum permissu.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus ARNOLDI MYLII Birckmanni.

ANNO M. DC. V.

Explicantur hac priori parte.

Procemiales nec non vniuersales quęstiones.

Prædicabilia Porphyrij.

Prædicamenta Ariſtotelis &

Poſt prædicamenta.

CENSVRA.

SEnatus Regij iussu perlegi Commentarios Reuerendi admodum, & doctissimi Patris Doctoris Antonij Rubij Societatis IESV in vniuersam Dialecticam Aristotelis, in quibus nihil inueni Fidei nostræ sanctissimæ quoquo modo repugnans, sed magnam,& fœcundam eruditionem,nam & stylus eloquentia ornatus est,& claritate perspicuus,&doctrina sensuum vbertate,& soliditate egregia, multumque antiquis Theologis,& Philosophis consentanea:summa etiam in referendis, & discutiēdis aliorum placitis diligentia,& iudicij maturitas: quare eos d gnissimos cēseo, qui in communem studiosorum vtilitatem typis excudantur, erunt enim,& ad erudiendam iuuentutem aptissimi, & his, qui maiores in literis fecere progressus,non parum vtiles. Compluti,anno 1603. quinto Idus Februarij.

Mag. Frat. Petrus de Lorca.

Facultas P. Prouincialis.

EGO Ludouicus Guzmanus Prouincialis Societatis Iesu in Prouincia Toletana, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum patre Claudio Aquauiua præposito nostro generali, facultatem concedo, vt typis mandentur Commentarij in vniuersam Aristotelis Logicam à patre Antonio Rubio Doctore Theologo societatis Iesu, & sacræ Theologiæ Professore compositi, & grauium, doctorumquë hominum iudicio nostræ Societatis approbati: in cuius rei fidem has literas manu nostra subscriptas, sigilloquë nostro munitas, dedimus. 27. Ianuarij Anni 1603. in nostro Collegio Complutensi.

Ludouicus Guzmanus.

Typographus lectori.

l. fals ff. ad l. Corr.

PRodijt, amice Lector, superioribus annis ad oram Balthici maris spurius quidam fœtus, qui adscito sibi falso nomine, contra L. Corneliam, se in familiam nobilissimam vafrè insinuare conatus, non paucis parum cautis imposuit: ille inquā commentarius in Logicam, qui Collegij Conimbricensis speciosum nomen mendaci fronte præfert, quem Patres Societ. IESV iure, & more malo à plagiario quopiam suppositum non agnoscunt pro suo. Et sane obesæ admodum naris sit homo, qui non aduertat commentarium illū ab aliquo iuuēculo imperito, neq; nimium diligente Conimbricæ forsitan, si tamen Conimbricæ, at vbi vbi, alicubi saltem, ex ore docentis exceptum, memoriæ causa, multis omissis tumultuario in chartam coniectum esse, quem velut exasciatum & absolutum Collegij Conimbricensis nomine vulgare, vt modestissime dicam, non erat viri boni. Quare frustra illa phalerata præfatio, frustra tot hederæ prolectantes emptores. Ad populum phaleras, segestria hæc sunt, velandæ merci non probæ. Non mirum quidem, mira, rara, exasciata hæc ijs videri, apud quos prodijt hic fœtus, vt quibus ob crebros Arctoos vapores sensus & philosophandi ratio pinguior crassiorq;, at alia Patribus illis mens est, qui sua non Bauijs aut Mæuijs quibusdam philosophorum, sed raris etiam auribus & mentibus probari student. Talis hic est quem fide meliori damus R. P. RVBII in vniuersam Logicam Commentarius, qui nisi me doctissimorum hominum fallunt iudicia, illam Logicæ Conimbricensis sitim, quæ hactenus torsit multos, si non restinguere ac sedare, at sane lenire ita poterit, vt minus iam molesta sit tam diuturna expectatio. Etsi fore confidimus, vt tandem Patres illi, quos dubio procul graues causæ morantur, ad ceteram eleganter à se elaboratam sapientiæ togam, etiam hanc laciniam attexant aliquando. Interim accipe, amice Lector, velut succidaneum, opus hoc, non ab aliquo iuuenante ingenio calide effusum, sed à veterano & palmario Philosopho ac Theologo, diu multumq; pressum ac politum, quod germanum esse, dignum autore doctissimo, dignum Societate IESV, ipsum sat superq; testabitur. Quare, vt veteri verbo vtar, si tanti vitrum, quanti margaritum, si inquam ille Commentarius adulterinus tam auide à multis exceptus est, quid de hoc sperare fas est? Sed finio, vino huic nulla opus est hedera. Vale lector, his fruere, & paulatim cetera expecta.

ILLV-

ILLVSTRISSIMO, AC RE-
VERENDISSIMO D. D.
IOANNI ALFONSO
à MOSCOSO,

ARCHIEPISCOPO COMPOSTELLANO, NV-
per electo, nunc verò Malacitano Præsuli dignissimo, Regioque Consiliario,

Doctor Antonius Rubius, Theologus Societatis IESV sempiternam precatur fœlicitatem.

OMnia penè commemorabiliter gesta veterum incisa marmoribus è memoria penitus exciderunt, at quæ mentibus amor incidit, nulla vnquã vetustas obruit, nulla prorsus inobscurat obliuio. Mira profectò sunt (Illustrissime Præsul) quæ de tuis olim in Academia Complutensi literis fama vulgauit, ecquis illa non auribus æque simul, ac mente combibit? ecquis antiquum illud docendi munus non seruabit animo? memoria nõ recolet? ore nõ recognoscet? & palam, libereq; profitebitur? si cui forsan aliquando subrepere obliuio cœperit, paulisper excutiat oculorum aciem, illamque reflectat in homines illos, quos tua literis doctrina sapienter instituit, pietas erudijt, ac labor informauit. Innumeri olim tibi discipuli versabantur ob oculos, mihi penè quotidie, qui in viros tandem insigniter eruditos, vnus in Cardinalem amplissimum, atque illustrissimum, de Terranoua nuncupatum, in Episcopum Conchensem alter (Andream Paciecum dico, quem generis nobilitas, amplitudo, insignisq; eruditio summopere commendant) euaserunt, vt interim alios silentio tacitus præteream, qui in diuersis Christiani orbis Ecclesijs honore, ac dignitate illustres, quasi cœlestia lumina prælucent: & quidem quod Deus me in tantorum hominum numero reposuerit, honori, ac fœlicitati ducam eximiæ quamdiu vixero Sed vt veniam ad alia, quæ maioris momenti apud me sunt summatim saltem attingenda, elucent planè in oculis omnium quàm commemorabiliter omnia tibi demandata munera semper obieris, quam præclara pietatis, ac prudentiæ documenta præbueris, quam illustri virtutum officio præluxeris, & anteieris omnibus, præsertim erga pauperes (quod insigne Prælatorum decus, & ornamentum iure censetur) cum in eis alendis totùs sis, ita vt facili, ac mediocri contentus victu, domesticaq; supellectili, quidquid opum, ac diuitiarum supersit, id totum in eorum inopia, ac labore subleuandis non solum insumi patiaris, sed immodica, ac penè diuina liberalitate profundas: hisce igitur duobus veluti gradibus, literis nimirum, ac virtutum officijs, ad summum dignitatis, & gloriæ fastigium euectus es, quibus præeuntibus post duas Ecclesias egregie gubernatas Guadixensem videlicet, ac Legionensem, clarissimum Malacitanæ sedis

ſedis Epiſcopatum obtines, & quod caput eſt, ditiorem, ac digniorem Compoſtellanum Archiepiſcopatum nuper oblatum conſtanti animo recuſaſti, obtentam iam ſedem pro tua ſingulari modeſtia, ac moderatione tibi ſat eſſe ducens: id ego cauſæ potiſsimum habui, vti præ cęteris primos tibi mearum lucubrationum fœtus alacri ſimul, ac lubenti animo dicarem. Accipe igitur (Præſul illuſtriſsime) fructus quos terra tuis ſata manibus, tuis benè mollita, ac ſubacta præceptis haud impari fruge reddit: en flumina in mare, vnde effluxerunt, ſe ſe iterum penitus effūndunt: en meſſem iam diu cupitam, & ſi non plena, læta certè manu colligis. Etenim cum liberalium artium, ac Sacræ Theologiæ ſtudia ardenti ſæpè fueris amplexus animo, cum ea benigne foueris, ſapienter auxeris, conſeruaris, atque promoueris, ſpes eſt fore, vt laborem hunc noſtrū (vel vt melius dicā tuum) humaniter excipias, & ſingulari tua humanitate protegas: exiguum quidem munus, ſed non exigua voluntate oblatum, cui maximum, te fautore, ac patrono, incrementum accedet. Accedat vtinam tuæ huic auguſtiſsimæ dignitati, Deo benè propitio, annis accedat, accedat vtinam immortali apud Chriſtianam Rempublicam honori, & gloriæ tuis ſolum meritis adquiſitæ, & tandem accedat meritis gloriæ ſempiternæ.

AVCTORIS AD LECTOrem Præfatio.

POſt Prælectam trium annorum curriculo Ariſtotelis Philoſophiam, poſt duodecim annos perpetuos, quibus Sacram Theologiam publice profeſſum ſum: poſt adeptam in vtroq; ſtudiorum genere Magiſterij, ac Doctoratus lauream in Regia, ac florentiſsima Mexicanorum Academia, poſt alios demq; labores, quibus rem literariam iuuare, atq; aliqua ex parte augere, & promouere per annos vigintiquinq; (tot enim ferè ſunt, ex quo Complutenſis Academiæ alumnus Deo ita per miniſtros ſuos, & ſuperiores meos præcipiente has oras Mexicanas aduectus ſum) tota virium intenſione curaui, conſilium incidit, vt quaſi repueraſcens me, meaq; ſtudia ad illas facultates iterum capeſſendas tranſmitterem, quæ auſpicium, & tyrocinium eſſe ſolent reliquarum in quibus tantopere cum auditorum non vulgari frequentia, nec pœnitendo fructu (Deo benè iuuante) verſatus fueram, vt ipſi etiam mirarentur diſcipuli, & amici (quibus mea induſtria qualiſcunque, & diuturna in Theologica Schola exercitatio perſpecta erat) quid cauſa eſſet cur homo maturæ ætatis, grauioribus ſtudijs occupatus, aliysq; negotijs intentus, quæ maiorem reipublicæ vtilitatem præ ſe ferrent (ea eſt auditorum obſeruantia erga Magiſtros, ea æmulatio) Philoſophica ſtudia iterum repeterem, in eiſq; vellem conſeneſcere, quaſi hiſce artibus augendis, exornandisq; illi plerumq; ſuā nauent operam, quibus maior ſit iuuentutis ardor, maior recentiorū ſtudiorū alacritas. Et quidem (vt vera fatear, & paucis explicem conſilium meum) hæc eadem ratio, quæ multorum iudicio poſſet me ab his minoribus ſtudijs deterrere, ipſa me mouit, & quaſi impulit, vt hunc laborem ſubirem, quem licet plures cū laude aggreſsi ſint, ſed nō ita multi ea maturitate, & rerum experientia, qua opus eſſet, non dico ad mediocrem Philoſophum inſtruendum, ſed ad perfectū Theologum, & ſuis abſolutum numeris informandum. Ecquis enim eſt, qui neſciat inter omnes

artes,

i. prædicabilium: eamq; recepit ab his Doctoribus vniuersa schola, sed ex diuersis modis eam accipiendi, iuuenum ingenia dum vtentem, & docentem logicam tanquam duplicem habitum intelligunt, valdè confunduntur, operæpretium igitur erit eam sic elucidare, vt facilè capiatur, definireq;, an logica vtens sit verè, & propriè scientia, & distinctus habitus à docente, vel idem, hoc est enim quod in cõtrouersiam vocamus.

De dialectica vtente ponitur. I. opinio.

Sed prius statuere oportet an logica vtens de tota ipsa logica dicatur, vel de sola parte topica, quod est quærere, an dum in cæteris scientijs definitiones, diuisiones, ac demonstrationes construimus, dicamur vti logica docente, eiusmodi instrumenta conficere, secundum analiticam partem, quemadmodũ dũ probabiliter differentes circa eandem materiam, vtimur topica, cuius proprium est talia argumenta extruere, & videtur quibusdam modernis interpretibus vtentem logicam solum pro parte topica supponere, non pro analitica.

Eius fundamentum. D. Thom.

Quorum vnicum fundamentum est, quoddam testimonium Diui Thomæ, qui 4. Metaph. lect. 4. id videtur planè docuisse in hæc verba: *Dialectica potest considerari secundum quod est docens, & secundum quod est vtens: secundum quidem quod est docens habet considerationem de istis intentionibus, instituens modum, quo per eas procedi posit ad conclusiones in singulis scientijs probabiliter ostendendas, & hoc demonstratiuè facit, & secundum hoc est scientia: vtens verò est, secundum quod modo adiuncto vtitur ad concludendum aliquid probabiliter in singulis scientijs, & sic recedit à modo scientiæ, & similiter dicendum est de sophistica, quæ prout est docens, tradit per necessarias, & demonstratiuas rationes modum arguendi apparenter, secundum verò quod est vtens, deficit à progressu veræ argumentationis, sed in parte logicæ, quæ dicitur demonstratiua, sola doctrina pertinet ad logicam, vsus verò ad Philosophiam, & ad alias particulares scientias, quæ sunt de rebus naturæ: & hoc quidem, quia vsus demonstratiuæ consistit in vtendo principijs rerum, de quibus fit demonstratio, quæ ad scientias reales pertinet, non vtendo intentionibus logicis: & sic apparet, quod quædam partes logicæ habent ipsam scientiam, & doctrinam, & vsum sicut dialectica tentatiua, & sophistica, quædam autem doctrinam, & non vsum, sicut demonstratiua, &c.* Hæc Diuus

2. Tho. Quibus vtentem logicam in sola parte topica ponit: cuius hanc rationem reddit, quia logica secundum quod est vsus definiendi, diuidendi, ac demonstrandi in cæteris scientijs, non tam dialectica appellanda est quam Philosophia, aut quælibet altera scientia circa cuius materiam talis vsus versatur.

Ex opposita verò parte extat communis modus loquendi, ac sentiendi totius dialecticæ scholæ, quæ logicam adæquatè partitur in docentem, & vtentem, docentis nomine eam intelligens in quantum conficiendorum instrumentorum præcepta tradit, & naturam modi sciendi in eis consistentem contemplatur: nomine verò vtentis eandem, vt ea in materia cæterarum scientiarum vtimur præfata instrumenta conficientes, qua propter necessariam esse simpliciter ad eas (perfectè saltem obtinendas) quæstione præcedenti stabilitum est.

Extat etiam efficax ratio, quæ id videtur conuincere, nam tantum se extendit logica vtens, quantum vsus logicæ docentis: sed logica docens de omnibus, & singulis partibus dicitur (vt de se est manifestum) ergo vtens non ad solam partem topicam, sed etiam ad analiticã se extendit. I. ratio.

Secundo, pars topica dicitur logica vtens, quia topicis, aut probabilibus syllogismis vtimur ad probabiliter differendum in quacunq; materia, sed etiam vtimur definitionibus, diuisionibus, ac demonstrationibus, quæ non minus sunt eius instrumenta, quam syllogismus topicus, ergo pro parte etiam analitica verè ac propriè vtens appellabitur. II. ratio. 3.

Ad nodum soluendum aduertenda.

Controuersia hæc de nomine fore videtur, nihilominus, vt proprium modum loquendi teneamus, & si aliquid de re contineat, expediamus, simulque verba Diui Thomæ (quæ veritatem vtriusque absque dubio continent) elucidemus, adnotare oportet modum, quo dialectica se habeat ad cæteras scientias, quidve ad exercitium earum conferat, quomodo etiam se habeat ad exercitium probabiliter differendi, & vt hinc exordium sumamus: instrumenta omnia, quæ per artem dialecticæ extrui possunt, quibus modus sciendi continetur, formam & materiam habent: formam vocamus dispositionem partium ex quibus conficiuntur, vt formam definitionis genus, & differentiam simul vnita, ex quibus construitur definitio: syllogismi in communi, dispositionem in modo, & figura, demon- Nota.

ſtrationis verò, principia in quantum cauſam, aut effectum concluſionis continent, & ratio formalis ei aſſentiendi ſunt, pariter quæ de reliquis inſtrumentis: materiam vocamus terminos, aut propoſitiones circa quas talis verſatur diſpoſitio, vt voces ipſas, quibus deſignantur genus, & differentia, imò & rem quam ſignificant: has etenim ſub ratione generis, & differentiæ intellectus concipit, & ordinat, in formamque definitionis redigit, & eaſdem in formam ſyllogiſmi, aut demonſtrationis diſponit: diſtribui ſolet materia hæc in neceſſariam, contingentem, atque remotam, & illa demonſtratione deſeruit, iſtæ verò cæteris ſyllogiſmis: ſed forma adhuc ſubdiuiditur in vniuerſalem, & particularem, ſeu in communem, & propriam: & communis forma demonſtrationis (vt in ea exemplum ſubijciamus) duplex eſt, vna communiſſima, quæ vocatur diſpoſitio in modo, & figura, quam communis definitio ſyllogiſmi tradita ab Ariſtotele 1. libro de priori reſolutione, capite primo, explicat, dicens, ſyllogiſmum eſſe orationem, in qua quibuſdam poſitis (hoc eſt in modo, & figura diſpoſitis) aliquid neceſſario ſequitur per ea, quæ poſita ſunt, id eſt, virtute præmiſſarum: minus verò communis præfatam contrahens ad rationem demonſtrationis eſt ſpecialis modus inferendi euidenter neceſſariam concluſionem ex neceſſarijs principijs, ſpecialis verò forma vtramque contrahens ex talibus principijs accipitur, ex quibus talis infertur ſcientifica concluſio: & cum ita ſe habeat genus ſeu conceptus communis in particulari, ſeu ſpecifico clauſus, quod ad eandem ſpeciem, quam differentia cũ contrahens conſtituit, ſpectat, vt animal per differentiam rationale, contractum ad hominem, & per differentiam Leonis ad Leonem, ſit, communes formas contractas per principia Philoſophiæ, ad Philoſophicam demonſtrationem, & ſcientiam ſpectare, & ad Metaphyſicam contractas per principia eius, ſicque de cęteris dialecticæ inſtrumentis, ſecundum proportionem ad quamlibet ſcientiam applicatis: itaque demonſtrationes particularium ſcientiarum à dialectica participant communem formam ſyllogiſticam, & communem quoque formam demonſtrationum eam claudentem vtranque verò tanquam communis contrahitur per ſpecialiſſimam talium principiorum, ita vt ex vtraque communi per particularem contracta, & particulari contrahente reſultet ſpecialis demonſtratio pertinens ſimpliciter ad talem ſcientiam: vnde fit vſum dialecticæ in Philoſophia non eſſe aliud, quam applicationem inſtrumentorum eius ſecundum rationem communem (nam hoc modo ab ea procedunt) ad ſpecialem rationem cuiuſlibet ſcientiæ, ex qua applicatione fiunt propria ſingularum ſcientiarum, quod exemplis fiet manifeſtum: hæc definitio natura eſt principium motus, & quietis eius in quo eſt, &c. Simpliciter eſt definitio Phyſica: nam licet formam vniuerſalem definitionis ex dialectica habeat, propter ſpecialem tamen, quam habet à Philoſophia ad illam pertinet, & ſi pertinet ipſa, id etiam quod ex dialectica habet ad illam quoq; pertinebit, iuxta vniuerſalem regulam referentem genus, ad ſpeciem, quam conſtituit cum eo differentia contrahens.

4. Ex quibus ſequitur vſum dialecticæ quantum ad analiticam partem Philoſophiam eſſe, ſi in Philoſophia conſtruantur demonſtrationes, & Metaphyſicam, ſi in Metaphyſica, ſicque in cæteris ſcientijs: De vſu autem topicæ alia eſt ratio, nam cum topicus ſyllogiſmus non generet ſcientiam, ſed opinionem vſus dialecticæ, qui eſt applicatio formæ ſyllogiſticæ ad veritates illas probabiles, non pertinet ad alteram ſcientiam, ſed ad dialecticam potius, pro eadem parte topica refertur: cuius proprium munus eſt ad vtranque partem diſſerere de quocunque propoſito problemate, ſeu propoſitione probabili, quod vt oſtenderet Ariſtotel. in libris topicor. exemplis diuerſarum rerum, diuerſarumque materiarum vtitur in locorum dialecticorum expoſitionibus. Nam licet opiniones, quæ verſantur circa res Philoſophicas, aut Theologicas, ex parte materiæ, quodammodo reducantur ad has ſcientias: ſyllogiſmi tamen dialectici dicuntur, propter formam dialecticæ propriam, quæ in eiſdem prædominatur, tanquam quid perfectius.

5. Et hæc doctrina veritatem rei aperit, & teſtimonium Diui Thom. egregiè exponit, veritatem quidem in eo conſiſtentem, quod dialectica vtens vocatur non ſolum quantum ad partem topicam, ſed etiam quantum ad analiticam (vt efficacium probauit argumenta, in fauorem huius partis præiacta) diuerſa tamen ratione, nam vſus dialecticæ quantum ad partem analiticam, non diſtinguitur re ipſa ab ea ſcientia, cui applicatur, vel in qua ver- *Oſteditur veritas res. D. Tho. explicaturq; teſtimoniũ.*

ſatur.

satur, sed ad constitutionem eius concurrit, quare & denominationem eiusdem suscipit quasi amissa propria: vnde dicere possumus vsum dialecticæ esse Philosophiam, seu Metaphysicam, si in eis repetiatur, & dialecticam in quantum concurrit ad constitutionem syllogismorum, ac demonstrationum in eisdem, ac alijs scientijs esse vtentem: quantum ad partem verò topicam, quia non coniungitur scientiæ, sed opinioni, propriam artis logicæ denominationem retinet quantum ad vsum: ac propterea dialectica vtens, potius, quam hæc, vel illa opinio vocatur, & hunc sensum tenuit D. Thom. vt verba eius planè ostendunt.

Sitne dialectica vtens scientia, habitusq; à docente diuersus.

HIs expeditis ad principalem controuersiam, quam postremum illud argumētum excitabat, deueniendum est, vtrum dialectica vtens pro tota ipsa, & non pro sola parte topica supponens sit scientia, & scientia distincta à dialectica docente.

I. Opinio. Et quod sit verè scientia, & non habitus à docente diuersus, videtur tenere Nyphus, 4. li. Metaph. tex. 5.

Ratio. Quod hac ratione fulcitur: ex eo quod quidpiam habitum logicæ docentis circa alias scientias exercet, redditur facilis, ergo veram comparat facilitatem in intellectu: & per actus prodeuntes ab habitu scientiæ, quem præsupponit, ergo eiusmodi actus intendunt, ac perficiunt habitum scientificum, atque adeò habitus ipse, vt est eorum principium, vera scientia est. Patet autem, sic esse
7. vtentem dialecticam, ergo dialectica vtens verè scientia est docentem perficiens, ac propterea non diuersa scientia, vel habitus ab ea.

Alia opinio ponitur cum fundamentis.

II. Opinio. ALij verò ex modernis Aristotelis interpretibus, & scientiam esse affirmant & distinctam à docente, vt autem vtrumque ostendant, duplices actus, vel officia dialecticæ distinguunt, priores sunt, quibus docemur instrumenta sciendi componere, vt definitionem, diuisionem, ac demonstrationem iuxta præcepta huius artis: posteriores verò actus sunt, quibus tradita præcepta conficiendorum instrumentorum ex-

ercemus extruendo definitiones, diuisiones, ac syllogismos: & cum ex actuum frequentatione gignantur facilitates in potentijs, quas vocamus habitus, necesse est, ex diuersis actibus diuersos quoque habitus generari: nam primo redditur facilis intellectus ad tradenda præcepta, quibus traditis aliam facilitatem sibi comparat ex vsu eorundem præceptorum, componendo præfata instrumenta iuxta naturam eorum: itaque primo fit facilis intellectus ad præscribenda præcepta, cognoscendumque in vniuersali, quo nam modo extruendus sit syllogismus, seu quodlibet aliud instrumentum, deinde ad ea exercenda per actualem extructionem instrumentorum, extatque huius rei exemplum in musica, ac domificatoria arte: in quibus duplex facilitas acquiritur, vna, per quam intellectus redditur facilis ad cognoscendum modum, quo domus extruenda est, præceptaq; tradenda ad eam exædificandam: altera, per quam membra facilia redduntur ad eandem artem exercendam per actualem exædificationem: & modo simili in Musica facilis intellectus redditur in tradendis consonantiarum regulis, deinde facilia redduntur instrumenta corporis, per quæ exercenda est, & priorem voca- 1.
re solent Theoricam, posteriorem verò practicam; pariter ergo duplicem dialecticæ habitum ponere debemus: primum, qui sit quasi Theorica, seu speculatiua, postremum, qui sit quasi practica, & ille habitus erit logica docens, iste verò logica vtens, & ratione huius vtentis logicæ, etiam qui sustinent speculatiuam scientiam esse simpliciter nō grauātur concedere, secundum quid esse practicā, hoc est, quantum ad vsum.

Quod logica vtens sit habitus distinctus à docēte. Probatur primo.

Quibus expeditis vtrunque probare nituntur: primum quidem quod duplex sit habitus ex ipsius nominis Etymologia, nam à cunctis appellatur logica vtens, & à nemine vsa, vel exercita, intelligunt igitur nomine vtentis logicæ, actiuè vtentem, non passiuè, sed actiuè vtens est habitus, docentem logicam præsupponens, ergo erit alter habitus.

II. ratio confir.

Quod in hunc modum potest corroborari, nam cæteræ scientiæ ex eo, quòd modo sciendi vtuntur in suis demonstrationibus extruendis, non dicuntur logicæ vtentes, alioqui tot essent logicæ vtentes, quot sunt scientiæ, imò dialectica ipsa docens, diceretur vtens, dum syllogismos in propria materia extruit: quæ cum planè absurda sint, sequitur po-

nendum esse alium habitum actiuè vtentem eisdem instrumentis, ab habitu docentis secretum, & iste erit propriè dialectica vtens.

9. II. ratio. Secundo, syllogismus constructus in Philosophia naturali, non est ab habitu huius scientiæ (minimè differentis de syllogismo vt syllogismus est) elicitus, sed nec procedit à dialectica docente, nam hęc solũ versatur in tradendis præceptis, modoque præscribendo in vniuersali, quo syllogismus extruendus sit, erit igitur actus elicitus ab alio habitu, qui sit logica vtẽs, & imperatus à logica docente, & quasi dirigẽte vsum.

III. argu. Postremò, nam duobus modis contingit, quod quispiam habeat vtentem logicam, nempe simul, cum docente, vel sine illa: vt si nesciens pręcepta, syllogismos nihilominus exactos extruat, & si primo habeatur modo, perfecta erit, si secundo, imperfectissima, cum sit erroribus exposita, & ecce tibi causam distinctionis habituum necessariam, quod vnus possit ab altero re ipsa separari.

Quod vterque habitus sit scientificus. Probatur primo. Secundum verò quod vterque habitus sit scientificus, exploratum est ex parte logicæ docẽtis, sed probant ex parte vtentis primo, nam, vt actus extruendi syllogismum in particulari perfectus sit, & sine errore procedat, præsupponere debet scientificam cognitionem modi, quo extruendus est, & causarum, ob quas tali modo, & non alio extrui debet: quæ ex docente logica habentur, ergo talis actus extruendi, eam præsupponit ordine naturæ, quare repugnat ab ea procedere, cum & habitus docẽtis nõ sit facere, sed docere modum, quo syllogismus procedat, ergo ab alio habitu distincto, quem vtentem logicam vocamus, & modo quidem scientifico, cum præsupponat modum, quo fieri debet, eiq; innitatur.

II. ratio. Secundo, dum quispiam syllogismos, ac demonstrationes conficit in cæteris scientijs, præceptis vtitur à dialectica docente traditis, iuxta quorum tenorem talia instrumenta efficit, oportet igitur, vt certo atque infallibiliter cognoscat se exactè vti talibus præceptis, alioqui non assequetur scientiam, sed opinionem, ergo talis vsus scientificus est, vtpote scientificam notitiam eorundem præceptorum præsupponens: pariet igitur facilitatem, & habitum vtendi scientificum, qui cum sit à logica docente distinctus, duplex erit necessario multiplicanda scientia, dialectica nempe docens, & vtens.

10. III. argu. Probant tandem, quia si aliquis sola fide humana pręcepta syllogismorum extruendorum teneat, & huic soli fidei subnixus syllogismos in reliquis scientijs exerceat: talis vsus dialecticæ non erit scientificus, imò neque scientia per tales syllogismos comparari poterit: si ergo euidentem eorundem præceptorum notitiam fuerit assecutus, talis vsus scientificus erit: sed talem habet notitiam, qui logicam docentem comparauit, ergo per actum verè scientificum præceptis eius vtetur in reliquis sciẽtijs, veráq; scientiam assequetur, quæ dialectica vtens vocabitur.

Propria sententia proponitur, & corroboratur.

Conclu. Nostra sententia est vtrique opposita, dialectica vtens, vt vtens, nec est verè scientia, nec habitus distinctus à logica docente, sed habitus idem prout ars est, singulares syllogismos, & demonstrationes efficiẽs in cæteris scientijs: hanc sententiam tenuit expressè Diuus Thomas 4. metaphysic. lectione 4. (D. Thom.) vt verba huius testimonij nuper à nobis relata ostendunt, ait enim logicam vtentem à modo scientiæ recedere: sed quia duplici constat parte, oportebit sigillatim probare vtramque.

Prima pars quod dialectica vtens non sit scientia. Probatur primo. Prima pars affirmat dialecticam, vt vtentem non esse scientiam, quam sic probo: Conclusio scientifica est actus per demonstrationem ex principijs proximè deriuatus, sed actus dialecticæ vtentis non habetur immediatè per demonstrationem ex principijs per se notis, ergo non est scientifica conclusio, nec proinde habitum scientiæ gignere valet: probatur minor (nam cætera ex se patent) talis actus (vel ipsismet aduersarijs confitentibus) non est alius, quam singularem syllogismum facere, vel demonstrationem quantum ad exercitium, vt sic loquamur, sed syllogismum efficere non est conclusio demonstrationis, neq; ex aliquibus principijs proximè deriuatur, cum principia dialectica non sint alia ab his, quæ modũ efficiendi præscribunt, à quibus patet non procedere immediatè syllogismorum cõstructionẽ, ergo non est scientia. 11.

II. ratio. Secundo scientia proximè versatur circa vniuersalia, etiam si practica sit, nam de singularibus, nec definitio, nec scientia est, quod habes apud Aristotelem sæpè repetitum: sed dialectica vtens, vt vtens, non versatur circa vniuersalie, sed immediatè circa singularia, ergo vera scientia esse nequit: probatur minor,

pro-

proprius actus eius est construere singulares syllogismos iuxta præcepta tradita à docente, ergo licet hanc præsupponat de vniuersalibus agentem, ipsa tamen, vt vtens est, non versatur circa vniuersalia, sed solum circa singularia, quare nec vera scientia esse potest.

Confir.

Quod in hunc etiam modum corroboratur, conclusio scientifica generans scientiam, continet veritatem necessariam speculatiuam aut practicam, dicitque rem ita esse, aut non esse, cum scientia sit habitus verus, certus, & euidens, & demonstratio per quam gignitur, ex veris, & primis debeat procedere, vt Aristote. præscripsit 1. lib. de post. resol. cap. 2. sed actus vtentis dialecticæ, qui est constructio singularis syllogismi, nihil verum, aut falsum cõtinet speculatiuæ, aut practicæ scientiæ licet fiat iuxta præcepta eius, ergo deficit plane à ratione scientifici actus (vt egregiè Diuus Thomas) & habitum scientiæ parere nequit.

Secũda pars quod vtens nõ sit habitus à docente diuersus probatur.

Secunda pars nostræ sententiæ asserit, dialecticam vtentem non esse habitum distinctum à docente, sed eundem prout ars est, singulares syllogismos ac demonstrationes in cæteris scientijs efficiens: quod vt clarius ostendamus tãquam certa res præsupponẽda erit: dialecticam docentem simul esse scientiam, & artem, non quidem ex mechanicis, quę versantur circa externa opera, sed ex liberalibus ad operationes animæ dirigendas ordinatis: quæ idcircò liberales vocantur, quia circa operationes animæ liberas versantur: hanc etenim artium diuisionem insinuat planè Aristot. 6. lib. top. c. 4. solas artes primi ordinis tales esse simpliciter appellandas constituens: quod autem dialectica inter liberales sit connumeranda docuit expresse Diuus Thom. 1. 2. quæst. 57. art. 3. ad 3. & 1. lib. de post. resol. lect. 1. hisce verbis: *Ad actus humanos faciliter, & ordinatè perficiendos diuersæ artes deseruiunt: nihil n. aliud ars esse videtur, quã certa ordinatio rationis quę per determinata media ad debitum finem actus humani perueniunt, ratio autem non solum dirigere potest inferiorum partium actus, sed etiam actus sui directiua est: hoc enim est propriũ intellectiuæ partis, vt in seipsa reflectatur, nam intellectus intelligit seipsum, & similiter ratio de suo actu ratiocinari potest: sic igitur ex hoc, quod ratio de actu manum ratiocinatur, adinuenta est ars ædificatoria, vel fabrilis, per quas homo faciliter, et ordinatè huius actus exercere potest. Eadem ratione ars quadam necessaria est, quæ sit directiua ipsius actus rationis, per quam scilicet homo in ipso actu rationis ordinate, & faciliter, & sine errore procedat: & hæc est ars logica, id est rationalis scientia, quæ non solum rationalis est ex hoc, quod est secundum rationem, quod est omnibus artibus commune, sed etiam ex hoc, quod est circa ipsum actum rationis, sicut circa propriam materiam: & ideò videtur esse ars artium, quia in actum rationis nos dirigit, à quo omnes artes procedunt, &c.* Hæc Diuus Thomas quæ etiam apertè colliguntur ex doctrina Aristotelis vbi supra, sic definiẽtis artem, quod sit habitus cum ratione factiuus, vel actiuus: per factiuum Mechanicam intelligens, quę versatur circa externum opus, & per actiuum liberalem, sub qua dialectica compræhenditur, quę vt opera rationes dirigit, est habitus cum ratione actiuus: ita absque dubio, vt idem sit habitus rationem scientiæ, & artis continens: nam in quantum præcepta tradit per demonstrationem extruendi syllogismum, cæteraque instrumenta, quibus medijs operationes, ordinantur, vera scientia est, & logica docens appellatur: at in quantum habitus idem syllogismos, ac demõstrationes singulares, eadem præcepta exequens, conficit in reliquis scientijs, rationẽ artis habet communem cum mechanicis, quæ pro operibus externis cum ratione efficiendis ponuntur, & hoc modo est, & appellatur logica vtens: nam cum vsus nõ sit aliud, quam executio singularis operationis, vsus logicæ vocatur effectio syllogismi, aut demonstrationis: & vtens logica habitus ipse, & eiusmodi singulares operationes exequitur, hoc enim distinguitur ars à sciẽtia (vt ibidem docet Aristoteles) quod hęc circa vniuersalia, illa proximè circa singulares operationes versatur.

Dialectica est liberalis ars simul, & scientia.

D. Thom.

12.

Diuisio logicæ in docentem, & vtentem eadem est, ac in scientiã, & artem.

Et ecce quo pacto distinctio dialecticæ in docentem, & vtentem, eadem est, ac si eam in scientiam, & artem distinguamus, vt enim est scientia per ordinem ad actus, quos in vniuersali elicit circa vniuersalia obiecta, sic est ars per ordinem ad singulares.

Quod non sint diuersi habitus probatur.

Quod autem ratio scientiæ, & artis liberalis non sint diuersi habitus in dialectica, præter auctoritatem Diui Thomę, id expresse asserentis (vt vidimus) probatur euidenti ratione, nam habitus logicæ docentis per primam demonstrationem comparatus, habet pro obiecto modum sciendi, cuius naturam contemplatur, & opera rationis, quorum est directiuus, sed eo

ipso, quod docet syllogismos, ac demonstrationes extruere, & his medijs ordinat opera rationis, habet virtutem eadem instrumenta condendi in singulari, nullo alio instrumento indigens ad executionem operis singularis, ergo eo ipso est habitus cum ratione a ctiuus, quæ est definitio artis liberalis: tamen ordo reperitur inter vtranque rationem eiusdem habitus, vt ratio scientiæ primaria, ac potissima eius sit, ratio artis quasi secundaria, & ita habes logicam vtentem esse eundem logicæ docentis habitum, non vt scientiam, sed vt artem singulares actus sibi proprios syllogismorum, ac demonstrationum proximè concernentem.

Occurritur argumentis vtriusque partis opposita.

Nota. VT argumentis aliarum opinionum facilius, occurrere possimus obseruandum est dialecticam, vtpote proxime operationes dirigentem, non esse de his artibus, quæ per membra corporis externa exercentur, sed sicut intellectus ipse actus eiusdem habitus scientificos proxime elicit, pariter singulares exequitur, proxime ab eodem habitu, vt arte prodeuntes: vnde, non indiget noua facilitate, aut nouo habitu, sed idem sicut per actus scientificos perficitur, vt scientia, sic per actus singulares perficitur, vt ars, & appellatur dialectica vtens, quemadmodum sub ratione scientiæ docens, quod eisdem exemplis domificatoriæ artis, atque etiam musicæ facilè ostendi potest: eiusmodi enim, vtpote per membra corporis exercendæ, præter facilitatem intellectus, quem propriè vocamus habitum, indigent noua facilitate eorundem membrorum, quæ non habet propriam rationem habitus, aut artis, vt docet Aristoteles 1. lib. Ethicor. cap. vltim. & Diuus Thomas 1. 2. quæstione 50. articul. 1. ad 3. sed quandam similitudinem, prout ab habitu intellectus pendet, cum quo vnum, atque integrum habitum constituit. Etenim cum partes corporis non sint aptæ à ratione moueri imperio ciuili, sed (vt aiunt) despotico, ad instar serui, non sunt proprij habitus (qui potentiam aliquo modo liberam, aut indifferentem pro subiecto postulant) capaces, dialectica ergo cum per intellectum proxime vtrosque actus scientiæ, & artis vniuersales, & singulares eliciat, non indiget duplici facultate, vel habitu, sed sufficit sibi vnica in ratione scientiæ, & artis per scientificos, & singulares actus diuersa ratione perficienda, & hæc doctrina diluit planè argumentum in fauorem primæ opinionis præiactum.

Ad I. primæ opinionis.

Secunda opinio duplici argumentorum ordine fulciebatur, nam primo probare contendebat, dialecticam vtentem esse habitum à docente distinctum, deinde esse distinctam scientiam: & primum argumentum primi ordinis sic soluendum est, vt intelligamus duplicem illam rationem scientiæ, & artis in dialectica repertam, ita se habere, vt sicut ratio scientiæ perfectior est, sic etiam intellectu prior: nam prius intelligimus, quod præcepta operandi in vniuersali tradat, quam quod ad ea in singulari exercenda ordinetur: eiusmodi autem prioritas rationum sufficit, vt ipsamet logica docens dicatur, traditis à se præceptis vti in alijs scientijs, ita vt quasi actiuus vsus ei attribuatur, quanquam instrumenta condita per applicationem ad alias scientias, ad eas potius, quam ad dialecticam pertinere censeantur, vt superius adnotauimus.

Ad I. primi ordinis secundæ opinionis.

Ad formam igitur argumenti dicimus, vtentem logicam docentem præsupponere, negamus tamen esse alium habitum, sed est idem perfectus tamen in ratione artis per vsum: itaque logica, vt vtens non est aliud, quam perfectio eiusdem, vt habet rationem artis, vel (vt clarius rem explicemus) non est aliud quam vsus eiusdem, vt artis, ex quibus planè ostenditur, quam sit alienum à ratione eius ponere, quod distinctus sit habitus à docente. Quod autem additur primo, cæteras scientias vsum dialecticæ claudentes, non vocari vtentes dialecticas, verum est: nam licet dialectica vtens ad earum demonstrationes suo modo concurrat, quidquid ab ea participant, cum generalis quædam ratio sit, contrahitur per principia particularia, imbibiturque in specie talis demonstrationis, ac talis scientiæ, cuius denominationem potius suscipit, non secus ac prædicata generica, quæ imbibuntur in specie, suscipiunt denominationem eius: vnde ex eo non infertur distinctio logicæ vtentis à docente. Quod etiam secundo additur de vsu logicæ circa propriam materiam, sic soluendum est, vt intelligatur suo etiam modo esse vtentem, dum syllogismos, ac demonstrationes construit ad exercenda propria præcepta, & talem vsum, seipsã, vt scientiã, & artem præsupponere, rationemq; artis perficere.

Ad formã argum.

Ad se-

Ad secundum. Ad secundū dicimus syllogismum in Philosophia, alteraue scientia constructum, esse actum elicitum ab vtroque habitu, particularis nempè scientiæ, ac dialecticæ vtentis, non vt scientiæ, sed vt artis, ab hac quidem secundum generalem rationem formæ syllogisticæ, aut demonstrationis, ab illa secundum specialem talium principiorum, à quibus generalis forma, quam participat ex vsu dialecticæ contrahitur: per talem igitur vsum concurrit dialectica ars ad generationem particularis scientiç, ac se ipsam simul perficit (vt expositum est) quare non est necessarius alter habitus.

Ad tertium argum. Vltimum argumentum huius ordinis facile diluitur, nam casu, quo quispiam non habeat docentem logicam, quæ sit scientia, sed quæ sit opinio (si præceptorum doctrinam sola fide humana teneat) nihilominus logica vtens in eo dum syllogismos extruit, erit eadem opinio præceptorum, vt habet rationem cuiusdam imperfectæ artis per humanam fidem habitæ: itaque non minus haberet tunc, vtranque rationem vniuersalis cognitionis opinatiuæ, atque etiam artis in quantum ordinatur ad singulares operationes, siue ad extruendos singulares syllogismos, & sub hac consideratione per proprium vsum se perficeret.

Ad primū secundi ordinis. Ad primum secundi ordinis admittendum est, vtentem logicam præsupponere docētem, non vt habitum distinctum, sed vt habitus idem in esse perfecto se ipsum, vt imperfectum solet præsupponere, a quo nec procedere repugnat, quia sic ab eo procedere, non est aliud quam eundem habitum se ipsum perficere per proprios actus, & ita se res habet in dialectica vtente, quæ non est aliud, quam habitus docentis in ratione artis semetipsum perficiens: quare non sequitur esse habitum distinctum, & longè minus scientificum, sed actus, vel vsus scientificus dicitur extructio syllogismorum, quia est actus, vel vsus artis, quę simul est scientia, non quia proxime elicitur ab habitu scientifico, vt tali, quod omnino oporteret, vt esset actus, per quem gigneretur scientia.

Ad secundum. Et modo simili respondetur ad secundum, quod sicut talis vsus procedit a logica docente, vt arte, ita eam reddit sub eadem ratione faciliorem: vnde negandum est scientificam facilitatem parere aut scientificum habitum.

Ad tertium. Postremum ex præcedentium solutionibus diluitur, iam enim dictum est tales actus extruendi singulares syllogismos non esse formaliter scientificos, quia non eliciuntur ab habitu, vt habente rationem scientiæ; sed artis: tales autem vocari posse, quia ab habitu, qui re ipsa scientificus est, prodeunt: si autem formalem rationem eorum vno verbo explicare velimus; dicendum erit esse actus talis artis semetipsam perficientis: vnde fit non parere facilitatem scientiæ, formaliter, sed artis, re autem ipsa eundem habitum logicę docentis perficere.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrùm logica sit vnus simplex habitus, vna ve simplex qualitas.

Notanda, vt ad statum controuersia perueniatur.

VT melius elucescat, vnde specificatio logicæ desumi debeat, & eius natura satis cognoscatur: sit ne simplex qualitas, vel composita reliquum est disputemus. Triplex consideratur in scientijs sicut in cæteris rebus vnitas, generica, specifica, & numerica: vna numero appellatur scientia, quæ est in vno intellectu, cum commune sit accidentibus numericam vnitatem à subiecto accipere, tot igitur erunt numero distinctæ dialecticæ, quot fuerint intellectus hac scientia præditi: specificam verò vnitatem sortitur scientia eadem ratione, qua potentia ex vnitate specifica obiecti: vna est potentia visiua in cunctis hominibus, qua vnum habet obiectum visibile secundum speciem, sub quibus visibilia conueniunt: & vna erit scientia secundum speciem, quæ vnum formale obiectum habuerit, sub cuius ratione specifica formali conueniunt quæcunque in ea tractari possunt: genere autem dicuntur conuenire scientiæ, quæ in eodem gradu abstractionis à materia continentur, vt Geometria, & Arithmetica sunt scientiæ eiusdem generis, quia vtraque abstrahit à materia sensibili, alterius verò est vtraque Philosophia naturalis, & moralis, sensibilem materiem concernens, & istæ ab illis genere differunt propter diuersam abstractionem à materia, genere etiam vna proprius appellabitur scientia, quæ multis habi- 1. Triplex vnitas consideratur in scientijs.

habitibus specie diuersis constat, si possibile sit plures habitus ita diuersos eandem scientiam constituere.

2. II. obseruandum est. Et de vnitate quidem numerica controuersia esse nequit, cum notum sit logicam nō esse vnam numero, sed plures iuxta distinctionem intellectuum, sed nec de vnitate generica abstractionis, nā licet difficile sit gradum abstractionis à materia designare, sub quo constituatur, citra dubium tamen esse debet ad aliquem ex tribus assignatis esse referendam: & arbitror ad abstractionem Metaphysicæ reduci propter similem modum vniuersalitatis, ratione cuius omnino videtur à materia abstrahere, cum propria instrumenta, & sciendi modos nō minus in rebus spiritualibus, quam materia affectis, nec minus in substantia, quam in accidētibus construere doceat, estque illud magno argumento, quod Aristoteles produxit exempla syllogismorum, ac demonstrationum in elementis nihil significantibus, vt planè designaret nihil, aut parum referre, quod in hac, vel illa materia fiant, aut in rebus ea omnino carentibus: huc igitur reducitur controuersia, statusque eius iste est, an dialectica sit vna scientia, genere sub se continens plures habitus specie diuersos, sed certo modo ordinatos, ita vt vnam scientiam aliquo modo cōstituant, si enim ita sit vna non erit vna simplex qualitas, aut habitus, sed multiplex, vel certè vna erit vnitate specifica, & atoma, si talem habituum multiplicitatem non admittat, sed vnitatem habeat similem ei, quæ reperitur in potentijs.

II. obser. Obseruādum secūdo est, illud, quod est vnū simplex, esse posse, atque compositum, vt Deus Optim. & Maximus, sic est vnus, vt etiam sit

3. simplex non admittens in se vllam compositionem, quælibet autem creatura aliquam compositionem admittit, & idcircò summam illam vnitatem non attingit, & in hoc sensu exploratum est dialecticam non esse simplicem qualitatem, cum compositionem generis, & differentiæ, vt minimum admittat, atque etiam ex partibus integrantibus intensionis, & extensionis, sed solum potest esse simplex qualitas, vel composita respectu plurium habituum specie diuersorum, ex quibus componatur, aut quorum compositione careat, & hunc sensum continet titulus quæstionis.

III. obseruandum. Tertio præmittendum est, scientiam non esse specierum intelligibilium congeriem (vt quidam decepti crediderunt) licet enim species sint ad apprehensionem, & iudicium eorum, quæ tractantur in scientijs apprimè necessariæ cum per eas fiat intellectus in actu primo ad tales actus eliciendos: sed nondum facilis est, nisi vsu, atque exercitatione facilitatem compatet, & hanc facilitatem actibus conquisitam vocauit Aristotelis habitum: specierum autem congregationem, quidpiam ei præsuppositum: itaque tria sunt ad assensum scientiæ perfectè eliciendum necessaria, primum species intelligibiles, tanquam virtutes obiecti, quibus medijs vnitur intellectui, & ex multis speciebus fit cōposita apprehensio, supra quam cadit iudicium siue assensus eiusdem intellectus: secundum, virtus ipsiusmet intellectus, luminis appellatione designata, cuius proprium munus est suppositis apprehensionibus præmissarum, & conclusionis, iudicare verum esse assensum cōclusionis, atque euidentem, & ex principijs euidentibus deductum: postremo requiritur facilitas iudicandi, ac deducendi conclusionem, & hæc est propriè habitus, pro quo supponit scientia. 4.

IV. obseruandum. Quarto præmittendum est, scientiam, habitum, & qualitatem sic se habere, vt qualitas sit genus supremum habitus, qualitate inferius, & infimum, scientia multis speciebus scientiarum communis: vnde sequitur euidentem esse consecutionem ab inferiori ad superius, est scientia, ergo habitus, & qualitas.

V. obseruandum. Postremo adnoto, quod cum vnitas scientiæ habitus, & potentiæ, ex actuum, & obiectorum vnitate accipienda sit, vt testatur planè Aristotel. 2. libro de Anima text. 62. explicare oportet, qualis obiecti vnitas requiratur, & sufficiat ad vnitatem scientiæ: obiectum autem scientiæ, duplici ratione constat, quæ, & sub qua: ratio, quæ, appellatur illud quod à scientia, seu potentia consideratur, vel percipitur, vt in obiecto potentiæ visiuæ color, eum namque potētia percipit, ratio sub qua, est quidpiam aliud in eodem obiecto, sub cuius ratione à potentia percipitur, vt visibilitas, sub qua percipiuntur à potētia vniuersi colores: & inter has duas rationes, illa est vniuersalis, hæc particularis, à qua illa determinatur, & quasi contrahitur, hæc verò determinans, & contrahens est, quasi materialis etiam illa, hæc verò formalis, & vltima non amplius determinabilis: vnde cum specifica rerum differentia se habeat tā quam actus determinans vniuersalitatem generis, & sicut forma contrahens materialitatem eius, ad speciemque constituendam reducens: ratio sub qua erit illa, in quam similes

5. conditiones conuenerint, sed ex vtroque efficietur vnum formale completum, & adæquatum obiectum conferens ad scientiæ vnitatem. Et quidem in obiecto dialecticæ satis notum est rationem, quæ, esse ens rationis, modum sciendi, seu argumentationem, nam vnum ex his est, quod per se consideratur, & sub quo cætera, quæ tractantur in dialectica continentur: de ratione tamen sub qua, non constat, sed cum ab ea dependeat vnitas, suo etiam modo in controuersiam vocatur, in controuersia autem præsenti agitanda, id est difficile, quod in cæteris ad hoc proœmium spectantibus, quæ cum tyronum, imò dialecticorum captum magna ex parte superent, & in alijs dialecticæ partibus, aut etiam in Metaphysica propriam sedem habeant, multa ex eisdem locis petita huc referenda erunt, quæ vix intelligi possunt, nisi per fidem accipiantur, quousque suis locis copiose explicentur: dabimus tamen operam, vt eo ordine, & claritate tradantur, qua à cunctis fere teneri valeant.

Quædam opponuntur aduersus vnitatem dialecticæ.

I. argu. contra vnitatē dialecticæ.

QVIBVS prælibatis (vt quæstionis difficultatem aperiamus) libet tria hæc vniuersalia argumenta, satisque difficilia præiacere ad probandum, dialecticam non esse vnam scientiam, nec vnam simplicem qualitatem, & est primum. vnitas scientiæ ex vna ratione formali obiecti, ex eisdemque principijs capienda est, iuxta Philosophi sententiam 1. libro de posteriorum resolutione capit. 23. sed intra ambitum dialecticæ, plura obiecta, pluraque principia continentur, longe diuersa, ergo non vna, sed multiplex erit scientia. minorem ostendo (nam cætera ex se patent) prædicabile, prædicamentum, syllogismus, ac demonstratio sunt obiecta diuersarum partium dialecticæ proprijsque definitionibus distincta, ergo diuersa sunt inter se se, diuersaque principia continent, cum definitiones sint eis pro principijs non secus, ac reliquis scientijs, vt idem asserit Aristotel. 1. lib. de posterior. resolutio. capit. 2. & si principia sunt diuersa, non erunt minus diuersæ con
6. clusiones scientiam constituentes, quæ ex eisdem deducuntur, vt hisce exemplis ostenditur: syllogismus demonstratiuus generat scientiam: conclusio est posterioristicæ partis valde diuersa ab hac, quæ ad topicam partem spectat, syllogismus probabilis generat opinionem: habitus igitur dialecticæ ex his actibus geniti diuersi erunt, cum vniuersaliter verum sit, habitus speciem capere, à proprijs actibus, ex quibus generantur.

Secundum, proprium dialecticæ munus est, opera intellectus dirigere, atque ordinare, non secus atque virtutum moralium, debitum constituere ordinem in operibus voluntatis: sed opera rationis sunt diuersa, quemadmodum, & voluntatis, ergo sicut pro ordinandis actibus voluntatis ponuntur ab Aristotele, & cunctis Philosophis plures virtutes morales, pari ratione multiplicari debent plures dialecticæ pro dirigendis operibus rationis, nempe apprehensione simplicium, compositione, ac diuisione, & discursu: non enim videtur possibile, per vnicum habitum facilem reddi intellectum ad tam multiplices, tamque varias operationes dirigendas. Argum.

Postremo, habitus ponuntur in potentijs ad separandas difficultates operandi circa obiecta, vt eis sublatis faciles reddantur, ac propterea vbi adest noua difficultas operandi circa diuersum obiectum, nouus multiplicatur actus pro ea superanda: sed ordinata operatione simplicium noua superest difficultas ordinandi compositionem, & diuisionem, ergo nouus requiritur habitus: & cum adhuc hoc posito, noua supersit in ordinando discursu, triplex, vt minimum erit necessarius: vnde triplex scientia dialectica ponenda erit, & non vna, & quod in dialectica cernimus, facile erit in singulis scientijs ostendere, cum nulla sit eius obiectum non complectatur res valde diuersas, nulla etiam, quæ principia quoque diuersa non habeat. III. argum. 7.

Prima opinio, eiusque fundamenta.

PROPTER hæc argumenta multis visum est non solum difficilè, sed penitus impossibile, quod scientia talem habeat simplicitatem, aut vnitatem specificam, quam nunc in dialectica quærimus, sed tot ponendos esse habitus specie distinctos in singulis scientijs affirmant, quot sunt conclusiones diuersæ, ex quibus habitibus vna scientia coalescit, non vnitate specifica, sed generica, respe- I. opinio.

respectu cuius quasi partiales reputantur: idque præsertim verum esse in vniuersalioribus scientijs, vt potè plures, ac diuersas partes complectentibus, quales sunt dialectica, & Philosophia: itaque nulli scientiæ tribuunt vnitatem specificam, seu atomam, nullamque esse simplicem qualitatem arbitrantur.

Sic sentit Scotus quæst. 3 prolog. dub. 2. cui subscripsere nominales, Ochamus videlicet ibidem dub. 8. Marsilius quæst. 2. art. 4. Gregorius eadem quæst 3. articul. 3. Gabriel, quæst. 8. quibus falso videtur impositum à Magist. Soto & alijs, quod non solum habitus multiplicauerint, sed etiam scientias, tot ponentes dialecticas, tot Philosophias, ac Theologias, quot sunt conclusiones in singulis, cum tamen ex præfatis locis constet, eos profiteri
8. Theologiam esse vnam scientiam, quanquam non vnum simplicem habitum, aut vnam simplicem qualitatem. Hanc eandem sententiam probabilem reputauit Magist. Sotus, quæstione 3. procemial. asserens posse scientiam habere vnitatem, licet non sit simplex qualitas, sed ex multis habitibus composita. Capreolus dubius permansit, quæstione 3. prologi etiam iuxta mentem Diui Thomæ, sed nouissimè eam amplectuntur, D. Toletus quæstione 3. procemiali, Fonseca 5. Metaph. capit. 7. quæst. 5. sect. 2. ab alijsque eruditè satis defenditur.

Fundamentum. Et confirmationi eius hoc fundamentum præmittunt, habitus intellectuales in duplici sunt differentia, nam quidam sunt ineuidentes, vt fides tam humana quam diuina, vtque opinio: euidentes alij, vt habitus principiorum, & scientiæ: inter quos hoc discrimen constituitur, quod ratio assentiendi habituum primi ordinis extrinseca est, nempe autoritas testificantis, aut quid aliud ipsismet veritatibus extraneum, in habitibus verò euidentibus, intrinseca est, vt in habitu principiorum ipsamet terminorum connexio, in scientia verò eadem veritas principiorum ipsimet scientificæ conclusioni applicata. Vnde cum idē medium extrinsecum possit diuersis materijs, ac veritatibus vniformiter applicari, fit, vt idemmet indiuisibilis habitus inclinet ad assentiendum diuersis veritatibus, quod patet euidenter, in fide diuina, & humana, repugnat
9. autem, quod idem indiuisibilis euidens, ad diuersas veritates, aut assensus inclinet, sed necesse est pro diuersis diuersos habitus specie distinctos ponere: quod probant, nam ex diuerso medio assentiendi distinguuntur actus, seu assensus, ex diuersis actibus distinguntur habitus, ergo de primo ad vltimum, pro singulis veritatibus quibus per diuersa media assentitur intellectus, ponendi sunt diuersi habitus: sed quoties diuersæ sunt veritates diuersa est ratio assentiendi, ergo semper postulant diuersos habitus. probatur minor. (nam cætera ex se patent) veritates, quibus assentitur euidenter intellectus, aut sunt immediatæ, ita vt ex simplici terminorum apprehensione conuincant intellectum, & tales sibi sunt ratio assentiendi, quare sicut sunt diuersæ, sic habent diuersas rationes assentiendi, & ita se habent omnia principia, pro quibus iam patet diuersos esse ponendos habitus, si verò sint veritates mediatæ, quales sunt scientificæ conclusiones, vel innituntur diuersis principijs, & de talibus in aperto est diuersas habere rationes assentiendi, propter principia namque tanquam propter rationem assentiendi conclusionibus assentitur intellectus, vt docuit Aristotelis 1. libro de post. resolutione capite 2. si verò contingat duplicem cōclusionem eidem inniti principio, adhuc habent diuersam rationem assentiendi formalem: nam illud vnum principium non est ratio assentiendi vtrique, sed vt ei talis conclusio connectitur, ita vt totalis, ac formalis ratio assentiendi cuilibet, sit veritas ipsiusmet conclusionis, vt manifestata, & connexa cum tali medio, si ergo diuersæ sint conclusiones, diuersæque veritates: diuersæ erunt connexiones cum eodem medio, diuersæque rationes formales assentiendi, quare diuersos postulabant habitus. Ex quibus obiter inferunt rationem, ob quam cum eodem habitu voluntas in finē tendat, & media, intellectus autem non eodem, sed diuersis in principium, & conclusionem: & accipitur discrimen ex eo, quod tota ratio deligendi media, est finis, vbi autem ratio est eadem, idem quoque erit habitus inclinans ad vtriusque dilectionem, veritas autem principiorum non est tota ratio assentiendi conclusioni, sed ipsamet veritas conclusionis, quatenus ex se ostenditur, ex connexione extremorum cum tali medio: diuersam igitur rationem assentiendi diuersum generare habitum necesse est.

Hoc præmisso fundamento, probant primo intentum ex habitu principiorum: nam si 1 ratio
diuer-

diuersa sint principia, diuersæ erunt veritates, diuersæ extremorum connexiones, non habentes vllum ordinem, aut dependentiam inter se se, quia neque vna oritur ex altera, nec per illam cognoscitur, sed nec assensus vnius sequitur assensum alterius: solum ergo conueniunt in eo, quod eodem modo assentitur intellectus vtrique, hoc est sine medio, id autem non satis est ad hoc, vt vnum generent habitum, nam si satis esset pro cunctis principijs sufficeret vnus indiuisibilis habitus, quod planè falsum est, sequitur ergo pro singulis singulos habitus esse ponendos: sed eadem est ratio de quibuslibet conclusionibus diuersis, ergo pro singulis erunt etiam multiplicandi habitus scientiæ diuersi: Probatur minor, quia nec vna conclusio ex altera infertur, nec per illam cognoscitur, sed per principia, & licet ab eodem principio dependeant, vt contingit, quando per eas demonstrantur duæ passiones, quæ oriuntur ab eadem essentia, nullam tamen connexionem habent inter se se, neque vna virtualiter continetur in altera, aut ex ea infertur, ergo nec possunt ad eundem indiuisibilem habitum pertinere.

II. ratio. Sed iam quod vna passio aliquando oriatur ab essentia media altera, & ideò conclusio, per quam demonstratur vna, aliquo modo dependeat ex altera. Probant secundo adhuc pro his conclusionibus, ponendos esse habitus specie diuersos: nam habito assensu vnius conclusionis, indiget intellectus noua compositione, noua attentione, nouo etiam iudicio, atque assensu, ergo non potest ei assentire, nisi per nouum habitum.

III. ratio. Tertio, quia habitus scientiæ acquisitus per assensum vnius conclusionis, non inclinat ad assensum alterius, cum sit veritas diuersa, ergo dum ei assentitur intellectus, principium talis assensus non est præadquisitus habitus, quare ad ipsum non pertinebit, sed alterum produci necesse est, si quidem omnis assensus scientificus, aut procedit ex habitu, aut progignit habitum, nec dici potest eundem habitum iam per primum assensum comparatum se se extendere ad assensum alterum, quia si ad illum non inclinet, nequit virtute eius vllo modo assentire intellectus, quare nec locum habebit talis extensio.

Confirm. Sed iam quod in aliquo casu admitteretur, videlicet quando vna passio demonstratur per alteram, tunc enim necessariam videntur habere connexionem tales conclusiones: adhuc extensio nequit fieri per eundem indiuisibilem habitum, sed necesse erit alterum produci diuersum: nam sicut extensio corporei accidentis, ad nouam partem corporis, vt albedinis, quæ est in capite ad brachium, non fit nisi per nouam partem eiusdem albedinis adquisitam: pari ratione extensio habitus ad nouam conclusionem, non fiet nisi per nouam partem habitus adquisitam, sed habitus intellectualis cum sit spirituale accidens, est indiuisibilis, ergo nequit habere partes: cum ergo necesse sit aliquid nouum adquiri per talem extensionem, comparabitur alius actus specie distinctus, efficiens nihilominus eandem scientiam cum priori: quod Diuus Thomas sentire videtur 1. 2. quæstione 54. articul. 4. ad 3. vbi habitum scientiæ generari fatetur per primum assensum conclusionis, perfici vero per assensus aliarum, sed talis perfectio non est intensiua, cum intensio fit circa eandem conclusionem, ergo erit extensiua: sed non tendit habitus de esse imperfecto ad esse perfectum, nisi aliquid ei nouum adueniat per extensionem, ergo tot entitates adquiret, quot fuerint conclusiones, ad quas extenditur, at tales entitates non possunt esse, nisi quantitates, imò nisi habitus, ergo tot sunt multiplicandi habitus, quot sunt diuersæ conclusiones in scientia. Tunc vltra, quilibet horum habituum respicit assensum, & conclusionem diuersam, ergo sunt habitus specie diuersi: nec fit satis, si dicatur vniri ad constitutionem eiusdem habitus, nam cum quilibet sit spiritualis, atque indiuisibilis qualitas, non possunt aliquo communi termino copulari, aut vniri pro constitutione eiusdem habitus, quemadmodum vniuntur partes corporei accidentis ad constitutionem eiusdem secundum speciem, & numerum: & idem Diuus Thom. 1. 2. quæst. 52. artic. 2. agens de augmento habituum, asserit, habitum scientiæ augere extensiue per additionem, in hæc verba: *Scientia potest augeri secundum se ipsam per additionem, sicut cum aliquis plures conclusiones Geometriæ addiscit, augetur in eo habitus eiusdem scientiæ, secundum speciem. &c.* Sed additio non est, nisi alterius habitus, aut partis eius, habitus autem, cum sit spiritualis, caret partibus, ergo est habitus distinctus, quanquam ad eandem scientiam pertinens. D. Thom.

V. ratio. Probant tandem, quia fieri potest intellectum ita se habere circa conclusiones demonstratas, vt facilior, atque intensior sit circa vnam, quam circa alteram propter frequentiorem vsum habitus circa illam, quod experientia teste didicimus, sed repugnat planè eundem habitum simul esse magis, & minus intensum, aut faciliorem etiam circa diuersas conclusiones, cum intensio, & remissio sint toti habitui inhærentes, qui cum simpliciter conueniant qualitati, repugnat ei conuenire simul, vt in calore cernimus, quem simul esse intensum, ac remissum, perfectum, aut imperfectum etiam sub quibuslibet considerationibus diuersis repugnare nouimus: necesse est ergo diuersos ponere habitus pro diuersis conclusionibus, vt sic intelligatur possibile, quod vnus sit altero intensior, & per vnum facilior intellectus circa vnam conclusionem, quam circa alteram, quod per eundem habitum nequit intelligi.

Sed quo nam pacto si plures sint habitus, vna possit esse scientia, cum habitus sit genus scientiæ, videaturque consecutio necessaria ab inferiori ad superius affirmatiuè, sicut est scientia, ergo habitus: & est vna scientia, ergo vnus habitus: sic etiam est multiplex scientia, ergo multiplex habitus. Respondet, nihil hucusque reperisse, quod sibi plenè satisfaceret:
14. dicendum nihilominus esse in ordine ad vnum, atque idem formale obiectum scientiæ vniri tales habitus, ad quod explicandum, & cognoscendum ordinantur omnes: & quod illud obiectum sit vnum genere, aut specie in esse rei nihil referre, cum hæc sit materialis vnitas: formalis verò, ratio scibilis constituens vnum obiectum formale, in quo connectuntur vniuersa, quæ in tali scientia tractantur, & doctrinam hanc vniuersalem, notiorem fieri in vniuersalioribus scientijs aiunt, vt in dialectica, & Philosophia, nam quo plura obiecta atque diuersa continent, quo plura principia, pluresque conclusiones, vt de simplicibus, de enunciationibus, de syllogismis, & demonstrationibus, eo euidentior est necessitas multiplicandi habitus specie diuersos: quemadmodum veritates ipsæ specie diuersæ sunt.

(∴)

Secunda opinio tribuens scientijs vnitatem specificam atomam, præfertur.

Secunda sententia huic ex Diametro opposita vnitatem tribuit specificam, & atomã omnibus, & singulis scientijs, nullam prorsus admittens habituum multiplicitatem sub eadem, sed quemadmodum de potentijs tenetur à cunctis, atomam habere vnitatem, etiam si diuersa rerum genera sub ambitu proprij obiecti complectantur, pari ratione de scientijs quantumlibet vniuersalissimis, vt dialectica Philosophia, & Metaphysica. Hanc profitetur expresse Diuus Thomas multis suæ doctrinæ locis, sed præsertim in commentario 23. capite 1. libro posterio. & 1. 2. quæstio. 54. articul. 4. in corpore, vbi hęc verba scripsit: *Si igitur consideremus habitum secundum ea, ad quæ se extendit, sic inueniemus in eo, quandam multiplicitatem, sed quia illa multiplicitas est ordinata ad aliquid vnum, ad quod principaliter respicit habitus, inde est, quod habitus est qualitas simplex, non constituta ex pluribus habitibus, etiam si ad multa se extendat: non enim vnus habitus, se extendit ad multa, nisi in ordine ad vnum, ex quo habet vnitatem.* Et in solutione ad 3. *Ille qui in aliqua scientia adquirit per demonstrationem scientiam conclusionis vnius, habet quidem habitum, sed imperfectè, cum vero adquirit per aliquam demonstrationem scientiam conclusionis alterius, non aggeneratur ei habitus alius, sed habit⁹, qui prius inerat fit perfectior, vt pote ad plura se extendens, eo quod conclusiones, & demonstrationes vnius scientiæ ordinatæ sint, et vna deriuatur ex alia.* Diuum Thomam sequuntur omnes fermè eius discipuli alicuius nominis: vt Caiet. eisdem locis, Ferrar. lib 2. contra gentes, capit. 4. Magist. Sotus quæstio. 3. proœ. & nos eandem sententiam longè probabiliorem, & doctrinæ Aristotelis magis consonam libenter amplectimur. 15. D. Thom.

Ratio D. Thom. Sed causam huius vnitatis reddere, hoc opus, hic labor est: Diuus Thomas eiusque discipuli vnitatem obiecti pro causa reddiderunt iuxta mentem Aristotelis 1. libro de post. resolutio. vbi scientiam vnam esse statuit, quæ vnius generis subiecti est, id est, quæ circa vnum obiectum versatur, hanc autem vnitatem obiecti ita distinguunt, vt altera sit vnitas eius, in esse rei, quam vocant materialem, altera in esse scibilis, quam vocant formalem, & ab illa non esse accipiendam vnitatem scientiæ aiunt: nam alioqui tot essent scientiæ distin-

distinctæ, quot sunt rerum genera, imò quot sunt rerum species, sed ab hac desumi, nam cum scientia respiciat obiectum sub ratione
16. scibilis, sicut intellectus sub ratione intelligibilis, & visus sub ratione visibilis, ab eo vt scibili, vnitatem habet, ac distinctionem, sicut intellectus, & sensus à sensibili, atque intelligibili tanquam ab obiectis formalibus: vnde inferunt obiectum in esse rei genus aliquãdo esse, vel etiam analogum longè superius genere, imò aliquando vniuersalissimum quidpiam comprehendens omnia: at in esse scibili semper esse vnum vnitate specifica, & atoma, quã scientiæ conferre potest, iure igitur ex obiecto vt scibili, vnitas scientię consideratur, quia hęc est ratio, ipsum vltimo determinans, quam determinationem si excludamus, & solam rationem obiecti in esse rei attendamus, sicut ens vniuersalissimum constituit vnam potentiam intellectiuam, pariter constituet vnam scientiam vniuersalissimam omnia comprehendentem: cessabitque proinde scientiarum distinctio.

Reprobatur ab alijs hæc distinctio obiectiuarum rationum.

17. VEruntamen alijs hæc distinctio rationum quæ, & sub qua, non placet, sed rẽ, circa quam versantur, & quam proximam materiam vocare solent, aut materiale obiectum, speciem, vnitatem, ac distinctionem scientijs conferre docent: nec esse quærendam rationem sub qua, aut formalem, à qua in esse formalis obiecti constituatur, & ab eo ita constituto vnitas petenda sit: vnde inferunt, nec scientiam ab obiecto, in esse scibilis, nec visum à calore in esse visibilis, sed à re ipsa quæ scitur, & à colore qui videtur, vnitatem specificam capere, & ex consequenti dialecticam ab ente, rationis, aut modo sciendi, circa quem versatur. Quod primo nituntur ostendere ex doctrina Aristotelis 5. libro Mataphysicæ cap. 15. vbi statuit, neq; scibile per scientiam, nec hanc per scibile definiendam esse alioqui inutilis, quædam repetitio vitiosusque circulus committetur, vnum per alterum vicissim explicando, atque adeò idem per semetipsum, definitumque in definitione ipsa collocando, vt hoc exemplo (ait Aristoteles) fit manifestum, nam si visum definias per id, cuius est, hoc est per visibile, circa quod versatur, & rursus visibile per visum, circulum in primis . omittis ab eodem in idem definiendo procedens, & vitiosum quidem, nam si a per b. definitur, & rursus b. per a. de primo (vt aiunt) ad vltimum sequitur, quod vtrunque definiatur per se ipsum, nam si b, definitur per a, & rursus idem a, definit idem b, se ipsum definire probatur, cum definiat suam definitionem, vt sic loqui liceat: quod verò definitum ingrediatur definitionem, inutilisque repetitio committatur eodem exemplo ostendunt, nam dum asseris visum esse, cuius est visus, eundem visum, quem describere intendis, in definitione repetis, quæ si ita se habent, sequitur plane, nec scientiam capere speciem ab obiecto, vt scibili, nec visum ab eodem, vt visibili, sed à re, quæ scitur, aut videtur, per quam absque circulo, vel repetitione definiri potest.

Probant secundo ratione, nam obiectum prius est scientia, cum ab eo capiat speciem, & 18.
vnitatem, sed ratio scibilis, & quæcunque alia (præter rem illam circa quam versatur sciẽtia) est posterior, ergo nequit esse formalis, aut obiectiua, speciem, & vnitatem scientiæ conferens: probatur minor, obiectum denominatur scibile, non à relatione in eo existente, sed in scientia, siquidem ex eo tale dicitur, quia ad ipsum scientia refertur, vt docet planè idem Aristoteles loco nuper indicato, vbi tertium genus relationis constituit ex non mutuis, quarum vnum extremum tale vocatur, quia per intrinsecam relationem ordinatur ad alterũ, aliud verò non, nisi quia alterum ordinatur ad ipsum, vt scibile (ait) quia scientia ad ipsum refertur, ergo obiectum, vt scibile posterius est scientia, à cuius relatione denominatur: quare non erit obiectum eius vt tale: nam si scientia præsupponitur scibili, vt tali, iam habebit speciem, vnitatem, ac distinctionem ab altero priori, nempe à re ipsa, quam considerat, & quam scibilem denominat, quare inferunt eiusmodi denominationes, quas vocare solent rationes sub quibus, vel formales obiectorum, non pertinere vllo modo ad obiecta, vt talia, sed solum esse extrinsecas eisdem scientijs, atque obiectis posteriores, quæ etiam si non resultarent, nihilominus haberent speciem, vnitatem ac distinctionem à rebus ipsis circa quas versantur.

Hæc tamen non compellunt à communi sententia scholæ, discedere, in obiectis potentiarum, habituum, ac scientiarum geminam rationem distinguente, quæ, & sub qua (vt scholastico more loquamur) ita vt illa sit proxima materia, circa quam versantur, hæc verò

formalis ratio sub qua, eadem respiciunt, & à qua vnius obiecti rationem sortiuntur, speciemque, vnitatem, ac distinctionem eis confert, quam ex D. Thoma videntur desumpsisse omnes, prima parte, quæstione prima artic. 4. vbi de obiecto sacræ doctrinæ loquens ita ait:
19. *Omnia quæcunque sunt diuinitus reuelabilia communicant in vna ratione formali obiecti huius scientiæ, & ideò comprehenduntur sub sacra doctrina sicut sub vna scientia, &c.* Quibus verbis præter materialia obiecta, quæ creduntur, ac pertinent ad rationem, quæ, designat rationem sub qua, diuinæ reuelationis, vnitatem obiectiuam eis conferentem, & eam vocat rationem formalem obiecti, sed expressius 2.2. quæstione 1. articulo 1. in corpore, de obiecto diuinæ fidei sic loquitur: *Cuiuslibet cognoscitiui habitus obiectum duo habet, scilicet id, quod materialiter cognoscitur, quod est sicut materiale obiectum, & id per quod cognoscitur, quod est formalis ratio obiecti: sicut in scientia geometriæ, materialiter scita, sunt conclusiones, formalis verò ratio sciendi, sunt media demonstrationis, per quæ conclusiones cognoscuntur, sic igitur in fide si consideremus formalem rationem obiecti, nihil est aliud quam veritas prima, si verò consideremus materialiter ea, quibus fides assentitur, non solum est ipse DEVS, sed etiam multa alia, quæ tamen sub assensu fidei non cadunt, nisi secundum quod habent aliquem ordinem ad Deum, & cætera.* Ex his igitur testimonijs, & alijs, quæ passim in doctrina Diui Thomæ reperiuntur, desumpserunt Caietanus, & alij in eorundem commentarijs distinctionem illam rationis, quæ, & sub qua, in obiectis, ita vt ex eis simul vnitis integrum, adæquatum, ac formale obiectum potentiæ, habitus, & scientiæ coalescat: & hanc doctrinam in scholas inuexerunt, quam nos tanquam necessariam valde probamus, hisque rationibus efficaciter corroborari censemus.

Prima, omnis habitus cognoscitiuus, cum sit iudicatiuus assentitur obiecto, quod proximè percipit, per aliquod medium, quod rationem assentiendi vocamus, cui innititur eius assensus, vt habitus fidei assentitur credibilibus media autoritate, quæ, si diuina sit, reuelatio vocatur, & causa est infallibilis as-
20. sensus, si verò humana, cum ei possit subesse falsum, non nisi fallibilem producit assensum: habitus verò scientiæ, vel opinionis pro medio, seu ratione assentiendi habet demonstrationem, vel rationem probabilem, sicque de cæteris, sed medium assentiendi tenet se ex parte obiecti, estque ratio eius sub qua, ab habitu percipitur cui confert speciem, vnitatem, ac distinctionem, quam præstare nequit obiectum materiale circa quod proximè versatur idemmet habitus, nisi eius ratione, ergo necesse est in obiecto cuiuscunque cognoscitiui habitus, duplicem illam rationem distinguere, quæ percipitur ab eo, & sub qua percipitur, & illam vocari materialem, hanc verò formalem, vt Diuus Thomas, & omnes profitentur. Et de necessitate quidem talis medij, vel rationis assentiendi conuincunt producta exempla, & assentiunt omnes, solum superest probandum quod ex parte obiecti se teneat, nam hinc fiet necessario, quod pro ratione obiectiua recipienda sit, hoc verò ita probo Obiectum materiale non pertinet ad habitum vel scientiam, nisi vt stat sub tali medio assentiendi, quia non mouet intellectum ad assentiendum, nisi in quantum sub eo cognoscitur: vt veritas pertinens ad fidem, non mouet intellectum ad sui assensum, nisi in quantum à Deo reuelata, si sit diuina fide credenda, aut nisi à fide digno asserta, aut proposita, si fide tantum humana: & prius absque dubio est, quod sub aliqua ex his rationibus proponatur intellectui, quam quod ei præstet assensum, ergo absque dubio se tenet ex parte obiecti: & par est ratio de conclusione, cui assentitur intellectus per habitum scientiæ, quæ non mouet ipsum ad assentiendum, nisi in quantum stat sub principijs in demonstratione dispositis, tanquā sub medio, vel ratione formali assentiendi, iure igitur appellatur ratio sub qua, aut formalis obiectiua determinās conclusionem ipsam ad talem habitum scientiæ, & ipsummet habitum, vt circa illam versetur. Quod in cæteris habitibus intellectualibus exemplari inductione cōuinci potest, vera igitur, ac necessaria concluditur talis distinctio rationis quæ, & sub qua, in obiectis habituum, ac potentiarum, ita vt ab hac vltima, rationem, ac distinctionem formale sortiantur.

Quod confirmat D. Thomas 1. part. quæst. 1. art. 1. ad secundum, ostendens circa eandem 21.
conclusionem versari diuersas scientias, propter diuersam rationem formalem obiectiuam assentiendi, his verbis: *Diuersa ratio cognoscibilis diuersitatem scientiarum inducit, eandem enim conclusionem demonstrat Astrologus, & naturalis, puta quod terra est rotunda, sed Astrologus per medium Mathematicum, id est à materia abstra-*

ctum,

ctum, naturalis autem per medium circa materiam consideratum, &c. Quibus medium, vel rationē assentiendi diuersam rationem cognoscibilis vocat, ratio autem cognoscibilis obiectiua est, cum nō nisi obiectum ab ea denominetur, affirmat autem per eam separari scientias: ergo sentit speciē, vnitatem, ac distinctionem ab ea capere, & nō ab obiecto materiali nudo, quòd rationem quæ, vocare solent, cum sit id, quod percipitur sub tali medio assentiendi.

Probatur secundo ex distinctione potentiarum, quam ex solo obiecto materiali, quod, proximè respiciunt designari nequit, nisi adiuncta ratione formali sub qua potentias ipsas mouet, ab eis quæ percipitur, gratia exempli, intellectus, & voluntas circa eandem rerum entitatem, ac substantiam versantur, quam intellectus percipit, & voluntas diligit, distinguuntur autem specie actus harum potentiarū adęquatè, & ex consequenti ipsæmet potentiæ, quia intellectus entitatem non percipit, nisi sub ratione veritatis, neque voluntas diligit, nisi sub ratione bonitatis, veritas igitur, & bonitas sunt rationes, sub quibus idem materiale obiectum specie distinguit diuersas potentias: quod clarius cernimus in virtutibus Theologicis fidei, & charitis in eisdem potentijs residentibus: nam vtraque versatur circa Deum, tanquam circa proximum, & primum obiectum materiale, distinguuntur autem, quia fides ipsum respicit sub ratione primæ veritatis reuelantis se, & alia credibilia, charitas verò sub ratione bonitatis: præter materiale igitur obiectum, in quod proximè ferūtur potentiæ, & habitus, requiritur ratio sub qua, obiectiua ipsum contrahens, ac determinans ad diuersas potentias.

22. Ad extremum potentiæ capiunt speciem ab actibus atque obiectis, vt sæpe ex doctrina Aristotelis retulimus, ergo, vt potentia sit vna secundum speciem, necesse est obiectum eius aliquo modo esse vnum, sed contingit obiectum materiale nullam habere vnitatem, nisi ratio formalis sub qua, ei adiungatur, ergo necessario hæc ponenda est, probatur minor in potentia visiua, quæ colorem, ac lumen percipit adeò diuersa, & quæ non possunt conuenire ad constituendum vnum obiectum visus sub ratione qualitatis genericæ, alioqui omnem qualitatem, visus perciperet, neque etiam sub ratione qualitatis passibilis, alioqui omnem perciperet qualitatem passibilem, quod patet esse falsum: necesse est ergo sub specialiori alia conueniant, sub qua percipiantur à tali potentia: atque adeò præter materiale obiectum proximè à potentia perceptum, omnino oportebit rationem sub qua obiectiuam adiungere, à qua idemmet recipiat vnitatem, quam potentiæ conferre valeat: nam eo ipso, quod nullam habeat vnitatem obiectum, sed multiplex sit, ad vnam potentiam secundum speciem non pertinebit, sed plures separabit.

Argumentis modernorum fit satis.

ARgumenta autem opposita, quandam profectò æquiuocationem patiuntur, qua sublata, euanescet statim eorum difficultas: scibile namque visibile, aut intelligibile dupliciter accipi potest, primo relatiuè & secundum actum, prout denominatur à relatione scientiæ, aut potentiæ, quo pacto pertinet ad tertium genus prædicamenti ad aliquid reductiuè saltem, tanquam mensura eius, & hoc modo dicitur extrinseca tantum denominatione tale, & posterius est scientia ipsa, 24
aut potentia, à cuius relatione denominatur. Secundo accipitur prout talis est naturæ, quod potest notitiam sui causare in intellectu, & ex hoc denominatur intelligibile, etsi notitia, quam potest causare, sit scientifica, denominabitur scibile, & si sensibilis sensibile, visibile autem, si natum sit imprimere speciem sui in potentia visiua: hæc autem denominatio, nec actualis est, nec relatiua, sed vtraq; prior, vocari autem potest virtualis, radicalis, vel aptitudinalis à propria natura eiusdem obiecti profecta, & non à relatione scientiæ quo pacto ignis calefactiuus dicitur, in quantum principium calefactionis esse potest: itaq; conclusio demonstrationis, (quæ est quasi proximum obiectum scientifici habitus, in quantū talem habet naturam, vt sub his principijs in demonstratione dispositis habitum scientiæ in intellectu gignere potest, verè, & propriè vocatur scibilis, non à scientia, neque ab eius relatione, cum sit vtraque prior, sed à propria conditione, & natura à qua habet esse productiuam scientiæ, & eandem denominationem suo modo sortitur res illa de qua conclusio ipsa formatur, vt homo, numerus, linea, aut quòd simile, dum ergo asserit communis sententia, rem, de qua habetur scientia, esse obiectum formale eius, non in esse rei, sed in esse scibilis, non de ratione, aut denominatione scibilis priori accipienda est, sed de radicali.

aut virtuali, seu aptitudinali: hæc autem distinctio euidenter (nisi ego fallor) elicitur ex doctrina Aristotelis, si coniungamus ea, quæ de relatiuis tertij generis docet 6. libro Metaphysicæ cap. 15, cum his quæ docet de scientia, & scibili in logica, capite de ad aliquid: ibi enim asserit obiectum denominari scibile, aut mensuram scientiæ, in quantum ad ipsum scientia refertur relatione mensurabilis, hic verò scibile prius esse scientia, non solum docet, sed probat, nec solum de re materiali, quæ scibilis est, talem prioritatem intelligens, (hoc enim satis per se notum erat) sed de eadem, sub ratione, ac denominatione scibilis, vt exemplum, quod attulit, apertè ostendit. Inquit enim contingere posse, quòd obiectum verè sit scibile, cuius nulla adhuc sit inuenta scientia, vt quadratura circuli scibilis est, de qua nulla adhuc extat scientia, vnde infero in priori loco de relatiua, atque extrinseca denominatione, quam à relatione scientiæ accipit sermonem facere: in
24. posteriori verò non nisi de absoluta. & quasi virtuali, vel aptitudinali, quam habet ex propria natura, & hanc priorem esse scientia ostendit, neque ab ea accipi posse, cum obiecto conueniat prius quam de illo sit adinuenta scientia, & probari potest in colore, vel lumine, quæ ex propria conditione virtutem habent, imprimendi speciem sui in medio, atque etiam in potentia speciem, & notitiam, quanquam hæc non sit in rerum natura, & ex tali virtute denominantur visibilia, non secus, ac Deus optimus, priusquam vllam conderet creaturam, dicebatur creatiuus denominatione quadam quasi virtuali, ac radicali à propria potentia, per quam potest aliquid ex nihilo producere.

Et hæc distinctio planè ostendit præfata argumenta in æquiuoco laborare, procedunt namque de denominatione scibilis, à relatione scientiæ, quæ absque dubio prior est, scibili ipso, vt ab ea denominato: vnde si non posset alia ratione scibilis denominari res, de qua habetur scientia, & denominatione priori scientia ipsa, & relatione eius, conuinceretur profecto non esse obiectum scientiæ sub ratione scibilis, cæterum, cum ostensum sit, talem rationem, ac denominationem priorem dari, tollitur prorsus argumentorum difficultas. Quid autem de modo definiendi vnum relatiuum per alterum sentiendum sit, & quem habeant sensum verba Aristotelis ad eum impugnandum allata, in prædicamento ad aliquid explicabitur, in præsentiarum verò satis sit docuisse, denominationem scibilis, vt est formale obiectum scientiæ, non esse relatiuam à relatione scientiæ procedentem, sed à natura eiusdem rei, vt ex se aptæ generare scientiam: ex quo nec inutilis repetitio, nec vitiosus circulus incurritur, vt consideranti erit notum: Si 25.
ergo ita se res habet, quòd à ratione sub qua accipit materiale obiectum vnitatem, & ex cõsequenti scientia ipsa, inuestigandum erit, quænam sit eiusmodi ratio scibilis in dialectica, à qua modus sciendi, aut ens rationis accipiat vnitatem obiecti formalis, quam possit ipsimet scientiæ conferre.

A quonam accipienda sit ratio scibilis obiectiua, vnitatem specificam scientiæ conferens.

HAc igitur statuta veritate, quod ab obiecto sub ratione scibilis vnitas scientiæ accipienda sit, difficillimum est à quo nam hæc ratio scibilis desumatur. Caietanus, & Ferrar. vbi supra, cum pluribus alijs hãc rationem scibilis ex tali abstractione à materia accipiendam esse arbitrantur, ita vt in obiecto metaphysicæ ratio scibilis sit omnimoda abstractio a materia sensibili videlicet, atque intelligibili, in mathematicis à sola materia sensibili: in Philosophia à sola materia singulari.

Abstractio tamen à materia nimis est vniuersalis, quare non potest vltimam rationem scibilis obiecto conferre, neque vltimam, aut specificam vnitatem scientiæ, probatur euidenter, quia sub eodem abstractionis gradu continentur plures, ac diuersæ scientiæ, ergo ex eo non possunt vltimam vnitatem capere, sub abstractione namque [illegible] ma continetur vtraque Philosophia, na[illegible]ralis, & moralis, sub abstractione à materia sensibili, Mathematica vtraque, videlicet Geometria, & Arithmetica, nã quod dicere aliqui solent plus hanc, quam illam abstrahere, quia Geometria agit de linea, quæ est quasi materia numeri ex continui diuisione resultantis, nimis materialis consideratio est, ad scientias purè Mathematicas minimè pertinens: non enim agit Geometria de linea, aut continua quantitate in quantum materialiter diuidi potest in plures partes numerum efficientes: hæc enim Physica consideratio potius est, materiam concernens: quare neque abstractionem Mathematicam attingit, vt eius ratione magis

ne magis, aut minus vna, quam altera ſcientia huiuſce gradus dicatur abſtracta, ſed æqualiter abſtrahunt, & tamen diuerſæ ſunt ſcien-
26. tiæ mediæ. Item ſcientiæ Mathematicæ, vt perſpectiua agens de linea viſuali, & muſica de numero ſonoro, eodem modo abſtrahunt à materia cum ſenſibilem concernat vtraque,
25. abſtractio igitur à materia non poteſt eſſe ratio ſcibilis in obiecto ſcientiæ, à qua vltimam vnitatem capiat quælibet ſcientia: vltimam vnitatem dicimus, nam ad genericam concurrit quidem modus abſtrahendi à materia, vnde ſicut eſt triplex, triplicem quoque conſtituit genericum gradum ſcientiarum, ſub quibus plures, ac diuerſæ ſcientiæ ſpeciales continentur: aliam igitur ſpecialem rationem ſcibilis inueſtigare oportet, vltimam determinationem conferentem obiecto ſcientiæ, a quo ſic determinato vltimam, ac propriam vnitatem capiat ſcientia.

Aliorũ ſententia.

Quare alij, aliam rationem inuenerunt, quam ſic exponunt. Quando aliqua ratio formalis obiecti ſcibilis, quæ ſolet dici ratio quæ, talis eſt, vt in ea connectantur omnia, quæ in illa ſcientia tractantur aut demonſtrãtur, quia per illam, aut in ordine ad illam reliqua inquiruntur: tunc illa ratio cõſtituit omnia illa ſub vna ratione ſcibilis, ſiue ſit ratio ſpecifica in eſſe rei, ſiue non.

Hic tamen modus dicendi (niſi ego fallor) principium petit, neque poteſt præſenti difficultati ſatisfacere, probo primum: nam hic quærimus, quæ ſit illa ratio ſcibilis vna atque ſpecifica, obiectum determinans, vnumque formaliter, & in eſſe ſcibili conſtituens, & ſci-
27. entiæ tribuens vnitatem, & pro ratione redditur, illud eſſe vnum obiectum in ratione ſcibilis, quod ab vna, eademque ſcientia conſideratur, aut quod complectitur omnia, quæ conſiderantur in vna, aut eadem ſcientia: hoc autem idem eſt, ac ſi quærenti, quid ſit illud, à quo ſcientia capit vnitatem, reſpondeatur, illud, quod adæquate conſideratur ab vna ſcientia, quod quis non videat apertam principij petitionem continere, cum illud, de quo principalis eſt controuerſia, tanquam rationem deſignet.

Quod autem difficultati non ſatisfaciat, probatur, nam cum vnitas obiecti in eſſe ſcibilis ſit cauſa vnitatis ſcientiæ, non poteſt eam præſupponere, ſed omnino debet efficere: quærenti igitur, quæ ſit vna ratio ſcibilis obiectiua tribuens ſcientiæ vnitatem, non ſit ſatis

dum dicitur eam eſſe, quæ adæquate complectitur omnia, quæ tractantur in ſcientia, reſtat namque eadem inquiſitio, à quo nam ſortiatur vnitatem eadem hæc ſcientia, quæ talem adæquatam rationem conſiderat: & ſi dixeris ab hac eadem adæquata ratione ſcibilis obiectiua, ſequitur plane, hãc non ex eo eſſe vnam, quia continet adæquate quæcunque ab vna eademque ſcientia conſiderantur, ſed aliunde profectò vnitatem accipere debet, & non ab ipſamet ſcientia, cui præbet vnitatem, niſi idẽ perſemetipſum explicare velis.

Vni ſcie[…] quo[…] mit.

Ex doctrina igitur Ariſtotelis arbitror petendam eſſe huiuſce rei ſolutionem: ipſe enim videtur planè vnam rationem ſcibilis, quam quærimus, tradidiſſe agens de vnitate, ac diſtinctione ſcientiarum ſpecifica, & ex profeſſo regulas pro vtraque perſcribens 1. libro de poſteriori reſolutione capite 23 textu. 43 vbi de vnitate ita loquitur: *Vna autem eſt ſcientia, quæ eſt vnius generis, quæcunque ex primis componuntur, & partes ſunt, aut paſſiones horum per ſe.* Quibus verbis per vnum genus ſubiecti iuxta communem interpretum ſententiam, v-
num obiectum in eſſe formali ſcibilis intelli- 28.
git, & quatuor conditiones ad vnitatem eius concurrere docet. Prima eſt, vt ſit vna ratio multis communis ſub qua, quę aliunde in aliovè genere diuerſa ſunt, conueniant, vnitatemque habeant, ſecunda vt ex talibus principijs per ſe componatur. vel certè talem habeat quid ditatiuum conceptum, ſi ſimplex fuerit ex quo paſſiones oriantur (quæ eſt tertia conditio) taliaque complexa principia, per quæ de illo valeant demonſtrari (quæ eſt quarta ex requiſitis) ſi enim his afficiatur conditionibus determinatam ſpecificam, & atomam habebit vnitatem in eſſe ſcibilis: exemplum in re notiſſima producere poſſumus: nam ens naturale vnam rationem continet multis communẽ, videlicet cunctis corporibus natura conſtantibus, quæ cum aliunde diuerſa ſint, videlicet ſecundum proprias, atque ſpeciales rationes, cõmunicant tamen in vna illa vniuerſali ratione entis naturalis, ſub qua conſiderari poſſunt: habet præterea ens naturale determinata principia eſſentialia ex quibus componitur, vt materiam, & formam, habet determinatas paſſiones, aut proprietates ex his prodeũtes (vel quod idem eſt) ab eſſentia ex his compoſita, & eiuſmodi ſunt mobile eſſe, tempori ſubiectum, loco contentum, vel tale quod in loco mo-

ueri aptum sit: habet demum principia complexa ex essentialibus desumpta, per quæ similes proprietates demonstrari de illo possunt: qualia sunt definitio naturæ, ac motus, & cætera, quæ in discursu scientiæ proponuntur: ex quibus atomam atque indiuisibilem vnitatem obiecti scibilis sibi vendicat, quod autem atoma, & indiuisibilis sit: & non generica probatur, quia non designatur alia ab Aristotele de scientiarum vnitate agente specifica absque dubio, & non generica: nam si præcepta pro hac tradidisset, nunquam specificam explicasset, quæ præcipua, & vltima est in quibuscunque rebus.
29. Sed probatur, quod ex præfatis conditionibus specifica vnitas obiecti in esse scibilis coalescat, & non generica, nam conditiones istæ simul acceptæ propriæ sunt eidem scientiæ, ita vt alteri conuenire nequeant, repugnat enim alteri conuenire talia principia, talesque passiones, & si inferioribus conueniunt, non certe, vt aliunde sunt inter se se diuersæ, sed vt in tali ratione communicant: etenim si cœlum, ac elementa ex materia, & forma sunt composita, si mobilia, si tempori subiacet eorum motus, id præcise habent in quantum entia naturalia sunt: ratio igitur entis naturalis his conditionibus vestita non diuiditur in inferiora, neque in eis multiplicatur, licet diuidatur, ac multiplicetur in esse rei, sed se habet sicut ratio hominis, aut cuiuslibet alterius atomæ speciei, quæ in indiuiduis vna, atque formaliter indiuisibilis perseuerat, & idcirco vltima, & atoma vocatur, quod etiam confirmant obiecta potentiarum, nam licet visibilia in esse rei specie distinguantur, non tamen sub ratione visibilis, sed ratio hæc sub qua, conferens potentiæ vnitatem indiuisibilis in eis perseuerat, ac propterea atoma vocatur, atomamque vnitatem potentiæ confert, vnde fit particularia entia naturalia, sicut visibilia diuersa, in quantum talem rationem sub qua, obiectiuam participant, non se habere vt genera, seu species diuersas, sed prorsus tanquam indiuidua, licet ex proprijs rationibus in esse rei consideratis, genere, aut specie diuersa sint: fit etiam, vt quemadmodum actus videndi album, & nigrum non specie, sed solo numero differunt quanquam circa obiecta specie diuersa in esse rei versentur, quia in esse visibilis solo numero diuersa sunt: pari ratione eiusdem scientiæ diuersi assensus solo numero diuersi censeri debent, quantumlibet circa obiecta in esse rei diuersissima versentur, quia in esse scibili solo numero differunt. Prædicamenta itaque (vt in obiecto scientiæ vniuersalissimo exemplum designemus) licet in esse rerum sint genere diuersa, sed in quantum sub ratione communientis scibilis tales passiones habentis, per talia principia de eo demonstrabiles, non nisi in quantum partes materiales eiusdem obiecti separantur, cuius est pulchra ratio, quia entitas in esse rei vniuersalissima fit atoma, indiuisibilisque formaliter per illas conditiones non participabiles ab inferioribus, vt genere diuersis, sed vt in ea immediatè communican- 30.
tibus.

Ex præfatis autem quatuor conditionibus, potissimam esse principiorum complexorum vnitatem, per quæ demonstrantur conclusiones, docet expresse Aristoteles in eodem capite, statuens eis solis varietatis, scientiam variari, vnitatemque amittere, ac distinctam fieri hisce verbis. *Altera verò scientia est ab altera quarum cumque principia, neque ex eisdem nec ex alterutris sunt:* qui si dicat diuersa esse principia diuersasque constituere scientias, si ita se habeant, vt neque ex eisdem communibus fiant, neque vnum ex alterutro: fieri autem vnum ex alterutro, aut ex communibus non intelligitur secundum materialem terminorum cõpositionem, sed secundum intrinsecam connexionem, aut dependentiam, quasi caruerint, diuersa censebuntur, scientiasque separabunt. vnde si principia eadem reputari, vt oportet ad vnitatem specificam obiecti scibilis, atque ipsius mei scientiæ, si ex communibus dependeant, vel inter se se necessariam connexionem habeant, habebunt enim vnitatem ordinis, quam scientia postulat. Gratia exempli peculiaria principia entis incorruptibilis, vt cœlestis corporis, & entis corruptioni obnoxij in Philosophia naturali, quanquam diuersæ sint veritates, non censentur diuersa formaliter in ordine ad constitutionem vnius obiecti scibilis, aut vnius scientiæ, sed eadem, propter intrinsecam dependentiam, quam habent ex communibus principijs entis naturalis, sub quo proxime conueniunt: principia item trianguli, & quadranguli, quæ sunt definitiones harum figurarum (ait Aristoteles) non sunt diuersa, sed eadem in ordine ad scientiam propter intrinsecam dependentiam, quam habent ex communibus principijs figuræ, quare neq; diuersam scientiam à figura constituunt, sed ad eandem geometriam pertinent.

Et si

51. Et si forte aduersus hanc doctrinam Aristotelis opposueris: omnia principia particularum scientiarum ex communissimis dependere, quæ appellantur dignitates, quas necessario præsupponunt, qua propter non constituent diuersas scientias. Respondetur de immediata connexione, ac dependentia eum loqui, & eorum principiorum, quæ ex partibus obiecti essentialibus desumuntur: hæc enim præsupponuntur immediatè à principijs particularibus inferiorum, & ab eisdem proxime dependẽt, nec hæc est specialis dependentia: à cõmunissimis vero, generalis, vt pote cunctis scientiarum obiectis communis, cuius nulla habetur ratio in scientiarum vnitate, aut distinctione capienda. Ratio autem, ob quam ex principiorum vnitate secundum esse, aut secundum ordinem, præcipuè sit accipienda ratio formalis obiecti scibilis, vt docet Aristoteles, ea est, quia principia sunt ratio formalis assentiendi conclusioni, ex eorum igitur vnitate vnum erit obiectum in esse scibilis, vnamque constituet scientiam secundum speciem.

Stabilitur, & approbatur secunda sententia.

OStendimus quam vera sit sententia D. Thomæ, quam sequimur in omnibus, & singulis scientijs ponens non genericam (vt sententia prior) sed specificam, atomamque vnitatem, & in nulla admittens multiplicitatem habituum etiam partialium specie distinctorum.

Quam probare iam possumus, primo ex vnitate specifica, & atoma obiecti in esse scibilis, quam in scientijs etiam vniuersalissimis, vt in prima, atque etiam in naturali Philosophia reperiri ostendimus, quatum obiecta sub vnica ratione, quæ vniuersa inferiora comprehendunt: & ex eisdem principijs essentialibus, ex eisdem passionibus, sortiuntur talem vnitatem.

52. Secundo ex principijs, nam assensus scientificus suam habet vnitatem à ratione formali assentiendi, vti cæteri assensus intellectus, sed ratio formalis assentiendi cõclusioni sunt principia, vt docuit Aristoteles 1. libro de posteriori resolutione capite 2. ergo ab illis habet actualis scientia vnitatem, atque adeò habitualis, quæ ab actuali sortitur speciem: sed principia cuiuslibet scientiæ sunt eadem, nam si communia sint, hoc est ab essentia adæquati obiecti desumpta, aliquam habent inter se connexionem, nam omnino disparata esse repugnat: non enim possent ad easdem conclusiones inferendas concurrere: si vero sint particularia, ex communibus dependent, vel aliquam inter se se connexionem habent, & quęlibet harum rationum sufficientem eius vnitatem tribuit, vt omnes conclusiones ab eis prodeuntes eiusdem speciei esse censeantur, & hanc rationem tetigit D. Thomas 1. 2. quæst. 54. art. 4. ad tertium dicens, eundem habitum scientiæ se extendere ad omnes conclusiones, quæ ordinatæ sunt, & vna deriuatur ex altera, & argumentum hoc simul cum tota doctrina præcedente planè conuincit locum non habere in scientijs vnitatem genericam obiecti scibilis, aut scientiæ, ita vt ex multis habitibus specie diuersis constare possit, quemadmodum nec locum habet in potentijs quantumlibet vniuersalibus. Cuius hæc est ratio efficax: quia licet obiectum scientiæ, aut potentiæ in esse rei genus esse possit, aut genere superius, & multa sub se habere specie, aut genere diuersa, cæterum, vt principia eadem secundum esse, aut secundum connexionem, vel dependentiam habet, cæterisque conditionibus vestitũ consideratur, à quibus accipit vnitatem formalem scibilis, non diuiditur essentialiter in inferiora, sed ratio indiuisibilis in eis perseuerat, vnde atomam semper vnitatem scientiæ confert.

Probatur tertio, quia scientia est species habitus, & habitus species qualitatis, quemadmodum animal est species viuentis, & viuens species corporis, euidens igitur consecutio, est ab inferiori ad superius, est vna scientia, ergo vnus habitus, & vna qualitas, pugnat igitur cum vnitate scientiæ habituum pluralitas, neque satisfacit illud, quod responderi solet, concludere quidem argumentum eãdem, proportionem esse seruandam in habituum, & scientiarũ multiplicitate: sed communem modum loquendi magis admittere vnitatem in scientijs, quam in habitibus, ita vt multiplex habitus non omnino tollat vnitatem scientiæ, hoc inquam non satisfacit argumento, quod re ipsa necessario fatendum esse conuincit, tot esse Logicas, tot Metaphysicas, tot Philosophias, & Theologias, quot sunt conclusiones distinctæ in eisdem facultatibus, quicquid sit de modo loquendi, qui refert parum ad rerum essentias, & proprietates: tot autem scien- 53

tias multiplicare, præter quam, quod non minus est friuolum, ac omnes in vnam conferre; doctrinam Aristotelis de vnitate, ac distinctione scientiarum destruit: ipse enim (vt verba à nobis relata ostendunt) conatus est capite illo 23. posterioristicæ doctrinæ scientias ad certas species reducere, non certe secundum modum loquendi, sed secundum naturam earum in rerum vnitate, ac distinctione cum primis consideranda: & adhuc etiam modus ipse loquendi nobis fauet, qui dum aliquam scientiam vnam esse pronunciat, de specifica intelligit vnitate, non de generica, vt credit opposita sententia: & huius rei gratia, speciales perscripsit regulas in vnitate, ac distinctione seruandas, quæ omnino cessant tanta earum distinctione admissa, vt pro singulis conclusionibus singuli habitus, singulæq; scientiæ (considerata earum natura) multiplicentur.

34. Et probari tandem potest, quia non apparet ratio sufficiens adunandi plures illos habitus ad constitutionem eiusdem scientiæ: non enim possunt eandem scientiam constituere ex ordine ad vnum obiectum in esse scibilis, nam si hæc ex principijs accipienda est, & principia ponuntur omnino diuersa, vsque adeò vt etiam constituant diuersos habitus; non possunt obiecto tribuere vnitatem scibilis, sed nec passiones, neque principia cum pro singulis demonstrandis ponantur etiam singuli habitus, singulæque scientiæ: quare non videtur posse vnam scientiam efficere, nisi per aggregationem, ac propterea, vnum per accidens.

Accommodatur exposita doctrina dialecticæ vnitati.

EX prædictarum scientiarum vnitate sub generali ratione, oportet doctrinam accommodare ad propositum præsentis controuersiæ de vnitate dialecticæ, ostendereque, quo pacto vna sit vnitate specifica, & atoma: ostenditur autem sic: ens rationis, aut modus sciendi, qui est obiectum eius tanquam ratio, quæ, ab ea considerata, habet vnam rationem specificam, & atomam in esse scibilis, vt illis quatuor conditionibus ab Aristotele designatis pro vnitate obiecti formalis scientiæ, vestita: nam in primis conceptus proprius, & quidditatiuus est ei pro principijs essentialibus cum aliam compositionem non admittat: est etiam communis, entibus rationis specialibus, ad eam se habentibus, tanquam partibus subiectiuis, quibus immediatè communicatur: habet præterea, proprietates communes, atque speciales de ipso demonstrabiles, ac demum principia complexa communia, & specialia, per quæ demonstrabiles sunt passiones de ipso, quibus conditionibus vestitum, ad specialem atomamque rationem scibilis determinatur; principia item peculiaria singularum partium, definitiones videlicet particularium entium rationis, quæ singulis partibus dialecticæ pro principijs sunt, sic inter se se connexa habet, vt communia cum primis necessario præsupponant, ab eisque dependeant, & etiam inter se se connectantur: vt definitio demonstrationis, topicique syllogismi, præsupponit communem definitionem syllogismi; & hæc definitionem propositionis, seu enunciationis: nam syllogismus non est aliud, quam oratio in qua quibusdam positis, id est propositionibus in modo, & figura dispositis, quidpiam aliud sequitur per ea, quæ posita sunt; id est earundem præmissarum virtute: definitio item propositionis præsupponit definitionem simplicium, aut terminorum: cum sit oratio alicuius de aliquo, hoc est simplicis prædicati de subiecto, etiam simplici; & ordine etiam conuerso definitio termini importat ordinem essentialem ad propositionem, cum dicatur esse extremum propositionis in quod propositio resoluitur: definitio etiam propositionis ordinatur intrinsece ad syllogismum, qui ex præmissis, & conclusione in quantum sunt orationes aliquid de aliquo enunciantes construitur: definitionem denique syllogismi luce clarius est ad demonstrationem ordinari, cæterosque speciales syllogismos, in quorum definitionibus intrinsece clauditur virtuali ratione, & ecce tibi quo pacto principia huius scientiæ ita se habent, vt ex alijs, hoc est particularia ex communibus fiant per essentialem dependentiam, atque etiam ex alterutris per reciprocam dependentiam particularium inter se se: nam priora pendent ex posterioribus in genere causæ finalis, cum gratia illorum sint: & posteriora ex prioribus in genere causæ materialis, cum ex simplicibus tanquam partibus materialibus fiant composita. Ex quibus intelligitur partes dialecticæ, earumque principia, & conclusiones, licet in genere rei distinguantur specie, atque etiam genere: at in esse scibilis eiusdem atomæ speciei sunt, eandemque scientiã specificam constituunt: gratia exempli, prædicamen-

camentum, demonstratio, definitio, atq; diuisio quædam sunt arte dialecticæ facta, & sub tali esse artificiato specie diuersa, sed quia eandem rationem specificam scibilis participant propter eadem principia, quibus medijs sciuntur, sub eadem quoque specifica scientia comprehenduntur, & quasi materiali duntaxat ratione diuersa censentur.

Argumenta in principio posita, & primæ opinionis diluuntur.

36. Sed veniamus iam ad argumentorum solutionem: quæ in duplici differentia sunt: quædam communia quasi pro ratione dubitandi proposita, cætera particularia in fauorem prioris sententiæ praiacta, & argumentis primi ordinis cumulatè satisfacit doctrina à nobis tradita pro explicatione, & confirmatione nostræ sententiæ: nam etsi plura entia rationis specie distincta, plures modos sciendi diuersos, plura principia particularia, plures quoque conclusiones dialectica complectatur, non tamen diuersa formaliter sub ratione scibilis: nam entia rationis, non nisi in esse rei distinguuntur, in esse autem scibilis eiusdem rationis sunt, quia per eadem principia, vel certè essentialiter subordinata, attinguntur ab ipsa scientia, quæ cum sint rationes formales assentiendi conclusionibus, eandem eis, atque etiam obiectis particularibus, partibusq; diuersis scibilis rationem conferunt. Quòd verò tertium argumentum addidit de difficultate noua, distinguendum est, nam vbi noua difficultas alterius rationis est à præcedenti, nouum postulat habitum, vbi verò eiusdem, sufficit extensio præadquisiti, & talis est in operibus rationis dirigendis, quæ cum sint intrinsecè ordinata, intrinsecamq; dependentiam habeant, tam ex parte principiorum, quàm conclusionum, atq; etiam sub eadem ratione scibilis obiectiua comprehendantur: habitus per primam cōclusionem progenitus potest ad cæteras se extendere, & per extensionem operationes alias ordinare.

Fundamentum autem, quod argumentis secundi ordinis præmittitur, ita explicandum est: vt quanquam admittendum sit, diuersas veritates immediatas, quæ appellantur conclusiones, in dialectica, & quauis alia scientia reperiri, sed intrinseca connexio, ac dependentia (vt egregiè docuit D. Thomas) specificam eis vnitatem præbet: quare non postulant plures habitus, sed sub eodem ordinari, atq; contineri possunt.

Primum argumentum falsum supponit, quòd inter principia, & conclusiones eiusdem scientiæ non sit intrinseca dependentia, cum ostensum sit in dialectica oppositum, nam & peculiaria principia per se præsupponunt cōmunia, & inter sese intrinsecam dependentiā, ac connexionem habent, quare nequeunt diuersos habitus, vel scientias distinguere apud Aristotelem, nam diuersi habitus, & scientiæ, diuersa omnino principia, hoc est inter sese, aut cum communibus intrinsecè non cōnexa, postulant in doctrina eius.

Secundo argumento damus libenter, quod habito assensu vnius conclusionis, noua attentio, nouum iudicium, nouaq; connexio requiratur ad assentiendum alteri, sed cum ex eodē principio fiat, aut ex altero intrinsecè dependēte ab eo, per quod assensus prior genitus est, nō distinguuntur specie, noua attentio, nouū iudicium, ac noua connexio, sed solo numero: vnde neque alterum habitum pariunt, sed ad eundem per primam conclusionem genitum referuntur, quo autem pacto fiat talis extensio eiusdem habitus ad nouas conclusiones, in solutione sequentis argumenti, aut confirmationis eius expedietur.

Pro vtriusque autem solutione memoria repetendum est illud, quod in huius controuersiæ initio attulimus, videlicet simplicitati scientifici habitus non repugnare partes graduales intensionis, aut extensionis: siquidem ab his non diuersificatur species habitus, sed idem numero permanens vtrasque admittit: solum repugnat tali simplicitati atque vnitati eius specificæ multiplicitas habituum, quam ponit prior sententia: & quidem de partibus intensionis gradualibus, supposito, quod per illas necessariò fiat intensio qualitatis, etiam in doctrina D. Thomæ (vt suo loco ostendemus) non est difficultas: de partibus verò extensionis in eadem doctrina certissimum est vt hæc verba ipsius ostendunt, ex 1. par. qu. 52. articulo 2. in corpore desumpta: *Similiter etiam, & scientia potest augeri secundum seipsam per additionem, sicut cum aliquis plures conclusiones Geometræ, addiscit, augetur in eo habitus eiusdem scientiæ secundum speciem, & cætera.* Quibus expressè profitetur, quòd, dum aliquis habitum scientiæ comparauit, per vnam demonstrationem imperfectum quidem, & perficitur per extēsionem ad alias conclusiones eiusdem scientiæ, augetur per additionem alicuius absque dubio partis, quæ vocatur extensio-

nis: nam intensio non circa diuersas conclusiones versatur, sed circa eandem (vt cunctis est manifestum) pars autem, quæ additur habitui per extensionem non potest esse nouus habitus apud D. Thomam, vt ibidem quæstione 54 art. 4. ad 3. docet expressè, ergo est pars eiusdem habitus, non certè diuersæ speciei ab habitu iam acquisito, nam pugnat cum ratione habituum eiusdem speciei atomæ, qualis est quælibet scientia apud eundem D. Thomam, pluribus partibus specie diuersis constare: est ergo talis pars eiusdem rationis quod verba illa D. Thomæ planè docent: *Augetur in eo habitus eiusdem scientiæ secundum speciem.* Et par est ratio de cæteris partibus, quibus augetur idem habitus, dum se extendit ad cæteras conclusiones eiusdem scientiæ. Quod efficaci quidem ratione ostendi potest, nam ad tales conclusiones extenditur habitus per principia eadem secundum esse, aut secundam intrinsecam connexionem, sed principia sunt rationes assentiendi conclusionibus, à quibus proinde conclusiones ipsæ speciem capiunt: ergo eiusdem speciei sunt omnes, atque ex consequenti partes graduales extensionis per eas acquisitæ: quòd rursus ostenditur ex vnitate specifica obiecti scibilis immediatè participata à particularibus obiectis earundem conclusionum, à qua vnitatem quoque specificam sortiuntur, & solū distinguūtur veluti partes integrantes hominis, aut alterius rei: qua extēsione supposita, & partibus eiusdem specifici habitus per eandem comparari, ex quibus augetur habitus secundum extensionem, non est difficilè intelligere, quo pacto idemmet habitus scientiæ intensior esse valeat circa vnam, quàm circa alteram cōclusionem: propter frequentiorem eius vsum circa illam, quàm circa aliàs, vt cernimus in albedine, aut colore per plures partes corporis extensa, quæ intensior esse solet circa vnam, quàm circa alias partes quòd necessariò fatendum est de partibus agenti propinquioribus, ad quas priùs, & fortius applicatur virtus eius, quàm ad remotiores, & ex consequenti intentiorem efficit eandem formam circa illas partes, quàm circa remotiores.

39. Illud verò, quod primò in eodem argumento opponebatur, videlicet habitum per primā conclusionem genitum non inclinare ad cæteras, admittendum est de formali inclinatione, quam non habet circa illam, per quam productus est, negandum tamen de virtuali, quam absq; dubio habet circa omnes, propter intrinsecam connexionem illius principij, ex quo deducta est cum cæteris, & propter continentiam omnium sub eadem ratione obiecti scibilis, à quo radicaliter prodeunt, non solū principia, sed etiam conclusiones.

Sed aduersus hanc doctrinam opponi potest indiuisibilitas scientifici habitus, qui cum sit spirituale accidens non videtur admittere similes partes extensionis: neque videtur possibile, quòd ipsæ indiuisibilem habitum constituant: nam partes extensionis corporei accidētis eandem numero formam propterea constituunt, quia per continuationem vnum quidpiam efficere valent, docente Aristot. 5. libro Physicorum, vnum continuum, & vnum numero idem esse, at partes extensionis, quæ assignantur in eadem scientia pro extensione habitus ad nouam conclusionē non possunt, per continuationem vniri ad constituendum eundem habitum nam continuatio non nisi in accidentibus corporeis media quantitate extēsis reperitur, si igitur per extensionem ad nouas conclusiones nouum aliquid habitui accrescit, non erit partiale, sed totale, ac distinctum à præexistenti habitu, & ita erit necesse habitus multiplicare pro eadem scientia, eandemque difficultatem corroborant cæteri habitus, in quibus nemo vnquam partes extensionis admisit, quare nec admittendę videntur in scientifico, & si adhuc in eadem additione partiali persisteris, infertur saltem multiplicitas habituum partialium superius impugnata. Obiectio.

40. Quorundā responsum. Non desunt, qui respondeant huic, nullam partem habitus per extensionem præexistentis ad nouas conclusiones acquiri, sed nouū duntaxat modum, quemadmodum nec per intensionem acquiritur noua pars, sed id tantum fit, vt præexistens habitus nouo quodam, ac perfectiori modo se habeat, maiori cum facilitate ad assensum eiusdem conclusionis inclinans: vnde non est necessarium, vt diuersi habitus acquirantur per extensionem, nec diuersæ partes integrantes.

Hæc tamen doctrina quanquam in habituum intensione, vtcunque possit sustineri, in extensione tamen nullo modo, tum quia Diuus Thomas, cui attribuitur talis intensio sine additione gradus, docet expresse augeri habitum per additionem, dum ad nouam cōclusionem extenditur (vt vidimus) ergo sentit nouam ipsam conclusionem statim pereuntem aliquid præter modum in intellectu relinquere, ratione cuius habitum dicitur augere per additionem, Reijcitur.

nem: hoc autem aliquid neque est sola species, cum habitus non sit specierum congeries, sed qualitas ab eis distincta, erit igitur pars habitus integrans, quæ cum cæteris eundem numero habitum scientiæ efficiat.

Tum etiam quia extensionem corporeæ qualitatis repugnat sine additione nouæ partis fieri, ergo petit ex se extensio acquisitionem nouæ partis: ac demum, cum habitus secundum substantiam sit inclinatio in obiectum, atque in assensum conclusionis, sequetur planè habitum ad nouam conclusionem inclinantem nouum aliquid inclinationis suscepisse, pertinens ad substantiam, quod minus quam noua pars esse nequit: & certe nisi nouã partem extensionis addideris, conuincit argumentum non posse, eundem habitum circa vnam conclusionem esse intensum, & remissum circa alteram, cum intensio, & remissio simpliciter ei conueniant, & repugnet vtrumque modum, vtpote oppositum eiden (nullam admittendi diuersitatem partium) simul conuenire.

41. Et ita planè sentiendum est tales partes extensionis inesse habitui specifico, quia non repugnant partes integrantes habitibus quantumlibet spiritualibus, sed necessario sunt eis concedendæ, habitibus principiorum præsertim, & scientiæ, quia id habent præter alios, vt ad nouas se se extendant veritates, nouas apprehensiones, nouumque iudicium postulantes, atq; adeo nouam inclinationem intellectus (quam vocamus habitum) non tamen diuersam specie à præexistenti, sed pertinentem ad eundem habitum, & scientiam, propter intrinsecam dependentiam, ac connexionem principiorum, eandemq; rationem obiectiuam in esse scibilis, à quibus vnitatem atomæ speciei capit, indiuisibilitas autem spiritualis accidentis tollit quidem extensionem partiũ materialiũ, aut extensam, non tamen eiusdẽ naturæ spiritualis, quæ licet idem spirituali potentiæ, in qua recipitur habitus, eidẽ spirituali substantiæ repugnent, nequaquam habitui minorem simplicitatem, minorem vnitatem, minoremque indiuisibilitatem poscenti, propter immediatam extensionem, quam habet ad plura obiecta, veritates plures, pluraque principia, & conclusiones plures, quanquam intrinsecè subordinatas (vt expositum est) idque peculiare esse huic habituum generi, citra dubium esse debet cum præfatæ rationes in cæteros non conueniant: neque mirum id videri debet, cum de partibus gradualibus intensionis tam probabile sit cunctis esse habitibus naturalis, & supernaturalis ordinis tribuendas; eiusmodi autem partes extensionis, quantumlibet spirituales, quasi materiales sunt respectu eiusdem habitus, non secus ac partes extensionis corporeæ qualitatis: vniuntur autem ad constituendum eundem habitum secundum speciem, & numerum per ordinem ad principia eadem, idemq; formale obiectum, superius exposita, & idem numero subiectum, sicut partes integrantes eiusdem accidentis materialis, per participationem eiusdem essentiæ, & inhæsionem in eodẽ numero subiecto: quare non bene infertur plures habitus totales aut partiales, specie etiam partiali distinctos efficere. Cuius efficax ratio ex eiusdem Aristotelis principijs elicitur, quia eo ipso quod principia scientiæ intrinsecus ordinem, ac dependentiam habent, eandem prorsus habere censentur partes eiusdem scientiæ, quæ eis innititur, ex talique dependentia fit, nec principia, nec partes esse formaliter diuersas, sed sola ratione materiali in ordine ad eandem rationem formalem obiectiuam, & adæquatam, nec genericam quidem sed specificam expositam. Quapropter nec conclusiones diuersarum partium eiusdem scientiæ censebuntur diuersæ formaliter, nec proinde generabũt diuersos habitus partiales formaliter diuersos, sed solum ratione materiali, veluti partes albedinis, alteriusve materialis accidentis in diuersas partes subiecti extensi.

Ad vl[timum]

Ad vltimum iam patet quidnam dicendum sit, admisso etenim, quod habitus possit esse intensior circa vnam, quam circa alteram conclusionem propter frequentiorem vsum circa illam, negamus ex eo conuinci multiplicitatem diuersorum habituum, sed solum conuincitur multiplicitas partium integrantium, quarum ratione difformiter intensus potest esse habitus, (vt sic liceat loqui) hoc est magis quantum ad vnam, vel alteram partem, quemadmodum in accidentibus corporeis cernimus calorem, & albedinem intensiores esse in vna, quam in altera corporis parte.

Resol[utio] senten[tiæ]

Breuis itaq; resolutio nostræ sententiæ est, dialecticæ tribuendam esse specificam, atomãque qualitatis vnitatem habitus, ac scientiæ, & nullo modo admittendam habituum multiplicitatem totalẽ, aut partialẽ, sed benè partes intensionis, quibus circa eandem conclusionem, perficiatur, atque etiam extensionis, quibus perficitur circa diuersas: quas partes non licet

licet appellare diuersos habitus etiam partiales: quia non assimilantur partibus totius homogenei, eandem denominationem totius subeuntibus, sed partibus, etereogeneis, vt hominis, aut leonis, nam eiusmodi habitus plures, diuersasq; veritates sub vnitate eiusdem rationis obiectiuæ (quæ eis quasi pro forma est tribuens speciem) complectuntur: sicut corpora vita prædita sub vnitate eiusdem animæ pluritatem partium diuersarum rationum.

QVAESTIO QVINTA.

Vtrùm dialectica sit scientia practica, vel speculatiua.

1. DVo sunt præsenti quæstione debito ordine præsupponenda, alterum est, diuisam esse scientiam in speculatiuam, & practicam, & ideò ex scientijs nonnullas esse practicas, reliquas speculatiuas: quam diuisionem expressit Aristoteles 2. lib. Metaphysicæ cap. 1. & communi ferè consensu totius scholæ recepta est, cum apertum sit quædam esse inter scibilia operabilia simul à nobis, & quæ eo fine, & modo addiscuntur, vt sciamus ea ex suis partibus iuxta naturæ exigentiam componere aut facere, quædam verò alia sola ratione speculationis ad scientiam expectant.

Secundum est tanquam certum supponendum, dialecticam ad vnum, vel alterum prædictæ diuisionis membrum esse referendam, cũ ex superioribus notum sit inter scientias, verè ac propriè esse annumerãdam, iure ergo à quęstione hac refellitur eorum positio, qui neque speculatiuam, neque practicam esse tenuerunt, testimonijs Aristotelis 1. topicorum Diui Augustini 8. de Ciuitate cap. 4. D. Thom. opusculo 70. quæstione 5. art. 1. ducti, qui instrumentum omnium scientiarum potius, quam scientiam esse dialecticam, posuere, vnde à cõmuni hac scientiarum diuisione eam videntur excludere, sed licet instrumentum sit, instrumenti tamen ratio proprietatem non excludit scientiæ: cum & dialecticæ instrumenta, quæ sub modo sciendi comprehensa sunt, per certã demonstrationem doceantur, ac scientifico modo partes, quibus vnum quodque constet, statuat dialectica.

Hoc ergo in communi præsupposito, quod verè sit, ac propriè scientia, iure in quæstionẽ vocatur, sit ne sub practicis, vel speculatiuis connumeranda. Sed in ipso statim quæstionis titulo quædam erit dirimenda controuersia: nam cum certum sit practicum ex propria vocis significatione operatiuum significare, prout commune esse potest ad factiuum, & actiuum, atque à speculatiuo distinctum, non omnes conueniunt in significatione praxis, sed quidam operationem alterius potentiæ ab intellectu significare volunt: & eius sententiæ sunt Scotus quæstione 4. prologi, & Durandus in 6. quibus fauere videtur D. Thomas 1. 2. quæstione 57. articul. 1. ad primum, his verbis: *Practicum ergo, vel operatiuum, quod diuiditur cõtra speculatiuum, sumitur ab opere exteriori, ad quod non habet ordinem habitus speculatiuus.* Et Aristoteles 3. libro de anima textu 46. 47. & 49. ex fine ait differre speculatiuum intellectũ à practico, quasi practicus propter alium à propria operatione finem operetur, speculatiuus verò in propria operatione, quæ est ipsa speculatio, quiescat, & ex hoc discrimine vulgatum illud emanasse videtur, intellectus extensione fit practicus: quæ stare non possunt, nisi praxis nomine, alterius potentiæ ab intellectu operatio designetur, nam neque intellectus in finem propriè operationis faciendæ, aut dirigendæ operari dicitur propriè, neque ea quibus partibus constet, aut qua ratione dirigatur ostendit, sed in extrinsecis alijs dirigendis practicam operationem ponit. Vnde & prudentia, quæ principem locum tenet inter practicos habitus, in dirigendis aliarum virtutum, cæterarumq; potentiarum actibus, voluntatis videlicet, ac sensitiui appetitus propriũ finẽ collocat, ex quo practicam rationem sortitur. Et hęc est potissima ratio propter quam, Doctores isti ex modernis, pluresque alij referendi inferius, speculatiuam scientiam esse dialecticam tenẽt neq; vlla ratione posse esse practicam. 2.

Sed si propriè loquendum est, etiam praxis nomine, operationem intellectus intelligendam esse censemus: nam, vt omnes definiunt, libera operatio, quæ potest fieri, & non fieri, & quæ hoc, vel illo modo produci potest, praxis appellatur: quia vt rectè fiat, indiget regula artis, & vt fiat debitis circunstantijs secundum rationem moralem regula prudentiæ, sunt autem prudentia, & ars potissimi habitus practici, vt docuit Aristotel. 6. ethicor. cap. 3. 4. & 5. sed ita est, quod opera ipsius intellectus apta sũt dirigi, & ordinari, benè, ac malè fieri, ergo ad rationem praxis pertinebunt, vt expressè docet D. Thomas 2. 2. quæst. 47. arti. 2. ad 2. & rursus 3.

sus eadem intellectus opera possint benè, aut malè ordinari, apta enim sunt secundum dispositionem alicuius regulæ fieri, aut disponi. Vnde sequitur non solum in eis locum habere practicum, quod est quasi factiuum, vel regulatiuum operationis, sed operationem ipsam passiuè subdi posse alicui regulę, & hoc est esse propriè praxim.

Explicatur D.Tho. Neque Diuus Thomas contrarium sensum tenet eo loco in argumento opposito, vbi per externam operationem certum est non intelligere operationem externorum membrorum cum in voluntate, & appetitu singularis operatio, quæ propriè sit praxis, reperiatur, externum ergo opus intelligit, actum quemcunque eiusdem, vel alterius potentiæ ab intellectu, distinctum tamen ab operatione intellectus dirigentis: contingit enim intellectum vna operatione aliam imperare, aut dirigere, & tunc imperata, quæ praxis appellatur, quasi externa est respectu operantis, vel certè per externam operationem intelligit opera artis à quibus operatiuum aliquid appellatur, quare non de practico vniuersaliter prout factiuum, & actiuum complectitur, sed de solo factiuo sub quo mechanicæ artes collocantur loquitur, practicum autem, quod in operationibus internis intellectus, voluntatis, & appetitus reperitur, non est factiuum, sed actiuum, & hoc modo operationem intellectus praxim propriè vocari asserimus. Practicum autem ab speculatiuo fine esse distinctum docet Aristoteles quasi in componenda, vel ordinanda operatione versetur, propria, vel aliena: cum non minus illa sit, quam hæc ordinabilis, & per extensionem ad eiusmodi ordinationem practicus sit intellectus, nam in sola rei speculatione speculatiuus quiescit, hunc ergo habet sensũ vulgatum illud, quod certè in doctrina Arist. reperire non valui.

4. Neque oportet practicum in dirigendis tantum aliarum potentiarum operibus versari, sed potest quidem in proprijs, cum & modum quo fieri debeant, & ordinari, possit præscribere, vt in actibus fidei, & contemplationis exploratum est, qui cum possint ordinationi prudentiæ subesse, praxis etiam rationem habere posse non est dubium, quod autem Magister Sotus, quæst. 4. proœm. voluit, operationem intellectus à ratione praxis excludere ex eo principio vniuersali, quod quæcunque operatio intellectus est speculatio, magis est à ratione alienum cum de actu prudentiæ omnibus compertum sit ad praxim pertinere, vel certè non esse speculationem, sed praxim.

Prima opinio adstruens dialecticam esse speculatiuam.

Opinio dialecticam speculatiuam. HOc ergo refutatum argumentũ potissimũ fuit Scoto vbi supra, & Duran. q. 6. prologi: vt crederent, speculatiuam scientiam esse dialecticam quorum mentem postea secuti sunt Mag. Sotus, & Doctor Toletus q. 4. proœm. quã etiã tenuisse videtur D. Tho. opusc. 70. fol. 128 pag. 1. & 1. 2. q. 57. art. 3. ad tertium, & ex professo tenuit Soncinas 6. Metaph. q. 2. Capreolus qu. 2. prolog. art. 1. Nyphus 1. Metaph. q. 2. & Episcopus Canariensis in scriptis 1. part. D. Tho. q. 1. art. 4. quam secũdo hoc fundamento nituntur confirmare.

Quia licet dialectica syllogismum, & reliqua sciendi instrumenta doceat conficere, nõ modo operabili, sed speculatiuo præstat, non compositorio, sed resolutorio, earum naturam non certa demonstratione solum ostendens, sed eam vsque ad prima principia deducens: ea prorsus similitudine, qua quispiam domum operabilem quidem, per propriam definitionem, ac proprietatem scire contenderet, modus enim iste speculatiuæ scientiæ proprius est, ideò dialectica non minus quam talis scientia, quæ de natura domus haberetur, speculatiua censenda erit.

Tertiò potest confirmari, quia ex fine colligitur, an ratio scientiæ sit practica, vel speculatiua, vt testis est Aristoteles 2. Metaph. textu 3. sed finis dialecticæ non est construere syllogismum, vel quoduis aliud instrumentum, imò eorum naturas, & proprietates inuestigare cui rei argumẽto illud est, quòd nullus, qui syllogismum operetur, scientiam ipsam dialecticę censebitur acquisisse, sed ex eo solum, quod modum sciendi cognouerit per certam demõstrationem. in huius ergo naturæ speculatione secundũm propriam rationem scientiæ dialectica docens conquiescit: quanquam secundũ vtentis, artisque rationem ad conficienda in quibusuis scientiarum materijs eadem instrumenta se extendat: vnde sequitur in ea consideratione, quæ scientia appellatur, in speculatiuis potius quam in practicis esse numerandam.

Quibus accedit, constructionem ipsam syllogismi, & aliorum instrumentorum, etiam si operationes intellectus sint, speculationes

eſſe ex fine, nam his modis intellectus ipſe inſtruitur ad naturam quarumcunque rerum ſpeculandam: ſpeculatiuum ergo eſt id totum, quod dialectica præſtat in ipſis etiam inſtrumentis conficiendis, & ideò ſpeculatiua ſcientia eſt appellanda, & in hanc videtur ſententiam inclinaſſe Auguſtinus 8. de Ciuitate Dei, capite 4. vbi trimembrem diuiſionem ex Platone referens, in tertio membro dialecticam collocat his verbis: *Tertiam rationale, qua verum determinatur à falſo, quæ licet vtrique, id eſt, actioni, & contemplationi ſit neceſſaria, maximè*
6. *tamen contemplatio per inſpectionem ſibi vendicat veritatis.*

Secunda opinio, primæ omnino oppoſita.

II. ſententia logicam eſſe practicā affirmans. SEcundum tenet locum antiqua ſententia apud nominales communis, quam referunt, & tenent Gabriel vndecima quæſtione prologi, & Occha in 1. diſtinctio 39. quæſt. 6. Paulus Venetus initio logicæ, Albertus 2. de anima, cap. 12. Iandunus 6 Metaphyſicæ quæſt. 3. & 5. dialecticam ſcilicet eſſe practicam ſcientiam, quam ſententiam defendit Doctor Fonſeca 2. Metaph. cap. 3. quæſt. 2. ſectione. 4. hiſq; argumentis confirmat.

I. ratio. Finis dialecticæ, in quem ſuapte natura fertur, eſt præcepta tradere benè differendi, ac docere, quo pacto differendum ſit, quod non eſt aliud, quàm inſtrumenta differēdi ſuis partibus componere, cum ergo differere, quatenus ſubeſt voluntati in exercitio, & regulatur præceptis benè differendi, ſit verè praxis: docere item, quo pacto aliquid ſit agendum, ſit iudicium practicum, ex fine, ac modo procedendi planè colligitur, dialecticam eſſe ſcientiā practicam.

II. ratio. Secundò, opera rationis propriè cadunt ſub conſiderationem dialecticæ, non quidem quo ad propriam naturam, cum ſic ad eam partem naturalis Philoſophiæ pertineant, quæ de ipſius animæ natura, à qua prodeunt, agit: hac ergo ſola ratione, qua diriguntur, vt ſine errore procedant, ſub dialecticæ obiectum cadunt: dirigi autem, & ſic ordinari eſt practicè doceri, & non ſpeculatiuè cognoſci, ergo ſecundum practicam rationem à dialectica tractantur. Eadem enim ratione dicimus practicam eſſe fabrilem artem, quia, & ſi ligna, quæ ſunt eius materia, ſint res naturales, quæ à Phyſico tractantur, ab arte tamen diſponuntur, ac præparantur, vt de eis hoc pacto, vel illo ſcamnum fiat, ſed terminus, propoſitio, ac definitio ad dialecticam pertinent in quātum modum docet conſtruendi ex eis ſyllogiſmum, ac demon- 7.
ſtrationem, quę opera ſunt ipſius rationis: ergo quemadmodum fabrilis ars, ſic erit dialectica practicis facultatibus annumeranda.

III. ratio. Poſtremo ſcientiæ ſpeculatiuæ propter ſe ipſas quæruntur, vt ijs mediantibus cognitionem propŕij obiecti quis aſſequatur, practicæ verò propter operationem potius dirigendam ſed dialectica non tam propter ſeipſam, quam vt alijs ſcientijs deſeruiat quæritur, ergo practica eſt, non ſpeculatiua. Cui etiam accedit, organum eſſe, & inſtrumentum omnium ſcientiarum, vt vniuerſa Philoſophorum antiquitas teſtatur, à quibus etiam inter artes liberales cōnumeratur, quæ oēs conditiones praxim potius ſonant, quam ſpeculationem. Et hanc ſentētiam innuens Ariſt. 6. li. Metaph. c. 1. dialecticā inter ſpeculatiuas ſcientias non enumerat, ſed ſcientias oēs huius conditionis ad Metaphyſicam, Phyſicā, & Mathematicā refert: & 1. Rhet. cap. 1. docet dialecticam inuentam eſſe ad dirigenda opera, quę benè, vel malè fieri poterāt, per eam autem ordinantur, vt rectè fiant: & 1. topi. c. 9. tex. 35. tria problematum genera dialecticæ propria ordinari ait, non ad ſcientiam tantum, neque tantum ad agendum, ſed vt his finibus conſequendis præſtent adminiculum, quod officium alienum eſt à contemplatrice facultate.

Tertia, & quarta ſententia ponuntur.

TErtia ſententia, quaſi media tenet duplicem eſſe logicæ habitum eſſentialiter 8.
diſtinctum, alterum conſiderantem naturam modi ſciendi, & proprietates eius, & eiuſmodi eſſe ſpeculatiuum, aliū docentē inſtrumenta, quæ ſub modo ſciendi cōprehenduntur ex ſuis partib. componere propriè practicum. Vtramq; autem rationem in eodem habitu cōuenire non poſſe tanquam certum ſtatuit propter ſpecificam differentiam, quæ non poteſt in eadem ſpecifica ſcientia reperiri: neq; res eadem ſecundum ſpeciem ex duplici alia ſpecie formaliter conſtare, quod experientia ſatis cōfirmari ait, cum plures videamus ex aſſiduitate conſiderandi modum, componendi inſtrumenta dialecticæ, in eorum compoſitione faciles eſſe, cum tamen naturam eorum, vel proprietates ignorent: id ergo argumento eſt facultates has, ſcilicet practicam, & ſpeculatiuam dialecticæ eſſe habitus ſpecie diuerſos. Simili etiam modo intelligit in Medicina, ac Mathemati-

7. maticis, & in quibusuis alijs scientijs, quæ simul ac naturam obiecti & proprietates contemplantur, aliquem habent ad operationem respectū, Theoricam, & Practicam diuersos habitus speculatiuæ, & practicæ scientiæ constituere.

II. ratio. Opinio postrema, arbitratur dialecticam nec speculatiuam esse scientiam, nec practicam per se, sed quasi instrumentum ad vtrasque assequendas: & cui ratio vtraq; accidit: quam tenuerunt Petrus Niger, q. 14. sui clypei, & Græci omnes, qui profitentur dialecticam non esse partem, sed instrumentum Philosophiæ vniuersaliter acceptæ.

Eamque in primis colligunt ex Arist. 1. top. ca. 9. vbi problemata diuisit in contemplatiua, actiua, & instrumentaria, hęc autem postrema vocat dialectica c. 11 eiusdem libri, quare videtur sentire, nec actiua esse, nec contemplatiua: ac propterea nec ipsammet dialecticam inter actiuas, aut contemplatiuas facultates esse numerandam.

9. Secundo probant, quia dialectica dirigit intellectum, aut operationes eius, sed intellectus ex propria natura, neq; est speculatiuus, neque practicus, sed vtraq; ratio ei accidit, ergo nec dialectica erit ex propria natura aut speculatiua, aut practica.

Quædam pro quæstionis decisione obseruanda.

Controuersiæ huius decisio originale inter scientiam practicam, & speculatiuā, discrimen in primis postulat, quod ex fine esse accipiendum testatur Aristoteles libro 2. Metaphysicæ textu 3 practicæ namque finis, est operatio sola obiecti, & proprietatum illius: cognitio, speculatiuæ: & cum ex proportione finis reliqua sint inuestiganda, si finis scientiæ practicæ operatio est, de re ab ipso scienti operabili erit, vt in cunctis scientijs humanis huius conditionis conspicimus, humanas dixerim, vt diuinam excipiam Theologiam, quæ practicæ rationem induit aliqua ex parte, quia Deus ipse quem pro obiecto habet, vltimus finis est, ac prima regula, in quem nostræ operationes ordinantur, quas etiā comprehendit Theologia. Ex fine etiam operand. elicitur practicam scientiam modum practicum procedendi habere, hoc est compositorium, factiuum, vel certe directiuum eius operationis, in quam ordinatur: vnde constat non esse possibile, quod scientia sit practica ex fine, & ex proprio, ac naturali modo procedendi speculatiua, vt de Philosophia morali tenet Magister Oña, quæst 1. proœmiali art. 4. & probatur euidenter, nam rationi repugnat ad finem operationis ordinari ex propria natura scientiam, nisi componendo, operando, dirigendoque procedat: benè ergo Aristoteles finē scientiæ ostendens duplicem aliam conditionem, obiecti scilicet, & modi procedēdi complexus est, speculatiua autem scientia nudam habet cognitionem pro fine, & iuxta rationem huius finis modum procedendi etiam speculatiuum, aut resolutorium, conclusiones proprias vsque ad prima principia referendo per nudam resolutionem veritatis absq; aliquo ordine ad operationem.

Quæ vt plenius intelligantur adnotare secundo oportet, dum finem cognitionis, vel operationis proprium speculatiuæ scientiæ, & practicæ distinctum esse ponimus, de proprio fine, in quem scientia suapte natura ordinatur, esse accipiendum, non de extrinseco ab ipso sciente adhibito, nam contingere potest aliquem speculatiuæ scientiæ dare operam alicuius operationis gratia, vt si dignitatem animæ rationalis speculetur eo fine, vt eam esse æternæ beatitudinis capacem intelligens, ad bene viuendum excitetur, adhuc enim naturalis scientia in homine isto speculatiua est, quia ex propria natura in cognitione veritatis sistit, quanquam ab extrinseco fine scientis ad operationem sit ordinata, & ratione opposita intelligendum est in scientia practica, quæ talis erit iudicanda ex proprio fine operationis, in quem suapte natura dirigitur, etiam si à sciente in solam cognitionem ordinari contingat.

8. Tertio obseruandum est, hunc modum distinguendi scientiam practicam ab speculatiua ex fine, & modo procedendi secundū mentem Aristotelis, non esse alienum à communi modo distinguendi scientias specifica ratione ex obiecto: notum est enim nullam scientiam ab alia esse distinctam ex materiali obiecto sed ex formali, res autem operabilis, aut operatio, materiale tantum obiectum est in scientia practica, talis autem modus procedendi, & ordinatio ad finem operationis constituit eandem rem operabilem formale obiectum eiusdem scientiæ specie, eam distinguens ab speculatiua, nam si rem tantum operabilem inspicias, scientiæ speculatiuæ obiectum esse potest, si in nuda cognitione naturæ, ac proprietatum eius quiescat, & ideo non potest esse suffici-

ens scientiarum distinctiuum, nisi formaliter accipiatur, vt operabilis, hoc est sub tali modo procedendi, & in ordine ad talem finem operationis ex propria natura ordinetur, etiam si contingat ex scientis intentione in solam cognitionem obiecti dirigi, hac enim de causa non admittit sciẽtiæ practicæ rationem, sed tantum accidentaliter speculatiua censetur, ex intrinseca verò ratione practica, & ex hac doctrina facilè colligi potest explicatio cuiusdam loci D. Thomæ valdè difficilis, prima parte quæst.14.ar.16.in corpore, vbi statuere videtur vniuersaliter, scientiam modo operabili procedentem, non tamen ex intentione scientis ordinatam ad finem operationis, sed ad nudã cognitionem obiecti, speculatiuam esse ex sine quibus verbis eum sensũ tenuisse D. Thom. existimandum est, quod speculatiua sit talis scientia ab extrinseco fine scientis, atque adeò ratione tantum accidentali, ex quo non impeditur, quin ex intrinseco fine operationis, in quem ex propria natura, & modo procedendi dirigitur, practica sit essentialiter, & simpliciter.

11. Postremò obseruandum est, practicum, quod tale est essentialiter, duobus modis esse ab Aristotele vsurpatum diuersis suæ doctrinæ locis: potissimè quidem pro eo, quod proximum principium est praxis, vel operationis, alio modo non quidem tanta proprietate, sed quanta ad rationem propriam scientiæ practicæ requisita, ac sufficiens iudicatur, quod videlicet principium sit operationis, quamuis remotum: nam praxis ex propria significatione operationem singularem importat: quia non fit operatio, nisi singularis, ideò practicũ, proximum principium factiuum, vel directiuũ singularis actionis, & operationis in sua potissima significatione importat, sed operatio etiam consideratur in communi in quantũ de modo quo fieri debet, vel regulari, communia traduntur præcepta, ex quorum applicatione in communi docetur modus eam faciendi, vel dirigendi, seu ordinandi tali ratione: & ex tali notitia sciens sufficienter instruitur, vt operationem singularem, quę propriè praxis dicitur præstare, ac dirigere secundum perfectionem artis possit: practicum ergo hoc modo acceptum, tale existimandum est absoluta consideratione, etiam si eam proprietatem non habeat, quam habet in acceptione priori, quia nõ proximum, sed remotum principium praxis est. Et modum quidem priorem in sola prudentia, & arte inuenimus, posteriorem verò in scientijs practicis, & priorem duntaxat considerans Aristo. ex vniuersis habitib. intellectualibus solã prudentiam & artẽ in practicis videtur numerasse lib.6.ethi.c.3. vsq; ad 8. prudentiam definiens, quod sit habitus cum ratione actiuus, artem verò esse habitum cum ratione factiuum: artis nomine mechanicas solũ intelligens, in quibus proprijssima ratio artis inuenitur, quæ nonnihil imperfectionis intrinsecum importat, de artibus enim liberalibus, quæ minus de imperfectione artis propter adiunctam perfectionem scientiæ habent: alia est ratio, vel consideratio, in Metaphysicis verò, libro 2. capite 1. textu 3. libro 6. capite 1. textu 1. 2. & 3 & libro 11 capite 1. practicum in secunda consideratione vsurpat, illud ad scientias extendens, quas generali diuisione duobus illis membris speculatiuæ, & practicæ exactè comprehendit, neque enim scientia, quæ proprium obiectum in communi considerat, potest circa rem operabilem versari, modo operabili procedere, ad finem operationis ordinari, nisi secundum communem considerationem, ex qua sciens ad particularem operationem præstandam instructus procedere potest, ad eamq; faciendam, vel dirigendam ex natura, proprioq; procedendi modo ordinatur scientia, & hoc modo ad talem finem ordinari satis esse intellexit Aristoteles, vt scientiæ has habentes conditiones propriè practicæ appellẽtur, licet non tanta proprietate, ac prudentia, & ars, practici habitus censentur.

Ex quibus iure inferre possumus, apud Aristotelem recitatis locis, habitum duobus modis esse practicum, proprijssimè quidem si sit proximum operationis principium, & minori proprietate, si remotum tantum, vt de scientijs practicis expositum est. 12.

Infertur secundo timendum non esse practicas scientias practicos etiam habitus appellare, licet à quibusdam non admittatur: id enim in primis necessarium est, cum prædicatũ quodcunque etiam accidentale inferiori conueniens, superiori necessario inesse debeat: sed ita est, quod scientia, & habitus modum habẽt superioris, & inferioris, & quidem vniuocè & essentialiter, ergo omnes conditiones scientiæ prædicari de habitu necessarium est: vnde si ponuntur scientiæ absoluiè practicę, rationem practici habitus habebunt, & de habitu practicorum principiorum, qui appellatur synderesis, negandum non est esse practicum, & in pra-

ctico

ctico intellectu inhærentem, distinctumque à prudentia, & arte, cum circa vniuersalia versetur, prudentia verò, & ars circa singularia, necesse est ergo habitus practicos ponere præter prudentiam, & artem, quanquam non perfectissimè practicos, sed imperfectè: quantum tamen satis est, vt simpliciter dicantur tales: & eiusmodi sunt scientiæ practicæ, cum synderesi, quod profecto Aristoteles nunquam negauit, sed solam prudentiam, & artem habitus esse practicos proprijssimè docuit, quod non tollit alios esse minus propriè practicos, qui circa rem operabilem in vniuersali versantur: quos comprehendisse putandum est eadem diuisione, quam 6. ethicorum capite 3. designauit dicens: intellectualem habitum esse intellectum, sapientiam, scientiam, prudentiam, & artem: sub intellectu quidem, & scientia, quam in practicam, & speculatiuam diuisit 6. Metaphysicæ capite 1. & ex consequenti in scientificum habitum speculatiuum, & practicum, ita vt vtrunque genus practici eadem diuisione probè intellecta comprehensum censeatur, vt copiosius ostendemus ad finem posterioristicæ doctrinæ.

13. Vt tandem nostram sententiam proferamus, duo sunt memoria repetenda in præcedentibus quæstionibus de dialectica constituta. Primum est, quod vera sit scientia. Secundum, quod sit vna scientia, & non multiplex: illud namq; quæstione secunda, hoc vero quæstione tertia stabilitum reliquimus. Ex quibus patet, quàm falsæ sint tertia, & quarta sententia, cum illa duplicem scientiam esse teneat, practicam vnam, speculatiuam alteram, hæc vero ab vtraque ratione dialecticam excludat: etenim cum scientia sit, vnam, vel alteram cōditionem habere necesse est, adęquata est enim diuisio scientiæ, in practicam, & speculatiuā, quam tradidit Aristoteles sexto Metaphysicæ capite primo, & quæ scientiam in communi (in quæ diuisum est) exhaurit: quemadmodum diuisio intellectus in speculatiuum, & practicum, totam latitudinem intellectiuæ potentię comprehendit. Quod etiam hac ratione conuincitur: omnis actus intellectualis in obiectum tendit sub ratione veri: aut ergo fertur in cognitionem veritatis propter se ipsam, & erit habitus speculatiuus: aut propter operationem efficiendam, aut dirigendam, & erit practicus: nullum ergo medium admittunt membra diuisionis, quare supposito quod dialectica sit vera scientia (vt ostendimus) falsum est medium in ea constituere, ita vt nec sit habitus speculatiuus, nec practicus: ad hæc nullus vnquam in intellectu, eiusque officijs medium posuit inter speculationem, & praxim: sed omnino necessarium arbitrati sunt omnes, quamlibet eius operationem vno, aut altero ex his modis affici: at potentia vniuersalior est habitu, ergo si nullum admittit potentia medium in suis operationibus, neq; in habitibus eius admitti poterit, superest ergo decernere, quemnam ex his modis ei attribuere debeamus.

12. *Propria sententia proponitur, elucidatur, & corroboratur, & iuxta eam controuersia dirimitur.*

Et videtur nobis vtrunque esse ei attribuendum, ita, vt practica simul, & speculatiua eminenter iudicanda sit. Hanc sententiam iam diu à nobis excogitatam nouissimè probant Doctor Franciscus Suarez, tom. 2. suæ Metaphysicæ disputatione 44. sub finem, & doctissimus Pater Gabriel Vazquez nostræ Societatis in suis eruditissimis commentarijs super primam D. Thomæ partem, tom. 1. disputatio 9. num. 2.

Quam hoc modo elucidare oportet, candē scientiam simul esse speculatiuam, & practicam eminenter, dupliciter intelligi potest, aut pure eminenter, aut eminenter simul, & formaliter, pure eminenter dicitur aliquid vnum plura continere sub vna aliqua ratione superiori, de qua neutrum formaliter enunciatur, sed eminenter duntaxat: vt Sol continet eminenter frigus, & calorem, in vnitate suæ formæ substantialis superioris ordinis: ita tamen, vt nec de sole ipso, aut de eadem eiꝰ forma enūcientur formaliter, non est enim verum, quod Sol sit calidus formaliter, aut frigidus: eminēter autem, & formaliter simul aliquid dicitur continere multa, quando in eadem forma, aut ratione superiori vtrunque ita claudit, vt de eo formaliter enuncietur: quo pacto anima rationalis continere dicitur gradum vegetandi, aut sentiendi in superiori gradu rationalitatis sic vnitos, vt verum sit formaliter esse vegetatiuam, & sensitiuam, cum sit principium formale vtriusq; gradus, eos in genere causæ formalis corpori tribuens, quod satis est, vt verum sit, vegetatiuam, & sensitiuam esse formaliter tanquam formam, hoc est tanquam principiū formale quo. Caietanus ergo prima parte quæstione prima art. 4. tenēs cum D. Thoma Theologiam simul esse speculatiuam, & practicam emi-

eminenter, primum sensum videtur sequutus vtramque rationem ei attribuens eminẽter, & neutram formaliter: iuxta cuius sententiam tã tundem nobis dicendum foret de dialectica, cui vtranque etiam nos rationem cõcedimus, verum tamen sicut sententia eius falsa nobis circa Theologiam videtur, pari ratione falsum reputamus, quod purè eminenter sit scientiæ cõcedenda, quod ex natura eius facilè conuinci potest: nam si speculatiua est, modo quidem formali speculatur naturam sui obiecti, hoc est per formales definitiones, ac demonstrationes, vsque ad prima principia deductas, passiones de essentia concludens, & si practica, formaliter operatiua, aut directiua saltem operationis erit: etenim officia hæc speculandi, aut dirigendi, non nisi per formales actus, & operationes præstari possunt, & nisi formaliter præstentur, nequibunt vllo modo attribui scientiæ, quare necesse est, si practica simul sit, ac speculatiua (vt de dialectica tenemus) non purè eminenter vtranque conditionem sortiri, sed etiam formaliter eo modo, quo anima rationalis formaliter continet gradum vegetandi, ac sentiendi, quos nequit vllo modo continere, nisi formaliter, cum eos habeat tanquã forma.

16. De corpore verò cœlesti alia est ratio, quòd enim non sit, nisi efficiens causa frigoris, & caloris, satis est effectus illos purè eminenter continere, quin potius causa efficiens ordinis superioris nequit effectus inferiores, quos producit, continere formaliter, cum tamen scientia modo alio longè diuerso, hoc est per actus formales circa idem obiectũ vtrũque munus speculandi, ac dirigendi exerceat, non secus, ac quælibet particularis scientia solùm speculatiua, aut solùm practica, illud vnum officium, quod præstare potest, ac debet, talis censeatur formaliter, quo autem modo possibile sit vtranque rationem speculatiuam, & practicam specie distinguentem scientias in vnam coire, ita, vt non minus vna numero, & specie sit, ac si solum speculatiua foret, vel solum practica, declarare oportet: quia ex eius explicatione magna ex parte depẽdet veritas nostræ sententiæ.

Adnotandum est ergo, practicum, & speculatiuum bifariam posse ad habitum pertinere, primo quidem ita vt adæquatè sint in eius obiecto, quod contingit, dum habitus ipse, vel solam operationem pro obiecto habet, vel solam eius directionẽ intendit, aut certè circa rem aliam ab operatione versatur, cuius contemplationem pro fine habet: & si ita se habeant rationes istæ ad habitum, aut scientiam, distinctionem specificã absq; dubio efficiũt, cuius ea est ratio, quia distinctio specifica habituũ ab obiecto præsertim formali desumitur, sed practicũ, & speculatiuum, pro adæquatis rationibus desumpta, diuersa obiecta formalia constituunt (cum valde diuersum obiectum sit operatio, aut eius directio, à re alia, cuius naturam contemplatur scientia) ergo diuersa scientia, diuersusque habitus ab vtraque constituetur, & hinc est, quòd particulares scientiæ vnam, aut aliam rationem limitato modo respicientes, sẽper distinguũtur specie, quia finis, & modus procedendi in obiectum refunditur, ipsumque efficit formaliter diuersum, si vero obiectum, aut modus procedendi habitus, aut scientiæ vniuersalior sit, vtranque sub se rationem comprehendens, vniuntur absq; dubio in eo, & habitum ipsum, vel scientiam vniuersaliorem efficiunt, non tamen distinctã, quia vniuersalior ratio obiectiua, sub qua comprehenduntur, vnica est, vnicumque proinde habitũ constituit in atoma specie. Exemplo nobis potest esse in potentijs intellectus, ad quem pertinet vterque modus operandi, videlicet per directionem, aut contemplationem, & cum ex alia parte adæquatum eius obiectum, quod est verum, res simul speculabiles, & operationes dirigibiles complectatur, sit neutram rationem tanquam adæquatam respicere, sed rationem obiectiuã eius singulis esse superiorem, easque proinde tanquam inadæquatas complecti, & vt tales ab ipso intellectu respici, vnde nec; ipsum specie distinguũt, sed quasi accidentales differentiæ eius censentur, nec solum in potentijs, sed etiam in habitibus, & scientijs exempla nobis suppetunt, quæ licet non sint adeò vniuersales, ac intellectus, sed ei insint omnes, quædam tamen adeò vniuersale obiectum habent, modumve procedendi, qui in obiectum refunditur, vt practicum, & speculatiuum sub se comprehendant, tanquam in adæquatas rationes. Talis est inter sciẽtias: Theologia nostra (vt D. Thom. docet prima parte, quæst. prima art. 4. quẽ sequitur iam vniuersa schola) tam excellens, tamque vniuersale obiectum habens, vt natura quædam sit, quæ contemplationis obiectum est, atq; etiam finis vltimus, in quem operationes nostræ diriguntur, quas proinde sciẽtia ipsa dirigere docet, & eiusdem finis naturam contemplatur; iure ergo vtranque rationem 14.

nem practicæ, ac speculatiuæ, ei attribuit, tanquam sibi inadæquatas, & sub vniuersaliori cõprehensas, tantundemq; de dono sapientiæ inter cęteros habitus sentiendum esse docet secunda secundæ, quæst. 45. artic. tertio.

Nos igitur vtramque etiam rationem in modo procedendi dialecticæ, atque in obiecto eius clausum cernentes, arbitramur eidem scientiæ esse attribuendam, ita vt sub vna eademque ratione eius obiectiua vniuersaliori, tanquàm inadæquata cõprehendatur quælibet: quod peculiare esse in dialectica credimus, ob peculiarem etiam naturam eius, ex qua habet, vt organum sit scientiarum omniũ: ad quod pertinet modum procedendi cunctis præscribere, do-
14 cendo, quonam pacto speciales operationes, circa quas versatur, dirigere debeat, vel naturam alterius rei, quam sibi pro obiecto assumit contempletur: condendoque simul accommodata instrumẽta, propositiones videlicet, definitiones, diuisiones, syllogismos, ac demonstrationes, quibus medijs tales fines consequantur, eandem simul instrumentorum à se confectorum naturam exacte contemplando: & cum finis, ac modus procedendi vterque in obiectum refundatur, habet ex consequenti, vniuersalius obiectum, res & operationes sub se comprehendens, non quidem diuersas: nam, vt inferius de obiecto eius differentes ostendemus, propria materia dialecticæ, circa quam versatur, sunt operationes intellectus, quas dirigere, & ordinare docet, ac simul naturã earũ, ac proprietates, vt in compositione instrumentorum ordinantur, indagare. & ecce, quo pacto practicæ, ac speculatiuæ differẽtiæ, quæ, si tanquã
18 adæquatæ respicerentur, specie distinctas scientias constituerent, in eadem scientia dialecticæ vniuntur sub vniuersaliori ratione, vtranque tanquam inadæquatum complectentes.

Hanc nostram sententiam sic elucidatam primo colligimus ex doctrina Aristotelis primo libro topicorum cap. 9. vbi problemata dialectica, practica simul atque speculatiua esse his verbis testatur: *Problema autem dialecticum est intendens, vel ad electionem, & fugam, vel ad veritatem, & scientiam, aut vt adminiculans ad aliquid aliud taliũ, &c.* Et paucis interpositis quędam problemata vtilia esse ait, ad eligendum, vel fugiendum, vt vtrum voluptas sit eligenda, aut non? quædam autem ad sciẽdum tantum, vt vtrum mundus æternus sit, aut nõ? quędam vero, vt dialectica ad vtrunque adminiculãtia, &c. Sentit igitur vtranque rationem, practicam, & speculatiuam dialecticæ inesse.

Probatur deinde ratione ex propria conditione vtriusque scientiæ: practicæ quidem, cuius intrinseca conditio est circa opus versari, quod bene, vel male fieri potest, bene, vel male dirigi, aut ordinari, eius autem virtute bene fit, aut bene ordinatur: sed dialectica versatur circa opera intellectus, ea dirigendo, ac debito modo ordinando, docet namque modum, quo apprehensio intellectus fieri debeat, vt deseruiat iudicio: quonam modo iudicium de ea ferẽdum sit per diuisionem, & compositionem: quonã modo ordinandæ sint cõpositiones ad constituendum syllogismum, quo perficitur discursus: erit ergo absque dubio scientia practica. Cui speculatiuæ conditio nõ deest, siquidem non minus perfectè contẽplatur naturam sui obiecti, ac si illud nõ operaretur, sed iam factum supponẽs, exactam notitiam eius assequi intenderet, quod scientiæ solum practicæ minime conuenit: neque enim pertinet ad domificatoriam artem definire domum per genus, & differentiam, nec exactam partium notitiã inuestigare, sed cognita, vtcunque ratione earum, in cõstructionem eiusdem domus incumbere, & vniuersaliter loquẽdo ad officium scientiæ practicæ non pertinet exacta rerum efficiendarum notitia, sed qualiscunque ad operãdum sufficiens: tam exactam igitur sui obiecti cognitionem nõ traderet dialectica, nisi simul esset speculatiua scientia.

Secundò ex modo procedendi: naturam enim in primis entium rationis, ac modi sciendi, non solum in vniuersali, sed etiam in particulari, videlicet enunciationis, syllogismi, ac demonstrationis perfectè contemplatur: proprietatesq; eorum per definitiones, diuisiones, ac demonstrationes, & resolutionem vsque ad prima elementa demonstrat, quod speculatiuũ procedendi modum planè continet: imò eundem speculatiuum procedendi modum in quibuslibet scientijs docet, explicat, atque ex professo tradit, vt in resolutorijs operibus, tam prioribus, quam posterioribus cernimus: quæ non vocarentur resolutoria, nisi modo resolutorio in eis procederetur: modus autem resolutorius speculatiuus est. Quod vero compositorio quoque modo practicæ scientiæ proprio procedat, apertum est, cum partes horum instrumentorum tradat: & modum, quo ex eis construenda sint, ostendat, ad vnguemque examinandas esse doceat, ne in necessarijs deficiant conditionibus, aut in superfluis abundent.

Probatur tertio ex fine, à quo speculatiuæ, ac practicæ scientiæ ratio accipenda est, nam quod exactam modi sciendi notitiam intēdit omnibus modis, quibus intendi à scientia speculatiua potest, certissimum videtur, cum nullum prætermittat exactæ definitionis, diuisionis, ac demonstrationis, quem non adhibeat ad illum perfectè cognoscendum: quod vero talem cognitionem ordinet ad operationem, non est minus certum, nam cum ex propria cōditione sit organum scientiarum, ad quarum proinde vtilitatem per se ordinatur, sequitur euidenter per se etiam ordinare præcepta, quæ pro conficiendis instrumentis sciendi tradit ad vsum, & operationem, quanquàm non sit immediatum principium eius, vt scientia est, vt pote de vniuersali obiecto agens: Itaque dialectica exactè cognoscendo naturam modi sciendi, dirigit opera rationis, & dirigendo simul speculatur eorum naturam: & vtrunque modū cognitionis habere necessarium profectò erat, quia aptissima sciendi instrumenta pro se, & alijs scientijs constituere non posset, nisi ea cōponere ex suis partibus doceret, simul quoque naturam eorum, partiumque exactè specularetur, ne forte minùs apta, minus firma, minus stabiliaque euaderent: & ita fieret, vt intercepta via ad eas acquirendas apprimè necessaria, præclusa ianua, per quam aditus pateret ad eas ingrediendi, & quasi organo perfracto scientiæ, omnes in suo principio extinguerentur, si enim minus solida euaderent instrumenta, scientijs comparandis minimè possent deseruire.

Probatur tandem ex principijs eiusdem scientiæ, quæ sunt definitiones eorundem instrumentorum, seu modorum sciendi, de quibus exactissimè perquirit, an debito genere propriaque differentia constent, modum docens inuestigandi proprium genus, propriamq; rerum differentiam, ne forte falsa pro veris acceptentur, & notitia conclusionum ex falsis principijs deducta falsitatis quoque meritò arguatur, & à vera ratione scientiæ, quæ ex veris principijs procedere debet, omnino deficiat, quod certè speculatiuum modum eisdem principijs, & conclusionibus planè confert, sed non est minus certum ad esse eius practicum, cum exacta notitia partium ad compositionem totius ordinetur, & instrumentum ab eis constitutum, tandem ad vsum, & operationem.

Contra prædicta, quædam obijciuntur, & soluuntur.

Sed tria aduersus hanc sententiam opponi possunt. Primum, quia scientia speculatiua est ea, quæ sistit in cognitione veritatis, si ergo dialectica speculatiua scientia est, sistet in cognitione modi sciendi, neque ad operationem, & praxim se extendet, quare non erit simul practica: & si scientia practica est ad operationes dirigendas se extendens, non erit speculatiua: pugnat igitur rationem speculatiuam in eadem scientia reperiri cum practica. Et vt hoc verbo difficultatem argumenti proferamus, licet practicum, & speculatiuum non sint specificæ differentiæ potentiarum, vt ex doctrina Aristotelis affert D. Thom. 1. part. quæstione 79. art. 11. sunt tamen differentiæ habituum, vt idem met Aristoteles docuit 6. ethicorum cap 3 vsque ad 7. ergo scientia practica per se distinguitur ab speculatiua, specie: si ergo idem habitus simul sit speculatiuus, & practicus, eo ipso non erit vnus secundum speciem, sed multiplex: quare apertè falsum erit eundem habitum dialecticæ, eandemque scientiam practicam simul, & speculatiuam vocare. I. obiect.

Secundum, quia quod eminenter tale est, nobiliorem habet modum essendi, quàm quod solùm est tale formaliter, vt sensitiuum hominis nobilius longè est sensitiuo leonis: quia sub eleuatiori gradu continetur, si ergo dialectica sub gradu eminentiori habet practicum, & speculatiuum, perfectius esse speculatiuum habebit cunctis purè speculatiuis, & perfectius esse practicum cunctis practicis: vnde nobiliori modo speculatiua erit Philosophia naturali, & nobiliori modo practica Philosophia morali. Et quod amplius est, propter vtramq; rationem nobilior erit simpliciter cūctis scientijs solùm speculatiuis, aut solùm practicis, & Mathematicas disciplinas, atque etiā Philosophiam primam nobilitate vincet, quod satis absurdum est. 21. II. obiect.

Postremum, quia dignitas hæc vtramque rationem practici, atque speculatiui sub eminēti vnitate continendi conceditur Theologiæ propter excellentiam luminis, atque obiecti. Ex quibus habet, vt sit participatio quædam diuinæ scientiæ vtrunque continentis, sed dialectica nihil horum habet, ergo neque talis est ei dignitas attribuenda, nisi velimus eam in scien- III. obie. 22.

tia-

tiarum fastigio collocare, quam infimæ sortis esse constat.

Solutio primæ obiect. I. obiect. Primum argumentum, assumit definitiones practicæ, atque speculatiuæ scientiæ secundum limitatas, ac præcisas rationes, quo pacto conueniunt singulis scientijs, singulis, ac præcisis rationibus præditis: dialecticæ vero nō sic attribuuntur, quemadmodum nec Theologiæ, sed vt in vnica simplicissima, atque eminenti ratione adunantur, respectu cuius quælibet se habet, vt inadæquata: itaque dialectica vnica illa, ac superiori cognitione sic speculatur naturam modi sciendi, vt per talem speculationē simul dirigat opera rationis, & ita hęc dirigit, vt dirigendo speculetur eundem modum sciendi, per quē diriguntur, & ordinantur: quare non sequitur, dialectica speculatur naturam proprij obiecti, ergo in speculatione quiescit, neque etiam dirigit opera rationis, ergo naturam talis directionis nō speculatur, sed modus propriæ cognitionis vnum, & alterum sub vnitate, ac simplicitate complectitur, quemadmodùm nō sequitur in anima rationali, tribuit esse vegetatiuum corpori, ergo non sensitiuum: tribuit sensitiuum, ergo non rationale.

24. Quam autem harum rationum principalius dialectica importet, arbitror speculatiuam principalius importare. Moueor autem ad id asserendum, non solùm quia speculatio ex se dignior est: vnde & speculatiuas scientias practicis esse digniores docuit Aristoteles sexto libro Metaphysicæ capite 1. quia cognitio obiecti, quam intendunt propter se, appetibilis est, vnde ipsæmet sciētiæ propter se quæruntur, practicæ vero non propter se, sed propter opus, itaq; ex hac parte practica dialecticę ratio ad speculatiuam, tanquam ad digniorem ordinatur, sed præcipuè propter modum procedendi eiusdem scientiæ, qui magis est speculatiuus quam practicus, nam directionem operum rationis, quam præstat, instrumenta sciendi, quæ extruere docet, magis naturam eorum speculando efficit, quam practice instruē do intellectum, quomodo operaturus sit. Quæ licet ita se habeant, non propterea existimandum est speculatiuam tantum esse scientiam, si praxis ratio ad speculationem ordinetur, nā ex tali ordinatione, praxis rationem non amittit, vt enim egregiè D. Thomas articulo illo quarto in fine corporis, de Theologia docet principalius quidem speculationem importare, ad quam tanquam ad digniorem, magisque intentam praxis ordinatur, sed talem ordinationem non obstare, quo minus essentialem scientiæ practicæ rationem obtineat, ergo pari ratione in dialectica censendum est, 25. ordinari quidem practicum ad speculatiuum proxima ordinatione, sed vtrunque tanquam ad finem principalem intrinsecum, & adęquatum totius sciētiæ ad perfectam entis rationis, ac modi sciendi notitiam, per quem opera rationis diriguntur, & ordinātur, ideoq; vtramque rationem retinere.

II. so. Pro solutione secundi argumenti obseruandum est, dignitatem scientiæ essentialem ex ordine ad obiectum capiendam esse, vnde illa est perfectior scientia essentialiter, quæ circa dignius obiectum versatur, talis est inter sciētias lumine naturali innitentes prima Philosophia talis absolutè Theologia nam illa circa Deum lumine naturali cognitum versatur, hæc vero circa eūdem cognitum lumine supernaturali: dignitas autem accidentalis ex diuersis procedere potest, vt ex maiori abstractione à materia, ex certitudine demonstrandi, atque ex pluribus alijs, & dialectica quidem ex parte obiecti non est dignior cæteris scientijs, sed infimum fortassis locum tenet quantum ad essentialem dignitatem, cum infimi ordinis sit ens rationis, aut modus sciendi: sed in quantum vniuersalissima est modum sciendi cūctis præscribens, instrumenta sciendi eis constituens, ac præbens accidentalem dignitatem quandam, præ cæteris habet digniorem modum speculatiuæ scientiæ, atque etiam practicæ, cunctis, vel speculatiuis solùm, vel solùm practicis.

21. II obiect. Ad formam igitur argumenti hoc admisso respondemus: ex digniori modo speculatiuæ, & practicæ scientiæ, atque etiam ex continentia vtriusque modi sub eminentiori gradu, solum inferri digniorem ex hac parte esse dialecticam cæteris scientijs, non quidem dignitate essentiali, sed solum accidentali, cum qua stare simul potest, quod infimum locum in essentiali dignitate teneat.

III. o. III. obie. 22. Ad vltimum patet, iam ex nostræ sententię elucidatione quid dicendum sit: non enim eandem ob causam dialecticæ attribuimus, quod Theologiæ concessum est, sed lōgè diuersam, nimirum propter vniuersalitatem obiecti, atq; ipsiusmet scientiæ, quæ cum cæterarū omnium sit organum, cunctisque sciendi modum præbeat, oportet vtroque modo sciendi, ac procedendi gaudeat, practico, & speculatiuo, oportet etiam vtrunque modum procedendi ha-

di habeat, compositorium, & resolutorium, oportet in vtrunque ordinetur finem speculandi naturam obiecti, & dirigendi operationes: vnde fit in Theologia ad essentialem perfectionem pertinere talem eminentiam, quia ex dignitate obiecti, & luminis procedit, in dialectica verò solùm ad perfectionem accidentalem, ad eundem modum, quo certitudo demonstrādi, aut maior abstractio à materia accidentalem modum perfectionis duntaxat tribuit Mathematicis disciplinis.

Argumētis primæ, & secundæ sententiæ satis fit.

Argumenta autem primæ, & secundæ opinionis, quibus satisfacere in primis oportebat, intentum quidem assequūtur, ex ea parte, qua probant speculatiuam scientiām esse dialecticam, atque etiam practicam, sed non probant hanc, vel illam rationem limitatam habere, sed sic habet vnam, vt etiam includat alteram, & vtramque sub altiori, atque eminentiori, vtrāque tanquam inadæquatam, & pro adæquata superiorem: vtramque simul sub vnitate, ac simplicitate continentem: & per rationem hāc superiorem separatur à practicis, atque speculatiuis scientijs, præcisa, ac limitata ratione talibus: & propter hunc modum habendi talē eminentiam, separatur à sacra Theologia, nam hæc modo superiori illam habet, dialectica verò longè inferiori, vt ex adnotata à nobis doctrina pro elucidatione nostræ sententiæ satis constat.

26. Argumenta autem quartæ opinionis difficultate carent, nam quòd dialectica sit quasi organum, ac instrumentum scientiarum non tollit ab ea rationem, ac dignitatem scientiæ, cum per veras demonstrationes propria instrumenta sciendi construere doceat, quin potius ex hoc ipso modus sciendi vocatur, ex quo non infimam dignitatem (quamuis accidentalem) sibi vendicat.

QVAESTIO SEXTA.

Quod sit obiectum dialecticæ, vtrū modus sciendi realis, vel ens rationis?

Elucidatur titulus quæstionis.

Obiectum, subiectum, & materia appellari consueuit illa res circa quam scientia versatur, eandem enim ferè significationem habent hæc tria nomina: obiectum dicitur per ordinem ad habitum, quia quasi scopus est, in quem tendit: subiectum comparatione ad passiones, vel etiam rationes de eo in scientia demonstrabiles: nam conclusiones scientiæ, quibus comparamus habitum, actus quidā sunt rationes, seu proprietates continētes, quibus ad perfectam subiecti cognitionem peruenitur, rationes, vel passiones appellamus, quia contingit obiectum scientiæ, vel ratione vniuersalitatis, vel certè sūmæ simplicitatis, passionibus, vel proprietatibus carere, sed rationes nostro saltem intelligendi modo priores, & posteriores habeat necesse est, vt quibusdam alijs mediantibus certa demonstratione ostensis, ad ipsius obiecti scietificam cognitionem perueniamus. Et in communibus quidem scientiarum obiectis passiones, seu proprietates reperiuntur, in specialibus vero ac superioribus, cuius modi sunt Metaphysicæ, & Theologiæ obiecta, rationes tantùm de ipsis demonstrabiles, quod satis esse intelligitur, vt subiectum nostro modo intelligendi appellari possit illud, de quo est scientia, & hoc idem materiæ nomine nuncupatur per comparationem ad formalem rationem, sub qua ab ipsa scietia consideratur, vt enim quęstione tertia statutum est, ex ratione, quæ, & sub qua constat, adæquatum obiectum scientiæ, & prior veluti materialis est respectu superioris, à qua determinatur, ideoque materia dicitur scientiæ: vt in potentia visiua, color potest appellari materia, ad rationem visibilitatis, sub qua à potentia percipitur, comparatus. Hanc autem rationem accipiendam esse in scientia diximus ex ordine ad principia, quibus positis conclusiones de ipso subiecto eliciuntur, vt rei ipsius natura cognoscatur, de obiecto ergo materiali quęstio præsens procedit, quod cum subiecto, ac materia conuertitur.

Proprietates obiecti.

Cuius plures sunt conditiones, quæ ab omnibus acceptantur: prima est, vt esse aliquid habeat, non quidem existētię actualis, cum notum sit de re tantum possibili scientiam esse posse, sed essentiæ saltem possibilis: nam res impossibilis non erit obiectum scientificæ cognitionis. Hanc posuit conditionem Aristotel. 1. posteriorum cap. 2. tex. 5.

I. conditio obiecti.

Secunda conditio est, talem esse debere rem, de qua futura est scientia, vt eius notitia principaliter sit intenta ab ipsa scientia, nam finis scietiæ duplex est, vnus quasi extrinsecus, & eiusmodi est materiale ipsum obiectum: alter intrinsecus, in quem ex propria natura scientia

II. condit.

entia ordinatur: & eiusmodi est cognitio, seu scientifica notitia materialis obiecti: vnde elicitur, tale debere esse, vt eius notitia sit tanquã finis principalis, & intrinsecus, in scientia ipsa intentus.

Conditio III.

Tertia conditio est, vt sub ratione propria, quæcunque ad scientiam spectare possunt, comprehendat: etenim scientia, & obiectum eam habent mutuam correspondẽtiam, vt si cognitio obiecti est scientiæ, quicquid scientia cognoscere intendit, ad obiecti naturam spectare debeat: nihilque sit sub eo contentum, cuius cognitionem scientia non assequatur, & ex hac tertia conditione obiectum respectu scientiæ adæquatum nuncupatur, quia neq; virtutẽ scientiæ excedit, neq; ab ea superatur.

27.

Conditio IV.

Quarta conditio est, in scientia non demonstrari naturam ipsius obiecti, sed quasi vt præsuppositam accipi, ad ostendendas passiones, & proprietates eius. Itaq; scientia non ostẽdit subiecti essentiam, sed ex propria definitione acceptam accipit tanquam medium demonstrationis. Hanc conditionẽ esse necessariã docuit Aristoteles, & efficaciter ostendit 1. posteriorũ capit. 2. & primo Physicorum cap. 2. & octauo Physicorum capit. 3. Et ex his conditionibus infero, obiectum speciem conferre scientiæ, ea ratione, vt ex comparatione ad tale obiectum talis sit speciei.

Aristoteles

Extrema conditio.

Cui valde affinis est postrema conditio pertinens ad vnitatem obiecti, quod vnum esse aliquo pacto necessarium est, specifica videlicet aut generica, seu quauis alia vnitate.

His explicatis, quæ ad titulum quæstionis pertinent, duo sunt in quæstione præsenti certissima, & iam communi totius scholæ consensu accepta: primum est, dialecticam habere aliquod determinatũ obiectum: quod pulchra quadam ratione in primis ostẽdit D. Thomas 4. Metaphysicæ, lectione 4. cuiusuis artis aliqua est determinata materia circa quam operatur, vt certa inductione etiam in mechanicis ostendi potest: sed dialectica est quædam ars perfectissima, vtpote liberalis, ergo circa vnam aliquam materiam versatur ea ratione, vt & si res diuersas consideret, tamen sub aliqua vna ratione, in qua conueniunt: & si hoc habet dialectica ex ratione artis, habebit quidẽ à fortiori vt scientia, quæ artis perfectionem excedit.

Aristoteles

Secundo probatur, quia non minus scientia habet vnitatem ab obiecto, quam potentia, vt Aristoteles secundo de anima testatur, cap. 4 sed dialectica est scientia determinata, & distincta ab alijs, ergo hanc determinationem, & distinctionem ex determinato obiecto sortitur. Et certè cũ proprium scientiæ officium sit passiones de subiecto demonstrare, non erunt determinatæ passiones, nisi determinatum sit obiectum: atque adeo nec determinatæ demõstrationes, & conclusiones, vnde nec determinatus scientiæ habitus, qui ex his producitur. Neque veritas hęc aliquam habet repugnantiam, cum his, quæ Aristoteles docet 1. posteriorum cap. 12. textu 24. & 4. Metaphysicæ textu 5. ad finẽ: quibus locis affirmare videtur dialecticam non esse vnius generis obiecti, aut per omnia scientiarum obiecta vagari: sensus enim quem his, ac similibus verbis tenet Aristoteles, est de materia remota circa quam versatur, quæ adeo vniuersalis est, vt quarumcunque scientiarum materiam comprehendere possit: definitiones, namque diuisiones, genera, & species, quæ ad dialecticam considerationem propriè pertinẽt in quibuscunque rebus inuenimus: proxima vero materia inferius explicanda, determinata est.

Secundum: tanquam certum est accipiendum, eiusmodi materiam determinatam, ac principalem dialecticę, non esse voces vt plane Aristoteles docet 4. Metaphysicæ textu 5. & innumeris penè alijs suæ doctrinæ locis, quibus sciẽtiam esse de ente, aut de rebus, dialecticam affirmat, & ratio euidenter ostẽdit, nam instrumenta, in quibus constituendis dialectica versatur, verè in rebus, aut operationibus intellectus fiunt, & ad veritatem rerum dirigendam principaliter ordinantur, vt in definitione, diuisione, ac demonstratione compertum est: ergo res ipsas præter voces, tanquam materiã propriam dialectica respicit. Et si obiectum eius ens rationis esse dixerimus, non illud certe, quod in vocibus fundatur, sed in eisdem rebus, aut operibus intellectus, quod vocari solet ens rationis logicum, quia solius logicæ considerationis est: nam voces instrumenta tantum sunt, & quasi vehicula, quibus medijs res ad scholas deferuntur, vnde, entia rationis, quæ in eis fundantur, non ad logicã pertinent, sed ad Grammaticã, & Rhetoricam: nam vtraq; ars de vocibus agit, illa vt secundum congruentiam disponuntur, hæc vero vt ornatè, duo autem illa sapienter de vocibus docuit Aristoteles 1. lib. de interpretatione cap. 1. illis verbis: *Sunt ergo ea, quæ sunt in voce, earũ, quæ sunt in animæ passionum notæ, & ea quæ scribuntur earũ, quæ sunt*

sunt in voce: Et primo elenchorum capite 1. *Quia fieri non potest, vt res ipsas ferentes disputemus,*
29. *nominibus pro rebus vtimur tanquam signis, & quod accidit in nominibus, in rebus quoque arbitramur accidere: quemadmodum hi, qui calculis supputant.* Et ideo hoc tantummodo iudicandum est voces ad materiam huius scientiæ pertinere: valeat ergo delirium nominalium, & penitus ab scholis censeatur relegatum, qui de vocibus dialecticam principaliter agere posuerunt.

Conuenit ergo inter omnes benè sentientes rem aliquam præter voces, quibus significatur, obiectum esse dialecticæ: conuenit etiam eiusmodi non esse prẹter opus intellectus, vel proprietatem aliquam ipsum consequentẽ, & apud omnes est absque controuersia ens rationis, hoc est ab ipsa ratione, & intellectu cõstitutum, vel ordinatum obiectum huius scientiæ esse: sed quod à ratione, vel intellectu fit, circa quod versari potest dialectica (ex quo rationalis merito appellatur) duplex est: aliud directè productum, siuè ordinatum, de quo dubium esse non potest, quin sit ens reale: cum per se productum sit à causa reali, qualis est intellectus, & tales sunt operationes eius, quibus definitiones, diuisiones, & syllogismi fiunt, &c. Aliud est ens rationis non directè ab intellectu factum, sed quod operationem eius consequitur, tanquam quædam extrinseca relatio, quæ aliud esse non habet, quam cognosci ab intellectu: vt ex abstractione, vel comparatione, quibus intellectus circa naturam humanã versatur, resultat in ea quædam denominatio, quæ dicitur vniuersalis, & species, quæ non est aliud, quam relatio ex parte ipsius naturæ,
30. ex comparatione eius ad indiuidua, & proprium nomen, quod ei intellectus imponit.

Opinio asserentium obiectum esse ens rationis.

I. opinio. IVxta hanc ergo distinctionem entis rationis diuisi sunt Doctores de obiecto dialecticæ loquentes, nam antiqui ferè omnes tenuerunt postremum ens rationis, quod commune est generi, speciei, propositioni, ac syllogismo, reliquisque nominibus ab intellectu attributis adæquatum obiectum esse: ita sentiunt D. Thom. 4. Metaph. lect. 4. & opusc. 42. de natura generis, cap. 4. quem sequũtur fermè omnes eius discipuli, præsertim Sotus q. 5. proœm. Caiet. super caput Porphyrij de genere. Flandria. 4. Metaph. quæst. 5. art. 2. quod etiam statuerunt Auerroes in epitome prædicam. cap. vltim. & 4. Metaph. text. commẽt. 2. Auicenna 1. Metaph. cap. 2. qui vulgatum illud protulit, dialecticus agit de secundis intentionibus adiunctis primis: secundarum enim intẽtionum nomine entia rationis huius generis intellexit & nomine primarum res denominatas.

Habet in primis fundamentum hæc sententia (vt sentit Diu. Thom.) in verbis Arist. 9 Metaph. tex. 5. vbi Dialecticum, sicut & Philosophum de ente vniuersali agere testatur: constat autem non de ente reali, in hoc enim à Philosopho, & Metaphysico diuersus est, qui de ente reali suis specialibus modis differunt, ergo sentit Arist. de alio ente vniuersali dialecticũ differere opere rationis fabricato, quod iam in schola ens rationis appellatur: nam reales operationes intellectus, quibus dialecticæ instrumenta fiunt, cum sint in specie determinatæ, ab vniuersali ratione entis deficere certum est. Probatur ex Arist.

Fulcitur etiam rationibus, quarũ prior est: I. ratio. quæcunque in dialectica tractantur secundum rationem quidem materialem spectata entia realia sunt, nam vel sunt operationes reales intellectus, vel quædã aliæ naturæ reales à secundis intentionibus denominatæ, vt prædicabile, prædicamentũ, propositio, syllogismus, at secundum formalem rationem sunt entia rationis, quẽadmodum formæ ipsæ denominantes, ergo principalis ratio in his considerata à dialectica non est ens reale, sed rationis, ergo obiectum eiusmodi est. Cui consonat communis appellatio dialecticæ, quæ ab omnibus rationalis appellatur, atque à realibus scientijs distinguitur, quasi de ente rationis sit.

Secundo, quia simplicia, quæ per se spectãt ad dialecticam, vt sunt genus, & species, &c. non important naturam realem, sed nec realẽ operationem intellectus, nam conceptus nõ dicuntur genera, & species, secundum proprium modũ loquẽdi, sed naturæ repræsentatæ in ipsis ab his intentionibus denominantur: animalis namque atq; hominis natura in communi cõcepta genus est, vel species, non conceptus, vel operatio intellectus, qua concipitur, ergo obiectum dialecticæ in quantum simplicia comprehendit, non potest esse ens reale, vel quod idem est: simplicia hæc non possunt ad dialecticam spectare ratione alicuius naturæ, vel entitatis realis, sed solius intensionis secũdæ, quã de formali significat, nisi velis quamcunq; realem II. argum.

lem naturam genericam, vel specificam ad obiectum dialecticæ per se pertinere, & tunc adhuc non potest, nisi in quantum genus, vel species denominatur: hoc est, in quantum substat secundæ intentioni, quæ ideò semper erit formale obiectum, vel ergo simplicibus non communicatur ratio obiectiua dialecticæ, vel hæc non est alia, quam ens rationis.

III. argu. 32. Postremo, quæcunque dialectica considerat, formaliter conueniunt in conceptu entis rationis, qui formaliter etiam de quocũq; prędicatur, siue compositũ sit, siue simplex, siue ad primam, secundam, vel tertiam operationem intellectus referatur, verum est enim, genus, & speciem formaliter esse entia rationis, cum circumscripta operatione intellectus, hæc denominatio his naturis non conueniat, sed in quãtum tali modo concipiuntur, definitio item, ac diuisio formaliter sunt entia rationis, syllogismus demum, ac demonstratio eandem rationem induunt, si formaliter considerentur, cui si addas, prout his denominationibus subsunt, ad dialecticam considerationem pertinere, colliges adæquatam rationem obiectiuam huius scientię esse ens rationis, non quidem secundum totum ambitum, sed contracta quadam ratione, in quantum sequitur naturam conceptam ab intellectu, vel operationem eius taliter ordinatam, videlicet in modum syllogismi, vel demonstrationis.

Secunda opinio ponit pro obiecto reales intellectus operationes.

De ente autem rationis directè & per se ab intellectu constituto, seu ordinato, cuiusmodi sunt reales operationes intellectus, ex quibus definitio, diuisio, & argumentatio fiunt, extat opposita sententia, quam plures huius temporis Doctores non solum tenent sed efficacibus rationibus confirmant: propriam scilicet materiam dialecticæ esse adęquatumque obiectum eius, in quantum sub ratione communi modi sciendi realis conueniunt. Itaque eiusmodi instrumenta à dialectica composita duplicem considerationem habere, aiunt: prior est pro ipsis operationibus realibus, & realiter ordinatis ab intellectu, ex quibus realis syllogismus coalescit, realis conclusio infertur ex principijs realibus, & secundum eandem proportionem in definitione, diuisione, ac demonstratione, quæ consideratio realis est: sed etiam accipiuntur, pro denominatione syllogismi, demonstrationis, definitionis, &c. quam eis tribuit intellectus, & ideò rationis est, non realis: eiusmodi autem instrumenta principaliter in dialectica intenduntur secundum considerationem priorem, quasi per accidens verò iuxta posteriorem, ideò obiectum principale, ac per se intentum, huius scientiæ, modus sciendi realis est, cui per accidens adueniunt aliæ denominationes definitionis videlicet, syllogismi, ac demonstrationis, quæ appellantur secundæ intentiones, quæ sicut non intenduntur per se, neque etiam per se ad obiectum spectare possunt quod reale est, non minus, quam obiecta aliarum scientiarum, & ab eo rationalis scientia dicitur dialectica, quia rationis opera dirigit.

I. arg. pr ordinis. Hãc sententiam duplici argumentorum genere confirmant: primum genus est eorũ, quibus probare nituntur ens rationis non esse obiectum dialecticæ: nam in primis obiectũ cuiusque scientiæ, vt ex traditis conditionibus constat, naturalem aliquam entitatem habiturum est, vt scientifica consideratio circa illud versari possit: at ens rationis, nec naturam, nec entitatem habet, cum non sit res aliqua vera, sed ab intellectu conficta: ergo obiectum scientiæ esse nequit. Consequutio euidens est, & vtraque pars antecedentis videtur nota: prior quidem, nam obiectum scientiæ oportet esse scibile, sed ratio scibilis, promanat ab entitate rei, non secus, ac ratio intelligibilis, ergo entitatem, ac naturam habiturum est illud circa quod versabitur scientia, tanquam circa proprium obiectum.

Posterior vero pars non est minus nota, cũ constet ens rationis, nec substantiam esse, nec accidens alicubi inhærens, sed solã denominationẽ attributam ab intellectu rebus, quas sibi pro obiecto assumit, quæ ad summum potest esse relatio rationis, in qua nulla prorsus ratio scibilis reperitur, quare neque obiectum scientiæ esse potest.

Deinde habere debet obiectum proprietates, quæ de illo in scientia demonstrentur, quibus tamen ens rationis caret, ergo, & obiectum esse repugnat: proprietates eius in primis non possunt esse reales, quia subiecti naturam excederent, si vero sunt entia rationis, statim continebuntur sub eo essentialiter, & ideò erunt inferiores, vtrumque autem cum natura proprietatis apertè repugnat, quæ cum extra rationem sit eius rei, cui conuenit, velut accidentaliter, eius ratio non continetur sub ea essentia-

Probatur ex Arist.

I. ratio. 31.

II. argum.

tialiter, sed in alieno ponitur prædicamento, vt risibilitas respectu hominis, & rurs' proprietas cum subiecto ad conuertentiam dicitur, vt Porphyrius c. 4. prędicabilium testis est, qua ergo ratione intelligi potest prędicatum superius posse esse subiectum respectu passionis?

Et confirmatur, quia dialecticus, quæ sit natura entium rationis non docet, quas habeat causas, quæ sint eius principia, & affectiones: cũ Metaphysici proprium sit hæc de quocunq; ente ostendere, ergo subiectum dialecticæ non erit, si aũt intelligas ens rationis secũdum propriam naturam spectatum, non esse dialecticæ considerationis, sed quatenus rationibus disserendi subseruit: verum quidem est, sed ex eo efficaciter sequitur, formam disserendi, sub cuius ordine consideratur, rationem esse obiectiuam dialecticæ, quæ cum communis sit vniuersis modis sciendi realibus, efficaciter conuincitur modum sciendi realem potius subiectum esse, quam ens rationis.

II. argum. Secundo, eundem ordinem res habet ad proprium esse, quem habet, vt sit obiectum cognitionis, cum ratio entitatis sit obiectiua intellectus, sed ens rationis per accidens resultat secundum proprium esse diminutum quod habet ex operatione intellectus, ergo per accidens se habet ad cognitionem ipsiusmet, atque adeò per accidens se habet ad scientiam, quæ non est aliud, quam cognitio obiecti: vnde per se obiectum scientiæ esse non potest, sed satis est ad eam scientiam per accidens pertinere, quæ operationes intellectus, quas consequitur, considerat tanquam proprium, & per se obiectum: eiusmodi est dialectica, quæ cum sit
33. qualitas, & habitus realis intellectus, non apparet qua ratione per se ordinari possit ad diminutam formam ab esse reali prorsus deficientem.

III. argu. Probatur tertio, quia principale intentum Arist. in omnibus dialecticæ libris est, præcepta tradere, quibus rectè conficiantur syllogismi, loca item ostendere cõficiendorum argumentorum probabilium, vt in libris priorum, topicorum, & elenchorum facilè ostenditur: syllogismi autem operibus intellectus realibus conficiuntur, non entibus rationis, ergo operationes istæ reales, in quantum sub modo sciendi comprehenduntur, sunt per se obiectum dialecticæ, potius, quam ens rationis.

Confirm. Idque efficaciter confirmatur, quia habitus dialecticæ inclinat ad has conclusiones reales: syllogismus tribus terminis, tribusque propositionibus taliter dispositis constare debet: propositionibus per se demonstratio, sed ab his, & similibus conclusionibus longè abest natura entis rationis, abesse ergo debet à ratione obiecti talis habitus.

Et, vt totam difficultatem argumenti prodamus, demonstratio quam dialectica docet cõstruere parit effectum realem, nempe conclusionem euidentem, quæ non solum realis est ex parte operationis realis, quam importat quasi materialiter, sed ex parte euidẽtiæ à qua habet habitum euidentem gignere: ergo demonstratio, non solum pro operationibus intellectus realis est, sed formaliter etiam, vt est talis modus sciendi, productiuus scientiæ: & par erit ratio de cæteris modis sciendi, vel instrumentis: cum ergo modus sciendi sit adæquatum dialecticæ obiectum, & sit ens reale formaliter, reale etiam erit obiectum formale eius, & nõ ens rationis.

In secundo ordine collocantur argumenta, quibus ostendunt modum sciendi realem, atq; communem omnibus instrumentis dialecticæ esse obiectum per se, quorum primum est: dialectica simul est scientia, & ars, vt Diuus Thomas confirmat 1. 2 quæstione 57. articulo 3. ars autem nihil est aliud, quam actuum humanorum ordinatio: vt Arist. 6. eth. c. 4. ostendit, & si liberalis sit, vt esse dialecticam eodem loco docet D. Thom. erit ordinatio quędam actuum animæ, quæ libera est, à qua & liberales dicuntur artes, sed actus animæ sunt omnes reales, & ideò eorum directio realis debet esse: vnde sequitur dialecticam per se intendere ordinationem actuum rationis, tanquam proprium finem, coincidit autem finis cum obiecto, ergo, & proprium eius obiectum erit, talis autem directio operum rationis, est ipse modus sciendi realis, iste ergo erit obiectum eius. — I. argu. secundi ordinis. — 34.

II. argum. Secundo, actus intellectus, qui ratione dirigi possunt per aliquam artem, sunt etiam obiectum scibile per aliquam scientiam, ergo ars aliqua ad eos dirigẽdos per se ordinatur, & ordinabilis est etiam scientia, sed non est alia ars in hunc finem inuenta, neque alia scientia cõsiderationem huius obiecti intendens, præter dialecticam, ad eam ergo spectare debent, vt proprium obiectum.

Postremo, quia dialectica (vt superius constitutum est) non solum est speculatiua scientia sed essentialiter practica: proprium autem obiectum scientiæ practicæ praxis est, quæ realẽ ope-

operationem importat, ergo proprium dialecticæ obiectum est realis operatio intellectus, quam dirigit, & rursus: scientia practica est per se factiua sui obiecti, at ens rationis cum sit relatio non per se, sed per accidens fit, nam vniuersaliter verum est ad relationem non esse per se motum, vt Arist. docet, & probat 5. lib. Phys. ergo ens rationis cum non sit per se factibile ab intellectu, nec erit obiectum per se scientiæ practicæ, atque adeò neque dialecticæ, sed erit realis operatio, quæ per se fit ab intellectu, & per se à dialectica dirigitur.

D. Thom. Eandemq; sententiam ex doctrina D. Thomæ confirmant, qui in principio posteriorum hæc verba scribit *Ars quædam necessaria est quæ sit directiua ipsius rationis, per quam homo faciliter, & ordinatè procedat, & hæc est ars logica rationalis scientiæ, quæ nō solum rationalis est, ex eo, quod est secundum rationem, quod est omnibus artibus commune, sed etiam ex hoc, quod est circa ipsum actum*

33. *rationis, sicut circa propriam materiam & ideò videtur esse ars artium, quia in actus rationis nos dirigit à quo omnes actus procedunt.*

Tertia opinio Alberti, & aliorū explicatur.

III. opinio. Tertia sententia considerans quæcunq; in logica tractantur, in argumentationem tanquam in finem esse referenda, vt eo instrumento veritatem indagare doceamur, tenet hanc esse obiectum dialecticæ: cuius autor fuit Magnus Albertus in prologo prædicabilium, quem sequitur Læmosius lib. 1. de erratis dialecticorum c. 6. & quoniam inter argumentationis species potissima est syllogismus, à quo reliquæ deriuantur, & in quem constituendum diriguntur quæcunque alia ad dialecticam spectant, ideò Scotus quæ. 3. suæ logicæ

34. posuit obiectum dialecticæ esse syllogismum: sed quoniam inter species syllogismorum potissima est demonstratio, ad quam ordinantur reliquæ, imò quęcunq; in dialectica tractātur, tanquam ad potissimum, aut vnicum instrumentum sciendi, tenuerunt alij demonstrationem esse obiectum dialecticæ, vt Amonius in præfatio. prædicam. & ibidem Simplicius, Alexander etiam, atq; Philoponus in principio librorum de priori resolutione.

Expenditur prima, & secunda sententia, & vtra sit probabilior decernitur.

Nota I. Caeterum sententijs propositis, & confirmatis, vt sensum nostrum aperiamus, in memoriam reuocādum est, quod initio

huius quæstionis ex communi omnium sententia præsuppositum fuit, dialecticam suam habere materiam determinatam, circa quam versatur non minus, ac alias scientias, hæc autem remota est, & proxima, remotam materiam vocamus res omnes, in quantum definitioni, diuisioni, ac syllogismo, alijsque modis sciendi constituendis deseruire possunt: sed materia hæc (vt satis per se constat) non est determinata, sed per omnes scientias diffusa, materia autem determinata, proxima, ac 36.
propria, quam dialecticam habere statuimus, sunt operationes intellectus, ex quibus prædicta instrumenta proximè constituuntur, eiusmodi autem primo considerantur secundū substantiam, in quantum intellectu mediante, ab anima tanquam à causa principali ortum habent, qua ratione compertum est, non ad dialecticam, sed ad eam partem Philosophiæ, quæ de anima differit, spectare. Secundo modo considerantur in quantum ab eadem ipsa ratione ordinantur in syllogismum, demonstrationem, vel quod vis aliud instrumentum logicum, vel modum sciendi, & hæc est propria acceptio harum operationum, secundum quā dialecticæ sunt considerationis, ad ipsamque tanquam ad proximam, ac determinatam materiam pertinent.

Secundo considerare oportet, quid eiusmo- II. notab.
di ordinatio operum rationis sit præter operationes ipsas, quidve de nouo eis adueniat, ex eo, quod in syllogismum, vel demonstrationem ordinantur, hæc est enim ratio in qua conueniunt sub dialectica: quæ si realis sit, erit dialecticæ obiectum reale, si verò extrinseca tantum denominatio, quam eis ratio ordinans tribuit, erit ens rationis: atq; adeò formalis ratio, quæ, in obiecto dialecticæ erit rationis: & hic est status discriminis inter primā & secundam sententiam, atq; adeò totius præ- 37.
sentis controuersiæ, nam secunda opinio profitetur talem ordinationem esse realem, & ideò modum sciendi non solum materialiter sumptū pro operationibus intellectus, sed for- Explicatur secūda se
maliter pro ordinatione, aut directione, vel pro eisdem operationibus, vt sic ordinatis, esse ens reale: & cum modus sciendi sit propriū dialecticæ obiectum, fit, hanc scientiam habere pro obiecto non solum materiali, sed etiam formali, ens reale, quadam autem ratione secundaria considerare ens rationis, tanquam quid consequens proprium obiectum reale, etenim cum ens rationis sit relatio rationis, & re-

& relatio quasi per accidens sequatur actus intellectus, per accidens etiam sequitur directionem realem actuum rationis ab intellectu per se factam, & ex consequenti non per se, sed per accidens pertinet ad obiectum dialecticæ. Moderni ergo autores diuisi sunt, nam quidam realem esse hanc ordinationem sentiunt, & idcircò obiectum dialecticæ, non solum pro operationibus reale esse censent, sed etiam formaliter pro directione ipsa: quod his rationibus ostendi potest.

I. argum. Prima, operationes intellectus sunt reales, ergo & perfectio eis debita, realis quoq; erit, sed perfectio nō est aliud, quam esse ordinatas in syllogismum, demonstrationem, aut quid simile, ergo ordinatio, seu directio, quid reale erit.

II. argum. Secundo, præciso quocunq; ente rationis, vel comparatione intellectus per quam consurgit, consistit bona definitio, bona etiam diuisio, & bonus syllogismus, sicq; de cæteris instrumentis, ergo hæc non sunt entia rationis formaliter, sed realia ex reali intellectus ordinatione, quam per accidens consequitur denominatio definitionis, diuisionis, aut syllogismi quæ est ens rationis: probatur antecedens, nam esse bonam diuisionem, est membra contineri sub diuiso, esseque simul sumpta ei adæquata, aut cum eo reciprocari, esse inter se se distincta, atque opposita, quas omnes conditiones constat esse reales, modus ergo sciendi realis est.

38.

III. argu. Probatur tertio, exemplari inductione per omnes particulares sciendi modos discurrente, nam ordinatam esse apprehensionem, non est aliud, quam quod res apprehendatur sicut est, vt si apprehendatur substantia completa, rectus ordo eam apprehendendi erit, si apprehendatur per modum per se stantis, nec alteri inhærentis, quod quis dubitat esse aliquid reale, in compositione etiam aliquid reale est, quod gradus naturæ communis apprehendatur, tanquam contrahibilis per gradum specialem, quod est eos apprehendere per modum generis, & differentiæ, ex quibus definitio integratur, vnum etiam simplex apprehendere per modum subiecti realis, & alterum per modum prædicati realis, quod de illo realiter enunciatur. Ac tandem in discursu non potest non esse reale præmissas disponi, vt in earum virtute conclusio lateat, ex eisq; inferatur: nam conclusio realis est: realis quoque illationis modus: quod planè ostendunt cætera per artem facta, vt domus, cuius non solum partes sunt reales, sed ordinatio earum, atque etiam forma ex ea resultans, ergo, cum syllogismus sit per artem dialecticæ fabricatus, non solum partes eius, quæ sunt operationes intellectus, sed ordinatio earum, & forma syllogistica ex ea resultans, erit realis: & syllogismus ipse modus sciendi realis, & ex particularibus sciendi modis realib. resultabit communis ratio realis, quæ sit adæquatum dialecticæ obiectum, quod proinde erit ens reale, ipsūq; per accidēs consequetur ens rationis.

Postremo, nam moralis Philosophia scientia realis est, & reale habet obiectum, cuius officium est ordinare actus voluntatis ad finem, ex qua ordinatione resultat in eis bonitas moralis, ergo non minus erit dialectica scientia realis, nec minus reale obiectum eius, & cum proprium munus eius sit ordinare actus rationis, sequitur talem ordinationem esse realem, & proinde eius obiectum. IV. argum.

Alij verò omnes, qui cum D. Tho. cæterisq; antiquioribus interpretibus tenent obiectum dialecticæ esse ens rationis, non negant efficium dialecticæ esse opera rationis dirigere, sed directionem hanc duobus modis spectari posse aiunt, quemadmodum operationes ipsas. Primo enim considerantur secundum se, vt sunt actus ab anima eliciti medijs potentijs, quo pacto, nec considerantur, nec diriguntur à dialectica. Secundo modo accipiuntur, non secundum se, aut propriam substantiam, sed in quantum sunt formæ extrinsecæ rerum, aut obiectorum, quæ per eos intelliguntur, ab eisque, hoc, aut illo modo intellectæ denominantur, & secundum hanc considerationem diriguntur, & ordinantur à dialectica: nam ordinatio huc tendit, vt per eos rectè apprehendantur simplicia, rectè ordinentur ad compositiones, ac compositiones rectè ordinentur in syllogismos, ac demonstrationes: sicque debita ex eis sciendi instrumenta extruantur, specialesq; sciendi modi, quos extruere, cæterisque præbere scientijs proprium est dialecticæ munus: vnde fit, vt quemadmodum extrinsecum est rebus intellectis, denominari ab ipsismet actibus intellectus, ita ordinatis, vt præfata constituant instrumenta, pari ratione extrinsecum est eisdem actibus sic ordinari, hoc est in syllogismos, demonstrationes, definitiones, ac diuisiones, vt per eos ordinati intelligantur res: eiusmodi igitur ordinatio, eiusmodi directio actuum rationis quam Dialectica prestat, sicut ni- 39. Explicatur prima sent.

at nihil reale ponit in reb. ſic etiam nihil reale ponit in actibus directis, atq; ordinatis, quare nec modus ſciendi pro formali aliquid reale, aut intrinſecum eſt, ſed ſola extrinſeca denominatio, ab intellectu ordinante, ac dirigente attributa ipſiſmet operationibus in modo ſciendi ſpecialiter ordinatis, quanquam pro materiali, hoc eſt pro ipſiſmet operationibus ordinatis, ſit obiectum reale: fundamentaliter, itaq; (vt aiunt) eſt quid reale modus ſciendi, ſeu dialecticæ obiectum, formaliter verò ens rationis

38. ita vt ex fundaméto reali, & forma rationis vnũ per ſe, totale, completũ, adęquatũq; obiectũ dialecticæ coaleſcat, modus ſciendi, aut ens rationis vocatũ: nec. n. entis rationis nomine intelligitur nuda denominatio intellectus, dũ ꝑ obiecto ponitur ab autoribus primę opinionis

IV. argum.

ſed operationes ipſæ ita ordinatæ, ac denominatæ ex tali ordinatione, q̃ nihil reale in eis eſt, ſed denominatio à ratione collata, q̃ ideò ens rationis vocatur, nec nomine modi ſciendi dũ etiam pro obiecto deſignatur, intelliguntur operationes ipſæ ſecundum propriam ſubſtantiam, aut entitatem, ſed vt ſic ordinatæ à ratione vt debito modo eis medijs intelligantur res, & cum ordinatio ſit ſola extrinſeca denominatio ab intellectu eis proueniens non eſt realis, ſed rationis: vtraq; igitur voce nempe modi ſciendi, & entis rationis logici, proprium obiectum dialecticæ deſignamus, ſed priori, materiale, aut fundamẽtale, vt ſtat ſub formali: poſteriori verò formale potiꝰ, vt materiale denominat.

39. Explicatur prima ſent.

Hæc igitur ſententia, ſic expoſita probatur primo, nam intellectus dirigit proprias operationes, in quantum per actum reflexum eas pro obiecto accipit, ſed intellectus nihil reale ponit in obiecto, quod intelligit, aut dirigit, nec eſſe intellectum, directũ, aut ordinatũ, aliquid reale eſſe poteſt in obiecto intellecto, aut ordinato, quemadmodum viſum eſſe in pariete non eſt aliquid reale, ergo licèt actiua ordinatio ſit actus realis intellectus, paſſiua tamen in operationibus, quæ ordinantur in ſyllogiſmum, aut demonſtrationem, nihil reale eſſe poteſt, ſed ſola denominatio extrinſeca ab intellectu: ſed per paſſiuam directionem ordinãtur operationes in ſyllogiſmum, demonſtrationes, cæteraq; inſtrumenta, ac modos ſciendi, ergo nihil reale pręter operationes includũt modi ſciendi, ſed ſolam denominationem ab intellectu, quæ eſt quaſi forma eorum, vnde formaliter ſunt entia rationis, & proinde adæquatũ obiectũ dialecticæ erit ens rationis.

Secundo probatur, in eiſdem particularibus inſtrumentis, nam ordinatio trium propoſitionum in ſyllogiſmum, non eſt aliud, quam ex tribus terminis, quibus conſtant, vnum bis accipi in præmiſſis, alterum eſſe prædicatum primæ, quod eſt eſſe maiorem extremitatem alterum eſſe ſubiectum ſecundæ, quod eſt eſſe minorem, vel vnam præmiſſarum prius collocari, & ſub ea aliam, talis prætereà quantitatis, & qualitatis eſſe, hæc autem omnia nihil reale ponunt in eiſdem propoſitionibus, ſed ſolam denominationem rationis (quam ſecundam intentionem vocant) ergo ordinatio, ſeu directio, non eſt aliquid reale, ſed rationis, nec modus ſciendi eſt realis, niſi pro fundamento, pro formali verò ens rationis. Quod clarius in propoſitione cernimus, quæ non eſt aliud, quã compoſitio facta ab intellectu, ex ſubiecto, prędicato, & copula: ſed ſubiectum, & prædicatum quantumlibet realia, pro rebus ipſis deſignatis, formaliter ſunt entia rationis, ergo licet propoſitio realis ſit, pro fundamento, formaliter tamen ens rationis eſt; Et par eſt ratio de ſyllogiſmo, ac demonſtratione, ex propoſitionibus compoſitis, atque adeò de cæteris inſtrumentis, ac de modo ſciendi eis communi, adæquatoque dialecticæ obiecto.

2. argu

Totius controuerſiæ deciſio.

Hiſce aſſertionibus controuerſia dirimenda eſt, prima, ſyllogiſmum, aut demonſtrationem non eſſe adæquatum obiectum. Quam hoc argumento probamus, adæquatum obiectum ſcientiæ, quantum fieri poteſt debet proximè comprehendere, omnia, quæ tractantur in ſcientia, ſed eiuſmodi non complectuntur proximè omnes modos ſciendi ab hac ſcientia per ſe cõſideratos, non enim comprehendunt, definitionem, diuiſionem, & enuntiationem, nec omnino ſimplicia, repugnat ergo, quidpiam eorum eſſe adæquatum obiectum.

I. Conc.

Aſſertio ſecunda non repugnat, quod vnum ex illis tribus ſit obiectum (vt aiunt) principale, quod non eſt aliud, quam eſſe præcipuam partem adæquati, ad quam ordinantur cæteræ, & eiuſmodi arbitramur eſſe demonſtrationem, vtpote præcipuam inter argumentationes, & ſyllogiſmos, ad quam veluti ad finem ordinantur ſimplicia, definitiones, diuiſiones, & enuntiationes, & inſuper vniuerſæ argumentationis ſpecies: quòd, ſi quiſpiam cũ Alberto tenere velit, argumentationem tanquam vniuer 42

II. Conc.

saliorem partem modi sciendi, sub se comprehendentem non solum cæteras argumentationes speciales, sed etiam demonstrationem, obiectum esse principale huius scientiæ, non repugnamus: nec etiam si velit cum Scoto sentire syllogismum tanquam potissimum instrumentum, ad quod reliquæ argumentationes ordinantur, & subquo etiam demonstratio cōprehenditur: dummodo neutrum pro adequato obiecto totius dialecticæ designetur: nam præfati autores grauissimi, solum de principali absq; dubio intelligunt, dum aliquem modū sciendi specialem, obiectum dialecticæ esse docent, quare non aduersantur primæ, nec secundæ opinioni.

III. Concl. Postrema assertio, adæquatum obiectum dialecticę, est modus sciendi, ad quem referuntur omnia, quæ in ea tractantur: qui quidē pro fundamento importat reales operationes intellectus, pro formali verò directionem, siue ordinationem, non realem (vt asserit secunda sententia) sed rationis duntaxat, ita vt formale obiectum dialecticæ, ens rationis sit, vt Diuus Thomas cum modernis omnibus, qui eum sequuntur tenet: totale autem, atq; completum quidpiam ex ente reali, ac rationis ordinatis conflatum.

Omnia, quæ in hac nostra assertione continentur exposita, & corroborata sunt, illud duntaxat efficacius ostendere libet, in quo tota fermè difficultas posita est, quod videlicet directio, aut ordinatio operum intellectus, nihil reale in eisdem ponat: probatur autem sic, nam ordinare simplicia in propositione non est aliud, quam ea efficere prędicatum, aut subiectum, esse autem prædicatum, aut subiectum ens rationis est, ordinare etiam compositionem ad construendum syllogismum, non est aliud quam vnam efficere maiorem, minorem alteram, & conclusionem tertiam, & vnum earum terminum, medium, reliquos verò maiorem, & minorem extremitatem, iuxta talem situm, & collocationem, sed hæc nihil in simplicibus, nihil in compositionibus reale ponunt: ergo nec instrumenta ipsa, quæ vocantur modi sciendi, quidpiam reale pręter operationis important, & pro formali, solum ens rationes, vel denominationem quam eis tribuit intellectus syllogismi demonstrationis, definitionis, ac diuisionis.

Quod efficaciter secundo probari potest, ex propria conditione intellectus, qui, etsi reales eliceat actus, nihil reale intrinsecum in eis ponit, ex eo quod ad opus ordinet, vel dirigat: sicut nec cæteris rebus à semetipso intellectis, sed ordinatio sola, denominatio extrinseca in eis est. Quocirca licet reales operationes sibi proprias in syllogismum, vel quemlibet alium modum sciendi ordinet, directio ipsa, seu ordinatio, non est realis, sed rationis. & ex consequenti, nec syllogismus, vel modus sciendi ex ea coalescens realis erit pro formali, sed ens rationis, vt vocant, & pariter obiectum dialecticæ omnes modos sciendi complectens.

Diluuntur aliarum opinionum obiecta.

Supereſt argumenta opposita soluere, & prius quidem diluenda sunt quatuor illa pro secunda opinione proposita. Ad primum dicendum est, ordinationem, aut directionem, quam dialectica circa opera rationis præstat, non conuenire illis secundum propriam substantiam, sed in quantum sunt formæ extrinsecæ rerum, quæ per illas concipiuntur: vnde non sequitur esse realem, sed denominatio duntaxat extrinseca est, & ens rationis. Ad primū pro secunda opinione in fine allatum.

Quod vero assumit secundum argumentum, videlicet secluso opere intellectus, aut denominatione ab eo attributa, dari exactam definitionem, ac diuisionem, negandum est, quia nisi eo interueniente non potest dari definitio, aut diuisio. probatur euidenter: quia ad bonam definitionem necessariò requiruntur genus, & differentia: & bona diuisio postulat diuisum cunctis membris diuidentibus commune, sed citra operationem intellectus nihil datur multis commune, nen genus non differentia, ergo, nec dabitur definitio, nec diuisio: verum quidem est, genus & differentiam in ordine ad definitionem, diuisum quoque, & membra in ordine ad diuisionem duobus modis accipi posse, aut pro ipsismet conceptibus, vt tales naturæ sunt, vel vt ordinantur in definitionem, & diuisionem ab intellectu: & iuxta priorem acceptionem certum est, non ad dialecticam, sed ad Metaphysicam pertinere, cuius est rerum quidditates à materia abstrahentis contemplari, at secundum posteriorem, ad hanc scientiam referuntur, sed in definitionem, aut diuisionem ordinari nihil reale in eis ponit, sed solam denominationem extrinsecam ab intellectu ordinante, definitionemq; ex eis componente: quod probatur efficaciter, quia definitio quidditatiua non Ad II. resp.

magis

magis ex his, quam ex alijs cōceptibus fit, quare ad dialecticam non pertinent, nisi in quantum sub forma talis instrumenti concipiuntur & ordinantur: sic autem vel aliter concipi, aut ordinari, nihil reale in eis ponit, sed denominationem intellectus ita concipientis: ergo definitio in quantum dialecticæ considerationis, solùm pro materiali importat realem operationem intellectus, pro formali verò solum ens rationis: probatur consecutio, quia nonminus, nec minus exactas definitiones, ac diuisiones in entibus rationis, quam in entibus realibus exstruere docet dialectica, sed in illis nihil reale ponit præter operationem intellectus, ergo,
43. neque in istis.

Ad III. arg. Et simili modo soluitur tertium argumentum, cui negandum est, quod aliquid reale sit ordinatio in singulis instrumentis, vel dialecticæ partibus præter operationes intellectus, & in simplicium quidem apprehensione duo considerantur primum quod apprehendantur, sicut sunt à parte rei, in quo consistit veritas, quam certum est secundum propriam naturam non pertinere ad hanc scientiam, sed ad Metaphysicam: siquidem verum, aut veritas est propria passio entis, Secundum, quod in apprehensione simplicium consideratur, est ordo ad veram propositionem, quem, patet nihil reale supra veram apprehensionem, addere, sed rationis tantum, quod clarius constat in cæteris operationibus nostri intellectus, in quantum per dialecticam in modos sciendi ordinantur: vnde fit pro fundamento realium operationum intellectus, tales modos esse reales: sed pro formali, hoc est in quantum talem ordinationem important, non nisi entia rationis, tantundemque de modo sciendi in communi, qui adæquatum dialecticæ obiectum est.

Ad IV. respon. Ad vltimum de scientia morali dicendum est. Valde à dialectica differre, quantum ad præsens institutum pertinet, quia non solū actum voluntatis, & practici intellectus ordinat, sed de natura eorum differit, in quantum actus virtutum, aut vitiorum sunt, & præcipuè de habitibus, ac virtutibus moralibus, docens modum, quo generantur, & incrementa suscipiunt, eiusmodi autem magna ex parte realia sunt: itaque non præsupponit actus, & habitus virtutum, & vitiorum, sed efficere docet, dialectica verò operationes intellectus nec efficit, nec docet modum quo efficiantur, sed Philosophi munus est id tradere, sibi vero solū incumbit, quod est ad formam prædicati, & subiecti propositionis, & syllogismi tales operationes secundum entitatem elicitas, ac præsuppositas, redigere. Ex quo nihil eis, nisi extrinseca quædam denominatio accrescit, quæ cum sit ab intellectu collata, nō adhuc realis, sed rationis erit. Vel secundo dicere possumus, quod etiamsi daremus argumento, nihil aliud moralem scientiam præstare præter ordinationem actuum voluntatis, negandum esset aliquid reale addere supra entitatem naturalem eorundem actuum, sed extrinsecam duntaxat denominationem, vel certè fundamentum moralis denominationis ex dependentia à voluntate procedentis, ab hac enim dicuntur reales, actus morales, & nihilominus moralis scientia esset, & à dialectica distincta, quia licet ordinatio ab vtraque præstita ens rationis esset, valde tamen diuersum, sicut modus ordinationis diuersus est, moralis vnus, & quasi artificiatus alter, quapropter non solum ex parte naturæ diuersæ scientiæ forent, sed etiam ex parte formæ, nam etsi neutra esset realis, sed valdè esset diuersa vna ab altera.

Nunc autem soluenda sunt argumenta, tam primi, quam secundi ordinis pro eadem sententia prœiacta: Diluetur autem primum primi ordinis, si consideremus ens rationis logicum non esse omnino fictum, sicut chimeram, sed fundamentum in rebus ipsis habere, cum sit denominatio quædam relatiua valdè congruens rebus, seu operationibus intellectus, vt ei obijciuntur, ab eove percipiuntur, quapropter licet non habeat naturam, aut entitatem realem, valdè tamen ei similem: Licet nullibi inhæreat, modum tamen, & similitudinem formæ inhærentis habet, & quamuis valde diminuta sit entitas, considerabilis tamen sub veris, ac certis principijs, ex quo veram rationem scibilis assequitur. Exemplo nobis potest esse peccatum, quod cum nihil esse censeatur, scientifica tamen de illo consideratio haberi potest. Quod verò ad proprietates eius attinet, iuxta diminutam eius naturam esse censentur, quæ in primis non possunt esse reales, neque tales, quæ passiones dicantur, sed sunt conceptus quidam, seu rationes, quæ ex modo essendi illius ortum habent, prout etiam ex opere intellectus consequuntur, considerantur autem tam ipsæ, quam ens rationis, à quo emanant, vt sunt formæ instrumentorum dialecticæ: nam secundum pro-

Ad pr[...] primi [...] nis sec[...] sceaten[...]

priam essentiam, ac naturam ad Metaphysicā potius referuntur, eiusmodi autem proprietates in suis speciebus ostenduntur, habet namq; definitio suas proprietates, habet etiam diuisio, habent genus, & species, & reliqua prædicabilia, habet demum propositio, syllogismus, & demonstratio, de quibus suis locis ostenduntur, vt de genere, & specie, quod de pluribus numero, vel specie differentibus prædicabilia sint: proprietates etiam aliorum facilè est suis locis intelligere, quæ de ente rationis, in quantum secundum determinatas species particularium instrumentorum forma est, censentur in tota dialectica demonstrari, in his autem omnibus proprietatibus propter transcendentiam clauditur communis conceptus entis rationis, neq; tollit transcendentalis inclusio rationem proprietatis, ad quam satis est quod sint passiones quædam posteriores subiecto, & quæ ab illo emanere intelliguntur, cum satis etiam sit, vt ex earum cognitione natura ipsius obiecti perfectè intelligatur. quod autem de proprietate dicitur accidens esse respectu subiecti, & in alieno prædicamento collocatum, verum tenet in proprietatibus, quæ verè sunt accidentia, ipsique inhærent subiecto, à quibus longè absunt proprietates vniuersales, quæ tātùm sunt rationes posteriores secundum rationem à subiecto diuersæ, & quæ ei conueniunt, eiusque naturam manifestam faciunt: vt in proprietatibus entis realis liquido constat: quę sicut subiectum quod sequuntur determinatum prædicamentum non habent, sed omnia transcendunt.

Ex quibus confirmationi satisfactum est, nam considerare entis rationis naturam, communesque proprietates eius ad Metaphysicum propriè pertinere censemus, quia licet obiectum eius sit ens reale, consequenter considerat entia rationis in quantum ab esse reali deficiunt: & aliquam eius similitudinem tenent: ad dialecticam verò sub illa determinata consideratione denominandi naturam spectant, & ideò, vt referuntur ad modos sciendi, vel differendi tanquam eorum formæ, sub qua vnitatem scientificæ considerationis habent, ideò ens rationis est ratio, quæ, obiectiua huius scientiæ.

44. Ad II. resp. Secundo argumento dicimus sensum illius vniuersalis propositionis, sic se habere rem, vt ab intellectu cognoscitur, quemadmodum se habet ad proprium esse, ita esse accipiendum, vt intelligamus ratione propriæ entitatis esse obiectum cognitionis, & secundum modum essendi esse ab intellectu cognoscibilem, cognitio tamen intellectus non determinatur ad modum essendi illius, ita vt si ens per accidens sit, non possit propria operatione (quam ipsa per se terminet) cognosci: certum est enim relationem realem per accidens resultare ex productione accidentis absoluti, nihilominus esse potest per se forma subiecti, ipsumque denominare: potest etiam per se intelligi tanquam obiectum. Hac ergo similitudine etiam si relatio rationis per accidens resultet ex operatione reali intellectus, per quam realis natura cognoscitur, potest esse forma per se syllogismi, & aliorum instrumentorum: potest etiam intellectus eam sibi assumere tanquam proprium, & per se obiectum suæ considerationis, ideò potest per se ad obiectum dialecticæ pertinere. neque repugnat habitum dialecticæ realem ad eius notitiam per se ordinari, præsertim cum id habeat ens rationis per comparationem ad naturam realem, quam denominat.

Ad III. respond. Tertio argumento concedimus principale intentum Arist. esse, præcepta tradere instrumenta conficiendi ex ipsis rationis operibus, sed his præceptis sub forma, ac denominatione entium rationis constituuntur: vnde ab hac forma speciem rationum formalium sortiuntur, per quam sub obiecto dialecticæ comprehensa sunt, conclusiones item, ad quas dialecticæ habitus inclinat, eandem formam habent, vt in exemplo confirmationis patet, demonstratio constat propositionibus per se, & in quibuscunque alijs, in quibus habitus ipse dialecticæ generatur, præmissas namq; demonstrationis propositiones esse, & esse per se fundamentaliter quidem habetur ex operib. intellectus realibus, formaliter verò ex ordinatione intellectus, à qua rationem formalem accipiunt.

Soluitur quod additur in eodē argumento. Aliud deniq; quod additur, in quo clarius cernitur difficultas argumenti, hoc modo soluendum est, vt intelligatur, demonstrationē, quā construere dialectica docet, realem euidentiæ effectum in conclusione parere: ob realem euidentiam principiorum, quam pro substrato claudit, ita vt reales, atq; euidentes præmissæ, realem, & euidentem conclusionem, quasi proprium effectum inducant: tali quidem modo ab intellectu collocatæ, hoc est pro maiori vna, quæ velut caput syllogismi est, & pro minori altera, quam sub ea accipit: ordinem verò huius

huiusmodi situalem quis non videat rationis, & non realem esse, nihil in ipsis præmissis ponens? quo circa illud, quod realem euidentiæ effectum parit, principia ipsa realia, atque euidentia sunt, & reales proinde operationes intellectus, quem fatemur non paritura quamuis euidentia forent, nisi eo modo essent disposita, & collocata, & cum ex tali dispositione, & collocatione tanquam ex ratione formali constituant modum sciendi demōstrationem vocatum, fit, modum sciendi effectum realem euidentiæ parere propter substratum, nempe principia, vt sunt operationes, aut assensus intellectus ex terminis euidentes, ita vt eiusmodi sint, qui euidentem assensum conclusionis generant, nō ordinatio, aut collocatio per quam constituuntur in tali modo sciendi, quamquam hæc necessaria sit, & ab eadē scientia procedat. Vnde ad formam argumenti, admittimus modum sciendi, qui est demonstratio, effectum realem euidentis conclusionis producere ex parte realium operationum, quas pro substrato importat, quemadmodum ex parte earum, reale quid est, non ex parte ordinationis, quæ nihil reale in eis ponit, quamuis ab ea constituatur talis modus sciēdi: quod quam sit verum intelliget quispiam, si consideret easdem præmissas eodem ordine collocatas diuersum longè assensum gignire, si euidentes non sint, aut alteri saltem euidētia desit vel in sola apprehensione eius, qui syllogismū extruit, & quod amplius est, si alteri negationem adieceris, efficies assensum falsum: cum tamen nihil reale in assensu negatio ponat: ex vtroque enim elicitur, reales assensus præmissarum esse, qui realem euidentiā conclusionis producunt, non ordinationem, aut collocationem, formamve propositionum, aut syllogismi à dialectica extructi.

45. *Ad primū secundi ordinis respon.* Ad primum argumentum, secundi ordinis respondetur, dialecticam esse artem liberalem, & eius finem esse ordinare, vel disponere operationes, idque per actum realem præstare, sed ordinationem ipsam, vel dispositionem actuū rationis in modum, & formam instrumentorum, rationem tantum extrinsecam esse in eisdem rationis operibus, quemadmodum in rebus ipsis, quæ eis mediantibus ordinantur, vnde cum dispositio ipsa sit forma, sub qua in syllogismum, seu demonstrationem rediguntur, sequitur formale obiectum dialecticæ esse ens rationis, licet materiale sint operationes reales.

Ad II. respond. Ad secundum dicimus, eiusmodi operationes ordinabiles esse per artem, & etiam per scientiam, neq; aliam esse possibilem respectu huius obiecti præter dialecticam, sed cum ex ordinatione non consequantur quid aliud reale, sed tantum esse proximum fundamentum, aptumq; ad recipiendā formam syllogismi, aut demonstrationis, fit, vt materiale tantum obiectum possint esse eius artis, à qua diriguntur, formale verò erit ipsa directio, quę tantum est relatio rationis.

46. Quod vero de aptitudine harum operationum, vt per rationem ordinentur additur, parum momēti habet, nam si aptitudo aliquid est, naturalis, vel obedientialis erit, & quo vis modo ex his se habeat, non est distincta ab entitate, & natura earum, quo circa ad eandem naturalem scientiam, ad quam pertinet considerare operationes ipsas secundum propriā naturam, pertinebit quoque considerare talem aptitudinem, seu capacitatem, non ad dialecticam, sed sola ordinatio, aut directio actualis, & artificiata, quæ ens rationis est, vt ostendimus.

Ad III. respond. Difficultas postremi argumenti grauissima est apud eos, qui cum teneant dialecticam esse scientiam practicam, affirmant obiectum eius esse purum ens rationis, hoc est tam formale, quam materiale: Hi enim vix, aut nullo modo possunt satisfacere argumento, quia circa purum ens rationis, vt pote nihil per se operabile, aut dirigibile ab intellectu continēs practica scientia per se non potest versari: apud nos verò, qui operationes intellectus reales ponimus obiectum per se, quanquam materiale parum profecto difficultatis habet argumentum, etiam si ens rationis obiectum formale esse censeamus, non est enim necessariū, quod obiectum scientiæ practicæ sit ab ea factibile, sed sat est esse dirigibile, & ab ea dirigi, & ita se res habet in dialectica cuius obiectum sunt opera rationis, non quidem ab ea effecta, vel elicita, sed ab intellectu, à dialectica vero ordinata in modos sciendi, aut instrumēta, quę modis sciendi deseruiunt: directio autem ipsa, seu ordinatio nihil reale addit eisdem operibus sed cōpositium quoddam artificiale ex eis construit, videlicet syllogismum, aut demonstrationem, quod cum sit ab intellectu fabricatum ex realibus operationibus cōpositioni præsuppositis (circa quas nihil reale ponere potest intellectus) nullā realem formam importat, sed rationis duntaxat, quam per denominationem

syllogismi, aut demonstrationis ab intellectu, eas ita ordinante, impositam, seu attributam intelligimus. Ad formam igitur argumenti admittimus obiectum scientiæ practicæ (materiale quidem) operabile esse oportere ab ipsa scientia, vel saltem dirigibile, ita vt directio ipsa, aut operatio quasi formale eius obiectum sit, quod vero directio sit aliquid reale superadditum materiali obiecto, quod à scientia dirigitur, vel tantum rationis, nihil refert: nec minus erit scientia practica si reale sit, quam si sit ens rationis: ergo dialectica agit de obiecto, vt dirigibili, hoc est, de operationibus intellectus, quas rectè dirigit, atque ordinat, directio autem nihil in eis reale ponit, sed solùm est denominatio à ratione eis attributa: quod ergo ens rationis non sit per se operabile, admittimus, ac proptereà, esse nequit materiale obiectum scientiæ practicæ, bene tamen formale, cum sit ratio ex operibus ipsis ex reali operatione, per quam diriguntur, prouenicns. Et si rursus opponetur ens rationis non esse per se intentum ab intellectu, sed per accidens consurgere ex eius operatione, quare nec poterit esse ordinatio operum rationis per se intenta à dialectica, respõdemus, ab intellectu quidem non per se intendi, bene tamen à scientia, quæ operationes eius præsupponens talem denominationem eis attribuere ex directione intendit, quemadmodum nec relatio realis potest vnquam per se produci, bene tamen esse per se obiectum scientiæ, quæ aliquid, licet per accidens productum, per se assumit considerandum: Verba autem D. Thom. quæ in fauorem huius sententiæ referuntur in confirmationem nostræ opposita sunt.

Obiectio. 47.

Solutio.

Ex definitis in hisce quæstionibus colligi potest, quem dignitatis locum inter cæteras scientias dialectica obtineat, nam si ex parte obiecti eam spectaueris, à quo dignitas essentialis scientiæ accipienda est, infimæ sortis esse inuenies, etenim licet operationes intellectus, quas ex proprio munere ordinat, reales sint, atque inter realia accidentia non infimum dignitatis locum obtineant, materialis duntaxat obiecti rationem habent, à quo, nec speciem, nec dignitatem sortitur scientia, sed ad obiecto formali, quod in dialectica est ens rationis, nullum esse in rebus habens, sed obiectiuæ solum in intellectu, quo circa, sicut infimam habet conditionem inter omnia entia, ita infimum tribuit locum dialecticę, inter scientias vniuersas, quam tamen si ex parte instrumentorum, quæ extruere docet spectemus, qua ratione modus sciendi vocatur, dignissimam sciẽtiarum omnium esse inueniemus, sed summa hęc nobilitatis accidentalis est, vt vidimus: propter eam nihilominus dialecticam egregiè extulit Augustin. 1. lib. de ordine hisce verbis: *Quando transiret ratio ad alia fabricanda, nisi ipsa sua quasi quædam machinamenta, & instrumenta distingueret, notaret, dirigeret, proderet, ipsam disciplinam disciplinarum, quam dialecticam vocant, hæc docet docere, hæc docet discere, in hac se ipsa ratio demonstrat, atque aperit, quæ sit, quid velit, quid valeat, scit scire, sola scientes facere non solum vult, sed etiam potest.*

Dignitas dialecticæ.

(.·.)

R. PA-

Dignitas dialectica.

R. PATRIS ANTONII RVBII RODENSIS THEOLOGI E SOCIETATE IESV THEOLOGIAEQVE PROFESSORIS.

Commentaria in Prædicabilia Porphyrij, vna cum dubijs & quæstionibus.

CAPVT PRIMVM PORPHYRIJ.

CVm sit necessarium Chrysaori, & ad eam, quæ est apud Aristotelem prædicamentorum doctrinam, &c.

TEXTVS EXPOSITIO.

OPus hoc prædicabilium Porphyrij præambulum ad notitiam prædicamentorum Aristotelis, posterioristicæ artis, cæterarumq; partium dialecticæ (vt Porphyrius ipse testatur in ipso statim principio) tribus partibus continetur, prima procemij vicem gerens breuem quandam summam eorum, quæ in toto opere tractantur, proponit: Secunda specialem ipsorum prædicabilium notitiam quinque capitibus distinctam offert ea quidem ratione, vt vnicuiq; integrum caput correspondeat: Postrema verò, quæ sint vniuersis prædicabilibus communia, quæ itē discrimen in eisdem constituant vnico, ac finali capite ostendit.

I. pars capitis exponitur. *In hoc ergo breui procemio, quod primum libri caput est, tria præstat Porphyrius, necessitatem ipsius tractatus prædicabilium ad capiendam prædicamentorum doctrinam indicat, quam hac efficaci ratione ostendere possumus.*

Probatur ratione. *Prædicamentum, vt communis tenet consensus, quædam est prædicabiliū coordinatio secundum debitam subiectionem, & prædicationē: ergo prædicabilia partes sunt, & quasi prima elementa, ex quibus prædicamentum constituitur, cognitio autem totius pēdet intrinsecè ex notitia partium, apprimè ergo necessaria erit prædicabilium doctrina, vt explicari intelligiqué possint prædicamenta.*

II. pars capitis explicatur. *Secundo proponit ea, de quibus agendum est, videlicet de genere, specie, proprio, differentia, & accidenti, quæ prædicabilia ideò appellantur, quia vniuersalia sunt, pluribusq; communia, de quibus apta sunt prædicari, vt proprijs locis, ac definitionibus ostenditur, ac*

Tertia capitis pars. *tandem duo esse controuersiarum genera ostendit, quæ de eisdem prædicabilibus agitari possunt, nonnullas quidem faciliores vocat, quia prædicabilium definitionibus valde sunt affines, & ipsis explicatis facili negocio absoluuntur, abstrusas atq; reconditas alias, quas appellat altiores, de quarum numero sunt, an vniuersalia hæc, quæ prædicabilia appellantur, in ipsis rebus sint, de quibus prædicantur, vel in sola intellectus notitia? an corporea sint, vel corporis expertia? an à sensibilibus separata, vel in ipsis posita? Et primum quidem controuersiarum genus agitandum, à posteriori verò abstinendum sibi esse promittit, quia & si valde oportunum sit, difficillimum tamen, incipientiumque captum longe superans, & his exponitur sensus literæ.*

Proponuntur quæstiones vniuersaliū suo ordinæ agitandæ.

CVius occasione tractatum de natura vniuersalium instituimus in septem

ptem quæstiones,seu cõtrouersias distinctum. An sint vniuersalia? quæ sit eorum essentia, vel natura? an vere in rebus existant operatione intellectus exclusa?& licet non sint, nisi intellectu operante, per quam eius operationem fieri censeantur, per propriam intellectus agentis (quam abstractionem vocant)aut per cõparatiuam notitiam intellectus possibilis? ac tandem sit ne vniuersale vniuocum respectu prædicabilium,eorumque proprium genus,propriumuẻ huius libri subiectum? ab his enim quæstionibus meritoPorphyrium abstinuisse fatemur, quæ sicut Metaphysicæ considerationis sunt propriæ, ita dialecticæ, atque Philosophię principijs informatum intellectum postulant,vt earum sensus perfectè teneatur.Sed nostra hac tempestate communi totius scholæ consuetudine receptum est,easdem proponere, & agitare, grauissimorumque Doctorum autoritate firmatum,qui in ipso statim dialecticę limine id diligenter opere præstitere, cui iure nobis inseruiendum est, nam e sto perfectam harum rerum notitiam iuuenum ingenia non assequantur, mediocris saltem (quam non putamus impossibilem) erit certè valde vtilis,vt maiores in dialectica progressus faciant, quod,vt labore nostro faciliùs obtinere possint, difficiles has controuersias tanta claritate, & breuitate, quanta fieri possit(diuino numine aspirante)discutiemus.

Vniuersalium controuersiæ.

QVAESTIO PRIMA vniuersalis.

Vtrùm vniuersalia sint in rebus?

1. *Quibus modis accipiatur vniuersale.*

QVæstio hæc ordine debito proponitur, cum sit tanquam basis, & fundamẽtum cæterarum controuersiarum, quæ circa vniuersalis naturam agitari possunt: vt autem commodius intelligatur eius titulus,explicare oportet,quibus modis vniuersale accipiatur, & in primis vniuersale principium, in quo veritates alicuius scientiæ fundantur, vniuersale appellatur ab Aristotele primo lib.de posteriori resolutione c.5 tex.12. & cap. 7. tex. 21. & 1. Metaph. c.1. Sed de hoc vniuersali complexo præsens quæstio non procedit, sed solum de incomplexo, quod voce simplici significatur, & tale est,vt vnum cum sit, aliquem ordinem habeat ad multa: quot autem modis talis ordo accipitur, tot habet vniuersale in complexum acceptiones: primus est ordo efficientis, aut finalis,vt si vna causa existens plures, ac varios effectus habere possit, qua significatione cœlestia corpora vniuersales causæ appellantur efficientes,Deus Opt Maxi. rerum omnium efficiens, ac finalis,à quo,& procedunt omnia,& eius gratia fiunt, & huiusmodi vniuersale in causando consueuit appellari. Secundusmodus est, quo aliquid vnum multorũ exemplar est, & similitudo,vt idolum in mente artificis formatum plurium effectuum similitudo est, & exemplar,quia ab illo deriuari possunt, appellaturq; vniuersale in repręsentando. Tertiò vniuersale illud dicitur, quod ad plura ab ipso significata cõparatur, cuius modi est communis vox,vt homo, & animal, quæ plura huius generis,aut speciei significat,& ideò in significando vniuersale dicitur. Quartum locum, tenet vniuersale in essendo, cuius licet non sit verum exemplum possibile, falsum tamen in errore Auerrois designare possumus, ponentis vnum, eundemque intellectum in omnibus hominibus subsistentem.Postremus vniuersalis modus ordine prædicationis explicatur, quia vnum cum sit de pluribus bene diuisimque potest prædicari,cum in eisdem sit, vt homo de Petro & Paulo,& de hoc solum vniuersali controuersiam hanc intelligunt,quotquot eam discutiunt.

Varia Philosophorum de hac re sententia.

2. *opinio.*

CIrca quam, partem negatiuam tenuisse referuntur ab Aristotele Heraclitus,Efesius,& Cratillus Philosophi Platone antiquiores 3 lib.de cœlo,& mundo text 3.1. Metaph.cap.5.tex.5.& 4.Metaph. tex.22. qui vniuersale nullum in rebus repertum esse dicebãt, cum singulares res (in quibus, si aliquid sunt, existere deberent) in continuo sint interitu, & fluxu,nihilque ex ipsis pereuntibus permaneat, qua etiam ratione compulsi sunt scientiam de medio tollere: quæ neque de singularibus neque de caducis rebus esse potest, sed de vni-

vniuersalibus, & perpetuis: cum & ipsa sua propria natura perpetua sit, idque ratione ab experientia desumpta sibi ostendere videbantur, quæcunque enim sensu percipiuntur singularia sunt, & quæ per determinatam actionem singularem fiunt, sunt etiam singularia, ergo neque vniuersale in ipsis rebus est, neque principium essendi habere potest, cum non sit vniuersalis actio, per quam possit extra causas produci.

II. opinio. Quam rationem, ac sententiam considerans Plato (vt refert Aristoteles 1. Metaph. ca. 5. tex. 5. & 6. quasdam vniuersales naturas indiuiduorum cuiusq; speciei principia posuit, & propria scientiarum obiecta, perpetuas, & ab omni corruptione liberas ab ipsisq; singularibus separatas, quamuis certum non sit hunc tenuisse Platonem sensum circa vniuersalium naturam, neque tales idæas esse à singularibus separatas credidisse, sed idæarum nomine rationes existentes in mente diuina intellexisse, vt D. Augustinus sentit lib. 83 quæstionum q. 46. & Seneca lib. 8. epistolarum epist. 66. priorem autem sensum ei fuisse ab Aristotele impositum, illudque magno argumento esse potest, quod D. Tho. li. 4. de regimine principum ca. 4 de Aristotele testatur, plura Philosophis antiquioribus imposuisse, quod tamen parum, aut nihil ad præsentem controuersiam conducit, siue enim hæc fuerit Platonis mens, siue quid aliud longè diuersum, falsa est, & impossibilis talis positio, vt statim ostendendum erit.

III. opinio nominaliū. Nominales verò à rebus ipsis quemadmodum vniuersalia, ita scientias abstulerunt, sententiæ priori ex hac parte consentientes, & scientiam (quam non sunt ausi negare) in solis vocibus, vel nominibus ponentes: qua propter, & Nominales in schola appellantur: itaq; vniuersales esse voces homo, & animal fatētur, quibus in mente conceptus communes correspōdent, at in ipsis rebus nihil præter singularia, & cum de singularibus scientia non sit, voces ipsas, aut etiam conceptus ad scientiarum obiecta solùm spectare credunt. Quibus & fauere videtur A- 4. Aristoteles ristot. cap. de substantia in prædicamētis, vbi secundas substantias definiens (quæ propriè vniuersalia sunt) ait, significare quale quid, quod solis vocibus conuenire, satis constat, & 1. lib. de anima tex. 8. ad finem, eundem sensum his verbis expressit: *Animal autē vniuersale, aut nihil est, aut posterius, similiter autem etsi quid commune aliud prædicetur*, & 1. de resolutione posteriori tex. 35. *Species enim valeant, namq;, & teretismata sunt, & si sunt nihil ad sermonem sunt, demōstrationes enim de talibus sunt.*

Vera sententia Aristotelis.

Sententia autem Aristotelis, & communis iam in schola Philosophorum, quam omnes amplectuntur, nō solùm, vt probabilē, sed omnino veram, hac vnica conclusione explicatur.

Vniuersali non solum in vocibus, & conceptibus, sed in rebus ipsis inueniuntur, non tamen à singularibus, de quibus prædicantur re ipsa separata, sed in eisdem existentia. Quam sigillatim confirmare oportet aduersus tres prædictas opiniones prorsus iam ab schola relegatas. Conc. I.

Et primò aduersus Nominales eam expresse docet Aristoteles 2. lib. de interpretatio. ca. 5. *Quoniam autem sunt hæ*, quidem res vniuersales, illæ verò singulares, exemplaq; in ipsis rebus adijciens subdit, *dico autem vniuersale, quod in pluribus prædicari natum est, singulare verò, quod non vt homo quidem vniuersalium est. Callias verò eorum, quæ sunt singularia.* I. argumētū aduersu nominales ab auct. Arist.

Idque ratione ipsa euidenter ostenditur, nam plures sunt prædicationes non solū veræ, sed necessariæ, vt in quibus genera de specieb., & species de indiuiduis prædicantur: si autem in solis vocibus, vel conceptibus exerceantur, planè sunt falsæ: vt homo est animal, Petrus est homo: nam cum voces istæ, & cōceptus diuersi sint, neq; vox vna est alia, neq; in ea clauditur, ergo de illa non potest prædicari, quod enim de alio prædicatur idem cum eo esse debet, vt prædicatio sonat, vel Identitatis, vel inclusionis ratione, aliquid ergo in rebus ipsis, vocibus significatū correspondet, cuius ratione prædicatum est in subiecto, & ideò verificatur de illo. Idem ratione ostenditur. I.

Secundò, voces iste, *Homo*, & *Animal*, non sunt impositæ ad immediatè significandum singularia, cuius signum est, quod ea confusè tātum significant, neque magis vnū quam aliud sed indeterminatè omnia, præsertim, quod singularia ipsa proprijs nominibus significantur, aliquid est ergo determinatum in rebus, ad quod proximè, ac distinctè significandum prædictæ voces impositæ sunt: eritque commune, quemadmodum voces ipsæ pluribus communes sunt, vnde præter vniuersales voces, res significatæ vniuersales ponendæ sunt. Quibus etiam plane excluditur prior Philosophorum II. argum.

Excluditur prior sententia.

positio, cui nihil opponi potest, stultitiam eius efficacius ostendens, quàm quòd scientiam de medio tollens, stultos, ac rerum ignorantes vniuersos homines constituit, quare existimantes se esse sapientes eiusmodi homines, stulti facti sunt.

Aduersus Platonem ab autoritate Arist.

Aduersus Platonem confirmat eandem sententiam Aristoteles pluribus suæ doctrinæ locis, quibus ostendit vniuersalia non esse extra singularia, sed in ipsis. Præsertim 1 posteriorũ tex 35. & text. 38. 3. Meth. tex. 10. 7. Meth. tex. 51. & 57. & 10. Meth. tex. 6. & his rationibus falsitas eius euidenter ostenditur.

Aduersus eundẽ prima ratio.

Eiusmodi species rerum, quas Platoni idæas appellare placuit (si hunc sensum tenuisse credamus) re ipsa separatæ à singularibus existunt, ergo cum sint extra Deum Opt. vt pote creaturarum species, si per se existunt, erunt etiam per se productæ, & ideò per aliquam determinatam actionem, vel creationem. Et rursus, cui cõuenit productum esse per aliquã de-

6. terminatam actionem, eo ipso conuenit rem esse determinatã, ac singularem, cum determinata actio ad rem singularem terminetur, quæ ratione suæ existentiæ extra suas causas dicitur esse: singulares ergo sunt idçæ, & cum sint species naturç corporeæ, essentiam vtiq; corpoream habebunt, sed quæcunque corporea sunt sub cœlo principium suæ corruptionis habere necesse est, ergo & singulares, de nouo productæ, & ab intrinseco corruptibiles sunt tales idçæ, quod prorsus oppositum est sententiæ Platonis, eas vniuersales, ingenerabiles, & incorruptibiles ponentis.

Sed esto, omnes eiusmodi conditiones haberent, separatas re ipsa à singularibus esse manifestam implicat cõtradictionem, nam quod

Duplex prędicati ratio

de alio prædicatur duplicem habet conditionem in prædicatione ipsa importatam, & quod in eo sit, & quod non sit res alia diuersa, vtrumque enim dum hominem de Petro enunciamus, aut de homine animal in his prædicationibus, Petrus est homo, homo est animal, ex forma ipsa prædicationis significam⁹: idæas autẽ de singularibus ipsis, quæ ex earũ participatione fiunt, verè prædicari admittit Plato, ergo cõuincitur, neq; esse ab ipsis re diuersas, neque extra propriã eorum entitatem separatas existere, nam ex vtraque ratione falsitas enunciationum ostẽditur, quod fuisse satis aduersus Platonem ostendit Aristoteles, efficaciter conuincens vniuersale non esse à singularibus suis,

7. dé quibus dicitur, separatum, sed in eisdem, atque ab eisdem sola ratione distinctum, cum non sit, nisi quid erat esse illorũ, hoc est, communis ratio, in qua essentialiter conueniunt 7. Meta. per totum librũ, sed præsertim c. 19. tex. 57. vbi hæc habentur verba: *Sed nec dum ista, nec aliud quidem commune vllum substantia est, nulli enim inest substantia, nisi sibi ipsi, & habenti eam, cuius substantia est: item vnum ipsum in pluribus non erit simul, commune vero simul in pluribus est, quare patet, quod nihil vniuersalium separatim præter singularia est.* Quæ eleganter in eundem sensum exponit D. Tho. 7. Meta. lect. 16. non longè à fine.

Dissoluuntur opposita argumenta, primæ sententiæ.

Ad I.

Superest ergo argumenta, in fauorem primæ sententię posita soluere, & priori illud est concedendum de singularibus, vt talia sunt, non esse scietiam, sed de vniuersalibus in eisdem existentibus, quæ, etiam singularibus vniuersis deficientibus, quantum ad existentiam perirent, sed secundum prædicatorum essentialium cõnexionẽ perpetua sunt, vt si imaginatione concipiamus cunctos singulares homines perire, illud tamen, quod est hominẽ esse substantiã corporeã, sensibilem, & rationalem, illud etiã, quod est capacem esse disciplinæ, admiratione præditum, atq; risibilem semper manet, & vt hæc sempiternæ sint veritatis, fundamentum sempiternæ potentiæ hominẽ extra causas producẽdi permanere in diuino esse, satis est. Versatur autem scientia circa vniuersalia iuxta eiusmodi prædicatorum connexionem, in esse possibili ipsius naturæ fundatã, cui etiam passiones conueniunt, quas eadem scientia de ipsa ostendit, vt eam scienti manifestam faciat: non tamen iuxta rationẽ existentiæ actualis in singularibus, cum eiusmodi permanens non sit. Huius exemplum notum esse potest, si consideremus rosæ, vel alterius naturæ specificæ scientiam esse, dum adhuc in singularibus non habet existentiam, propter prædicatorum essentialium connexionem, eidem naturæ in potentia suæ causæ existẽti conuenientem. Ex quibus constat possibilem esse scientiam, esto de singularibus nõ sit, & ideò etiam si omnia deficiãt, propter naturæ ipsius permanentiam in virtute suæ causæ, cui, & definitio essentialis in scientia præsupposita, & proprietates de eadem certa demonstratione ostensæ conueniunt. 8.

Ad II. argum. Secundo etiam argumento, concedimus singularia esse, quæcunque in rerum natura existunt, & ideò nihil esse vniuersale præter hæc, sed singularia eiusdē naturæ essentialem habēt similitudinem, & conuenientiam in prædicatis propriæ definitionis, quemadmodum speciei humanæ indiuidua, in ratione substantiæ, corporis, viuentis, sensibilis, & rationalis similia sunt; & cum quodlibet horum prædicatorum omnibus conueniat, vniuersale appellatur, cuius cum sit definitio, & scientia etiam esse potest, & eū in eisdem sit singularibus, de quibus verificari potest, verum est etiam in rebus esse vniuersale, etiam si quodcunq; existens per se, singulare sit.

9. Ad argumenta Nominalium. Ad I. An vero conuenientia plurium singulariū, quam prædicatum vniuersale appellamus, in eisdē sit reperta, an operatione intellectus, vel virtute operationis eius fiat? non est præsentis considerationis, sed q. 3. explicabitur.

Aristoteles vero in prædicamento substantiæ (vt Nominalibus respondeamus) de ipsis loquitur nominibus secundarum substantiarū, tanquam de signis, vel instrumentis, quibus vniuersales naturæ significantur, quæ principaliter appellantur secundæ substantiæ, & ex quibus prædicamenta constituuntur, ea tamen cōditione, qua conceptibus apprehenduntur, & vocibus significantur, & ideò vocibus eisdem mediantibus easdem propria definitione explicuit.

II. locus explicatur. Secundum locum, ex 2. lib. de anima expofuit optimè D. Thom. in commētarijs illius intelligens, ea ex parte, qua animal vniuersale affirmat Aristoteles, nihil esse, errorem Platonis de idæis separatis excludere, & simul postremo verbo eiusdem propositionis, modum, quo vniuersale in rebus reperitur statuere, ideò totus propositionis hic est sensus. Animal vniuersale nihil est ab speciebus separatum, vt imaginatione fingebat Plato, est tamen in eisdem, vt quid posterius, quasi in eis fundatum, & ex omnium conuenientia desumptum, & in

8. eodem Platonis sensu figmēta quædam appellanda existimat genera, & species, non tamen negare intendens, eandem veritatem, qua innumeris penè locis testatur, eadem vniuersalia in speciebus, & indiuiduis, de quibus verificantur esse.

QVAESTIO SECVNDA vniuersalis.

Quænam sit eorum essentia, & natura?

Titulus ipse satis indicat quęstionem hāc, non tam diuersarum opinionum collatione, vel argumentorum pugna, quam simplici quadam quidditatis ipsius vniuersalis explanatione expediendam esse, quam, vt ex suis fontibus hauriamus, placuit cūcta, quæ de vniuersaliū natura diuersis suæ doctrinæ locis scribit Aristoteles, in hunc locum conferre, eisque adiungere, quæ D. Tho. in eorundem locorum commentarijs affert, ex quibus suis erit partibus absoluta vniuersalis definitio. 10. Aristot. de definitione vniuersalis

In primis ergo Aristoteles 1. lib. de interpretatione cap. 5. talem definitionem statuit: *Dico autem vniuersale, quod in pluribus, prædicari natū est, vt homo quidem vniuersalium est*, quam breuiori complexus sermone 7. Metap. tex. 5. ait: *Vniuersale vero de subiecto aliquo dicitur semper*, aliam definitionem non valde dissimilem posuit 7. Metap. tex. 45 sub his verbis: *Hoc enim dicitur vniuersale, quod pluribus natura aptum est inesse*, eandemq; vno verbo trad dit 4. Metap. tex. 14. vbi illud à singulari secernens inquit: *Singulare dicimus, quod vnū numero est, vniuersale vero, quod in ijs*, sed vtramq; simul definitionē verbis nō multum diuersis indicat 1. lib. de posteriori resolutione tex. 25. & cap. 10. *Esse quidem igitur vnū de multis verum dicere necesse est, non erit enim vniuersale nisi hoc sit, oportet igitur aliquid vnum idemq; in pluribus esse, non æquiuoce:* 11.
quælibet autem harum definitionum duabus continetur particulis, prior communis est, quę locum generis habet, posterior non nullum vtriusque definitionis discrimen statuit: dicitur namq; in vtraque vniuersale esse vnum, quid autem vnius nomine intelligēdum sit duobus alijs locis docuit Aristoteles 4. Metaph. tex. 11. vbi hæc, de vno, verba legimus, *Hoc enim significat vnum esse, sicut tunica, & vestis si ratio vna*. Et eundem sensum tenens 1. posteriorum textu 25. nuper recitato sic vniuersale asseruit, vnum esse oportere, vt in pluribus sit, non æquiuocè, itaque illud, quod multis commune est, vnum erit simpliciter, si eadem simplici voce, vnam eandemque rationem, in qua cō-

 muni-

municent omnia, significet, hoc est enim, vnam esse omnium rationem, quemadmodum homo respectu particularium hominum, similem vnitatem habere dicitur, à qua excluduntur in primis ratione vocis complexa, vt homo albus, quia vocis simplicitate carent, & ideò inter vniuersalia non numerantur, sed ex parte rationis significatæ excluduntur æquiuoca, vt finali testimonio expressit Aristoteles, nam esto incomplexam vocem habeant, vt canis, ratio tamen nominis significata, non est vna, sed plures, Analoga demum, ratione eiusdem particulæ exclusa censentur, à definitione vniuersalis, habent quidem similitudinem, vel proportionem, aut etiam attributionem analogata, sub eodem nomine, quo significantur, vt prædicamenta respectu entis, quod aliqualem eis confert vnitatem, nihilominus plura esse, ac simpliciter diuersa, modi, intrinseci per se, & in alio, qui simul cum ipsis prædicamentis voce entis significantur, ostendunt: ideò à ratione vnius simpliciter deficiũt, idque Aristoteles planè testatur 1. Ethicorum capite 6. illis verbis: *Præterea cum bonum totidē modis dicatur, quot illud, quod est, perspicuum est, commune aliquod vniuersale, atque vnum esse non posse, non enim in omnibus nuncupationibus*, id est, prædicamentis, *sed in vno tantum diceretur*, quod verò de ente, bono, & similibus transcendentibus affirmat, maximè vniuersalia esse 3. Metaphysi. textu 16. sic loquens.

A ratione vniuersalis excludũtur complexa.

Excludũtur æquiuoca.

Excludũtur analoga.

12.

Accidit autem, si quis non ponet esse aliquam substantiam, ipsum vnum, & ipsum ens, neque aliorum vniuersalium quidquam esse, hæc enim vniuersalia maximè omnium sunt, non adeò strictè accipiendum est, vt ex contextu illius capitis aperte satis colligitur, sed maximè vniuersalia appellari intelligẽdum: propter maiorem ambitum suæ significationis, quia non de quibusdam tantum determinatis inferioribus, sed de cunctis rebus, in quibus transcendaliter reperiuntur, suo modo prædicantur, ergo vnum in his definitionibus simpliciter acceptum, eodē refertur, ac vniuocum, quod definiens Aristoteles cap. 1. ante prædicam. ait: *Vniuoca verò dicuntur, quorum, & nomen commune est, & secundum nomen eadem substantiæ ratio, vt animal, & homo.*

13. Posterior harum definitionum particula quandam diuersitatis rationem in eis constituit, in priori enim, de multis est, in multis verò, in posteriori, sed vt significationem vtri-

Nota.

usque, percipiamus, oportet obseruare vniuersale vnum esse multis commune, vt expositum est: post vnitatem ergo ea est ratio propria illius, vt in eisdem sit, quibus est commune, quinimò ex eo commune dicitur, quod in omnibus reperitur, ex ratione autem existendi in omnibus ortum habet, vt de eis prædicari possit, vera prædicatione, nam, vt Aristot. 1. lib. de interpretatione cap. 4. & 5. docet, ab eo, quod res est, vel non est, vera, vel falsa propositio dicitur, ex hac ergo duplici ratione in multis, ac de multis, illa prius vniuersali conuenit, posterius hæc illaque causa huius reputatur, & quasi differentia essentialis eiusdem accipienda est, de multis vero tanquam propria passio, sed vnam, & alteram accipere debemus, quemadmodum D. Tho. 7. Metaph. lect. 13. posteriorem explicans definitionem, accipiendam esse docet, pro aptitudine non pro actu, sicut etiam consuetum est apud Aristotelem, & vniuersam scholam, verba in definitione, nō actũ, sed aptitudinem importare, contingit enim vniuersalem naturam in vno tantum singulari repertam esse, atque adeò, de eo tantum secundum actualem prædicationem dici, vt exemplo Solis, & Lunæ fit manifestum, neque tamē id obstare intelligitur vniuersalitati eius: nam ex aptitudine, quam habet, vt à multis participari possit, ac de eisdem prædicari, eam sortitur, hoc igitur modo se habere intelligendum est duplicem hanc definitionem, respectu vniuersalis, quemadmodum duæ aliæ, quæ de homine circunferuntur, animal rationale, animal aptum ad ridendum, quarum prior essentialis est, vt pote, proprio genere, & differentia constituta, descriptiua posterior, genere vel subiecto, ac propria passione risibilitatis, cui similis est ea vniuersalis descriptio, quę vnum esse de multis importat, cum priori verò conuenit alia qua vnum in multis esse dicitur, ideò autem non solum quidditatiuam definitionem vniuersalis attulit Aristoteles, sed descriptionē addidit, vt per prædicationem nobis notiorē, essentialem rationem vniuersalis, essendi in multis percipere possemus, & ex vtriusq; explicatione planè colligitur, quod quid est ipsius vniuersalis, quod fuit principale intentum huius quæstionis. 14.

Quæ autem in præsenti, ac præcedenti quæstione, ex mente Aristotelis, ac D. Thom. definita sunt, viam nobis aperiunt, eas quæstiones expediēdi, quę à Porphyrio in huius proœmij calce propositæ sunt, & ad præsentem locũ spectant,

spectāt, queadmodum ad essentiam vniuersalis, de qua agimus, capienda n. Ad earum autem solutionem præmittenda est distinctio D. Thom. quam attulit 7. Metaph. lect. 23. vniuersale, & pro re substrata, hoc est, denominata vniuersali, accipiendum esse, vel pro vniuersalitate eam denominante: quemadmodum si speciem humanam pro reali hominis natura, quæ species denominatur, accipias, aut etiam pro forma ipsa speciei, à qua talem denominationem suscipit: eadem similitudine, qua album pro corpore, vel pro albedine, à qua album denominatur accipere consueuimus: prior quidē acceptio materialis appellatur, formalis verò posterior, quia res denominata, veluti materia se habet ad formam denominantem comparata.

Duo in vniuersali considerantur.

15. Iuxta formalem igitur acceptionem vniuersalis, affirmat D. Thom. vniuersalia in solo intellectu, non in rebus esse reperta, neque substantias esse, sed accidentia, non realia, sed rationis, nam forma vniuersalitatis tantum est denominatio quædam attributa naturæ ab intellectu cognoscente, vel abstrahente eam à suis inferioribus, cuius exemplum esse potest, in intellectu humanam naturam cognoscente, singularibus Petri, & Pauli conditionibus non consideratis, dum enim illam eo modo contemplatur, vniuersalem, atque speciem vocat, iure quidem, quia talis denominatio ei debita est, itaque ratio vniuersalis speciei, vel generis non est alicuius formæ, realiter inhærentis in ipsis naturis rerum denominatis, sed obiectiuè tantùm existentis in intellectu cognoscente, ac denominante, quod est dicere, tunc tantùm hanc formam denominare, quando intellectus naturam prædicto modo considerans, eamque pro obiecto habens, talem denominationem tribuit. eiusmodi quidem D. Thom. doctrina tanquam valdè rationi consentanea amplectēda est, quamuis non desint contrarium tenentes, videlicet, vniuersalitatem denominantem naturam, formam realem esse, citra operationē intellectus existentem, ac denominantem, cū quibus quæstione sequenti erit nobis controuersia. Interim iuxta eandem D. Tho. doctrinā definiendum est incorporea esse vniuersalia, nā eiusmodi denominationes corporis expertes censentur esse, in quo sensu D. Tho. loquutū fuisse Aristotelem, aduersus Platonem docuit eo loco, dum vniuersalia nihil esse in rebus ostendit, quasi non esse aliquam entitatem realē statuere velit, vt idearum positionē destruat.

D. Th. sententia circa vniuersalia existentia.

16. Sed si pro substratis, vel denominatis rebus vniuersalia accipiamus (pro quibus in cōmuni modo loquendi, & non pro formali denominatione supponere censentur) cum ex mēte Aristotelis præcedenti sit quæstione definitū, efficacique ratione confirmatum, in suis singularibus ac inferioribus esse, neq; ab ipsis separata, vel re distincta, sed sola consideratione intellectus, res est certa: eorum conditionem sequi, ea ratione, vt si realia sint inferiora, talia sint vniuersalia, si verò fuerint substantia, eūdem modum essendi habebunt, vt humana species substantia est, cum singulares homines talem habeant conditionem essendi, quantitas verò, & albedo accidentia, cum singulares quantitates, atq; albedines, in quibus inueniūtur, & cum quibus re ipsa idem sunt, accidētia sint.

An vniuersalia sint realia, vel rationis.

Et vt vniuersalem regulam cognoscendi, an vniuersalia sint entia realia, an substantiæ, vel accidentia, corporea, vel corporis expertia, statuamus: prædicamentum considerandum est, ad quod spectare inueniuntur, & secundum rationem illius iudicandum, & iuxta hanc acceptionem vniuersalis explicatam, docuit D. Thom. vbi supra, germanum esse sensum Aristotelis illius conclusionis, quam in toto fermè libro 7. Metaphysi. aduersus Platonem innumeris rationibus elicere, efficaciterq; corroborare intendit: vniuersalia non esse substantias, imò neque res aliquas existentes, hoc est, à rebus singularibus, de quibus prædicari aptę sunt, separatas, sed in eisdem verè existentes, nam vt eo loco expressit Aristotel. *Quæcunque vniuersalia nihil aliud esse existimandum est, quā quod quid erat esse suorum inferiorum*, hoc est, formalem, & essentialem rationem, in qua communicant. 17.

Regula ad idem cognoscendū.

D. Thom.

Aristo.

An vniuersalia sint æterna.

EA tantùm definienda superest controuersia in hac parte, quam Porphyrius non proposuit: an vniuersalia sint æterna, vel perpetua, generationi, & corruptioni subdita, vel ingenerabilia penitùs, & incorruptibilia? quam tetigisse Aristotelem inuenio, duobus præcipuè suæ doctrinæ locis, cuius verba referre placet: primo enim posteriorum cap. 22. tex. 43. discrimen inter singulare, & vniuersale statuens, quod illud primo, & per se sensui subijcitur, ideò à tempore dependet, hic, & nunc esse, intelligitur autem desinere esse, cum in cō-

An sint æterna.

tinua variatione constitutum sit, vniuersale verò, nec sensu percipitur, nec à tempore dependet, sed perpetuum est, hæc verba scripta reliquit, *Nec per sensum est scire si enim sensus huius, & non huius cuiusdam, sed sentire necessarium est hoc aliquid, & alicubi, & nunc: vniuersale verò, quod est in omnibus, impossibile est sentire, nõ enim est hoc, neque nunc, neque enim esset vtique vniuersale, quod enim semper, & vbique vniuersale esse dicimus*, & 7. lib. Metaph. ex eodem discrimine inter singulare, & vniuersale, singulare intelligens nomine substantię materiæ subditæ, rationis verò appellatione vniuersale, propterea quod rationis opere in singularibus cognoscatur, ab eisque distinguatur, eandem perpetuitatem perspicuis verbis ostendit capite 17. textu. 53 *Quæcunque igitur illo modo dicuntur, eorum quidem est corruptio, nam & generatio oratonis autem non est ita, vt corrumpatur, neque enim generatio est (non enim fit domus esse, sed huic domui) sed absque generatione, & corruptione sunt, ostensum est enim quod nullus generat, neque facit propterea substantiarũ sensibiliũ singularium, neq; definitio, nec demonstratio est, eo quod habet materiam, cuius natura talis est, vt esse, & non esse contingat, quare corruptibilia sunt omnia singularia, earum igitur demonstratio, & definitio scientifica necessariorum est.*

18.

Ratione probatur esse æterna.

Ex quibus hanc euidentem rationem elicio, qua ostendo, admissis vniuersalibus (vt efficaciter admittenda esse prima huius procemij quæstione ostensum est) æterna esse, nam veritas, quæ certa demonstratione conuincitur, intrinsecam habet necessitatem: vt contradictionem implicet alio modo se habere, quemadmodum de veritatibus principiorum certissimum est, rationi repugnat non esse verum, quòd totum sit maius sua parte, quòd si ab æqualibus æqualia auferantur, æqualia sint quæ supersunt, de his ergo citra dubium constare debet sic semper esse, vt ex terminis repugnet, posse aliquando non esse, & hoc est idem, ac esse æternas, sed eiusmodi veritates sunt res vniuersales, quæ de multis inferioribus dicuntur, ac de quibus præsens sermo loquitur, ergo intelligendum est esse æternas.

19.

Confirm.

Et confirmatur: Quia circa hæc vniuersalia tanquam propria obiecta versantur scientiæ, quarum proprium munus est posteriores veritates vniuersales, ex prioribus ostendere, compertum est autem scientias sua ratione esse perpetuas, nam esto in singulari subiecto desuetudine, aut obliuione amittantur, aut esse desinant, sed in sua specie, & ratione essentiali eodem pacto se habent semper atque adeò perpetuæ sunt, ergo ob eã earum, à quibus propriam rationem, & speciem mendicatam habent (quæ vniuersalia ipsa sunt) erunt perpetua. Et his rationibus compulsus Plato, existimans nihil esse in his rebus inferioribus vniuersale, sed singularia omnia, & ideò corruptioni, atque generationi obnoxia, posuit (si Aristoteli credendum est) ideas separatas, atq; æternas, quas vniuersales appellauit, ex quarum participatione singularia fierent, ac de quibus tanquam de æternis obiectis scientiæ instituerentur.

Duplicitet potest intelligi esse æterna.

Sed vniuersalia esse perpetua, in duplici sensu accipi potest, quemadmodum vniuersalia ipsa duplicem possunt habere considerationem, prior est secundum actualem existentiam in singularibus, posterior secundum essentiam, vel ordinem prædicatorum essentialium, & licet verum sit iuxta priorem, species, semel à Deo productas, vel ab ipsis causis naturalibus ex Dei concursu, ac virtute, nunquam ferè in omnibus singularibus deficere, certum tamen est id non repugnare, cum singularia ipsa ab intrinseco principio sint corruptibilia, vt in homine aliisque animalibus, & plantis exemplum sumi potest, ergo secundum actualem existentiam in eis non habent vniuersalia intrinsecam perpetuitatem, ac necessariò requisitam vt scientiarum obiecta esse valeant, quam tamen posterior consideratio eorundem continet: nam sic sunt in potentia secundarum causarum, deficientibus adhuc cunctis singularibus, vel etiam in virtute solius Dei, si non adsint creaturæ, à quibus producantur in singularibus, vt talia eis prædicata conueniant, iuxta exigentiam propriæ naturæ, si in suis forēt singularibus. Quod satis sit intelligibile, si fingamus animo, non esse hominem in rerum natura productum, vel, postquam productus est, omnino periisse, in quo casu certum est eodem modo in diuina virtute eum producere valenti, contineri, vt si producendus sit, talis sit futurus, cui hæc prædicata conueniant, substātia animata, sensitiua, rationalis, quam naturam eiusmodi passiones naturaliter consequātur, capacitas disciplinæ, admiratio, atque risibilitas, quæ omnia concipi de ea possunt, non existentibus, vel etiam non conceptis vllis singularibus, & ex prioribus posteriora demonstrari, vnde, & obiectum scientiæ esse possunt, 20.

nam

nam rebus sic stantibus habere posset Angelus de eodem homine scientiam, vel etiam si perirent homines eius in intellectu similis posset scientia permanere. Neque, hoc tantum condi- tionali exemplo, hæc vniuersalium perpetuitas explicari potest, sed alio apud nos contingenti: nam tempore aliquo determinato euenire solet, vt nullum extet singulare alicuius speciei floris, vel fructus in rerum natura: cuius tamen certum est extare scientiam, quæ non perijt in intellectu illam habenti, vniuersis eius speciei singularibus pereuntibus, quia eidē speciei in potentia causarum existenti, eadem prædicata essentialia conueniunt, eædem propriæ passiones possunt de illa certa demonstratione ostendi, vnde sequitur vniuersalia, per se esse perpetua in ordine ad potentiam productiuam naturæ, cui conueniunt, ideò, nec per se corrumpuntur, sed quasi per accidens ad singularium corruptionem, nec per se generantur, vt bene D. Thom. docuit de veritate, quæstione 1. articul. 5. ad 13. in quo sensu locutus est Aristoteles de secundis substātijs, quæ sunt res vniuersales in primo prædicamento, dum asseruit primis substantijs corruptis, nihil earum permanere: hoc est vniuersales rationes in illis existentes ad earum corruptionem desinere esse, cum tamen per se, & essentialiter permaneant, vt expositum est.

Alio exemplo declaratur.

21.

Dupliciter potest intelligi esse æterna.

20.

D. Thom.

Dubium.

Sed superest in hac parte dubium, vbi essent vniuersalia, vniuersis singularibus, ac creaturis deficientibus: nam si perpetua sunt alicubi permanere debent.

Solutio.

Respondetur, in solo intellectu diuino cognoscente prædicata vniuersalia, cuicunque speciei nata conuenire, ac potente eam in suis singularibus producere: secundum quam considerationem vniuersales veritates, quæ de rebus omnibus prædicari aptæ sunt, non essent aliud re ipsa, quam diuina veritas, & essentia, quæ sola intrinsecam habet perpetuitatem, & hoc modo respondet D. Thom. eidem dubio prima parte, quæstione. 10. articulo 3. ad tertium.

22.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrùm detur in rebus ante operationem intellectus, vnitas formalis minor numerali.

Varij modi vnitatis ex Arist.

Aristoteles 5. Metaphysic. capite 6. de rerum vnitate sermonem instituens, æquiuocis, analogisque prætermissis, in quibus non est vnitas, & si quæ est in posterioribus adeo minima, vt proportio, & aliqualis similitudo potius appelletur, his (inquam) omissis, in his, quæ vniuocè significantur triplicem vnitatis modum text. 12. illius capitis, his verbis posuit: *Item alia numero, alia genere, alia specie, vnum sunt, numero quidem, quorum materia vna, specie, quorum ratio vna, genere verò quorum eadem prædicationis figura*, hæc Aristoteles. Ex his autem tribus, numerica vnitas maior est, minor specifica, minima vero generica, quia quæ sunt vnum genere, diuersa sunt essentialibus differentijs, quæ sunt vnum specie, indiuidualibus, & ideò minus discrimen constituentibus, quod autem est vnum numero, sic est in se indiuisum, vt non amplius diuidatur: de hac autem postrema vnitate nullus vnquam dubitauit realem esse, ideò ante operationem intellectus reb. conuenire, ex materia enim, ex quātitate, vel forma substantiali vnitatem numericam sortiuntur, conueniunt autem rebus singularibus tria hæc, circumscripta operatione intellectus, atque adeò numerica vnitas, quæ ex eorum aliquo accipitur.

Aristot.

De vnitate verò specifica, & generica: quæ communi voce appellatur formalis, non est inter Doctores certum an realis sit, rebusque à natura ante operationem intellectus conueniat, vel non, nisi eo operante fiat, rationisque proinde vnitas, & non realis appellanda sit, quæ idcircò minor numerali appellatur, quia singulare prorsus est incommunicabile, & ideò maximè in se vnum, non admittens plurium communicationem, formalis autem vnitas aliquid vnum multis commune efficere potest, & rursus, quia vnitas formalis per numeralem diuidi solet, hæc verò nequit per aliam diuidi, cum sit omnium vltima: status igitur præsentis controuersiæ est, an sicut datur vnitas numerica realis, detur alia etiam realis, & ante operationem intellectus, quæ appelletur formalis, aut specifica, in qua indiuidua communicent: ex cuius decisione maximè pendet controuersiæ sequentis decisio, an dentur vniuersalia in rebus, seclusa operatione intellectus, ac propterea hanc de vnitate formali præmittendam censuimus. Vt debito ordine procedatur in controuersijs agitandis, & vna viam ad alteram discutiendam aperiat.

Sen-

Sententia tribuens vnitatem naturæ ante opus intellectus.

23. Affirmatiua pars ex Aristote. probatur. ET affirmatiuam partem, expressisse videtur Aristoteles pluribus suæ doctrinæ locis, ex quibus præcipua in medium afferre placuit 10. Metaph. cap. 2. tex. 13. vulgatum illud reperio, in vnoquoque genere vnum primum esse constituendum, quod cæterorum eiusdem generis mensura sit, ita vt quo propinquius ad illud accedunt, maiorem perfectionē sub eo genere sortiantur: quod in genere animalis, & quibuscunque alijs facili inductione ostendi potest. Hæc autem vnitas absque dubio realis est, cum ex propria perfectione, primo cuiuscunque generis conueniat, numerica autem esse non potest, tum quia idem Aristoteles 3 Metaph. cap. 2. tex. 11. docet expresse, in indiuiduis eiusdem speciei, non esse hoc natura prius, illud posterius, tum etiam quia cum ęqualiter essentiam speciei participent omnia, non habent essentialem ordinem, & ideò nullum, metrum, aut mensura aliorum secundum perfectionem essentialem esse potest, fatendū est ergo locutum fuisse Philosophum, de vnitate specifica, & verè ita est, quod in genere quocunq; prima species à natura constituta est, vt in genere animalis homo, quæ perfectionis aliarum specierum mensura est, ergo verè realis est specifica vnitas, rebusq; ante operationē intellectus conuenit.

Secundo. Secundus locus est 7. lib. Physic. tex. 29. vbi quamlibet realem comparationem extremorum in vnitate specifica, & atoma instituendam esse, his verbis testatur: *Sed non solum oportet comparabilia non æquiuoca esse, sed & non habere differentiam, nec quod, nec in quo, dico autem vt color habet diuisionem, non ergo est comparabile secundum hoc, vt vtrum coloratum sit magis album quam nigrum, hæc enim comparantur, non secundum aliquem colorem, quatenus color est, sed secundum albedinem.* Ex quibus cum planè sentire colligitur, specificam vnitatem realem esse, & ante operationem intellectus ponendam, cum & comparatio, quæ in ea fit, easdem habeat conditiones.

Quinto etiam libro Metaph. cap. 15. primum relationis genus in vnitate specifica fundatum esse testatur, quæ si in substantia sit, relationem identitatis fundat, æqualitatis si sit in quantitate, si in qualitate similitudinis, sed eiusmodi relationes cum sint reales, operationem intellectus præcedunt, ergo, & earum fundamenta, ideò dabitur vnitas specifica substantię, cui ratione Petrus, & Paulus relatione reali identitatis dicuntur, vnitas quantitatis specifica, propter quam duo corpora eiusdem magnitudinis dicuntur æqualia, eademq; inter duas albedines, quæ similes dicuntur. 24.

Postremus locus est, tertio libro de anima, textu 88. vbi eandem esse naturam diaphaneitatis, vel transparentiæ in aere, & in aqua affirmat: quis autem dubitare potest, hanc vnam naturam, vel proprietatem, in qua hæc duo elementa conueniunt, realem esse, & à consideratione intellectus independentem. Vltim.

Hanc eandem partem tenere videtur D. Thom. in 2. distinctio. 3. quæstione 2. articulo 2. ad 1. vbi vniuersalis diuisionem in schola satis vulgatam proposuit: aliud esse vniuersale in re, quod est realis natura in singularibus existens, aliud à reipsa acceptum per abstractionē intellectus, posterius quidē re ipsa, aliud demū esse vniuersale ante rē, & est forma vniuersalis in mēte existēs, pluriū factiua, vel repręsētatiua qualis est forma dom⁹ in mēte artificis, & quales sunt vniuersales species in mentibus Angelorum existentes. Ex primo membro huius diuisionis elicitur apud D. Thom. vniuersalem esse naturam realem, priusquam intellectus eam à suis singularibus abstrahere incipiat, atq; adeò vnitatem realem habere minorem numerica, cuius ratione absolutè sit vniuersalis appellanda ante operationem intellectus, idq; ratio ipsa efficaciter suadere videtur. D. Thom. 25.

Quia vnitas est propria passio entis, quemcunque ergo gradum entitatis sequitur aliquis modus vnitatis, sed in eadem re, præter vnitatem numericæ entitatis reperiuntur gradus specificæ, & genericæ entitatis, realiter enim, & absque operatione intellectus, quemadmodū Petrus est talis homo singularis, est etiam homo, animal, & substantia, ergo non minus correspondet specifica, atque generica vnitas gradibus eiusdem entitatis, quam vnitas numerica gradui numericæ entitatis, cum vnitas sit passio entitatis, sicut vnum passio entis, omnes ergo, reales sunt vnitates, & ante operationem intellectus eidem rei singulari conueniunt, habentq; aptitudinem, vt possint pluribus conuenire, cum natura eadem specifica in multis singularibus sit multiplicabilis. I. probat.

Secundo, communicabile pluribus, & incōmunicabile sunt contradictoriè opposita, ergo de quocunque negatur vnum, affirmabitur aliud, sed de natura humana, gratia exempli, verum II. probat.

rum est ante operationem intellectus, imò ex proprijs principijs realibus non esse de se incommunicabilem, siquidem pluribus singularibus hominibus, in quibus reperitur, communicatur, ergo necessario erit de illa affirmandũ quod de se sit multis cõmunicabilis, argumentum est à negatiua ad affirmatiuam de contra-
26. dictorio prædicato, præsupposita existẽtia subiecti, iuxta exigentiam verbi, quod euidens apud omnes habetur.

III. proba. Postremo, obiectum cuiuscunque potentiæ, prius est ea secundum naturam, vt visibile ordine naturæ prius est potentia visiua, & ratione eius prioritatis statuit Aristoteles in prædicamento ad aliquid, inter scientiam, & obiectum, inter potentiam similiter, & obiectum, non esse ponendam relationem prædicamentalem (quæ vulgari sermone relatio secundum esse appellatur) de cuius ratione est, quod relatiua sint simul natura, & cognitione, ergo obiectum intellectus, imò & cuiusuis sensus præcedit ordine naturæ eiusmodi potentias, & fortiori ratione actus earum, visibile est enim obiectum prius quam videatur, intelligibile prius quam intellectu percipiatur, sed intra latitudinem obiecti intellectus continetur natura vniuersalis, obiectum item potentiæ visiuæ est etiam visibile in communi, licet colorem tantum singularem percipere possit, sub ratione tamen communi visibilitatis, à qua specificatur: cum ergo obiecta harum potentiarum sint naturæ vniuersales, conuincitur specifica vnitas in eis, ante operationem intellectus.

Confirma. Et confirmatur, quia inter extrema eiusdem generis, quæ sub eo maximè distant, vna tantum contrarietas ponitur, vt inter calidum, & frigidum, cuius extrema non sunt calidum, & frigidum in singulari, nam si ita esset, tot essent contrarietates, quot sunt singularia harum specierum, sed absque dubio species ipsæ extrema sunt, & ex earum vnitate vnitas contrarietatis accipitur, contrarietas verò cum sit realis, ratione cuius vnum extremum circa idem
27. subiectum, aliud realiter expellit, realem etiam vnitatem extremorum præsupponit, quę specifica est, & minor, ideò vnitate numerali, ergo hæc præcedit operationem intellectus, & naturam quamcunque vniuersalem constituit.

Propter hæc, & alia argumenta, quæ consulto prætermittimus constanter defendit hãc
Scotus. partem Scotus 7. Metaphysic. quæstione 16. & in 2. distinct. 3. quæst. 2. Hanc autem vnitatem

realem, vel ad essentiam naturæ specificæ, vel genericæ spectare docet, vel certè tanquam propriam eius passionem se habere, & quemadmodum operationem intellectus præcedit, & ex proprijs principijs naturæ conuenit, ita ab vnitate numerica ex rei natura, & excluso intellectu distincta est.

Secunda sententia opposita.

SEcunda sententia opposita est, omninò negans aliquam vnitatem realem, & positiuam, quæ formaliter rebus conueniat ante operationem intellectus, & minor sit vnitate numerica, sed quamuis naturam re ipsa affirmat singularem esse, fieri autem vniuersalem ab intellectu eam abstrahente, vel comparante ad inferiora.

Hæc est sententia Diui Thomæ. opuscul. 55. D.Tho.
non longè à principio, & 1. par. quæst. 85. articulo 1. & 2. quam sequitur in primis vniuersa eius schola, Capreolus in 2. distinctio. 8. quæst. 2. Soncinas 7. Metaphy. quæstio. 17. Magister Soto quæstio. 2. vniuersali, idem Doctor Toletus, quæstione 3. super procemium Porphyrij, & ex antiquis Philosophis Paulus Venetus libro. 2. suæ dialecticæ tractatu 4. parte 4. capite 4. Albertus Magnus in libro prædicabilium quæst. 6. Temistius paraphrasi super procemium Aristotel s de anima capite 4. Alexander Afrodisius in commentarijs super 7. libro Metap. post medium fol. 131. pagin. 1. & 2. Iauellus tractatu 28.
4. de quinque vniuersalibus in sua dialectica, quam etiam profitetur D. Damascenus libro D.Damasc.
de dialectica capit. 64. vbi commune illud tantum esse docet, quod in multis consideratur, etiam in primis Aristoteles apertè insinuat 1. lib. Aristot.
de anima text. 8. illis verbis: *Animal autem vniuersale, aut nihil est, aut posterius est, similiter autem, & si quod commune aliquid prædicetur, &c.* quæ à cunctis eius expositoribus in hoc sensu exponuntur, vt vniuersale nihil sit à singularibus distinctum, nisi operatione rationis, qua ab eis abstrahitur, qua etiam de causa posterius illis est, & appellatur, cum singularia secundum naturæ ordinem ei sint præsupposita, à quibus abstrahi potest.

Ratio demum eam efficaciter confirmat, Probatur I. ratione.
quia quæcunque conueniunt naturæ tanquam essentialia, vel certè tanquam proprium quid consequens essentiam, cuicunque singulari talis naturæ insint necesse est, cum notum sit integram speciei essentiam in singulis esse

I indi-

indiuiduis contentam, sed vnitas realis specifica, vel formalis (iuxta sensum prioris sentētiæ) pertinet ad essentiam naturę, vel se habet quasi propria eius passio, ergo simili modo ad essentiam cuiuscunq; singularis spectabit, & sic fiet, vt Petrus vnus sit formaliter pluribus alijs cōmunis, quemadmodum specifica eius natura, quod valdè absurdum est.

II. probat. Secundo probatur, illud, quod cuicunque tanquam essentiale tribuitur, sic ad ipsum se habet, vt oppositum eius, nec per se, nec per accidens eidem inesse possit, cuius exemplum in essentialibus hominis accipere possumus: nam, quia essentiale est ei, quod animal sit, viuens, & substantia, horum prædicatorum opposita penitus ei repugnant, si ergo ita est, quod vnitas realis specifica pertinet ad essentiam naturæ, consequitur, vt singularitas ei opposita, non possit eidem naturæ vlla ratione attribui, cuius tamen contrarium non solùm possibile est, sed verè reperitur, cum singularis sit in Petro, & in Paulo eadem natura humana, quod certè argumento est euidenti, secundum se non esse vnam formaliter, nec communem.

Diuersi, huius sententiæ communis sensus exponuntur.

HAec autem sententia D. Thom. & communis, non accipitur in eodem sensu ab vniuersis eius discipulis nuper relatis, nam quidam eorum existimant, non esse omnino ponendam aliam vnitatem realem præter numericam, in qua sententia videntur esse

29. Iauellus in epitome super primum de anima tractatu 1. cap. 5. & clarius Soncinas 7. Metaph. quæst. 40.

Caiet. sent. Ex opposito verò Caietanus, 4. illo capi. de ente, & essentia, quæst. 6. tenet quandam vnitatem formalem minorem numerali esse in natura, ante operationem intellectus ei essentialem, id autem sic explicat: vnitas alia est materialis, quæ numerica vocatur, formalis verò alia, quemadmodum indiuisio, seu diuisionis negatio materialis est, & formalis: est enim vnitas non aliud quam negatio diuisionis, si autē negatio sit diuisionis materialis, numerica erit vnitas, cum principium indiuiduationis sit materia, talis est vnitas, qua Petrus est vnus homo singularis, propter hanc vnam indiuisamque materiam, si verò negatio sit formalis diuisionis, eo quòd ex parte formæ aliquid nō sit diuisum ab alijs, vnum formaliter appellabitur. Qua præsupposita distinctione vnitatum sentit Caietanus præter realem vnitatem nu- Caiet. sent. mericam, quam in se habet quælibet res singularis, esse aliam vnitatem formalem, quam habent quælibet singularia eiusdem naturæ, vt Petrus, Paulus, & vniuersi homines vnum quid appellantur vnitate formali, ratione humanæ naturæ, quam participant, sed adhuc formalis vnitas (ait Caietanus) duplex est, positiua vna, Duplex vnitas. negatiua alia, positiua est quam habent multa ratione eiusdem formæ realis, quæ ab omnib. habetur, quemadmodum tres diuinæ personæ eandem habentes Deitatem, vnus Deus appellantur: hæc enim sola vnitas realis positiua (vt bene Caietanus) possibilis est, in creaturis verò inueniri repugnat, quæ enim inter indiuidua eiusdem naturæ ab intellectu abstractæ reperitur, non realis vnitas, sed rationis est.

Alia est vnitas formalis negatiua, quæ non 30. consurgit ex eadem natura à pluribus participata, sed ex ea, quæ licet numero sit diuersa, ratione materiæ, & singularitatis, non tamen ex propria ratione formali, & essentiali. Exemplū accipere possumus in indiuiduis eiusdem speciei: habent Petrus, & Paulus naturam humanam singularitatibus distinctam, sed non ratione formali ipsius naturæ, nam in eo, quod vterque humanitatem habet, & ratione illius homo, & animal est, non censentur distincti, hanc ergo negationem distinctionis in ratione formali humanitatis appellat Caietanus vnitatem formalem negatiuam, quā realem opinatur, & ante operationem intellectus indiuiduis eiusdem speciei conuenientem, sufficientemque, vt sine addito appellentur vnum, & secundum eandem proportionem explicat vnitatem formalem negatiuam, inter species eiusdem generis, sed ratione huius vnitatis docet, nequaquam habere indiuidua eiusdem speciei, vel species eiusdem generis rationem aliquam communem ante intellectus consideratione, nam cum natura specifica (inquit) re ipsa sit distincta numero in singularibus, impossibile est realiter esse communem, etiam si aliqua ratione sit vna.

Hanc Caietani sententiam amplectuntur, aliqui ex modernis Aristotelis interpretibus: hisque rationibus confirmant.

Vnitas formalis est priuatio diuisionis for- Probatur I. ratione. malis, quemadmodum vnitas numerica est priuatio diuisionis materialis, sed ita est, quod Petrus, & Paulus ante considerationem intellectus

lectus carent distinctione formali, cum ex ratione formali humanitatis non sint distincti,
31. sunt igitur in humanitate vnum quid formale sed negatiuum.

Probatur secundo. Secundo, natura humana secundum essentiam est vna formaliter, ergo talis erit censenda in singularibus, absque operatione intellectus, euidens est consequentia, antecedens verò his ostenditur necessarium: natura humana secundum se caret distinctione formali, ergo est vna formaliter, item ex propria ratione formali est ens atque definibilis, ergo est vna formaliter.

Cum Scoto conuenit Caiet. Fatetur autem Caietanus, hanc suam positionem similem esse Scoti sententiæ in vno, longè diuersam in alio: cum Scoto conuenire docet, quia præter vnitatem numericam minorem aliam realem ponit, discrimen verò vtriusque sententiæ in eo positum est, quod Scotus positiuam tenet vnitatem naturæ simul cũ aptitudine, vt à pluribus participetur, & ideò re ipsa communem singularibus, Caieta. verò positiuam vnitatem non admittit, aptitudinẽ existendi in multis, ex consequenti negat, & pariter indifferentiam ad plura, quibus sublatis nihil cõmune esse posse indiuiduis, vel speciebus arbitrabatur.

Soti sentẽt. Magister Sotus quæst. 2. vniuersalium propriam sententiam his tribus propositionibus aperit.

I. assertio. Prima est, non datur aliqua vnitas realis operationem intellectus præcedens, præter numericam.

Secunda. Secunda propositio, quælibet natura specifica secundum propriã essentiam habet indifferentiam negatiuam ad plura indiuidua: quia quantum est ex parte sua non est ad aliquod indiuiduum determinata, sed ab omnibus ex æquo participabilis.

Tertia. Postrema, ante considerationem intellectus verè appellantur naturæ reales, genera, & species, sed non adeò propriè vniuersales.

Probatur primo vltima assert. Hanc vltimam propositionem confirmat, quia vt homo species, animal genus appellentur, satis est verum esse, Petrum esse hominem, & Paulum, hominem esse animal, & similiter equum absque consideratione intellectus, hæc autem ita se habere communis omnium concipiendi modus ostendit, sic ergo loquendum est.

II. probat. Secundò, vniuersale est obiectum intellectus non alia ratione, qua color est obiectum visus, sed priusquam visus in colorem tendat, visibilis appellatur ratione ordinis, quem habet ad potentiam visiuam, ergo natura dicetur vniuersalis, antequam ab intellectu consideretur: propter ordinem, quem ad ipsum habet, à quo considerabilis est. Idque efficaciter confirmatur cæcitatis similitudine, quæ, licet sit ens rationis, iuxta mentem Aristotel. 5. Metaph. tex. 14. nihilominus cæcus dicitur homo absoluta locutione, etiam si ab intellectu non consideretur, ea solum ratione, quia considerabilis est: satis est ergo naturam humanam ab intellectu esse abstrahibilem à conditionibus singularitatis, vt species sit, & denominetur, quam denominationem arbitratur ei conuenire in eodem gradu, quo risibilitas conuenit homini, vel quæuis alia propria passio naturæ specificæ, in quo Sotus cum Caietano videtur conuenire, qui eam vnitatem realem ponit in natura, quæ sufficiens est, vt genus, vel species appelletur, sed minus propriè appellari vniuersalem affirmat, quia vniuersale actualem denominationem formæ importare videtur, quæ non nisi ex operatione intellectus consurgit in natura. 32 Confirma.

Vltima opinio Soncinatis. Extrema denique sententia, Soncinatis est 7. Metaph. qu. 40. vbi naturam, ait, secundum se esse vnam, alioqui nomen, quo significatur, non esset vniuocum, cum de ratione termini vniuoci sit significare immediatè vnum, sed hanc vnitatem ait non communicare inferioribus, quia sibi conuenit in illa prioritate naturæ, qua est prior suis inferioribus, nec esse vnitatem actualem, sed potentialem, quia sicut natura non habet esse actu ante sua indiuidua, ita non habet vnitatem actu, sed si separaretur secundum esse ab omnibus indiuiduis: esset actu vna secundum esse sic separatum, quia non haberet per quid plurificaretur, sicut etiam si daretur albedo separata, ipsa esset tantum vna: eandem videtur sequi Capreolus in 3. dist. 5. q. 3. articul. 3. ad argumenta Scoti contra primam conclusionem: vbi non de omnibus, sed de quibusdam naturis id sentiendum esse, ait ex mente D. Thomæ, sed nouissimè Doctor Fonseca, eam non solum explicandam, sed defendendam suscepit 5. Metaph. cap. 28. quæstio 3. sect. 2 3 & 4. vbi pro eius declaratione duo addit, quæ desiderari possent, vt exactè intelligeretur: Primum est, naturam nunquam habere actu eiusmodi vnitatem, quia eam non habet in indiuiduis, nec solum, vt est in intellectu, cũ conueniat illi secundum se, atque adeò prius, quam ab intellectu concipiatur, & non per solam

Capreol.

D. Fonseca explicat, & sequitur hanc sententiam.

Probatur I. ratione.

33. lam denominationem extrinsecam, sed per veram indiuisionem realiter, & secundum se naturæ conuenientem, & hoc idem videtur voluisse Soncinas, dum ait non esse actualem, sed potentialem, & vterque eam explicat per hanc conditionalem, si natura existeret extra causas sine contractione ab indiuidua, hanc vnitatem haberet, & eam habet in potentia in illo priori naturæ, quo antecedit contractionem ad singularia, prior est enim natura conditionibus, & contractionibus, per quas fit singularis.

Soncinas.

Alia distinctio.

Adijcit secundo, quod dum dicitur hanc vnitatem ex se, aut per se conuenire naturæ, dupliciter sumi potest, illud per se, aut secundum se: primo, vt denotat necessariam connexionem prædicati cum subiecto, quia de eius essentia est, aut certè ab eo per se oritur, quo pacto accepit per se Arist. in primo, & secundo modo 1. lib. de posteriori resolutione cap 4. & iuxta hanc acceptionem non conuenit talis vnitas naturæ per se, quia inseparabilis ab ea esset, quare in singularibus existens ei conueniret, quod repugnat, cum in eis sit diuisa: Secundo modo accipi per se, aut secundum se, ait, pro eo, quod est absolutè, aut solitariè, quo pacto, plura alia prædicata conueniunt eidem naturæ, vt non existere, non ambulare, non corrumpi, & id genus alia, quæ sibi non conueniunt, nisi ratione indiuiduorum, solitariè igitur accepta natura, id est, in quantum non habet adiunctas differentias indiuiduales, hanc habet vnitatem, quod autem naturæ hoc modo sumptæ conuenit, non dicitur ei conuenire per se, iuxta priorem acceptionem, nec etiam inseparabiliter conuenire, cum possit illi non conuenire in alio statu, vt in eisdem exemplis patet:

Arist.

34. etenim naturæ solitariè sumptæ conuenit non generari, non loqui, quæ tamē in singularibus ei non conueniunt: & huius ratio est, quia modus iste conueniendi accidentalis est, ita ergo conuenit naturæ vnitas solitariè sumptæ, hoc est ab indiuidualibus differentijs præcisæ, non tamen per se necessariò, cum possit ratione indiuidualium differentiarum oppositum conuenire, & quod hæc vnitas sit minor numerali, per se patet.

Proponitur, & explicatur verior sententia.

Nota.

Retulimus aliorum sententias, & rationes, superest, vt nostram proponamus. Pro commodiori autem eius intelligentia obseruandum est, vnitatem formalem, geminam esse, nam quædam est, per quam aliquid dicitur in se vnum formaliter, altera per quam dicitur vnum formaliter multis commune, & de vnitate formali priori, duo sunt apud omnes certa, & quæ à nemine possunt negari. Primum, quod cuicunque naturæ ex se conueniat, & in singulis eius indiuiduis reperiatur ante operationem intellectus, id enim docent non solùm Scotus, & sectatores eius, sed D. Thomas in opusc. de natura generis cap. 7. vbi vnitatem tribuit naturæ ex se, quæ non potest esse transcendentalis, sed formalis: & Caiet. in opusc. de ente, & essentia ca. 4. Soncinas 7. lib. Metaph. qu. 40. Iauellus 8. Metaph. q. 13. & egregiè Doctor Fonseca 5. lib. Metaph. cap. 1. qu. 3. sect. 4. & D. Franciscus Suarez, tomo primo suæ Metaphysicæ disputat. 6. sect. 2. Petrus namque sicut vnus numero dicitur per vnitatem numeralem materiæ singularis, vel singularis entitatis; pari ratione dicitur vnus formaliter, per vnam formam, seu essentiam, habet enim essentiam hominis, cum sit rationalis, & vnam cum sit vnum rationale, sed vnitas formalis est vnitas essentiæ, ergo habet vnitatem formalem.

Vnitas formalis gemina est.

Prior datur à parte rei.

D. Thom.

Probat. I.

Probatur secundo, sicut Petrus ex eo, quod est hoc ens, habet hanc vnitatem transcendētalem, ita ex eo, quod est animal, debet habere hanc vnitatem animalis, ex eo quod est homo, hanc vnitatem hominis, & ex eo quod est hic homo, vnitatem huius hominis, sed vnitas animalis est formalis ab essentia, seu natura animalitatis, & vnitas hominis ab essentia, seu natura hominis, quemadmodum vnitas huius hominis est numeralis, ergo sicut transcendentalis vnitas, & numeralis dantur à parte rei, pari ratione formalis, tam ab essentia secundum gradum genericū, quam ab eadē secundū gradum specificum: nam Petrus vnus est formaliter, quia est vna substantia, vnum corpus, vnum viuens, vnum animal, & vnus homo. & illæ omnes dicuntur vnitates formales à gradibus naturæ genericis, hæc verò à gradu eiusdē specifico.

II. ratio.

35. Certum est secundo, vnitatem formalem aliquo modo à numerali distingui, quod probatur euidenter, cum ex diuersa radice oriātur, nam numeralis à materia, vel forma Physica, aut à tota rei entitate ex vnione vtriusq; coalescente accipitur, seu à quantitate in rebus materia præditis, iuxta diuersas Philosophorum sen-

Aliquo modo vnitatē formalē distingui à numerali probatur.

sententias, formalis verò à forma substantiali, non vt huius entitatis parte, sed vt prima radice prædicatorum essentialium, quæ huic, vel illi gradui naturæ conueniunt. Gratia exempli, vnitas formalis, à qua Petrus est vnus homo, oritur ab eius anima, in quantum est ratiocinādi principium, & vnitas formalis à qua hoc animal est hic leo, oritur ab eius anima in quantum est principium sentiendi, & ecce radices, à quibus oriuntur, diuersæ sunt, ergo, & vnitates ipsæ aliquo modo sunt distinctæ.

Circa distinctionē harū vnitatum dissentiunt D. Thom. & Scot.

36. Cæterum an distinguantur ex natura rei, & ante operationem intellectus, vel solum ab intellectu ipso, seu distinctione rationis, hoc est primum in quo dissentire incipiunt: nam Scotus, & qui de eius familia nuncupantur, modo priori distingui arbitrantur, schola verò D. Thom. per solam intellectus operationem, qui diuersas earum radices contemplatus, essentialem, seu formalem à numerali separat.

Probatur nobis opinio D. Th. I. ratio.

Et hoc videtur nobis magis rationi consentaneum: quod ita probamus: idem est ex natura rei in Petro esse hominem, & esse hunc hominem, quia non est homo, nisi in quantum hæc humanitas veram habet humanitatis essentiam, sed per vnitatem numeralem est iste, per humanitatem sic determinatam vnus homo formaliter, ergo vnitas vtraque eadem res est, & solùm per intellectum distingui possunt.

II. ratio.

Secūdo, hæc natura humana Petri, à qua habet formalem vnitatem vnius hominis, est essentia realis ipsius, sed essentia nō distinguitur realiter, aut ex natura rei ab eo, cuius est: ergo, nec formalis vnitas à numerali, & hæc de vnitate formali, qua aliquid dicitur in se vnum formaliter.

Circa posteriorem vnitatem dissentiunt II. D. Tho. & Scot.

Circa vnitatem verò formalem, per quam dicitur aliquid multis commune, dissentiunt secundo, nam Scotus ponit eam in qualibet natura, generica, & specifica, ita vt licet per indiuiduales differentias hæc, & per specificas illa realiter sit diuisa, nihilominus vna genere, atq; specie dicitur vnitate formali, atque reali ante operationem intellectus, putat enim, quod quemadmodum gradum entis realis sequitur realis vnitas, quę vocatur transcendentalis, sub qua res omnes conueniunt, pari ratione gradū naturæ genericæ sequitur vnitas formalis, ac realis generica, & pariter gradum naturæ specificæ sequitur vnitas formalis specifica, & sub illa plures species, sub hac plura indiuidua conueniunt, circumscripta operatione intellectus. At D. Thom. & vniuersa eius schola nullam vnitatem formalem multis communem admittunt, ex natura rei, vel ante operationem intellectus: sed tam formalem genericam, quam specificam naturis conuenire docet, beneficio intellectus, hos naturæ gradus considerantis, nō cōsideratis differentijs specificis, aut indiuidualibus, per quas distinguūtur ac diuiduntur: Itaq; docet omnē vnitatem formalē hominis, & animalis à parte rei, seu ante operationē intellectus esse singularem, & nullam dari cōmunem, quasi dicatur vnitatem formalem hominis, & animalis à parte rei, seu ante operationē intellectus, ratione numeralis esse hanc, totque multiplicari vnitates formales, quot sunt indiuidua: ita, vt vnitas formalis Petri, quam habet, quia est homo, & animal, sit hæc, & singularis distincta, ab vnitate formali Ioannis. 37.

Probatur nobis opinio D. Th. I. ratio.

Quod non solum probabile, sed verum existimamus, & probatur primo, nam vnitas formalis est vnitas essentię, vt vnitas formalis Petri est vnitas hominis, animalis, ac rationalis sed a parte rei Petrus est hic homo singularis, hoc animal, & hoc rationale distinctum numero à Paulo, ergo vnitas formalis eius etiam est hęc, & distincta numero ab vnitate formali Pauli.

II. ratio.

Secundo, quidquid est in rerum natura, est productum per actionem singularem, ergo est singulare, non ergo datur homo, qui nō sit singularis, non animal, non viuens, non corpus, non substantia: sed omnis substantia est hæc substantia, & omne corpus, hoc corpus, omne viuens, hoc viuens, omne animal, hoc animal, & omnis homo, hic homo, & par est ratio de accidentibus cum substantia productis, at vnitas formalis conuenit naturæ ratione alicuius ex his gradibus essentialibus, ergo si gradus ipsi naturæ realis singulares sunt, necesse est vnitatem formalem eos consequentem esse singularem.

III. ratio.

Probatur tertiò, natura generica contrahitur per differentias specificas, vt natura animalis per rationale, & irrationale, & natura specifica contrahitur per differentias indiuiduales, vt natura humana per differentias indiuiduales Petri, & Ioannis, contrahi autem per differentias, est illam fieri specificam, ac diuidi in multas species: hanc verò fieri indiuiduale, & diuidi in multa indiuidua, ergo cum diuisiones istæ fiat reales, sequitur naturam generi- 38.

cam esse diuisam, ac multiplicem in plures species, & specificam diuisam, ac multiplicem in multa indiuidua: sed diuisio opponitur vnitati, ergo pugnat cum ratione, quod natura generica, vel specifica realiter sit vna, atque adeò, quod habeat vnitatem formalem ex natura rei, & ante operationem intellectus, multis aliquo modo communem, & vt efficacia huius rationis melius capiatur, quæritur an natura animalis, quæ est in homine, aut natura hominis, quæ est in Petro habeat vnitatem formalē ex natura rei, ratione cuius sit multis communis? vel in Petro detur aliquid commune multis: si dari nō admiseris, nec dabitur vnitas formalis essētię in eo, sub qua plures homines cō ueniunt: si vero dari concedas, sequitur naturā humanam in Petro existentem esse pluribus communem, quod satis absurdum est.

Obiectio. Et si dixeris naturam animalis in homine esse iam specificam, per coniunctionem cum rationalitate, & naturam hominis esse singularem in Petro per coniunctionem cum eius differentia indiuiduali: quo circa, vt sic diuisæ, vel determinatæ per differentias, non habent vnitatem formalem, sed secundum se, vt illa est generica, & hęc specifica, ita vt licèt in quantum diuisæ non habeant, verè tamen habent, quæ diuisæ sunt, secundum propriam rationem, & gradum genericū, aut specificū, verè enim natura animalis vna est vnitate formali generica, etiam si sit in species diuisa, & verè natura humana secundū se est vna vnitate formali specifica, licet diuisa sit in multa indiuidua, itaque nec diuisio, aut multiplicitas specifica repugnat vnitati formali genericæ, nec diuisio, aut multiplicitas indiuidualis repugnat vnitati formali specificæ.

39.

Responsio. Si inquam, hoc dixeris, attendas necesse est, nec naturam genericam esse diuisibilem, nisi per specificas differentias, nec specificam, nisi per indiuiduales: vnde cum per has diuiduntur simpliciter diuidi censentur, vt euidēs ratio cōuincit, nam dum diuiditur natura animalis per rationale, & irrationale, non diuiditur natura singularis, nec specifica, quia neutra est diuisibilis per differentias essentiales, ergo diuiditur absque dubio natura generica: tunc vltra, natura generica, quæ sic diuiditur, non diuiditur in quantum specifica, vel indiuidualis, ergo in quantum generica, idemque argumentum fieri potest de natura specifica, nam dum contrahitur natura hominis per indiuiduales differentias Petri, & Ioannis, diuiditur non, vt generica, neque vt indiuidualis, ergo, vt specifica: falsum est ergo quod dicitur naturam genericam, aut specificam, vt tales non esse diuisas: nec minus falsum, quod tales diuisiones per essentiales, atque indiuiduales differentias (cum sint reales) non opponantur vnitati formali genericæ, aut specificæ naturæ sic diuisæ, vel quod secum eam compatiantur, etenim si natura animalis, vt natura animalis est, per rationale, & irrationale diuiditur, ad diuersasq; species determinatur, sequitur vt talem, non esse vnam formaliter, vnitate generica formali multis communi, sed multiplicem in multis speciebus. Et pari ratione, si natura humana, vt natura humana est, diuiditur per differentias indiuiduales, & quasi distrahitur per diuersa indiuidua, non permanebit, vt talis sub formali, aut essentiali vnitate, sed eam duntaxat habere poterit per intellectū eam concipientem, secundum rationem essentialem, non consideratis indiuidualibus differentijs, per quas verè à parte rei diuisa, ac multiplex est, quasi dicamus ab eo solo posse vnā formaliter fieri, sub qua plura conueniant, à quo potest diuisio tolli, sed realiter est à diuisione inseparabilis, cum non possit esse in rerum natura, nisi contracta ad species, & indiuidua, ergo solùm potest per considerationem intellectus separari, fierique vna formaliter, vnitate per quam sit multis communis: repugnat ergo talem vnitatem formalem cōuenire illi, ex natura rei, aut esse realem, sed vnitas duntaxat rationis est, quam ei tribuit intellectus, vt consideratæ sine diuisione.

40.

Explicātur duo loca D. Thom. Et ex his egregiè explicantur, ad concordiamque rediguntur duo loca Diui Thom. primum est opuscu. de natura generis, capite 7. vbi vnitatem formalem, videtur concedere naturæ ex se, quam videtur omnino negare opusc. de ente, & essentia, capite 4. expressè docens quamlibet naturam ex se, non esse vnam, nec plures, sed solum ei conuenire prædicata quidditatiua, vt homini, quod sit animal rationale, quod sit viuens, corpus, & substantia, vnum autem esse, vel plures ex accidenti, illud quidem per considerationem intellectus, hoc verò per coniunctionem cum differentijs indiuidualibus, & vtrunque verum est de vnitate formali diuerso modo sumpta, primum quidem de vnitate formali, qua aliquid est in se, & ex se formaliter vnum per propriam essentiam, aliud verò de eadem vnitate formali, qua aliquid est vnum multis commune, nam

Argum.

vni-

41. vnitas priori modo sumpta nulli negatur, sumpta verò modo posteriori, nulli ex natura rei conceditur, sed solùm per operationem intellectus.

Nota. Licet autem verum sit, non dari vnitatem formalem, per quam aliquid dicatur commune multis, sed tot esse vnitates formales, quot sunt singularia cuiuslibet naturæ, id tamen obseruatione dignum est, quod diuisio formalium vnitatum, non sit ex parte ipsarum, sed ex parte specificæ, aut numeralis differentiæ: nam per differentias specificas diuiditur vnitas formalis generica, & per differentias numericas diuiditur vnitas formalis specifica: & plures sunt vnitates formales genericæ in pluribus speciebus, plures quoque vnitates formales specificæ in pluribus indiuiduis: gratia exempli, vnitas formalis animalitatis fit multiplex per differentias rationalis, & irrationalis, & vnitas formalis humanitatis, per differentias indiuiduales Petri, & Ioannis, & huius ratio est, quia nec genus est diuisibile, nisi per specificas differentias, nec species, nisi per indiuiduales: vndè, nec vnitas formalis generica diuiditur, per genericas differentias, nec specifica per differentias specificas: quo circa vnitas formalis Petri, & Ioannis, per quam quilibet est vnus homo, & vnum animal rationale, ex se non sunt distinctæ, sed per differentias numericas factæ sunt plures secundum numerum, per easdemq; distinguūtur, & ex hoc habent quandam quasi virtualem vnitatem, quæ fundamentum remotum est formalis vnitatis quā intellectus tribuit naturæ, vt sit fundamentum proximum vniuersalitatis: gratia exempli, Petrus, & Ioannes, diuersas habent vnitates formales, ratione diuersæ humanitatis, aut essentiæ, quam quisque habet, sed vnitates istæ formales diuersę sunt propter indiuiduales differentias, à quibus sortiuntur numericam distinctionem, ex se autem non sunt distinctæ, imò nec distingui possunt, cum natura humana non sit diuisibilis per formales, seu specificas differentias, sed solùm per indiuiduales, ex hoc autem, quod ex se non sunt diuersæ, habent, quod intellectus possit eas considerare, non consideratis indiuidualibus differentijs, per quas distinguūtur, atque adeò tanquam vnam sub qua multa eiusdem speciei indiuidua conueniunt, quod est humanam cōsiderare naturam, non consideratis indiuidualibus differentijs, per quas in singularibus diuisa est: atq;

Exemplo ostenditur.

Vnitas virtualis.

Exemplum

42.

vt vnam vnitate positiua formali, & specifica, sub qua singulares homines conueniunt, sic autem concepta proximum fundamentum vniuersalitatis dicitur, quia ab intellectu comparari, cum eisdem singularibus potest, & sic cōparata formalem, & actualem denominationem vniuersalis, & prædicabilis, speciei, aut generis (si generica sit natura) recipere, quod non habet natura diuersorum generum, nec diuersorum indiuiduorum, diuersæ speciei, nam ex tali vnitate virtuali, hoc est ex eo, quod formales non sunt ex se diuersæ, habent Petrus, & Ioannes, quod ab eis possit abstrahi natura humana, vna positiuè, & formaliter multis communis, denominarique vniuersalis, & species formaliter: quod non habent Petrus, & hic leo, à quibus repugnat eandem naturam specificam abstrahi, ex eo solum, quod formales eorum vnitates, ex se sunt diuersæ, quēadmodum essentia vtriusq; nempè hæc natura humana, & hæc natura leonis, diuersæ sunt, & non solum ratione indiuidualium differentiarum, vt humanitates Petri, & Ioannis, quare, nec fundamentum adhuc remotū esse possint vnitatis formalis specificæ ab intellectu factibilis. Et hanc vnitatem virtualē appellauit Caietanus formalem negatiuam, quia vnitates formales indiuiduorum, licet numero diuersę, in quantum ex se diuersæ non sunt, videtur negatiuè conuenire, sed minus bene (absque dubio) formalis vnitas, sub qua indiuidua conueniant, appellatur: cum nihil sit ex se commune multis, nec ante operationem intellectus ponendum sit, positiuum, vel negatiuum, nam adhuc negatio hæc, nempe Petrum à Ioanne non distingui, ratione humanitatis, licèt in humanitate sit distinctus, ratione indiuidualis differentiæ, nō est quid vnum vtrique commune, sed sicut humanitates sunt diuersæ, & diuersæ vnitates formales, diuersa est etiam negatio distinctionis, ex parte humanitatis, cum non sit ab ea distincta ante operationem intellectus: solùm ergo debet appellari (si propriè loquendum est) vnitas virtualis, ac radicalis positiua, cum nulla sit formalis admittenda, per quam aliquid sit multis commune positiuum, aut negatiuum, talis autem vnitas virtualis hoc exemplo declaratur: Sicut enim in doctrina D. Tho. dicim' ea, quæ distinguūtur ratione ratiocinata ante operationem intellectus, esse vnam, & eandem rem formaliter: virtualiter tamen esse distincta, in quantū in illa vna, & eadem re cōtinentur diuersæ rationales formales eorum,

Caietan.

Non datur vnitas formalis positiua, nec negatiua à parte rei.

43.

eorum, non quidem distinctæ actu, & formaliter: sed quas, accepto hoc fundamento, distinguit intellectus: vt actio, & passio, quæ ante operationem intellectus continentur sub vnitate eiusdem motus, qui verè egreditur ab agẽte, & recipitur in passo: quamuis egressio, & receptio non sint formaliter distinctæ, sed solū virtualiter, in quantum sub vnitate contentæ possunt formaliter ab intellectu distingui: Pari ratione, aut quasi ex opposito, vnitates formales Petri, & Ioannis, in quantum ex se non diuersæ, fundamentum esse possunt, vt ab intellectu sub ratione eiusdem vnitatis, in qua plura indiuidua conueniunt, concipi valeant, ex quo eandem vnitatem, quam postea efficit intellectus formalem, & specificam, quasi virtualem habere dicuntur. Et hæc vnitas virtualis, quæ fundamentum proximum est vnitatis formalis, multis communis, quam efficit intellectus, est proximum, & reale fundamentum, seu ratio fundandi relationes primi generis, quæ in prædicamento ad aliquid appellantur, identitatis: huius namque virtualis vnitatis ratione, quam habent duæ substantiæ eiusdem speciei, fundamentum esse possunt relationis identitatis, quam non fundant duo alia indiuidua diuersæ speciei: & ratione eiusdẽ, vnitatis duæ albedines fundamentum proximum sunt relationis similitudinis, quam albedo, & nigredo fundare non valent, & pariter de æqualitate, quæ fundatur in quantitate censendũ est, quãquam similitudo, & æqualitas gradualem vnitatem postulent,
44 præter vnitatẽ virtualem expositam, vt suo loco dicetur.

Assertiones præfatæ doctrinæ, & impugnatio primæ, & vltimæ sententiæ.

I. assertio.

ATque, ex his claritatis gratia, licebit colligere has assertiones, quibus continetur nostra sententia, circa vnitatem formalem, de qua procedit præsens controuersia. Prima talis est, vnitas formalis, qua aliquid est in se vnum, conuenit ex se cuilibet naturæ, & singularibus eius.

II. assertio.

Secunda: hæc vnitas formalis non distinguitur à numerali indiuiduorum, ex natura rei, aut ante operationem intellectus, sed sola intellectus consideratione.

III. assert.

Tertia: eadem vnitas formalis distinguitur numero in singulis indiuiduis ratione vnitatis numericę, à qua natura quælibet, prædicata eius essentialia, & formalis vnitas generica, aut specifica, singularia fiunt: quare tot sunt vnitates formales, quot sunt indiuidua, & istæ assertiones procedunt de vnitate formali, qua aliquid dicitur in se vnum.

IV. assert.

Quarta assertio: de vnitate formali, ratione cuius est aliquid multis cõmune. Talis vnitas formalis nõ conuenit naturis rerum ex se, aut ante operationem intellectus, sed per cõsiderationẽ eius cunctis attribuitur. quare nõ est realis, sed rationis.

V. assertio.

Quinta: non solùm vnitas formalis positiua, realis non est, aut ex natura rei conuenit, seu ante operationem intellectus, sed neque vnitas formalis negatiua: nihil enim vnum commune multis positiuum, aut negatiuum datur, citra operationem intellectus.

VI. assert.

Postrema: vnitas virtualis positiua datur in rebus ante operationem intellectus, quæ fundamentum remotum est vnitatis formalis positiuæ, factę ab intellectu, per quam natura proximum fundamentum est vniuersalitatis, ac formalis denominationis genericæ, aut specificæ, quã ei tribuit intellectus, & eiusmodi virtualis vnitas, cum realis sit, proximum funda-
mentum est relationum prædicamentalium 45.
primi generis, quæ identitatis appellantur.

Impugnatur opinio Soti.

Ex quibus assertionibus deducitur primo, falsam esse sententiam Magistri Soti in duobus quæ asserit: primum, quòd quælibet natura ex se sit indifferens, vt à pluribus participetur, hoc autem falsitatis cõuincitur hac ratione, quidquid habet natura ex se, habebit in quocunque statu, cum sit ab ea inseparabile: si ergo de se habet indifferentiam ad plura, eã retinebit, vt est in singularibus contracta: quẽadmodum retinet cætera essentialia prędicata, ac proprias passiones, sed in singularibus contracta, non est indifferens, sed iam determinata per singularitatem, ita vt repugnet secũdum talem statum multis conuenire, ergo falsum est, quod ex se habeat indifferentiam ad plura.

Secundo.

Secundo, si de se habet indifferentiam ad plura, ergo de se est vna, nam vnum est, quod plura respicit, vnum est, quod indifferens vocatur, vt participetur à multis: negat autem Magist. Sotus expressè, quòd de se habeat vnitatem, vt negauit etiam D. Tho. ergo non est verum, quod de se sit indifferens. Secundum, quod asserit de generibus atque speciebus citra operationem intellectus admittendis, impugnabitur quæstione sequenti: vbi differendum

dum erit, an vniuersalia dentur ante operationem intellectus, vel per eius operationem fiant.

Falsa est opinio Sõcinatis etiam vt explicatur à Fonseca.

Deducitur secũdo, ex eisdem assertionibus, atq; ex doctrina tradita pro earum explicatione, non minus falsam esse sententiam Soncinatis, & primo citra dubiũ esse debet, quod sit expressè aduersus D.Tho. opusc. de ente, & essẽtia. c.4. vbi affirmat: naturæ secundum se sumptæ, nullam vnitatem, aut pluralitatẽ cõuenire, sed prædicata dũtaxat essentialia:

I. est cõtra D.Tho.

quòd verò dicitur ęquiuocatione vsum fuisse D. Th. circa illũ terminũ secundũ se, aut per se: dũ ait, quidquid conuenit naturæ per se, conuenire illi in indiuiduis existẽti, quia quidquid per se alicui conuenit, sẽper cõuenit, nã nunc videtur illũ accipere pro per se posterioristico modo, non nisi prout idem significat, ac solitariè: falsum est, quia semper eũ accepit D.Tho. modo posterioristico (vt verè accipi debet) & ex eo ita accepto, semper deduxit argumentum.

V. argum.

Sed probatur falsitas eiusdem sentẽtiæ, primo, quia natura nõ est extra causas, nisi in indiuiduis: vt de secundis substantijs docuit Arist.

Aristotel.

c. de substantia, quod in primis subsistant, ergo nullum prædicatũ reale potest ei conuenire positiuum, aut negatiuum, quod non cõueniat ei in singularibus: & de essentialibus quidem, ac proprietatibus euidẽs est per regulam ante prędicamentalem, quidquid conuenit prædicato, conuenit subiecto, de quo enunciatur: sed non est minus euidens de accidentalibus (si quæ sint, quæ naturæ possunt conuenire solitariè
46. sumptæ) nullum .n. tale designari potest, quod non conueniat indiuiduis, & de positiuis patet: nam si natura solitariè sumpta, id est pręcisa à conditionibus esset alba, vel alioquouis accidenti affecta, eadem absque dubio afficerentur indiuidua: nam tale accidens si non esset proprietas, aliquo saltem modo ei inesset, ratione suæ cõpositionis, aut modi essendi, quod proinde ab indiuiduis participaretur, cum indiuiduales differentiæ, ei repugnare minimè possint. Quod autem de negatiuis adducitur, planè falsum est, naturæ solitariè sumptæ conuenire, & nõ in indiuiduis, vt non generari nõ corrumpi. Quod sic probo: vel naturæ solitariè sumptę conuenit, non generari, & nõ corrumpi, vt quo, vel vt quod, non primo modo, quia vt quo verè est corruptibilis, & generabilis, verèq; generatur, & corrumpitur, cum sit ex se constitutiua indiuiduorum, quæ generãtur. Si autẽ dicas cõuenire illi, vt quod, etiã conuenit in indiuiduis, nunquam enim naturæ etiã in indiuiduis existenti cõuenit generari, vt quod, sicq; de cæteris negationibus ostendi potest, apertè ergo falsum est dicere, vllum prędicatum etiam negatiuum, conuenire naturæ solitariè sũptæ, quod ei nõ conueniat in indiuiduis, & proinde absq; fundamento rationis fingitur, aliquam vnitatem ei, ita acceptæ conuenire, quę in indiuiduis existenti nõ conueniat.

Secundo, nam solitariè accipi naturam, id II. argum.
est in quantum à singularibus præcisam, repugnat planè, nisi per considerationem intellectus eam concipientis, non conceptis singularibus differentijs indiuidualibus, per quas diuiditur, ergo talis vnitas ei, sic præcisæ conueniens, non potest ante operationem intellectus conuenire, nec proinde esse realis: euidens est consecutio: sed euidentiùs probatur antecedens: natura à parte rei est coniuncta singularibus conditionibus, à quibus non potest per-
manens, realiter pręscindi, aut separari, si ergo, 47.
vt præcisa ab eis accipitur, nõ certè, nisi per intellectum illam præscindentem, hoc est considerantem, sine conditionibus: falsum ergo supponit prædicta sententia, quod aliqua vnitas realis conueniat naturæ solitariè sumptæ, ante operationem intellectus.

Probatur tertio, eius falsitas, quia cum po- III. argu.
tentia accipiat speciẽ, atq; essentiã ab actu, impossibilis censetur potentia, cuius actus est impossibilis, sed hæc vnitas naturæ appellatur ab his autoribus, non in actu, sed in potẽtia, & repugnat aliquando esse in actu, ergo non vera, sed ab eis conficta, & verè impossibilis, minor probatur: nam cætera patent, hæc vnitas non potest esse in actu, nisi natura existente extra causas, separata realiter, à singularibus, hoc implicat apertam contradictionem, cum non sit natura producibilis, nisi in aliquo singulari, ergo impossibilis est talis vnitas.

Refellitur tandem præfata positio, argumẽ- IV. argu.
to (quod aiunt) ad hominem, hunc in modum: vnitas hæc conuenit naturæ solitariè sumptæ, hoc est, vt præcisæ à singularibus, & repugnat conuenire eidem naturæ in singularibus, existenti, non certè alia ratione, nisi, quia repugnat naturæ singularizatæ, vt tali, quòd sit multis communis: vnde solum ei posset actu conuenire, si foret realiter à singularibus separata, sed si casus esset possibilis, foret, tunc natura verè singularis, ergo nequiret esse multis com-
munis, atque adeò habere talem vnitatẽ actu: 48.
probatur planè consecutio, quia nihil singulare,

lare, & actu existens potest esse realiter commune multis singularibus, vt efficaciter probat Aristoteles pluribus suę doctrinæ locis, cōtra Platonem: quod vsque adeò verum est, vt naturæ diuinæ repugnet: nam licèt sit communis multis personis, non multis singularibus, pugnat enim cum ratione esse plures Deos singulares, & hoc argumentum est etiam confirmatio præcedentis: cum ostendat talem vnitatem (quam in potentia vocant) non posse vllo modo reduci ad actum.

Aristotel.

Ad testim. D. Thom. Testimonium autem Diui Thom. quod pro se affert præfata sententia, ex opusc. de natura generis, de vnitate formali planè loquitur.

Argumentorum solutiones.

Ad testim. Aristo. pro sententia Scoti. NVnc autem argumenta aliarum opinionum diluēda sunt: & in primis iam patet, quem sensum tenuerit Arist. in illis testimonijs, quæ in fauorem Scoti opponuntur: nam virtualis vnitas, quæ fundamentum est (licet remotum) specificæ, ac genericæ vnitatis, sufficit vt vnum genus rerum, ab alijs distinctū cēseatur: & vt vna aliqua natura primarum sub eo tenere dicatur, esseq; quasi mensuram perfectionis cæterarum: nec non, vt comparatio in his duntaxat, quæ eandem naturam atomæ speciei participant, propriè fieri possit, ac demum, vt relationes specificæ identitatis fundare possint eiusdem speciei indiuidua, vt copiosè a nobis expositum est.

Ad testim. D. Thom. Testimonium autem D. Thom. minorem habet difficultatem, cum de natura ipsa, quæ per considerationem intellectus facta est vniuersalis planè loquatur, cui⁹ vniuersalitas licet non sit in ea, sed obiectiuè solum in intellectu: propterea vniuersalis in re vocatur, quia realiter consistit in ipsismet singularibus, à quibus non extrahitur ab intellectu, sed sola co-
49. gitatione abstrahitur, hoc est consideratur, non consideratis conditionibus rerum singularium, per quas diuisa est, separata autem per considerationem, à diuisione singularitatum, remanet natura ita concepta, vna formaliter, sub qua singularia omnia, à quibus abstrahitur communicant, sic autem abstracta, & sic vna formaliter proximum fundamentum vniuersalitatis suæ appellatur: ex eo igitur, quòd talis natura vniuersalis in re appellatur a D. Thom. nulla vnitas formalis, ante operationem intellectus eius autoritate stabilitur.

Ad I. Scot. Primum autem Scoti argumētum sic soluitur,

quemadmodum natura quęlibet, ante operationem intellectus singularis est, pari ratione omnes eius gradus singulares effecti sunt, per indiuidualem differentiam ipsiusmet rei singularis, in qua subsistit, gratia exēpli: natura humana, ante operationem intellectus singularis est in Petro, ergo rationalitas est hæc, & etiam animalitas, pariterque gradus vitæ, corporis, & substantię sunt singulares: & ex consequenti formalis vnitas eos consequens singularizata est, ita vt Petrus dicatur, sicut vn⁹ homo singularis, sic vnum animal singulare, vnū singulare viuens, vnum singulare corpus, vna singularis substantia: non ergo habet locum vnitas formalis ratione cuius, natura ipsa, aut aliquis eius gradus dicatur multis singularibus communis, sed distincti sunt numero in cunctis, non secus, atq; ipsa natura: cæterum quia nō se ipsis distinguuntur, sed ratione numericæ vnitatis, virtualem quandam vnitatem habēt, quæ fundamentum est, vt intellectus possit naturam vnam formaliter considerare, sub qua cuncta indiuidua conueniunt.

Secundum argumentum, ex contradictoriè oppositis procedit, quę licet medio simpliciter careant, ac propterea necesse sit vnum, vel alterum cuilibet rei conuenire: neutrum tamen necesse est essentialiter, aut ex se conuenire alicui: vt exemplum hoc euidenter ostendit: albū, & non album contradictoriè opponuntur, & ideò cuicunq; rei vnum, vel alterum conuenit sed multis neutrū essentialiter, aut ex se, vt homini, aut lapidi, & ita se res habet in proposito, nam communicabilem esse multis singularibus, vel incommunicabilem non pertinet ad essentiam naturę, sed vtrumq; ei accidit, vnum quidem per intellectum, alterum per differentiam indiuidualem, quæ extra rationē naturæ est, bene ergo sequitur, quamlibet naturam esse communicabilem, aut incommunicabilem, quia in vno, vel alio statu reperitur semper, sed quia vtrumq; est extra rationē eius, neutrum dicimus ex se conuenire, sed solum conueniūt ei prædicata essentialia, vt homini esse animal rationale, viuens, atque corporea substantia: nihil ergo aduersus nostram sententiam efficit, secundum argumentum.

Ad secundum. 50.

Sed nec tertium: nam licèt verum sit, obiectum præcedere actum suæ potentiæ secundum rationem obiectiuam, sub qua ab ea percipitur & obiectum intellectus esse vniuersale, solum conuincitur naturam aliquo modo esse vnam formaliter, & aliquo etiam modo vniuersalem,

Ad tertium.

lem,præcedere cognitionem intellectus possibilis:talis autem fit ex multorum sententia per abstractionem intellectus agentis: cuius actione imprimitur intellectui possibili intelligibilis species repræsentans essentialia naturæ,non repræsentatis indiuidualibus conditionibus, per quas fit singularis: sic ergo repræsentata aliquo modo,vniuersalis est, extrinseca saltem denominatione,idq; satis est, vt obiectum intellectus esse valeat, nam formam vniuersalitatis comparat per actum intellectus possibilis, quam ante illum non est necesse habeat.(vt suo loco explicabitur.) Quod verò de obiecto visus opponitur, difficultate caret, nam visus, sicut quilibet alius sensus,nō nisi rem sensibilem singularem percipit,sub ratione tamen,qua sensibilis est,id est,qua fundamentum habet, cui ratio communis sensibilitatis ab intellectu abstracta accommodari possit: & hoc fundamentum sufficit,vt sub quolibet rerum genere, vna duntaxat contrarietas esse dicatur,ad quam referantur cęteræ.

Ad I. Caietani resp. Ad primum Caietani argumentum dicimus, naturam ex se, non esse formaliter diuisam,ac proinde esse vnam formaliter vnitate, qua aliquid in se vnum est,non tamen vnitate, qua aliquid est multis commune: illa etenim vnitas,in rebus singularibus reperitur, cum habeant vnam essentiam formaliter indiuisam,

51. hæc verò quamlibet excludit diuisionem, quā cum habeat natura quælibet singularis, si non formalem saltem numeralem,fit, vt vnitas etiam formalis cuiuslibet gradus specifici, aut generici sit singularis ita,atque adeò nullo modo communis: quod ergo dicitur Petrum, & Ioannem,non distingui in eo, quot sunt homines, falsum est, cum sint distincti homines, verum est distinctionem, non prouenire ex ratione formali huius, & illius humanitatis, sed hoc non valet vnitatem constituere,etiam negatiuam, per quam aliquid dicatur multis cōmune, etiam negatiue, nam negatio distinctionis Petri, a Ioanne, ex parte humanitatis singularis in eo est, & negatio distinctionis Ioannis a Petro, ex parte humanitatis, etiam est in eo singularis, ergo non est multis communis,neç proinde vnitatem, etiam negatiuā efficit,per quam aliquid,ante operationem intellectus dicatur multis commune, etiam negatiuè: probatur antecedens, quia negatio distinctionis Petri à Ioanne, ex parte humanitatis fundatur in humanitate ipsa,non in humanitate communi, quam non dari ante operationem intellectus probauimus aduersus Scotum,ergo in humanitate singulari eiusdem Petri: singularis igitur erit à fortiori negatio in natura positiua singulari fundata. Quare sicut probatur,non dari aliquid positiuum commune ante operationem intellectus, probatur à fortiori, non dari aliquid commune negatiuum,ac propterea falsam esse Caietani sententiam, licèt aliquam veritatis apparentiam habeat.

Ad II. resp. Secundum argumentum, eiusdem sententiæ solutum est ex tradita doctrina,admittentes naturam quamlibet esse vnam formaliter vnitate, qua aliquid est in se formaliter vnum, nam quælibet natura vnam habet essentiam, per quam in se dicitur vna formaliter,& formaliter distincta à cæteris, vnitatem verò formalem secundum quā aliquid dicitur vnū formaliter multis commune, non admittitur in rebus,nisi vt cognitis ab intellectu, non cognita 52. distinctione,per quam natura ipsa, & quælibet vnitas diuisa censetur,si sit generica in species, si specifica in indiuidua.

Ad I. Soti. Argumēta Soti minori adhuc negotio soluuntur: nam primum supponit falsum, quod ante operationem intellectus Petrus sit homo, & Ioannes sit homo,sed si propriè loquendum est,Petrus est singularis homo,& Ioannes similiter, ex quo solum habetur remotum fundamentum generis,& speciei, quod non sufficit, vt simpliciter dicantur esse in rebus genera, & species seclusa operatione intellectus, sed solū cum illo addito in fundamento remoto:quamuis ergo de nomine potius, quam de re videatur quæstio,an absolutè sit pronunciandum genera,& species esse in rerum natura ante operationem intellectus, impropria tamen locutio absque dubio est, cum non habeat fundamentū veritatis,nisi remotum.

Ad II. resp. Ad secundum non grauantur aliqui opinantes concedere aliquo modo esse vniuersalem naturā,priùs quam ab intellectu cognoscatur,sed id vniuersalitatis, non habere ex se, sed ex operatione intellectus agentis,eam denudantis à conditionibus singularibus, per quas est diuisa: si autem intellectus agēs deesset, nō posset aliquid possibilis percipere pro hoc statu,in quo à rebus ipsis species accipit,quas non potest, nisi beneficio eiusdem intellectus agentis

tis comparate, cessat ergo difficultas, de obiecto visibili, quæ opponebatur: & quod de priuatione dicitur alienum est à veritate, non enim dicitur homo cęcus ante operationem intellectus, quia ab intellectu considerabilis est sub carentia visus, sed quia formalem habet cęcitatem, cum formaliter habeat carentiam visus, & formalem proinde habeat priuationem, 53. quæ ex se non est ens rationis, sed reale priuatiuum: dicitur autem ens rationis, in quantum concipitur ab intellectu per modum formæ positiuæ, & sub tali modo attribuitur subiecto in prædicatione, qua enunciamus hominem esse cæcum, ipsa verò secundum se, non est ens rationis, sed negatio formæ realis in tali subiecto, quæ verè datur seclusa operatione intellectus, vna tamen natura multis communis, non datur, nisi in fundamento remoto.

QVAESTIO QVARTA.

An vniuersalia sint in rebus citra operationem intellectus, vel non nisi eo operante fiant.

Prima, & secunda opinio.

I. opinio. EX naturæ vnitate dependet maximè vniuersalitas eius, quo circa ex definitis à nobis quæstione præcedenti via ad præsentis decisionem aperitur, & eodem ferè modo de vnitate, ac de vniuersalitate opinantur Doctores. Est igitur prima opinio, vniuersalitatem cuiuscunq; naturæ realem esse, atq; ex se ei conuenire, sicut ex se conuenit vnitas: vnde ante operationem intellectus esse vniuersalem cum sit vna apta esse in multis, vel à multis participari, & hanc vniuersalitatem, cum sit ei essentialis, vel proprietas consequens essentiam, retinere in ipsismet singularibus. Hæc sententia Scoto attribuitur in 2. distinctione 3. quæstio. 1. & 7. Metaphy. quæstio. 18. vbi eam defendit Antonius Andreas eius assecla, & nouissimè Ioannes Monlorius speciali disputatione de hac re edita, cap. 5. & 6. Scotus.

I. argum. Habet autem pro se hæc argumenta: natura ex se est vna formaliter, cum sit vnius essentiæ, si ergo sit multis communicabilis, vt maiori ex parte habent naturæ materiales, erit ex se realiter, & ante operationem intellectus vniuersalis: quia nihil aliud ad verā rationem vniuersalis requiritur, quam quod sit vnum, & à multis participabile (vt ex doctrina Aristot. inferius probabitur.)

Secundo, vniuersalia sunt per se obiecta scientiarum, ingenerabilia, incorruptibilia, atque perpetua, & propriè significantur per voces, consistūtq; in singularibus: hæc autem omnia esse eorum reale conuincunt, atq; independens ab intellectu, nam scientiæ de naturis realibus suorum obiectorum demonstrant reales proprietates, & non de rebus singularibus de quibus non sunt scientiæ, ergo, & realem eorum vnitatem pręsupponunt, sine qua nihil vniuersale esse potest, sed sicut albedo est forma albi, ita vniuersalitas est forma vniuersalis, quod si reale sit, perpetuum, & incorruptibile, indepēdens ab intellectu, easdem habet conditiones vniuersalitas. II. argum. 54.

Postremo, natura humana ex se non est incōmunicabilis pluribus, alioqui ex se esset singularis, & à parte rei communicatur multis singularibus, ergo de se participabilis est ab eis, probatur minor, quia plura sunt singularia in quibus realiter subsistit, vnde sequitur esse per se communicabilem multis, sed nihil singulare potest participari à multis, ergo ex se erit vniuersalis, atque adeò independenter ab intellectu, & ante illius operationem. III. argu.

Secundam opinionem, vnitatem realem in natura ponentem, per quam vna est & à pluribus participabilis, tenent nonnulli ex modernis interpretibus Aristotelis, differt tamen ab opinione Scoti, in duobus: nam hanc vnitatē realem, & realem vniuersalitatem naturæ, nō ponit ei ex se, aut per se conuenire, hoc est, nec essentialiter, nec tanquam naturalem proprietatem, sed modo quodam accidentali: nam cum eam, non habeat in indiuiduis existēs, sed prior eis natūra sit, separabili quodam modo ei conuenit, cum eam non habeat, vt contracta in singularibus, atque adeò accidentalis. Præterea, quia talem vnitatem, & vniuersalitatem, non per modum actualis formæ, habet ante operationem intellectus, sed per modum aptitudinis, aut proximæ potentiæ, quæ actum nō consequitur, nisi per intellectum eam à singularibus actu præscindentem: Scotus verò non solùm aptitudine, aut potentia proxima, naturam ex se vnam, & vniuersalem ponit, sed actu ita, vt vniuersalitatem per modum actualis formæ, non habeat ab intellectu, sed ante operationem eius. II. opinio. In duobus dissentiunt Fonseca & Scotus.

Tertia

Tertia opinio, vt communis adstruitur, ac defenditur.

III. opinio. POstrema sententia, communis est iam in schola, naturam ex se non esse vniuersalem, nec vniuersalitatem esse realem, sed à solo intellectu vniuersalem fieri, ante cuius operationem, nō dantur, nisi res singulares, in quibus tamen adest fundamentum vniuersalitatis, saltem remotum, ne fortè intelligatur, putam fictionem esse constitutionem vniuersalitatis: itaque profitetur hæc sententia, vniuersalem naturam in rebus esse, vniuersalitatem tamen, non esse realem, sed denominationē, quā ei tribuit intellectus, dū eam sine conditionib. singularibus cognoscit, siue per simplicem ab eis abstractionem, siue per comparationem ad singularia. 55.

Aristot. Hanc profitetur Arist. innumeris penè suæ doctrinæ locis: præsertim 1. lib. de anima, text. 8. vbi vniuersale, aut nihil esse, aut posterius esse docet, id est, aut nihil esse in rebus, vel per operationem intellectus, rebus ipsis posteriorē fieri, iuxta communem interpretum expositionem, Commentatoris præsertim, qui intellectum, ait vniuersalitatem in rebus efficere, D. Thom. atq; etiam Alberti Magni: & idem met Commentator. 12. Metaph Comment. 4. testatur vniuersalia apud Arist esse collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea cōsimilitudinem, & facit ea vnam intentionem: & Commento. 27. eiusdem libri, vniuersalia, inquit, non habere esse extra animam: in eandem sententiam protulit Auicena 5. li. suæ Metaph. in principio, verba illa passim à dialecticis in hac materia vsurpata: *Equinitas secundum se tantum est equinitas, non vna, vel plures*, & D. Thom. 1. p. q. 85. art. 1. 1. 2. quæst. 29. artic. 6. & 7. & 7. Metaph. lect. 13. sed præsertim opusc. de ente, & essentia, capit. 4. vbi ex professo de hac re disserens, ait, naturam ex se, nec vniuersalem esse, nec particularem, sed per contractionem fieri singularem, vniuersalem verò, ab intellectu: eandem profitetur vniuersa eius schola, Capreolus in 3. distin. 5. quę 3. art. 3. Soncinas 7. Metaph. quæstione 40. Caietanus cap. 4. opusculi de ente, & essentia, Magist. Sot. quæstion. 2. vniuersalium, ex Theologis verò Duran. in 1. d 3. q. 5. Aegidius in 1. qu. 2. prologi: & dist. 12. par. 2. & cum eis D. Toletus in hisce quæstionibus vniuersalibus; & P. Franciscus Suarez, tomo 1. suæ Metaph. disp. 6. sect. 5. cæterique moderni omnes, & nobis non solum probabilis, sed omnino vera, & ab omnibus amplectenda videtur.

Commētator D. Th. Albertus.

Auicena.

D. Tho.

P. Suarez.

Probatur nobis hæc sententia.

Nota. Vt autem maiorem lucem ei afferamus, obseruandum est, rationem vniuersalis in duob. esse positam in eo, quod vnū sit, & in eo quod sit aptum esse in multis, aut à multis participari: vtrumque expressit Aristo. sic ipsum definiens. *Vniuersale est vnum in multis, & de multis, aut præter multa.* 1. lib. de interpretat. cap. 5. 1. li. de post. resolut. cap. 18. 7. lib. Metaph. cap. 13. vnitas igitur, & aptitudo requisita est, & sufficiens, sed, vt nomina ipsa sonant, & à cunctis interpretibus exponuntur, vnitas dicit actum, aptitudo verò proximam saltem potentiam, etenim si natura, non habeat aliquam actualem vnitatem, sed potentialem duntaxat, erit actu diuisa, aut actu plures: quare nihil erit simpliciter vniuersale, sed aggregatio plurium singularium, si autem non sit in potentia proxima, vt à multis participetur, non dicetur apta in eis esse, nam & aptitudo proximam potentiam sonat, & quod in potentia duntaxat remota est ad aliquem actum, non dicitur potens simpliciter, sed impotens, non aptum, sed ineptum: Duo igitur hæc explicanda sunt, vt quod quid est vniuersalis intelligatur, & vt ex eius perceptione, quæstionis solutionem iuxta Arist. D. Thom. & communem sententiam inferre liceat, & vt debito ordine in eorum expeditione procedamus: primo explicandum est, quæ aut qualis vnitas requisita sit, & sufficiens ad vniuersalitatem naturæ: deinde in quonam aptitudo vnius naturæ ponenda sit, vt à pluribus sit participabilis: completeque vniuersalis.

Definitio vniuersalis Arist. 56.

Duplex vnitas distinguitur. Quæstione præcedenti illam diuisionem formalis vnitatis tradere cœpimus, quam diuidi dicebamus, in vnitatem formalem, qua aliquid dicitur in se formaliter vnum, & in vnitatem formalem, qua aliquid dicitur multis commune, & priorem vnitatem conuenire cuilibet naturæ ex se, eamque adhuc in singularibus diuisam, retinere. Vt autem posteriorē nunc explicemus præsenti instituto accommodatam, dicimus ex communi omnium consensu, quos ibidem retulimus, formalem illam vnitatem ad hanc requiri, tanquam necessarium eius fundamentum: etenim præter transcendentalem vnitatem, quæ nihil ad rem pertinet, cùm in cunctis rebus inueniatur, specialem geminam esse vidimus formalem, & numeralem, sed de numerali exploratum est, non 57.

solum, non esse requisitam ad vniuersalitatem, sed ex directo oppositam, cum per eã diuisa sit in singularibus natura, atq; adeò non vna, sed multiplex: ergo requiritur omnino formalis, cum inter speciales, non supersit altera: præterea quidditas, & essentia naturæ vniuersalis, siue specifica sit, aut generica est quæ participatur a singularibus, in eisdemq; reperitur: secundum hanc igitur oportebit vnam esse naturã, vt verè sit vniuersalis: sed vnitas formalis est in essentia, aut in aliquo eius gradu, vt vnus homo, dicitur, qui habet vnam hominis essentiam, ergo hanc absque dubio tanquam necessarium fundamentum præsupponit vnitas, per quam natura dicitur vniuersalis.

Priot vnitas non est sufficiens ad vniuersalitatem. Sed, quod non sit sufficiens ad vniuersalitatem, non est minus certum, ex his, quæ de ea diximus, eadem quæstione præcedenti, videlicet, quod in singularibus multiplicetur, & verè fiat vna numero, totq; sint in rebus formales vnitates huius conditionis, quot sunt indiuidua: hæc autem apertè pugnare cũ vnitate constituente naturam vniuersalem, probatur euidenter: nam hæc nequit in singularibus diuidi, aut multiplicari, cum in ea vniantur singularia omnia talis naturæ, vnumque esse dicantur, vt egregiè Porphyrius cap. prædicabilium vltimo illis verbis docuit: *Participatione speciei plures homines sunt vnus homo*: adde, quod si vnitas cõstituens naturam vniuersalem, multiplicaretur in indiuiduis, tot forent profectò vniuersales naturæ quot sunt indiuidua, sicut dicebamus de vnitate formali priori, consequens autem non solum falsum, sed absurdum est, ergo illa vnitas formalis, non est sufficiens ad vniuersalitatem.

51. Probatur secundo. II. Vniuersale, siue sit genus, aut species, sic prædicatur de indiuiduis, vt rationem vniuersalitatis de eis minime enunciet, prædicatur quidem homo de Petro, & animal de homine, non tamen est verum, Petrum esse vniuersalẽ, aut speciem, vel hominem genus, sed vnitas formalis, qua aliquid est in se vnum formaliter, conuenit cunctis singularibus, nam verum est, ac necessarium Petrum esse vnum hominẽ formaliter, atq; etiam Ioannem, ergo hæc vnitas non est sufficiens ad vniuersalitatem.

Probatur tertio. Probatur tandem, quia vnitas formalis ex se non est singularis, neque vniuersalis, sed quasi indifferens, ad vtranq; rationem, vt enim si cogitatione apprehendamus hominem in vniuersali, aut animal, habebit vnitatem formalẽ: eandem habet in Petro, & Ioanne, cum verum sit vtrumq; esse vnum hominem formaliter, & vnum animal, ergo talis vnitas ex se non sufficit naturam vniuersalem constituere, nisi aliquid ei addatur, quo perfectior, atq; specialior fiat, quemadmodum natura generica animalis, gratia exempli, quia multis est communis, hominum videlicet, equo, ac leoni, cæterisque speciebus, non est sufficiens ad aliquam constituendam, nisi addideris gradum differentialem, per quem determinatur, ac perficitur.

59. Tota igitur huiusce rei difficultas, consistit in inuenienda hac ratione speciali, ac sufficienti, quæ addita vnitati formali priori, constituat posteriorem, à qua natura vniuersalis denominetur, & omissis alijs, quæ à Doctore Fonseca, ac Patre Francisco Suarez, ad eam explicandam locis superius memoratis acutè satis afferuntur, dicendum existimo, rationem, quam addit vnitas constituens naturam vniuersalem, supra formalem priorem, non esse aliam, præter indiuisionem numeralem: moueor autem ad id asserendum, hac potissimum ratione. Vnitas non addit supra entitatem, nisi indiuisionem, per quam entitas multiplicatur, & desinit esse vna, cum multiplicatio repugnet formaliter vnitati, ergo specialis vnitas, qualis est ea, quæ requiritur ad vniuersalitatem, non addet supra essentiam naturæ, nisi negationem eius diuisionis, quæ repugnat formaliter vniuersalitati, sed talis est diuisio eiusdem naturæ per differentias indiuiduales, per has enim diuiditur, ac multiplicatur in singularibus, ergo negatio huius diuisionis supra essentiam naturæ efficiet eam vnam, vnitate constituente aliquid vniuersale: probatur consecutio, quia natura vna in se formaliter, per vnam essentiam, & indiuisa per differentias indiuiduales est vna, ac diuisibilis, per easdem differentias, a cunctisque singularibus, quæ per easdem differentias constituuntur, ac distinguuntur, participabilis, ergo est vniuersalis, vtrumque enim postulat vniuersale, nempè, vt indiuisum sit differentijs indiuidualibus, & simul per easdem diuisibile, hæc enim licet primo aspectu videantur contraria, cohærere possunt, ac debent in natura vniuersali, vt sit vnum quid præter multa (vt verbis Aristotelis vtamur) hoc est à multis quasi auulsum, alioqui, non posset esse vnum, sub quo conuenirent omnia, sed in eisdẽ diuisum, ac multiplex, & rursus ab eisdem participabile, nam vniuersale intrinsecè respicit multa, quibus est commune, in quo ex directo opponitur, singulari,

Ratio.

quod

quod ex propria conditione incommunicabile est. Eiusmodi itaque vnitas, per quam natura constituitur vniuersalis, formalis est, quia importat essentiam eius indiuisam, per differentias formales, sed addit negationem diuisionis per differentias indiuiduales, non importatam in vnitate formali, quam vidimus singularem effici posse per easdem, & verè esse in indiuiduis singularizatam, & multiplicatam hoc autem repugnat prorsus vnitati vniuersalitatis.

Scotus. Hanc igitur vnitatem, essentialem esse naturæ, vel certè naturalem proprietatem, atque adeò realem, sicut essentia eius realis est, arbitratur Scotus, & qui eum sequuntur, ac propterea ei conuenire ante operationem intellectus, Capreol. verò atq; Soncin. quos retulit Fonsec. 5. Metaph. c. 8 q. 3. sect. 4. putant naturæ attribui, per intellectum, atq; etiam realiter, & ante operationem eius in illo priori naturæ, quo præcedit differentias indiuiduales, & contractionem per illas ad singularia, quia indiuisionem habet numericam, cum prior natura sit & in eo priori, vt sic indiuisa intelligatur, & vt per easdem differentias diuisibilis, ex accidenti, tamen talem vnitatem naturæ attribuunt, & non ab intrinseco, vt Scotus.

Communis tamen sententia, eandem vnitatem realem, formalem, qua natura est in se vna ponit pro fundamento, sed pro formali, vt indiuisionem importat, per numerales differentias, non nisi rationis esse docet, & à solo intellectu fieri, & ante eius operationem, nō conuenire naturæ. Quod (nisi ego fallor) euidenter conuincitur aduersus vtranq; sententiam, aduersus Scotū quidē, quia vnitas vniuersalis importat indiuisionem numeralem, tām per hāc diuiditur natura, & fit multiplex in singularibus, quare desinit esse vna, sed ante operationē intellectus diuisa est in singularibus, ergo non vna, sed realiter plures. Probatur consecutio, quia ante operationem intellectus, & omnino à parte rei omnes homines sunt singulares, ergo natura humana singularizata, atq; diuisa est & non vna vnitate vniuersalis, nam si vna esset realiter in cunctis, vt ponit Scotus, inquiram, an existat in singularib. aut ab eis sit separata, hoc vltimū non conceditur, nisi in schola Platonis, ergo necesse est admittere primum: tunc ergo, quidquid est in Petro est singulare, nam homo in ipso nō est, nisi hic homo, & animal, hoc animal, sicq; de cæteris naturæ gradibus, ergo nullus datur in singularibus homo communis realiter, aut animal, atq; adeò, nec aliquid vnum realiter in eis existens.

Probatur communis sentētia aduersus Scotum. 61.

Probatur etiam aduersus secundam sententiam, quia, vt natura intelligatur indiuisa per numerales differentias, oportet eam ab eisdem præscindere, sed à parte rei, non est præcisa, ergo præscindi, non potest, nisi ab intellectu eam considerante, non consideratis conditionibus, manifestam ergo deceptionem continet sententia hæc, putans ante operationem intellectus, accipi posse naturam, vt à singularibus præcisam, quod ait esse solitariè sumi, cum tamen re vera talis præcisio, à solo intellectu fieri possit, nam prioritatem naturæ, quam ponit, plus habet imaginationis, quam veritatis, non est enim vera prioritas naturæ, nisi vbi interuenit causalitas, vel prioritas, à qua non valet subsistendi consequentia, vt testatur Arist. in post. prædicam. cap. de priori, sed nihil horum reperitur in natura, vt præcisa à singularibus, cum eis conueniat per se primo existere, naturæ verò ratione eorum, ergo nec reperitur causalitas, existentiæ, nec prioritas, à qua nō valet subsistendi consequentia, vt in animali respectu hominis, quare neq; vlla naturæ prioritas. Et esto talis prioritas naturæ admitteretur, certū est nullam prioritatem naturæ esse in qua vna res sit prior altera, sed appellatur prioritas à quo, in quantum ea, quæ sunt simul, sic se habent, vt vnum sit ab altero, aut ab eo dependeat: nullum est ergo prius, in quo natura sit realiter indiuisa per differentias indiuiduales, sed in quocunq; instanti realiter diuisa est, ergo nunquam est verum, esse vnam vnitate vniuersali, ex quibus planè deducitur naturam, non sumi solitariè, vel vt priorem singularibus, ita, vt sit vna per indiuisionem numeralem, nisi per intellectum potentem eam à singularibus præscindere: imò nec vllo modo esse vniuersalem, etiam in proxima aptitudine ante operationem intellectus, vt ponit hæc sententia, sed merè singularem, in qua solum potest esse remotum fundamentum vniuersalitatis.

Probatur aduersus secundam sententiam

62.

Et ex impugnatione vtriusq; sententiæ ostēditur nullum modum superesse, quo natura dicatur vna vnitate vniuersali, nisi per operationem intellectus, sub indiuisione numerali eam concipientis, dum formalem eius rationē concipit, non conceptis indiuidualibus conditionibus, per quas diuiditur diuisione numerali, quo circa talis vnitas, non erit realis, sed rationis, vt statuit communis sentētia, quam non solum probabilem, sed veram ostēdimus,

Natura dici non potest vniuersalis ante operationē intellectus

quam-

quantum pertinet ad naturæ vnitatem, in capite definitionis, rei vniuersalis, ab Arist. collocatam.

Sed restat secundum (quod in eadem definitione petitur) expediendum, videlicet aptitudo, vt participetur à pluribus: de qua prolixiorem disputationem instituunt D. Fonseca, & P. Franciscus Suarez, quam dialecticum institutum patiatur: breuius igitur erit à nobis expediendum, dum ergo quæritur, quidnam sit eiusmodi aptitudo in natura, vel vnde ei proueniat, an ex propria, ac reali eius entitate, seu ab intellectu à quo ei prouenit vnitas, respondet D. Fonseca certum esse, quòd non sit potentia naturalis, quæ sit vera qualitas eidem natura addita, ad prædicamentum qualitatis pertinens, cum in cæteris prædicamentis à qualitate reperiantur vniuersalia, species, & genera, quæ per se apta sunt à suis inferioribus participari, & non ratione qualitatis: & verè ita est, quod non indiget natura, qualibet superaddita qualitate, vt talem dicatur habere aptitudinem, sed sicut immediatè, ac per se participatur humana natura à singulis hominibus, & non medio aliquo accidenti, pari ratione non dicitur apta, vt ab eis participetur ratione alicuius superadditi accidentis realis.

D.Fonsec. P.Suarez.

63.

Variæ sententiæ circa aptitudinem naturæ vniuersalis.

I. opinio. Scotus. Caieta.

QVo supposito, triplicem opinionem circa aptitudinem naturæ vniuersalis refert: primam Scoti 1. lib. Metaph. q. 7. lib. 7. qu. 18. & in 2. d. 3. q. 1. & Caietani opusculo de ente, & essentia, cap. 4. q. 6. quam affirmat esse ferè communem inter Doctores Scholasticos & talem aptitudinem naturæ, non esse aliud, quam non repugnantiam, seu negationem repugnantiæ essendi in pluribus, eo modo, quo aptitudo creaturarum ad existendum priusquã sint, non est aliud, quam non repugnantia, vt existant: & aptitudo, seu potentia ad agendum in substantia creata, ablatis ab ea potentijs superadditis, similis quædam repugnantia foret, si potentijs spoliarentur, vt si à lapide grauitas auferatur, apta nihilominus permanebit tendendi in centrum, sed talis aptitudo non erit quidpiam positiuum, sed sola negatio repugnantiæ.

Ratio. Et videtur hæc sententia vera, quia natura, dum est coniuncta singularibus conditionibus, non est apta participari à multis, & eo ipso, quod ab eis præscinditur, incipit habere talem aptitudinem, sed ex tali præcisione nihil positiuum comparat, sed priuationem duntaxat earundem conditionum, ergo aptitudo nihil positiuum est, sed solum non repugnantia.

Confirm. Confirmatur idem argumentum, & simul declaratur eadem sententia, quia natura, vt est in singularibus, non solùm non est apta esse in multis, sed positiuam habet repugnantiam, non aliunde prouenientem, nisi ex parte conditionum, per quas diuisa est, singularizata, & incommunicabilis effecta, ergo dum præscinditur ab eis, tollitur positiua repugnantia, & ex eo incipit habere talem aptitudinem, ergo nõ est aliquid positiuum, sed sola negatio ablatæ repugnantiæ.

II. opinio. Fonseca. Ipse verò D. Fonseca, addit huic non repugnantiæ aliquid positiuum, quod sub ea latere affirmat, & in quo potius aptitudo collocanda est, quam in negatione repugnantiæ, quanquam vtrunque claudat: hanc autem rationem positiuam asserit esse modum essendi intrinsecum rebus, quæ denominantur, vniuersales, non quidem actualem, vt est actus ipse essendi in pluribus, seu actualis existentia in rerum natura, aut in intellectu, sed esse modum essendi potentialem, non inseparabilem ab ipsismet naturis vniuersalibus, vt modus necessarius, aut contingens, finitus, aut infinitus, sed est similis modo essendi rerum in suis causis, prius quam sint, quem certum est amittere, cum primum per actualem productionem extra illas esse incipiunt: pariter naturæ vniuersales, dum à singularibus præscinduntur, incipiunt habere aptitudinem essendi in illis, quam mox, ac in eisdem actu sunt, amittunt: & hæc est secunda opinio eiusdem Patris propria, in quam pertrahere conatur Scotum, & Caietanum, & omnino primam sententiam (quam communem vocat) asserens præfatos Doctores, ac cæteros, qui eam sequuntur, nunquam intellexisse talem aptitudinem in pura negatione non repugnantiæ esse positam, sed pro fundamento saltem importare modum positiuum à se explicatum. 64.

Scotum, & Caieta. refert pro se Fonseca.

III. opinio. Pro tertia sententia refert modum dicendi, quorundam modernorum, qui eandem naturæ aptitudinem explicatam secant in proximam, atque remotam, vocantes remotam eandem naturæ aptitudinem cum determinatione ad vnum singulare, si vnum tantum habeat, vel ad plura, si verè in pluribus sit: prioris exem-

exemplum habemus in natura Solis, cuius aptitudo determinatur ad hunc Solem, posterioris verò in natura humana, habente aptitudinem determinatam ad plura indiuidua, in quibus actu existit. Proximam verò (aiunt) esse eandem naturæ aptitudinem, vt consideratur absque determinatione ad vnum, aut multa singularia (aut quod idem est) cum omnimoda indifferentia ad omnia, has autem aptitudines non putant esse diuersas, sed eădem, prout impedita, aut expedita consideratur, nam, dum consideratur determinata ad vnum, aut multa singularia, quasi impedita censetur, expedita verò, aut libera, dum absque eisdem determinationibus, & vtranq; explicant similitudine primæ materiæ, quæ, vt habet formam aquæ non est proximè apta ad recipiendam formam ignis, cum primum autem expulsa ab ea est eadem forma aquæ incipit habere proximam aptitudinē ad recipiendū formā ignis,
65. & prior aptitudo quasi impedita, aut ligata erat per determinationem ad formam aquę, posterior verò quasi libera, atque expedita est, per eiusdem formæ expulsionem, pari ergo ratione dum humana natura determinata est ad differentiam Socratis, non est proximè apta, vt fit in Platone, fit autē si à prima illa singularitate præscindatur, nam sic præcisa omnimodam habet indifferentiam ad omnes, quibus cōiungi proximè potest.

Aptitudo proxima & remota naturæ, cur ponatur. Hæc autem distinctio proximæ, atque remotæ aptitudinis huius rei gratia ab his modernis affertur, vt sustinere possint naturam vniuersalem, non solum habere talem aptitudinem ad existendum in pluribus, dum ab eis præcisa, seu abstracta est, sed etiam vt actu in eis existere consideratur, quod se ostendere putant possibile, quia vt est in singularibus, quasi impeditam, seu ligatam eam habet, atq, adeò remotam, dum verò ab eisdem præscinditur, incipit eam habere liberam, expeditam, ac subindè proximam.

I. ratio. Probant ita esse sentiendum, quia natura vniuersalis prædicatur de singularibus, ergo actu est in illis, sed per actum non amittitur aptitudo, nam dum homo ridet, absq; dubio risibilis est, ergo est in eis cum sua aptitudine, sed reducta ad actum, atque adeò limitata per eum atq; impedita, quia cum in hoc, vel illo singulari existit, fit hæc, repugnat autem esse in altero singulari, quatenus est hæc, non tamen absolute secundum expeditam, atque proximam potentiam.

Secundo: natura humana præcisa à singularibus, dum actu est in Petro, aut Ioanne, non amittit propriam essentiam, cum adhuc in eisdem singularibus existenti, conueniant ei prædicata essentialia, vt animal, rationale, viuens, corpus, & substantia, sed id solum per talē contractionem fit, vt limitatam habeat, ac singularizatam essentiam, quæ, vt est in hoc singulari, nequit participari ab altero, ergo si non amittit essentiam, nec amittet aptitudinem, quam habet secundum se, sed eam habebit limitatam, & quasi in remota dispositione, vt in altero singulari esse valeat. II. ratio. 66.

Postremo probant ex diuersis, atque incompossibilibus actibus eiusdem potentiæ, quorū vnus, licet tollat alterum, non tamen potentiam, vel aptitudinem ad illum alio tempore exercendum, nam per formam aquæ, sub qua est modo materia, non tollitur aptitudo ad formam ignis, & per actum sedendi non tollitur aptitudo Sortis ad standum, licet præsentia vnius actus eandem aptitudinem impediat ad habendum pro eodem tempore alterum, sed natura humana ex se apta est, atque indifferens vt à cunctis singularibus proprijs participetur, ergo determinatio ad Sortem superueniēs, per indiuidualem eius differentiam non tollit aptitudinem, vt sit in Platone, ac cæteris singularibus, quanquam eam impedire censeatur, vt non possit prout differentiæ Sortis coniungitur, in eis existere. III. ratio.

Et confirmant: quia aptitudo ad existendum in singularibus, sequitur vnitatem formalem naturæ, sed vnitas formalis non tollitur per numeralem, sed coarctatur, nam humana natura actu existens in Sorte vna formaliter est per vnitatem essentiæ, ergo retinet eandem, quam ex se habet aptitudinem, quamuis coarctatam, ita, vt quamdiu coniungitur huic singulari, nequeat existere in cæteris, sed dum ab eo præscinditur, mox incipit habere vniuersalem aptitudinem ad omnia, itaque sicut vnitas formalis per numeralem non tollitūr, sed singularizatur, par erit de aptitudine ratio, & per coniunctionem naturæ cum vno singulari singularizabitur quidem, nequaquam tamen amissa censebitur. Confirmatio.

Vera sententia.

Relatis aliorum sententijs, his assertionibus explicamus propriam: prima est. Aptitudo naturæ vniuersalis, vt sit in mul- I. Assertio.

multis singularibus, nec pertinet ad eius essentiam, nec est naturalis eius proprietas.

Probat. Probatur hæc 1. natura vniuersalis secundũ essentiam, & proprietates prædicatur de indiuiduis, verum est enim Petrum esse hominem, animal ratione præditum, disciplinæ capacem admiratiuum, & risibilem, sed talis aptitudo, non solum de indiuiduis non enunciatur, sed enunciari repugnat, ergo nec pertinet ad essentiam naturæ, nec est proprietas eius: probatur minor, nam falsum est enunciare de Petro aut Ioanne, quod apti sint à pluribus participari, vel in illis esse.

Probatur secundo. Secundo, quidquid conuenit naturæ tanquam essentia, aut proprietas, est ab ea inseparabile, cum conueniat per se primo, aut per se secundo, si ergo aptitudo aliquo ex his modis naturæ cõuenit, erit prorsus inseparabilis, quare adhuc in singularibus contracta ei conueniet, sicut conueniunt cætera prædicata essentialia, & proprietates, vnde verum erit, quod natura humana vt est in Petro, aut Ioanne, poterit à multis participari: consequens autem apertè falsum est, cum secundum talem statum natura sit incommunicabilis, ergo non pertinet aptitudo existendi in multis ad essentiam, aut proprietates eius.

II. assert. aduersus Fonsecam. Secunda assertio, aptitudo eadem non est modus positiuus conueniens naturæ secundum se, in quo fundetur non repugnantia existendi in multis, quam posuit secunda sententia.

1. ratio. Probatur primo argumento ad hominem, nam hunc modum, ait, non esse actualem, sed potentialem, neque vnquam conuenire naturæ actu existenti, sed obiectiuè tantum in intellectu: si ita se res habet, inquiro an modus iste cum sit positiuus, & potentialis, sit aliquid reale in natura, vel non? si dixeris nihil omnino esse reale, incunctanter infero, nec modum essendi positiuum esse, qui naturæ ex se conueniat, nam quidquid ei ex se, ac positiuè conuenit, reale omnino esse oportet. Quòd si aliquid reale esse dixeris (quod omnino necessarium puto) cum affirmes non habere modũ actualem, sed potentialem, habebit se sicut realis potentia, quæ aliquid est actu in re, cui attribuitur, licet habeat modum aptitudinis, ordinabitur ergo ad actum, nam aptitudo omnis propter aliquem actum naturæ concessa est, & ad actum absque dubio realem, cum realis sit ipsa, & naturæ conueniat ante operationem intel-
61. lectus, aliquando ergo habebit talem actũ realem. Quare falsum est, quod dicitur, nunquam naturæ conuenire à parte rei secundum rationem actualem, nam si ita est, dabitur profectò potentia, & aptitudo, sine actu aliquando futuro, imò quod amplius est, dabitur, sine actu possibili, cum admittatur repugnare naturæ à parte rei existenti in singularibus, quæ omnia cum ratione aptitudinis, aut potentiæ realis apertè pugnant.

Et confirmatur idem argumentum: nam talis aptitudo, non ponitur inseparabilis à natura, sed quæ separari potest, cum non conueniat ei in singularibus existẽti: quo supposito sic procedo: talis aptitudo, vel modus essendi naturæ, cum sit realis, & accidentalis, prædicabitur de illa realiter, & accidentaliter, sed prædicata accidentalia non conueniunt rei, nisi actu existenti, & in indiuiduis, nam accidentia primo conueniunt singularibus, & ratione illorum naturæ, vt esse album, aut nigrum primo conueniunt Petro, Ioanni, aut alteri indiuiduo, & ratione eius, homini: falsum igitur est quod asseritur, accidentaliter conuenire naturæ talem modum essendi, & nunquam conuenire in indiuiduis. Confirm.

Nec tenet similitudo rerum in potentia causæ existentium, aut aliquo modo satisfacit præiactis argumentis, tùm quia talis modus, si aliquid reale est præter virtutem causæ, iam est in rerum natura, cum sit in ipsa causa, & est aliquid singulare, rei etiam singulari conueniẽs, cum causa sit res singularis, ergo, & aptitudo naturæ eidem in singulari existenti conueniet, quod tamen negatur. Deinde cum talis modus essendi naturæ, in quo consistit aptitudo, aliquid positiuum sit, non potest amitti per actũ, vt ponitur, nam quidquid positiuum habet modus existendi effectus in potentia causæ, non amittitur per actualem existentiam eius, extra illam, probatur euidenter, talis modus nõ est res distincta à virtute eiusdem causæ, sed ipsamet in quantum potens producere effectum, sed virtus causę postquam produxit effectum, manet integra, & potens producere, non solum effectum eiusdem rationis, sed eundem aliquando secundum numerum, si iam productum esse desinat, vt patet in Deo, ergo nihil positiuum amittitur, per productionem effectus, quare neque amitti potest positiuus modus essendi per actualem existentiam naturæ in singularibus, cuius oppositum affert præfata sententia. Occurritur obiectioni. 62.

Probatur secundo, eadem [illegible]

nam, vel, talis modus essendi positiuus est vnus numero, vel specie: neutrum dici potest, ergo nihil est, probatur minor in primis de vnitate specifica, nam quidquid specie est vnum multiplicatur in indiuiduis, sicut quod est vnũ genere, multiplicatur in speciebus: primum ostendit humana natura vna specie, & multiplex secundum numerum in indiuiduis, secundum natura animalis vna genere, & multiplex in speciebus: si ergo talis aptitudo est vna specie, multiplicabitur in indiuiduis, totq; erunt aptitudines indiuiduales, quot singularia, quare quodlibet erit aptum esse in multis, aut natura in quocunq; talem habebit singularem aptitudinem, quod expresse negatur, & apertè falsũ est, quod verò non sit singularis talis modus essendi, non minus efficaciter probatur, quia sicut apertam continet repugnantiam, quod natura singularis sit apta ad existendũ in multis, cum singularitas contrahens naturã, eamq; vltimo determinans, tali sit aptitudini opposita: non minus repugnat dari aptitudinem singularem, per quam natura sit apta ad existendum in multis: nam vnum numero participabitur à multis, quòd (propriè loquendo) de identitate numerica apertè falsum est.

III. ratio. Probatur tandem, nam, vel modus iste positiuus intrinsecè, & naturaliter consequitur vnitatem formalem naturæ, per quam dicitur in se vna, vel ab extrinseco ei aduenit: si primũ

70. dicatur, incunctanter sequitur inseparabilem esse eundem modum ab vnitate formali, quare erit sicut illa in indiuiduis, quod negatur: si verò ei aduenit ab extrinseco, assignãda erit causa, à qua proueniat: ratio etiam ex parte naturę propter quam conuenit, quæ omnia obscura satis, ac lubrica sunt, & difficilia, ad intelligendum, quemadmodum opinio ipsa parum profectò intelligibilis est.

III. Assert. Tertia assertio, aptitudo naturæ vniuersalis ad actu aliter existendum in pluribus, non est vllo modo realis, nec ei conuenit seclusa operatione intellectus.

I. ratio. Probatur primo, quidquid reale est in rebus, est singulare, cum nihil, nisi in singulari aliquo extra causas producatur, si ergo aptitudo naturæ realis sit, erit singularis, non secus atque ipsa natura, totq; erunt eiusmodi aptitudines quot naturæ singulares, totque proinde vniuersalia, nam vniuersale reputatur, quod aptum est esse in pluribus, consequens autem satis absurdum est, ergo, non potest esse realis aptitudo.

Et si fortè dixeris necessarium esse vniuersalia multiplicari secundum numerum, cum aliud sit vniuersale cognitum à Petro, aliud à Ioanne, & Francisco (etiam si eadem natura humana abstracta ab indiuiduis cognoscatur ab omnibus) siquidem per diuersas intellectiones, & conceptus repræsentatur, & diuersæ numero denominationes ei attribuuntur, ex quibus sequitur diuersos esse numero conceptus obiectiuos, qui tamen non sunt aliud, quam natura ipsa humana in vniuersali repræsentata, & vniuersalis denominata. Obiectio.

Respondeo ex diuersis conceptibus, & intellectionibus, non multiplicari naturam humanam in vniuersali conceptam, quemadmodũ, neque multiplicatur Petrus per plures imagines repræsentatus, adhuc, vt est res per eas repræsentata, quin potius cum intellectiones, & conceptus ab obiecto accipiant vnitatem formalem, licèt intellectiones, & conceptus formales diuersi sint materialiter propter diuersos intellectus, quibus inhærent, formaliter tamen sunt eiusdem rationis, diuersitatẽ verò numericam, quam materialiter habent, non possunt tribuere naturæ repræsentatæ, quam solum extrinsecè denominant, & multo minus denominationes vniuersalis, speciei, vel generis, à diuersis concipientibus eidem naturæ attributæ, efficiunt eam diuersum numero vniuersale, quin potius omnes habent rationem vnius, & quasi trahuntur ab vnitate subiecti, vt in cæteris eiusdem conditionis extrinsecæ exploratum est. 71. Responsio.

Probatur secundo, nam duo hæc ad rationem vniuersalis requisita videlicet, quod natura sit vna, & quod sit apta, vt à multis participetur, ita se habent, vt esse vnam præsupponatur aptitudini, nam prius est rem esse, quam esse aptam, ad quidpiam aliud, & aptitudo absq; dubio conuenit vni naturæ, & de ea, vt vna prædicatur, sed vnitas naturæ (vt iam ostendimus) non est realis, nec ei conuenit ante operationem intellectus, ergo nec aptitudo realis esse potest, nec ante operationem intellectus ei conuenire, cui enim attribuetur realiter, aut de quo enunciabitur ante operationem intellectus, si nondum est vna natura? nulli profectò: ergo nec aptitudo vllo modo potest esse realis. II. ratio.

Vltima assertio, quid dicat propriè aptitudo naturæ vniuersalis.

IV. asser. ASsertio postrema, aptitudo naturæ vniuersalis aliquid pro fundamento importat, & aliquid etiam pro formali, pro fundamento vnitatem formalem eiusdem naturæ, pro formali verò non repugnantiam, vt a multis participetur, & hoc modo accipienda est prima sententia, vt vera esse possit: quia nisi aliquod fundamentum positiuum habeat, non repugnantia, pura negatio est, in pura
72. autem negatione, non videtur posse constitui aptitudo, aliud autem fundamentum præter formalem vnitatem, nō videtur possibile: Hāc
P. Suarez. sententiam tenet P. Franciscus Suarez tomo 1. suæ Metaph. disput. 6. sect 4. quam duobus adnotatis, prius explicabimus, post verò efficaci ratione confirmabimus.

Nota I. Obseruandum primo est, vnitatem formalem, qua natura in se est vna, dupliciter accipi posse, & secundum se, & vt contracta est in singularibus, cum ipsamet natura, cui ex se conuenit: & hoc posteriori modo, non potest esse fundamentum aptitudinis ad existendum in multis, probatur planè, quia, vt sic est singularis, sicut ipsa natura: sed naturæ singulari repugnat esse in multis, ergo & vnitati formali, ita singularizatæ repugnabit esse fundamentum aptitudinis ad existendum in multis, probatur consecutio, quia singularitas opponitur ex directo actuali existentiæ in multis, ergo ex consequenti opponitur aptitudini, atque adeò fundamento eius, vt tali, ad hæc, aptitudo existendi in multis, non est aliud, quàm naturam esse communicabilem multis, sed per singularitatem fit incommunicabilis, ergo nihil singulare vt tale potest esse fundamentum communicabilitatis, seu aptitudinis: quemadmodum nullum contrarium, vt tale, potest esse fundamentum alterius. Si verò consideretur secundum se, hoc est, vt per eā natura est in se vna formaliter, nec importat contractionem, nec abstractionem à singularibus, & ita si consideretur, nō consideratis indiuidualibus conditionibus, per quas fit incommunicabilis, nullam habebit repugnantiam, vt pluribus communicetur, vnde ratione talis vnitatis formalis, sic abstractæ, dicetur formaliter apta ad existendum in multis.

Duplex vnitas formalis distinguitur.

Nota II. Obseruandum secundo est, contractionem naturæ ad singularia per indiuiduales conditiones duo præstare, nam primo eam diuidit multiplicemque efficit, secundo efficit incommunicabilem, nam cum indiuidualis differentia sit omnibus modis vltima, naturam vltimo determinat, atq; adeò, nō amplius determinabilem reddit: quod autem non est vlterius determinabile, nec poterit vlterius communicari, sed penitus incommunicabile appellabitur, & duo isti effectus contractionis opponuntur ex directo duabus conditionibus in definitione vniuersalis positis, ab Aristotele, atque adeò requisitis, & sufficientibus (vt vidimus) ad constituendam naturam vniuersalē. Prior conditio est, quod vniuersale sit vnum: vni autem ex directo opponitur multiplex: diuisio igitur naturæ, seu multiplicitas, quam primo in ea efficit contractio, vnitati opponitur: incommunicabilitas verò opponitur cōmunicabilitati: vt nomina ipsa per se indicant: & cum communicabilitas idem prorsus sit, quod aptitudo ad existendum in multis, sequitur ex directo etiam opponi aptitudini: & quemadmodum ablata diuisione, seu multiplicitate per intellectum, hoc est, considerata natura, non consideratis conditionibus, per quas multiplicatur, statim incipit esse vna vnitate vniuersalitatis, pari ratione ablata incommunicabilitate per eandem considerationem, incipit natura esse apta ad existendum in multis: vnde sicut fundamentum vnitatis ostendimus esse formalem vnitatem, secundum se consideratam, pari ratione nunc dicimus esse fundamentum aptitudinis, diuersa quadam ratione acceptam, sicut vnitas ipsa, & aptitudo, diuersa sunt secundam rationem.

73.

Ex quibus sequitur aptitudinem naturæ ad existendum in multis pro fundamento esse realem, pro formali verò, non nisi rationis, & rursus pro fundamento esse quid positiuum, pro formali verò negationem repugnantiæ, ad existendum in multis.

Nunc verò sententiam nostram, sic explicatam probamus ex aliarum refutationibus: etenim si aptitudo ad essendum in multis, non pertinet ad essentiam naturæ, nec est proprietas eius, sed, nec prædicatum reale accidentale (vt aduersus secundam opinionē ostendimus) nec omnino aliquid reale conueniens naturæ ante operationem intellectus, sequitur esse aliquid rationis ei attributum ab intellectu, à quo præscinditur à singularibus conditionibus, & vt multis communicabilis concipitur, quod est aptam denominari ad existendum in multis, eiusmodi autē denominatio, quam vocamus aptitudinem, necesse est aliquod fundamentū habeat in ipsa natura, quia intellectus similes denominationes, non tribuit rebus conceptis, pro

74. Probatur assertio ex aliorū refutatione.

pro libito, sed prout exigit res ipsa, tali modo à se concepta: fundamentum verò talis aptitudinis, non potest esse aliud ab vnitate formali: nam aptitudo alicuius esse debet, vel alicui tanquam subiecto attribuitur, quod per eam dicitur aptum formaliter: subiectum autem denominatum est ipsa natura, non certè, nisi vt vna formaliter, nam si multiplex sit, vt verè est in singularibus, incapax est talis denominationis, cum sit incommunicabilis, oportet ergo sub vnitate formali secundum se accepta concipi, vt ei possit aptitudo attribui, & abstracta quidem à singularibus conditionibus, vt tollatur incommunicabilitas, atque adeò repugnantia existendi in multis, ex sola vnitate numerali proueniens, nam formalis vnitas ex se illam non habet, sed sicut per singulares conditiones fit multiplex, pari ratione fit incommunicabilis, atque adeò, non participabilis à pluribus, sic autem abstracta erit vna carens tali repugnantia, quod est esse aptam, vt à multis participetur.

75

Obiecta contra dicta, & aliarum opinionum argumenta soluuntur.

I. obiecti. Sed duo aduersus hanc nostram sententiam obijci possunt, quibus videtur planè conuinci aptitudinem ad existendum in multis esse realem, naturæque conuenire ante operationem intellectus: primum est, vnitas formalis naturæ etiam in singularibus existens, sicut ex se non est diuisa, sic etiam ex se non est incommunicabilis, sed vtrunque habet ab vnitate numerali sibi prorsus extrinseca, ergo adhuc in singularibus existens, talis ex se est, cui non repugnat multis communicari, ergo vtranque habet conditionem natura à parte rei nempè, vt vna sit formaliter, cui non repugnat esse in multis: & hæc tantum duo importare aptitudinem dicimus, quare realis erit, & naturæ adhuc in singularibus existenti, ac ante operationem intellectus conueniet.

II. obiect. Secundum: aptitudo naturæ ad existendum in multis, idem est, ac posse sub ea plura indiuidua multiplicari, sed hoc non prouenit ab intellectu; sed ex principijs realibus eiusdem, ergo talis aptitudo, non erit ei attribuenda ab intellectu, sed erit proprietas naturalis consequens essentiam naturæ, realis igitur, & non rationis, probatur minor (nam cætera videntur necessaria) multi affirmant vnicum esse Angelū sub qualibet Angelorum specie, quia spiritualis illa natura specifica ex suis principijs habet repugnantiam, vt à multis indiuiduis participetur, nec solum de Angelis probabile id est, sed de cœlestibus corporibus, quibus propter incorruptibilitatē repugnat multiplicitas indiuiduorum sub eadem specie. At de sublunaribus corporibus oppositum cōstat, quod multiplicari sub eadem specie valeant propter materiæ conditionem, quæ cum sit priuationi cæterarum formarum subiecta, quamlibet formam semel habitam potest amittere, aliamq; nouam recipere, etiam eiusdem speciei: communicabilitas igitur naturæ, aut (quod idem est) aptitudo vt à multis participetur, ex principijs eius prouenit, naturalis est ei, ac proinde 76.
realis, & ante operationem intellectus ei attribuenda.

Ad I. resp. His tamen obiectionibus, non labefactatur nostra sententia, sed ex earum solutionibus potius illustratur, nam ad primam libenter admittimus vnitatem formalem naturæ in singularibus existentis neutrum ex se habere, hoc est nec multiplicationem, nec incommunicabilitatem, sed vtrunque ab vnitate numerica sibi extrinseca, nihilominus, illi realiter cōiuncta, multiplex est in multis singularibus, & in singulis simpliciter incommunicabilis, atque inepta, vt à multis participetur, vnde fit secundum talem statum, non esse fundamentum aptitudinis ad existendum in multis, nisi fortè remotum, quia ex quo, non habet à se incommunicabilitatem, sed ab extrinseco, potest per intellectum spoliari, atque adeò sub non repugnantia concipi, & apta denominari, hoc tamen remotum quid est, cum proximè sit incommunicabilis.

Negamus igitur ad formā argumenti, quod natura, vt vna formaliter in singularibus existens, duo illa habeat ad aptitudinem requisita, ac sufficientia, sed reuera neutrum habet, nam licet sit vna formaliter, est tamen incommunicabilis simpliciter, cui proinde simpliciter repugnat in tali statu in multis esse, quare falsum est, quod negationem repugnantiæ habeat, licet repugnantia non procedat ab vnitate formali, quod nihil ad propositum confert, cum à numerica fiat simpliciter inepta, quousque ergo ineptitudo tollatur ab intellectu (nam realiter prorsus repugnat tolli) non erit proximum fundamentum aptitudinis: & vt veritas huius solutionis illustrior fiat, negandum est etiam, quod natura, vt vna formaliter in se, habe-

habeat ex se, vel ab intrinseco, non repugnantiam, vt à multis participetur, nam, si ex se id haberet, non posset vllo modo incommunicabilis fieri, nam cui aliquid essentialiter, vel tanquam proprietas conuenit, repugnat prorsus oppositum, ita, vt neque per se, neque per accidens ei possit conuenire, sed neutrum ex se habet, nec repugnantiam, nec non repugnãtiam, & vtrumque ei potest per accidens conuenire, illud quidem per realem contractionem ad singularia, hoc verò per considerationem intellectus. Ex quibus luce clarius cernimus, quam sit falsa tertia illa sententia, quam Doctor Fõseca retulit, asserẽs naturam in singularibus existentem retinere aptitudinem ad existendum in multis, licet impeditam, & ideò quasi remotam, quemadmodum, qui actu ridet, retinet potentiam non ridendi, & qui actu sedet, potẽtiam stãdi, falsum inquam est, quia natura per contractionem fit incommunicabilis, adquirit que, non solum actum oppositum, sed ineptitudinem oppositam tollentem prorsus aptitudinem: & in hoc cernuntur dissimilia exempla omnia, quæ pro se affert, nullum enim oppositam aptitudinem, vel potẽtiam continet, sed actum duntaxat (vt consideranti facilè patebit) sufficiat autem nobis, id ostẽdere in exemplo omnium accommodatissimo, quod illa sentẽtia pro se attulit, de materia prima habente formam aquæ, per quam nõ tollitur aptitudo recipiendi formam ignis, sed impeditur actus, quod verissimum est, quia forma aquæ, non tribuit materiæ potentiam, aut ineptitudinem oppositam ei, quam naturaliter habet, sed eam perficit, tanquam actus oppositus formæ ignis (vtriusque enim ex se capax est) contractio verò ad singularia, non solum tribuit naturæ actualem communicationem respectu huius singularis incompossibilem prorsus cũ communicatione actuali respectu alterius, sed oppositam ineptitudinem, aut impotentiam cum eam efficiat, non solum, non communicatam alteri, sed simpliciter incommunicabilem, ita, vt alteri indiuiduo, non possit vllo modo, aut vllo tempore, realiter cõmunicari, sicut potest materia prima recipere formam aliam ab ea, quam habet, & passim eam recipit, & hac solutione itur obuiam omnibus argumentis eiusdem sententiæ, quia omnia in eo innitũtur, quod potẽtia, non tollitur per actum cõtrarium, quod licet verum sit, nihil aduersus nostram sententiam efficit, cum natura, per cõtractionem ad singularia, nõ solum actum cõtrarium, sed contrariam prorsus aptitudinem, vel (vt proprius loquamur) ineptitudinem habeat ad existendum in multis.

Ostenditur falsitas tertię sẽtentiæ

77

ad argum. tertiæ sententiæ.

Ad secundã obiectionẽ resp.

Secunda autem obiectio, probat quidem aptitudinem naturæ, vt participetur à multis, fũdamentum remotum habere in modo essendi ipsius, sed proximè non est apta ad existendum in multis, nisi in quantum, vt indifferens consideratur, hoc est, abstracta à singularibus conditionibus, per quas vltimo determinatur, atque incommunicabilis, fit. Habet itaque natura humana, etiam in singularibus existens fundamentum huius aptitudinis, in quantum ex talibus principijs naturalibus constituta est, videlicet ex tali materia, & tali forma, quarum ratione non repugnat, vt indiuiduum hoc, & 78
illud habeat, aliud, & aliud sibi simile in specie: sed quia aptitudo dicit indifferentiam vnius naturę ad existendum in pluribus, non cõuenit naturę in singularibus existenti, cum neque sit vna, neque indifferẽs, nisi in fundamento remoto, quia in quantum potest per intellectum præscindi ab incommunicabilitate, talis aptitudinis capax est.

Ad argumenta Scoti respondetur.

Ecce ostendimus iam, tam vnitatem, quã aptitudinem requisitam, & sufficientem ad rationem vniuersalis, per intellectum cõuenire naturæ, & non ex se, non realiter, neque ante operationẽ intellectus (vt opinio Arist. & D. Tho. atque communis, quã sequimur profitetur) superest argumenta in fauorem Scoticæ sententiæ in initio huius controuersiæ præiacta soluere: & primo damus libenter naturã ex se vnam esse formaliter vnitate formali, qua aliquid est in se vnũ, non tamen vnitate vniuersali, quæ præter formalem prædictam, quam pro fundamento postulat, addit 79
indiuisionem numeralem, quam constat, non habere ex se, cum non habeat in singularibus, in quibus diuisam potius, ac multiplicem esse constat, ad summum ergo erit vniuersalis ante operationem intellectus in fundamento remoto, quia vnitas formalis, quã habet singularizatã in indiuiduis, ex se nõ est determinata, non diuisa, non singularis effecta, sed hæc omnia habet ab vnitate numerali, cui cõiuncta est à qua proinde potest, per considerationem intellectus abstrahi, & vt vna, atq; indifferens accipi, atq; adeò, vt vniuersalis, quod propterea, non habet vnitas numerica, quia ex se, & ab intrinseco ratio singularitatis, diuisionis, atq; 80
incommunicabilitatis est, à qua proinde repugnat abstrahi.

Ad I. Scot.

Ad

Ad II. resp. Ad secundum dicimus, omnia illa attributa vniuersalium, intrinsecum ordinē ad intellectū importare, vt quòd sint obiecta scientiarū, quòd ex intrinseca connexione vniuersalium prædicatorum, & proprietatum cum essentia propositiones perpetuæ veritatis constituere possint: & quod per nomina, & conceptus vniuersales designentur, quare solum probat argumentum, naturam effici ab intellectu vniuersalem, supposito tamen in rebus ipsis fundamento saltem remoto (vt copiosè à nobis expositum est.)

Ad III. respon. Postremum argumentum, soluitur ferè ex doctrina tradita in corpore quæstionis: admittimus namque, naturam ex se nō esse incōmunicabilem multis, sed negamus ex se esse communicabilem: nam quod à pluribus participetur, non habet ex se, sed ratione singularium conditionum, quibus quasi modo accidentali coniungitur, cum sint extra essentiam eius vtrumq; igitur naturæ accidit, & quod multis communicetur, & quod ad talem communicationem indifferens sit, illud, per contractionē ad singularia, hoc vero per considerationem intellectus, eam concipientis, non conceptis singularibus conditionibus, per quas incommunicabilis fit, quo circa non habet vnitatem, nec aptitudinem, vt à multis participetur (quæ ad rationem vniuersalis apprimè necessaria sunt) ex se, realiter, aut ante operationem intellectus, sed per eam vtrumque consequitur.

Quomodo satisfactum sit reliquis argumētis. Argumentis autem aliarum opinionum incidenter satisfecimus, dum eorum fundamenta infregimus.

QVAESTIO QVINTA. vniuersalis.

Fiat ne vniuersale opere intellectus agentis, vel possibilis?

Ad quæstionem notabilia.

11. IN mentem venit celebris illa sententia D. Augustini, non minus vera, quam in scholis repetita: *Ab obiecto, & potentia pariter notitia*, quæ iure optime præsētis cōtrouersiæ initium præbebit, eam sub his verbis scriptam reperi. 9. lib. de Trinitate cap. 12. *Vnde liquido tenendum est, quod omnis res, quamcunque cognoscimus, congenerat in nobis notitiam sui: ab vtroque enim notitia pariter, à cognoscente, & cognito, &c.* eiusmodi autē notitiæ partus, ab obiecto incipit, in potentia perficitur, tali ordine. Quæcunque res à nobis intelligenda, ad visum, aliumvè exteriorem sensum per quandam sui similitudinem (speciem communi loquendi modo appellatam) peruenit, & in potentia ipsa sensitiua inhærens, præsens ei obiectum facit, sicque sentitur, virtute autem exterioris sensationis peractæ, alia eiusdem obiecti species in priori sensu interiori producitur, qui communis sensus ea propter appellatur, quia omnium sensuum exteriorum sensibilia percipiens, discrimen inter eorum naturam statuit, simplici quodam intuitu iudicans audibile aliud esse, à visibili, hoc à tangibili alienum esse, & sic de cęteris: hæc autem communis sensatio obiecti vim habet imprimendi speciem aliam in phantasia, seu virtute imaginatiua, vel sensitiua memoria (quæ omnes nunc pro eadem reputantur) in qua eiusmodi species sensibilium obiectorum, quæ phantasmata appellantur, asseruari solent, specie autem obiecti externis iam, ac internis sensibus impressa, & vsque ad phantasiæ virtutem deducta, incipit operatio intellectiuæ potentię, cuius modum, vt percipere valeamus, erit. I. notabil. 12.

Secundo notandum, geminam esse intellectiuam virtutem positam ab Aristotele in anima nostra 3. lib. de anima tex. 1. vsque ad 10. alteram, qua disponitur, ac velut præparatur obiectum, vt intelligibile fiat: qua percipitur, vel intelligitur: aliam, obiectum namque in phantasmatē repræsentatum singulare est, & materiale, cum certum sit non esse obiectum à sensibus perceptibile, nisi his conditionibus vestitum: intellectus verò virtus est rationalis animæ materię expertus, ideò immaterialis est & spiritualis potentia, in qua similitudo materialis obiecti non est receptibilis, nisi spiritualis fiat, necessaria igitur est quædam alia virtus animæ spiritualis, cuius operatione immaterialis imprimatur species eiusdē obiecti sensibus percepti, in intellectu, à quo percipiendum est; quæ in eo recepta obiectum præsens cōstituat, nō dissimili ratione, qua præsens nobis fit res, per sui imaginem. Eiusmodi autem spiritualis obiecti imago, operatione huius virtutis intellectualis tanquam principalis causæ producitur, phantasmate quidem, vt materia, seu instrumento cum ea concurrente, quemadmodum II. notab.

modum species visibilis in potentia visiua imprimitur, luminis corporalis, & obiecti visibilis operatione, quo exemplo vtitur Aristotel. 3. de anima tex. 18. Ideò virtus hæc speciei intelligibilis productiua, lumen quoddam spirituale vocatur, quia similem præstat effectum in ordine spirituali, & intelligibili, ac corporale lumen in ordine materiali, & sensibili, appellatur etiam ab Aristotele, & vniuersa schola intellectus agēs propter eius officium, quod non est intelligere, sed obiectum intelligibile facere, speciem eius spiritualem simul cum Phantasmate in intellectu imprimendo. Posterior autem virtus obiectum percipiens, intellectus possibilis appellatur, ea ratione, quia subiectum est, circa quod agens intellectus simul cum phantasmate operatur, in qua operatione passiuè potius, quam agēdo occurrit, hoc est, productam speciem recipiendo, qua producta, & recepta, cessat operatio intellectus agentis, & ea informatus possibilis proprium intelligendi actum elicit, eoque obiectum cognoscit.

III. notab. Adnotare oportet tertio, duplicem abstractionem à diuersis opinātibus poni. Nam quidam asserunt intellectū agentē abstrahere naturam à conditionibus singularibus, quia putāt imprimere posse speciem intelligibilē intellectui possibili repræsentantē naturā, nō repræsentatis conditionibus indiuidualibus, & productionē huius speciei abstractionem vocant, quia natura repræsentata sine conditionibus, abstracta ab illis repræsentari censetur. Post hanc vero abstractionem sequitur alia in intellectu possibili intelligente eandem naturam sine conditionibus indiuidualibus. Alij vero abstractionem nullam tribuunt intellectui agenti, arbitrati eum non posse talem imprimere speciem, sed singularem sicut in essendo, sic in repræsentando, vt naturam simul cum conditionibus repræsentet, & intellectus possibilis sua virtute vnum ab altero secernere possit,
83. hoc est, naturam à conditionibus eam intelligens eisdem conditionibus, non intellectis, de qua abstractione locutus est absq; dubio Arist. 1. Phy. tex. 18. illis verbis: *Abstrahentium non est mendacium*: & hæc satis communis totius fermè scholæ sententia, vt 3. l.b. de anima constabit, sed præter hanc cognitionem intellectus possibilis, constituunt quandam aliam operationem eius, simplicem quidem, in qua nihil affirmationis, aut negationis reperitur, sed per quam cognoscitur vnum in ordine ad alterū, vt dum intellectus cognoscit Patrem, sua natura ordinatum ad filium, aut albedinem in pariete inhærentem, ac proptereà comparatio, aut comparatiua notitia iure vocatur (& nisi ego fallor) respectu abstractionis proxime explicatæ, quasi reflexa notitia, seu cognitio appellari potest, quia, eam præsupponens, super eam quoque reflectitur, eandē naturam apprehensam, non cognitis singularibus, cum eisdem comparans, quod est in ordine ad singularia eandem illam agnoscere, vt inferius explicabitur.

Et iuxta varias eiusmodi abstractiones, & comparatiuam notitiam, variæ quoque circunferuntur in schola dialecticorum opiniones.

~~Tertia~~ Prima sententia Caietani, eiusquè fundamenta.

Tenet autem prima, per operationem intellectus agentis, & priusquam ab intellectu possibili, cognoscatur natura, vniuersalem fieri, quā sequūtur Caietan⁹ opusc. de ente, & essentia, c. 4. q. 6. ad finē, Magist. Sotus quæst. 3 vniuersalium, Zumel. 1. par. quæst 13. art. 7. conclus 3. Magist. Oña quęst. 4. vniuersalium. art. 5. concl. 1. I. sentētia Caieta.

Et videntur eam accepisse, ex doctrina Arist. 3. l.b. de anima tex 18. vbi officium intellectus agentis cum lumine corporeo conferens, docet, efficere sua operatione rem actu intelligibilem, quemadmodum lumen illustratione materiali, efficit colores, visibiles actu, sed rem esse actu intelligibilem, non est aliud, quàm esse actu vniuersalem, cum sit proprium obiectum intellectus vniuersale, ergo censet efficere naturam actu vniuersalem. Probatur ex Arist.

Idque efficax ratio videtur conuincere, ex ipsamet vniuersalis definitione quæstione pręcedenti, ex diuersis locis Aristotelicæ doctrinę à nobis allata: *Vniuersale est vnum in multis, & de multis, aut præter multa*, sed cum primum natura repræsentatur in specie intelligibili, non repræsentatis conditionibus, est vna, cum nihil ibi repræsentetur ratione cuius multiplex censeatur: est etiam apta, de multis prædicari, ergo simpliciter enunciandum est, esse vniuersalem, & prædicabilem. I. ratio.

Secundo, naturam esse vnam vnitate vniuersalis, duo importat, vnum pro fundamēto, II. ratio.

quod

quod est vnitas formalis eiusdem naturæ ex se consideratæ, aliud pro ratione formali, quod est negatio diuisionis numericæ, per hāc enim diuiditur natura in singularibus, eiusq; vnitas formalis multiplex efficitur, præterea naturā esse aptam, vt in multis actu existat, non est aliud, ab eadem vnitate formali eius, & non repugnantia, vt pluribus communicetur, sed ist hæc omnia assequitur natura, per repræsentationem in specie intelligibili: est enim vna formaliter, per vnam essentiam, & assequitur negationē diuisionis numericæ, cum sine conditionibus, per quas diuiditur, repræsentetur: ergo est vna vnitate vniuersali, & per eādem abstractionem à conditionibus, assequitur etiam negationem incōmunicabilitatis, ergo est apta à pluribus participari, habetq; proinde vtramq; conditionem requisitam, ac sufficientem, vt vniuersalis sit, & appelletur.

84.

Confirm. Et corroborari adhuc potest, quia si daretur Idea Platonica, seu homo realiter à singularibus separatus, eo ipso esset vniuersalis simpliciter, cum sit vnū præter multa, vnum multis commune, & aptum, vt ab eis participetur, cū ergo non detur vniuersale realiter, nec ante operationem intellectus, sed per eam fiat, tūc censebitur vniuersale secūdum rationem quādo easdem per intellectum conditiones fuerit assecutum quas haberet, si realiter esset vniuersale, sed eas assequitur, per abstractionem intellectus agentis, ergo per eam dicetur simpliciter vniuersale, probatur minor, nam idea illa, vel homo vniuersalis, nihil aliud haberet quam esse realiter separatum à singularib', & ex hoc esset vnus, aptusque ab eisdem participari, atque adeò vniuersalis, sed tantundem habet natura secundum rationem, dum in specie repræsentatur sine conditionibus, ergo erit facta vniuersalis per intellectum agentem.

III. ratio. Probatur tandem, nam si aliquid deesset tali naturæ, sic repræsentatæ ad rationem vniuersalis, esset denominatio à secunda intentione vniuersalitatis, sed hæc in primis, non est necessaria, cū vnitas ad rationē vniuersalis requisita, & sufficiens, non sit forma positiua, sed negatio diuisionis numericæ, cadens supra vnitatem formalem naturæ, quam ex se habet, ergo cū hanc habeat, per abstractionem intellectus agētis, nō est sibi necessaria positiua denominatio intellectus cognoscentis, sed ante illā dicetur simpliciter vniuersalis, & esto talem formā positiuam vniuersalitatis, tanquā necessariam admitteremus, non deesset naturæ, cū primum in specie intelligibili repræsentatur, nam entia rationis id habent, vt prius, quam actu sint, dummodo sint in fundamēto proximo, subiectum simpliciter denominent, quod in priuatione cernimus, nam licet sit ens rationis, & idcircò non detur actu ante operationem intellectus, denominat nihilominus subiectum propter proximū fundamentum, quod in eo habet: cæcus etenim, denominatur homo ante operationem intellectus, quamquam cæcitas denominans nondū sit, nisi in fundamēto proximo, quousq; ab intellectu cognoscatur, sed natura repræsentata, sine conditionibus proximum fundamentum est secundæ intentionis mox futuræ, vt ab intellectu cognoscatur eadem natura, prius quā sit, ac proinde, priusquā natura cognoscatur, eam denominare poterit vniuersalem, non secus, ac cæcitas: (esto sit ens rationis) denominat hominē cæcū prius quam ab intellectu cognoscatur. Quod etiam cōfirmare possumus, nam prius, quā natura cognoscatur ab intellectu, cū primum abstracta est ab intellectu agenti, est obiectū sciētiæ, & potentiæ, non solum materiale, & remotum, sed formale, & proximum, sed obiectum scientiæ est vniuersale, ergo erit etiam vniuersalis.

Alia sententia cum fundamentis earum referuntur.

Secunda opinio, abstractionem intellectus agentis, etiā si necessariam iudicet, non reputat sufficientem, ad constituendam naturam vniuersalem, nec tamen necessariam comparatiuam notitiam intellectus possibilis, sed primā eius cognitionem, per quam natura sic repræsentata in specie cognoscitur, non cognitis singularibus conditionibus, requisitam esse, & sufficientem, placuit hæc sententia Durando in 1. d. 3. q. 5. ad 2. & in 2. d. 3. q. 7. nu. 12. placuit etiam Doctori Toleto q. 2. vniuersalium. **II. opinio.** 85. Durand. Toletus.

I. ratio. Cuius duo sunt potissima fundamenta, primum, quia formalis denominatio vniuersalis, confertur naturæ ab intellectu, cum primū ab eo cognoscitur, tanquam aptum fundamentū talis denominationis, sed per simplicem abstractionem, qua cognoscitur, non consideratis cōditionibus singularium, consideratur indifferens respectu eorum, ergo consideratur tanquā proximum, ac sufficiens fundamentum, cui

cui nihil deest, ad suscipiendam denominationem vniuersalis, per tuam igitur notitiam ei confertur ab intellectu.

II. ratio. Fundamentum secundum est, diuersum quid esse, naturam suscipere generalem denominationem vniuersalis, vel specialem generis speciei, aut alterius prædicabilis: nam posterior hæc denominatio, non solũ postulat simplicem notitiam eius abstractiuam, sed talium inferiorum, indiuiduorum videlicet, atque specierum, atque ex consequenti comparationẽ eiusdem naturæ ad illa, vniuersalis verò denominatio, non petit talem indiuiduorum notitiam, sed ex simplici cognitione naturæ, sine conditionibus resultare potest, cum cognoscatur, vt in se vna, vt in se indifferens, vt in se apta à multis participari, ex quib. sequitur, sufficientem esse ad constituendã naturam vniuersalem, vt sic, quanquam non speciẽ, aut genus, non erit igitur necessaria comparatiua notitia ad primum, quanquam omnino sit ad secundũ requisita.

III. opinio. Tertia sententia, nec abstractionem intellectus agentis sufficere arbitratur, nec abstractionem possibilis ad efficiendam naturam vniuersalem, sed comparatiuam notitiam omnino requiri per quam cognita natura, sine conditionibus singularibus, cũ eisdem singularibus conferatur, eam amplexi sunt Paulus Soncinas 5. Metaph. quæst. 27. concl. 2. & 10 Metaph. q. 15. Niphus 7. Metaph. q. 17. concl. 1. Deca Hispalensis in 1. d. 3. q. 2. ar. 4. ad 1. Canariensis q. 28. 1. partis art. 1. fol. 41. hisceque rationibus fulcitur.

Soncinas. Deca. Niphus Canariensis.

I. ratio. Prima, rem esse vniuersalem non est realis denominatio, cum à parte rei omnes naturæ singulares sint, & vniuersalis nulla (vt quæst. præcedenti copiose ostendimus) sed quam intellectus eis tribuit: intellectus autem nequit

86. denominare aliquid vniuersale, nisi illud, vt tale cognoscat, ergo formalis denominatio vniuersalis, non tribuitur, nisi ab intellectu cognoscente: tunc vltra, intellectus cognoscens imponit nomen iuxta exigentiam rei cognitæ, sed vt natura sit, & appelletur vniuersalis, oportet vnam esse, pluribusque communem, de quibus apta sit prædicari, talis igitur cognoscenda est, vt appellatio vniuersalis ei cõferatur, sed vna in pluribus non cognoscitur, nisi eis cognitis, cum quibus proinde natura ipsa confertur, non ergo sufficit abstractio intellectus agentis, vt natura denominetur ab intellectu vniuersalis, cum hæc in solam naturã feratur, non in inferiora (vt fatetur secunda sententia) sed omnino requiritur comparatiua notitia.

Secunda, vniuersalitas naturæ consistit in relatione ad inferiora, de quibus prædicabilis est, vt definitio vniuersalis admonet, ἓν ἐπὶ πολλῶν in multis, & de multis, in qua duo extrema collocantur, natura, quę vniuersalis dicitur, ad inferiora, in quibus est, ac de quibus enunciari apta est, vt innotescat vniuersalis appellationem, non esse absolutam, sed respectiuam, quę inter eadem extrema versatur, relatio autem realis esse nequit, ergo erit relatio rationis ideoq; opere intellectus fabricata, sed relationem inter extrema, non valet constituere, nisi vtrunque cognoscat, atque inter se se conferat, cum relatio ipsa sit formaliter comparatio extremorum, notitia igitur comparatiua opus est ad constituendum vniuersale, & quæuis alia cognitio non sufficit. II. ratio.

Quarta sententia proponitur, & probatur ex professo.

Quartam sententiã inuenerunt alij, duas præcedentes quasi amplectentem, vel medium certè constituentem inter vtramque, quo ad concordiam reuocetur, nam cum displiceret eis prima, & necessarium reputarent vniuersale fieri, per notitiam intellectus abstractiuam, aut comparatiuam, hac distinctione vsi sunt, vt vtramque ex parte asserentur: vniuersale dupliciter potest à nobis cõsiderari, primo, vt quid absolutum secundum esse, quod potest fundare aliquam relationem: secundo, vt formaliter relatiuum secũdum esse, ordinem ad inferiora importans, primo modo intelligeretur vniuersalis homo à parte rei, subsistens separatus à singularibus iuxta Platonicam sententiam, qui certè, non esset vniuersalis propter relationem realem secundum esse ad inferiora, sed propter vnitatem suam cum intrinseca, & substantiali aptitudine ad existendum in multis, & qui ponũt naturam esse secundum se & realiter vniuersalem, non ponunt vniuersalitatem realem in relatione, cum apertum sit naturam, non esse re distinctam à singularibus, ac proinde, non posse per relationem realem ordinari ad illã, sed absq; dubio in proprietate absoluta, quæ est vnitas quædam, & communitas talis naturæ: hæc igitur exempla, quamquam à veritate aliena declarant conceptum vniuersalis, vt sic, IV. opinio. 87.

non esse conceptum relatiui secundum esse, sed rei absolutæ habentis modum talem essendi, in quo habeat indifferentiam, & aptitudinem ad existendum in multis. Nec referre aiunt, quod hæc aptitudo videatur per modum respectus explicari, nam sicut in potentia reali intelligimus respectum transcendentalem, & secundum dici, priorem respectu prædicamentali secundum esse, & inclusum in re absoluta, ita in præsenti possumus concipere hanc aptitudinem rei vniuersalis, vt absolutam quidem in se, licèt explicetur per modum respectus transcendentalis: & rursus aptitudo hæc, quæ concipitur ad modum potentiæ habentis saltem transcendentalem ordinem ad ea, quibus natura potest se communicare: potest etiam intelligi, vt fundamentum sufficiẽs ad relationem, vel habitudinem ad eadem inferiora, quæ habitudo concipitur, vt quædã relatio secundum esse, & vocari etiam potest vniuersalitas quædam, cum sit aptitudo vnius ad multa, in quibus esse potest, vel de quibus potest prædicari: & hæc est secunda consideratio vniuersalis, non per modum absoluti, sed relatiui secundum esse, cuius totum esse est ad inferiora referri: itaque vniuersale primo modo consideratur, vt in se est vnum, & commune, quæ consideratio absoluta est, licet eam consequatur relatio secundum dici ad inferiora. Secundo, vt relatum ad eadem inferiora, quo pacto nihil absolutum importat, sed totum suum esse est ad aliud, seu alia, & videtur mihi exemplum scientiæ accommodatissimum ad hãc sententiam explicandam: nã sub nomine scientiæ absolutum quid est, videlicet habitus, & qualitas, quam consequitur respectus, secundum dici ad obiectum: si verò cõsideretur sub nomine, & ratione mensurabilis per obiectum, nihil absolutũ importat, sed solam relationem sciẽtiæ ad illud tanquam ad mensuram: vnde sub consideratione priori ad prædicamẽtum qualitatis, sub posteriori ad prædicamentum ad aliquid referenda est: atque in tertio genere relationum collocanda: prior ergo consideratio vniuersalis æquiparatur priori considerationi scientiæ, ideo absoluta censetur: posterior verò posteriori, ac proinde purè relatiua.

18. Nunc ergo vniuersale priori modo acceptũ fieri censent, per directam operationẽ intellectus præcise, & abstractè concipientis naturã communem, absq; differentijs contrahẽtibus, quod benè probare aiunt argumenta secundæ opinionis, quæ corroborari adhuc possunt euertendo fundamenta opinionis tertiæ, hũc in modũ, de ratione vniuersalis, non est aliqua relatio secundum esse, ergo quamuis in natura abstracta, non intelligatur similis relatio ad inferiora, potest intelligi actu vniuersalis, probatur sequela, quia si relatio secundum esse non est necessaria, nihil aliud deesse potest, cum adsit natura cõmunis, & ad modum subsistentis abstracta ab indiuiduis, quæ ita se habet in tali statu per intellectum, sicut se haberet realiter, si à parte rei subsisteret separata ab eisdem, sed tunc foret realiter vniuersalis, ergo & nunc est vniuersalis intellectuali modo: sed probatur antecedens, quia vniuersale importat vnitatem, & aptitudinem, sed vnitas est quid absolutum, cum per eam aliquid sit in se vnum, atque etiam aptitudo, cum sit per modum potentiæ, quæ qualitas absoluta est, licet explicetur per respectum ad alterum, ergo non indiget natura, vt sit vniuersalis actu, relatione secundum esse.

I. ratio probans vniuersale nõ dicere relationem.

Secũdo, in natura illa sic concepta, est noua vnitas rationis, quia habet vnum conceptum obiectiuum indiuisibilem in plures similes, habet etiam communitatem, seu aptitudinem, vt sit in multis, ac de eis prædicetur, ergo nihil illi deest ad rationem vniuersalis. *II. ratio.*

Vniuersale verò sub consideratione posteriori, in quantum importat vniuersalitatem à nobis conceptam, per modum relationis secũdum esse, non potest resultare per solam notitiam abstractiuam, sed fit absq; dubio per comparatiuã cuius ea est ratio, quia vniuersalitas hoc modo sũpta, est relatio, non realis, sed rationis, ergo nõ est in natura dum abstractè, & absolutè cognoscitur, quia ex vi talis cognitionis, non refertur per intellectum ad inferiora, quousq; ad illa cõparetur: quare nec est hoc modo vniuersalis, per notitiam abstractiuam: vnde colligunt secundam, & tertiam sententiam posse ad cõcordiam reuocari, si quælibet vnum affirmet, & non excludat alterum: secũda quidem vniuersalitatem absolutam cõueni re naturæ, per simplicem notitiã abstractiuã, per quam cognoscitur, non cognitis singularibus, nõ excludẽs comparatiuam notitiam, vt omnino necessariam pro vniuersalitate relatiua constituenda: tertia verò hanc vniuersalitatem per comparatiuam notitiam fieri, non excludẽs, quin absoluta fiat, per abstractiuam, nihil enim obstat, quod eidem naturæ possit per intellectum conuenire duplex ratio vni-

Quomodo vniuersale dicat relationem.

19.

uersalitatis, absoluta scilicet, & respectiua, quas intellectus, per diuersas operationes confert ita, vt absoluta, quæ prior est, sit fundamentum relatiuæ: neque etiam repugnat, aliquid habens modum absoluti conuenire naturæ, per intellectum: si eiusmodi sit, vt solum per extrinsecam denominationem ei conueniat, esse nãque abstractam naturã, seu vniuersaliter conceptam, nihil ei addit intrinsecum, sed extrinsecam solum denominationem ab actu intellectus, videlicet esse abstractam, vel vniuersali modo cognitam: quemadmodum extrinseca solùm denominatio est in pariete esse visum, eiusmodi autem extrinseca denominatio, non consistit in relatione rationis. potest tamen intellectus super eam conferre relationem rationis, si naturam cum inferioribus cõferat, eamq; vniuersalem denominare relatiua denominatione, per alteram operationem à priori distinctam, quam cõparatiuam notitiam merito vocant.

Testim. D. Tho. pro prima opinione. Sententiam D. Tho. in hunc locum referendam distuli, quia tres primos opinandi modos diuersis suæ doctrinæ locis videtur complecti: primum quidem opusc. 55. non longè a principio, vbi hęc habẽtur verba: *Vna, & eadem natura, quæ singularis erat efficitur postea vniuersalis per actionem intellectus depurantis ipsam à cõditionibus, quæ sunt hic, & nunc, &c.* per intellectum autem depurantem naturam, videtur agentem intelligere, cum ille sit, qui sua operatione producit speciem intelligibilem eam repræsentantem sine conditionibus, quod est, eam à conditionibus depurare, nam possibilis eam videtur, iam depuratam cognoscere. quem etiam sensum tenuit q. vnica de anima in disputatis, arti. 4.

Testimonium pro secunda opinione. Secundum modum expressit 2. lib. Phy. lect. 3. & 1. p. q. 85. ar. 2. ad 2. hisce verbis: *Sed quod humanitas apprehendatur sine indiuidualibus conditionibus, quod est ipsam abstrahi, ad quod sequitur intentio vniuersalitatis: accidit, humanitati, secundum quod percipitur ab intellectu, in quo est similitudo naturæ speciei, & non indiuidualium principiorum, &c.*

Testimo. pro tertia opinione. Postremum, deniq; duobus alijs scripsit locis 1. lib. de interpretatio. lect. 10. sic loquens: *Quandoq; attribuitur homini aliquid sic consideratò quod pertinet ad solam cõsiderationem intellectus, vt si dicatur, quod homo est prædicabile de multis, siue vniuersale, huiusmodi enim intentiones format intellectus attribuens eas naturæ intellectæ secundum quod cõparat ipsam ad res, quæ sunt extra animam, &c.* Simili etiam loquendi modo vtitur, in 1. d. 2. q. 1. ar. 3. in corpore, & 1 p. q. 28. ar. 1.

Quædam prænotantur veraque sententia exponitur.

VT autem, quid in hac re tam difficili tenendum sit, aperiamus: apprimè obseruandũ est illud, quod D. Tho. 7. li. Metaph. lect. 8. & opus. 42. cap. 5. docuit, nempè vniuersale concretum nomen esse, & accidentale, sicut album, aut simile, cum notum sit ex quæstione præcedenti: vniuersalitatem rationem esse cuicunque naturæ accidentalem per intellectum ei attributam: iuxta leges igitur aliorum concretorum accidentalium materiale, & formale significatum habere debet: materiale significatum est natura, quæ denominatur vniuersalis, formale vero, vniuersalitas ipsa denominans, quæ non est forma realis, inhærens subiecto, sicut albedo, aut similitudo: sed ab intellectu fabricata, secundum modum formę realis inhærentis. nam pari similitudine denominatur homo vniuersalis, seu species, & animal genus ab intellectu, ac denominatur albus ab albedine, vel similis à reali similitudine: & ex hac doctrina verissima, apparere iam incipit multorum deceptio existimantium extrinsecam esse denominationem vniuersalis ab actu, seu notitia reali, per quam natura cognoscitur, sine conditionibus, quia vniuersalitas nihil est intrinsecum in ipsa natura denominata, sed talis dicitur sicut paries visus, aut dexter visione reali existenti in oculo, vel à reali dexteritate animalis: quod autem aperta sit deceptio, ex eo facilè intelligitur, quod denominatio, cognitę, vel abstractæ realis absque dubio est, quamquam extrinseca, cum fiat à cognitione, seu abstractione, quæ realis operatio intellectus est: quo circa non potest esse denominatio vniuersalis, cum hæc non sit realis, sed fabricata ab intellectu (vt communis tenet sententia) nam denominatio speciei, vel generis, alteriusvé vniuersalis, non est denominatio cogniti, aut abstracti, sed eius, quod vnum est aptum est esse in multis: specialis igitur, & ab intellectu attributa naturæ iuxta modũ, quo eam sic vnam, & aptam cognoscit, & non generalis, quales sunt abstractæ, seu cognitæ, sine conditionibus: quid enim diceretur intellectus fabricare, dum vniuersalem denominat naturam, si esse vniuersalem solum esset denominatio realis extrinseca abstractæ, vel sine cõditionibus cognitæ: prærequiruntur ergo tales deno-

Nota I. ex D. Thom.

denominationes reales extrinsecæ, vt denominatio propria vniuersalis ab intellectu excogitata sequatur, ipsæ autem longè diuersæ sunt.
90. His accedit, quod licet vniuersalitas non sit aliqua forma inhærens ipsi naturæ cognitæ ab intellectu attribuitur ad modum, & similitudinem formæ inhærentis: nam si vniuersalitas esset realis ex se conueniens naturæ, & ante operationem intellectus, formalis, & intrinseca absque dubio foret denominatio, & substantialis, vel accidentalis, ergo, rationis cum sit, habebit etiam modum formalis, atque intrinsecæ, sicut denominatio albi, vel similis: dum ergo attribuitur naturæ ab intellectu, iuxtà eundem modum debet attribui, denominatio autem abstracti, seu cogniti sine conditionibus ex propria ratione est extrinseca ab actu reali, nec attributa naturæ ab intellectu, sed naturaliter sequitur ex ipsamet cognitione, quare longè diuersa est à denominatione vniuersalis.

II. Nota. Secundo adnotandum est, concretum nomen accidentale, præter realem formam inhęrentem, ac denominantem, subiectum postulare, aptum quidem ad talem denominationem suscipiendam, quod si sit relatiuum, specialem postulat aptitudinem in subiecto: videlicèt proximum fundamentum relationis, per quod aptum sit, ad suscipiendam formam relatiuam: vt simile, præter relationem similitudinis, quæ est forma, postulat subiectum, non solum album, vel nigrum, sed habens vnitatem albedinis specificam, cum altero, atq; etiam proportionem in gradibus intensionis, sine quib. non est capax relationis: ita ergo de vniuersali sentiendum est, quod præter formam vniuersalitatis petit absque dubio subiectum aptum ad talem denominationem suscipiendam, eiusmodi autem subiectum natura est, quæ talis denominatur ab intellectu, & cum vniuersalitas sit forma relatiua (vt mox ostendetur) non non est natura aptum subiectum eius, nisi proximo fundamento afficiatur: etenim si eam in singularibus existentem contempleris, inuenies esse singularem, multiplicem in multis, & in singulis incommunicabilem, ineptamque proinde ad suscipiendam denominationem talis formæ, postulat ergo, vt aptum subiectum sit, proximum fundamentum eiusdem relationis.

III. Nota. Adnotandum est tertio, fundamentum relationis duplex esse, proximum, & remotum, vt in singulis relationum generibus facilè ostendi potest, nam fundamentum remotum relationis specificæ identitatis est natura singularis, in quolibet indiuiduo reperta, proximum verò eadem, prout habet vnitatem specificam cum altera alterius indiuidui, remotum fundamentum paternitatis est potentia generandi, vt potentia est proximum, eadem potētia, prout reducta ad actum per actionem generandi, & vtrumque habere debet subiectum, vt aptum censeatur ad suscipiendam denominationem relatiuam, non enim consurgit relatio in subiecto (vt communis schola protulit) nisi posito fundamento, & termino, vtrunq; igitur fundamentum habere debet natura, vt sit aptum subiectum formæ vniuersalitatis, quæ relatiua est, per quam constituitur formaliter concretum, hoc, quòd vniuersale appellamus. 92.

IV. Nota. Vt autem explicemus, quid nam remotum, quid proximum fundamentum vniuersalitatis sit, adnotandum est quarto: comparationē esse, operationem intellectus, quasi reflexam, quia per eam fertur intellectus in extrema cognita, cum repugnet planè, ea, nisi cognita cōparare, vnde quasi super cognitionem cadit, & licèt aliquis dicere possit, per eundem actum cognitionis, posse intellectum extrema cognoscere, & ea comparare, & fortasse verum id sit, negari tamen non potest cognitionem, & cōparationem esse diuersas rationes eiusdem actus, quarum vna præsupponit alteram, nempè comparatio cognitionem, non enim comparatur aliquid cum altero ab intellectu, nisi cognitum: quæ cum ita se habeant, hoc ordine excogitandum est, procedere hominem in suis actibus, dum vniuersalem naturam constituit, vt postquam per sensationes vsque ad operationem phantasiæ, singulare aliquod eius apprehendit, mox sequatur opus intellectus agentis, qui ministerio phantasmatis speciem intelligibilem imprimit intellectum possibilem absque vlla cognitione (nam hæc potentia animæ non est cognoscitiua, sed solum productiua speciei) per quam speciem repræsentatur natura, non repræsentantis conditionibus singularibus (supposito, quod per talem operationem producitur species rei vniuersalis) talis autem repræsentatio naturæ in specie, necessario præ requisita est, vt possit ab intellectu cognosci sine conditionibus: tùm quia species ipsa eam repræsentans, necessaria est ad cognitionē, cum sit principium eius, tanquam virtus obiecti, tùm etiam, quia per eam assequitur natura

repræsentata, vt habeat esse sine conditionibus per extrinsecam saltem denominationem ab specie, sic eam repræsentante, atque adeò, vt possit esse obiectum simplicis abstractionis intellectus possibilis, per quam sicut repræsentatur, cognoscitur, hoc est non cognitis eisdem conditionibus, nequaquam in specie repræsentatis. Itaque per abstractionem intellectus agentis, non assequitur natura proprium nomen vniuersalis, sed repræsentatæ sine conditionibus: cæterum quia ex tali repræsentatio-
93 ne assequitur vnitatem quandam negatiuam, cum verum sit iam non esse multiplicem, aut diuisam, atque etiam negatiuam aptitudinem, cum vt sic repræsentata, non sit iam incommunicabilis, nec determinata ad vnum indiuiduum, sed quasi indifferens, vt in multis possit existere: propter talem vnitatem, & aptitudinem negatiuam, vocari etiam potest negatiuè vniuersalis, sed adhuc censetur remotum fundamentum vniuersalitatis positiuæ, ac formalis, quam concretum nomen vniuersalis importare diximus, hanc autem formam, solus intellectus possibilis eam cognoscens tribuere potest, operationem ergo intellectus agentis sequitur simplex cognitio eiusdem naturæ sic repræsentatæ, quæ vocatur abstractio intellectus possibilis, per quam nihil nouum consequitur natura, præter extrinsecam denominationem realem cognitæ sine conditionibus: hucusque ergo, nullam ei denominationem vniuersalis contulit intellectus, nullam vniuersalitatem fabricauit: sed solum habet natura duplicem denominationem realem extrinsecam, repræsentatæ videlicet sine conditionibus, & sine eisdem cognitæ, & vnitatem, atq; aptitudinem negatiuam: quia vt sic repræsentata, & cognita, nec diuisa, nec multiplex est, nec etiam incommunicabilis, sed negatiuè indifferens, quia ei non repugnat multis communicari. Sequitur demum notitia intellectus, qui fertur supra naturam repræsentatam, & cognitam sine conditionibus, eam comparans ad singularia à quibus abstracta est, & per talem cõparationem cognoscitur, vt vniuersalis, nam vniuersale est, quod, vnum cum sit, multa respicit, in quibus est, & de quibus proximè prædicari potest, quare eam sic comparatam vniuersalem denominat, & prædicabilem: vsq; ad hanc igitur operationem, non erat actu vniuersalis, sed solum in potentia: quare nec subiectum aptum ad denominationem vniuersalis suscipiendam, nisi accedente comparatione: per quam, vt vniuersalis cognita est, ac denominatur: solum ergo appellari poterat vniuersale in potentia, atque in fundamento, & adhuc non in fundamento proximo, nam proximum fundamentum non erat, nisi cognita, vt vniuersalis, per notitiam comparatiuam: quam solam cognitionem subsequitur relatio vniuersalitatis, quæ est forma denominans, atque constituens concretum, quod vocamus actu, & formaliter vniuersale.

Ex quibus inferre possumus, diuisionem illam vniuersalis passim à dialecticis vsurpatam, in vniuersale logicum, & Metaphysicum quadrare naturæ, iuxta hos duos status considerat, nam vt repræsentata, per speciem intelligibilem, sine conditionibus, vel vt sine eisdem cognita per simplicem abstractionem intellectus possibilis, dicitur vniuersale Metaphysicum, quod reale, extrinsecum est, in potentia, & quasi in fundamento, ac secundum quid tale, id est realis natura sine conditionib', circa quam versari possunt scientiæ, ac præsertim Metaphysica, quæ quasi, per antonomasiam vocatur scientia realis, vtpote de ente reali abstracto à singularibus differens, ac propterea vniuersale Metaphysicum (à digniori scientia sumpta denominatione) iure vocatur: nam si fortè talis natura sic abstracta sensibilis sit, qualis est communis ratio motus, etiam dicetur vniuersale Physicum, & si sit linea, vel numerus, Mathematicum: natura verò iam denominata ab intellectu vniuersalis per comparationem ad inferiora, dicitur vniuersale in actu, vniuersale formaliter, vniuersale simpliciter, & vniuersale logicum, quia talis denominatio cum sit secunda intentio, & ens rationis, logicæ considerationis est: aliud verò vniuersale solum tanquã fundamentũ huius ad logicam pertinet, absolutè verò ad Metaphysicam, aliamve scientiam, in cuius materia fuerit constitutum (vt iam expositum est.)

Diuisio vniuersalis in Logicũ, & Metap.

94

Ex dictis aliquot eliciuntur assertiones.

EX adnotata doctrina depromere licet has assertiones nostram sententiam continentes: prima est, vniuersale in actu, & tale simpliciter, non esse distinguendũ in absolutum, vel prout in se est, & in relatiuum, vel prout ad inferiora ordinatur, vt tenet postrema sententia. I. assertio.

Probatur, quia vniuersale in actu est concretum I. ratio.

cretum accidentale à ratione fabricatum, simile prorsus alijs concretis realibus, vt albo, aut simili, ergo pro formali importat formam vniuersalitatis denominantem, & pro substrato naturam denominatam: hoc autem vnum tantum est, formaliterque relatiuum secundum esse, ergo non habet locum distinctio eius in absolutum, & relatiuum, probatur minor, quia nō est nisi vna forma vniuersalitatis, denominans naturam actu vniuersalem, ea scilicet, q̄ intellectus, per comparationem eius ad inferiora fabricatur, ante comparationem namque solum est realis abstractio, simplexve cognitio, aut realis repræsentatio naturæ in specie intelligibili, à quibus non denominatur natura vniuersalis actu, sed actu cognita, aut realiter repræsentata: & ex tali repræsentatione solum habere potest, quod fundamentum sit vniuersalitatis actualis, ergo ad summum, quod sit vniuersalis, pro fundamento, seu in potentia.

II. ratio. Secundo vniuersale in actu, est actu denominatum à forma vniuersalitatis: hæc est relatio secundum esse, ergo omne vniuersale in actu est relatiuum secundum esse, & nullum absolutum: probatur minor, vniuersale in actu essentialiter est vnum respiciens multa, vt definitio Arist. exprimit dicens: *Esse vnum in multis, et de multis.* ergo vnitas eius, atq; adeò vniuersalitas essentialiter est forma relatiua, & vniuersale in actu essentialiter relatiuum, & nequaquam diuisibile in absolutum, & relatiuum.

II. assertio. Secunda assertio, vniuersale in actu, & tale simpliciter non fit, per abstractionē intellectus agentis, vt asserit prima opinio, nec per abstractionē intellectus possibilis, vt affirmat secunda, & confirmat quarta, sed per solam notitiam comparatiuam.

I. ratio. Probatur primo, quia vniuersale in actu importat naturā denominatā à forma vniuersalitatis, sed per neutram prædictarum abstractionum resultat forma vniuersalitatis, ergo nec fit vniuersale in actu: probatur minor: per abstractionem intellectus agentis, non habet natura
95. aliud, quam repræsentari in specie intelligibili sine conditionibus, hæc est sola denominatio realis extrinseca sic realiter repræsentati, non denominatio vniuersalis, ergo ab illa, non denominatur natura actu vniuersalis: idemq; de abstractione simplici intellectus possibilis facilè conuincitur, à quo solum denominatur natura abstracta, vel cognita sine conditionibus denominatione reali extrinseca, nō verò vniuersalis.

Et corroborari aduersus vtramque sententiam potest idem argumentum: nam vniuersale in actu denominatur ab vniuersalitate, per modum formæ inhærentis, non secus, ac genus, vel species: sed realis repræsentatio speciei aut realis notitia abstractiua non habent modum formæ inhærentis, sed extrinsecè solum denominantis: ergo non denominat naturam vniuersalem. Confirm.

Probatur eadem assertio secundo, denominatio vniuersalis, non est realis, sed rationis (vt conceditur ab authoribus primæ, secundæ, & quartæ sententię) nam vniuersalitas, vtpote secunda intentio, vel ens rationis, ab intellectu fabricata est, non secus, ac denominatio prędicati, subiecti, & propositionis, sed repræsentatio naturæ, eiusq; cognitio simplex, sine conditionibus sunt accidentia realia, à quibus per denominationem extrinsecam dicitur natura abstracta, aut realiter repræsentata, quare non sunt nomina imposita, seu fabricata ab intellectu, ergo nec rationem vniuersalitatis habēt, nec formæ sunt denominantes naturam vniuersalem. II. ratio.

Probatur secundo, quia natura vniuersalis importat aptitudinem prædicandi de multis, quæ aut essentialis est, aut proprietas emanans ab essentia, sed natura per simplicem abstractionem, non cognoscitur in ordine ad singularia, sed prout non est diuisa in se (vt fatetur quarta opinio) ergo vt tali modo cognita, non est prædicabilis: adde si placet, aptitudinē prædicandi habere modum formæ positiuæ inhęrentis subiecto, sed natura, per abstractionem nihil positiuum intrinsecum comparat, sed solam denominationem extrinsecam realem, ex qua indifferentia negatiua, ei ad summū prouenit, ergo per talem operationem, nō fit actu vniuersalis. II. ratio. 96.

Et certè, si verum fatendum est, non minus videtur mihi à ratione alienum, quod vniuersale in actu fiat per simplicem cognitionem intellectus possibilis, vt asserunt secunda, & quarta sententia, quam quod fiat per abstractionem agentis, vt affirmat prima, quia nihil amplius habet natura simplici notitia cognita, quam habet in specie repræsentata, præter extrinsecam denominationem abstracti, aut cogniti, imo, & in hoc nō excedit opus intellectus agentis, cum per illud habeat natura similem denominationem extrinsecam, abstractæ, quāquam non cognitæ, simplex igitur notitia eundem habet modum denominandi

natu-

naturam, non ergo efficit eam magis vniuersalem, quam operatio intellectus agentis, per quam constat, non fieri actu vniuersalem, vnde nec per illam fieri potest.

Probatur tertio, efficacius quidem, nam esse naturam vniuersalem, & prædicabilem, denominationes sunt ei ab intellectu attributæ, sed nequit intellectus aliquid tale denominare, nisi illud, vt tale cognoscat, ergo nequit tales denominationes conferre naturæ, nisi eam, vt
97. vniuersalem, & prædicabilem cognoscat, imò potius idem est eam talem denominare, ac talem cognoscere, sed cognosci naturam, vt vniuersalem, & prædicabilem est cognosci, vt vnam in multis, ac de multis, quòd patet nō posse, nisi per notitiam comparatiuam fieri, cum esse vnam in multis, ac de multis, non habeat, nisi per comparationem ad inferiora, ergo nequit, vt vniuersalis, & vt prædicabilis agnosci, nisi per comparationem, atq; adeò, neq; vniuersalis, aut prædicabilis fieri.

Vltimo. Probatur tandem, quia vt natura sit vniuersalis formaliter, oportet esse vnam, non solum vnitate, qua aliquid est in se vnum, sed vnitate, qua plura in ea vnum esse considerantur, vt planè docuit Porphyrius, illis verbis: *Participatione speciei plures homines sunt vnus homo*, hæc est enim vnitas formalis, quam certè, non habet natura, nisi in ordine ad inferiora, quare nec tribui ei potest, nisi in ordine ad illa agnoscatur: quod patet, non posse, nisi per notitiam comparatiuam fieri: & in hoc puto deceptionem quartæ opinionis consistere, quod vnitatem, qua natura est vniuersalis formaliter, credit esse absolutam, ac propterea intelligit, per simplicem abstractionem intellectus possibilis, cognosci posse, & naturæ tribui, cum tamē satis sit manifestum esse relatiuam, quia non constituit naturam in se vnam, sed multorum vnam (vt sic loqui liceat) hoc enim est esse vnā in multis, ac de multis, vt habetur in definitione vniuersalis, quòd cum non possit, nisi per notitiam comparatiuam fieri, nequit esse vniuersalis formaliter vsque ad illam.

III. asser. Assertio postrema, vniuersale solum patitur distinctionem vniuersalis in actu, formalis, ac talis simpliciter, & vniuersalis in potentia, quæ eadem ferè est cum illa passim in schola vsurpata, vniuersalis Logici, ac Metaphysici: & vniuersale primum, non fit, nisi per notitiam intellectus comparatiuam: postremum verò, per abstractionem intellectus possibilis, nam per operationem intellectus agentis nullo modo fit natura vniuersalis. Veritas huius assertionis ex præcedentibus constat, & in doctrina superius adnotata continetur, nam cum vna sit duntaxat forma, à qua natura denominatur vniuersalis, & hæc sit relatiua secundum esse, quæ non consurgit, nisi per notitiam, qua cognoscitur natura, vt vniuersalis, hoc est in ordine ad inferiora, vniuersale in actu, quod per illam tale dicitur, solum potest distingui contra vniuersale in potentia, quod est eadem natura prout cognoscitur ab intellectu per simplicem eius notitiam non cognitis singularibus conditionibus hoc etenim modo cognita seu abstracta fundamentum est minus remotum vniuersalitatis, cum sit comparatione proximior per quam fit vniuersalis formaliter, & actu prædicabilis de multis, & absq; dubio est vniuersalis in potentia cum proximè apta sit, vt in ordine ad inferiora cognoscatur, quod est ad illa comparari, & cum comparatio sit ratio fundandi relatione vniuersalitatis, & prædicabilitatis, media comparatione, suscipit vtrāque relationem, à qua actu, & formaliter vocatur vniuersalis, & prædicabilis.

Diluuntur argumenta aliarum opinionum.

Svperest argumenta aliarum opinionum diluere, & testimonium Aristotelis in fauorem primæ sententiæ oppositum asserit, absque dubio, quod intellectus agens imprimens speciem in intellectum possibilem, efficit vt in ea repræsentatam actu intelligibilem, sed ex hoc, non sequitur eam efficere actu vniuersalem, tum quia adhuc sub iudice lis est, an singulare materiale repræsentari possit, per speciem intelligibilem, atq; adeò esse actu intelligibile: & omnes ferè admittunt, vno, vel alio modo repræsentari, quare non sequitur obiectum repræsentatur in specie intelligibili, ergo est vniuersale, cum possit esse actu singulare: sed esto non posset esse singulare, quod repræsentatur, non benè infertur esse vniuersale actu, quanquam sit natura repræsentata, sine conditionib. ex tali.n. repræsentatione nō assequitur denominationē vniuersalis, sed repræsentari sine conditionibus, vel abstracti ab illis, quod est esse vniuersalem in potentia, non in actu, vniuersale quasi in fundamento, non formaliter, vt expositum est. Ad testim. Arist. pro I. opinione.

Definitio etiam vniuersalis, quam affert primum argumentum admittenda est, & minor, ad I. argu. respon.

videlicet, quod natura eo ipso, quod repræsentatur in specie sit vna, distinguenda, nam vt sic repræsentata sine conditionibus vna est, vnitate negatiua, id est, non multiplex, & eodem modo est apta esse in multis: hæc tamē vnitas, & aptitudo non est sufficiens ad constituendam eam actu vniuersalem, sed solum in potentia, & quasi pro fundamento (vt copiosè explicat doctrina à nobis adnotata) vtramque enim positiuam requirit, vt sit actu vniuersalis.

ad II. resp. Et hoc etiam modo soluitur secundum argumentum, nam licet verum sit, naturam per contractionem ad singularia diuidi, atque incommunicabilem fieri, ac proinde vt repræsentatam sine conditionibus, non esse iam diuisam, neque incommunicabilem: negatiuum tamen hoc est, & ad rationem vniuersalis omnino requisitum, minimè tamen sufficiens, sed vlterius exigitur positiua vnitas, & aptitudo, per quam natura sit vna multa respiciens: nam vniuersale in actu essentialem ordinē ad multa importat, quem ex sola negatione non habet, licet habeat fundamentum, atq; potentiam, vt habere possit: & quod dici solet, vniuersale in actu solum importare potentiam, vt de multis prædicetur, distinguendum est, nam aliud est esse tale in potentia, aliud esse tale in actu, sed per potentiam proximam ordinatam ad actū. & de hac potentia est verum, quia non excludit actum, de illa verò planè falsum, cum nihil actuale importet: illud quidem, quod non habet actu colorem, sed habere potest, dicitur visibile in potentia: quod verò colorem habet sibi inhærentem, dicitur actu visibile, etiam si actu non videatur, quia aptitudinem proximam, vt videatur, habet actu: ita ergo censendum est de vniuersali, ac prædicabili, actu enim vniuersale, & actu prædicabile illud dicitur, quod habet vnitatem positiuam respectu multorum, proximamque aptitudinem, vt de illis prædicetur, quam patet, non habere naturam, cum primum repræsentatur in specie sine conditionibus, ac propterea non est actu vniuersalis, licèt possit habere talem vnitatem, & aptitudinem, quod certè vniuersalem duntaxat in potentia, atq; in fundamento eam efficit.

ad confir. Vterq; autem casus, quem confirmatio eiusdem argumēti attulit, licet prorsus sit impossibilis, gratia indagandæ veritatis admitti debet, admisso autem, dicendum est, vtrunq; vniuersale, tam Platonicum, quam separatum, si daretur modo à singularibus esse vniuersale in essendo, non solum negatiuè, quia non est diuisum, ac multiplex, sed positiuè, quia per propriam entitatē, & essentiam habet virtutem, vt à multis participetur, & sic suo modo dicimus requiri vnitatem positiuam secundum rationē vt aliquid sit vniuersale in prædicando, de quo nunc loquimur, quam constat non habere naturam in specie repræsentatam. 99.

ad vltim. Postremum argumentum soluitur, ex manifesto discrimine, inter vnitatem transcendentalem, & eam, quæ requiritur ad rationem vniuersalis, nam per illam est aliquid in se vnum, sine vllo respectu ad aliud: hæc verò non facit aliquid in se vnum duntaxat, sed vnum multorum, hoc est, vnum, sub quo multa conueniūt, & in eo vnum sunt, per participationem eius, iuxta vulgatum illud Porphyrij: *Participatione speciei multi homines sunt vnus homo*, ergo vnitas transcendentalis formaliter est negatiua, solū addens negationem supra entitatem, vnitas verò vniuersalis positiua formaliter, intrinsecum, ac positiuum respectum ad multa importans, licèt pro fundamento negationem diuisionis claudat: & cum natura vsque ad comparationem, non assequatur talem vnitatem positiuam, sed solam negationem diuisionis, non est formaliter, & actu vniuersalis, sed in potentia.

ad I I. partē eiusdē arg. responsio. Secundum, quod opposuit idem argumentū nempè proprietates entium rationis, quæ virtutem denominādi habēt, priusquam sint actu modo habeant proximum fundamentum, falsum reputamus, quia absq; vllo rationis fundamento eis attribuitur: nam quod formæ reales, ac positiuæ non habent, qua nam ratione habere poterunt formæ nullum aliud esse habentes, quam ab intellectu cognosci: cæcitate verò cæcus est, qui non videt hanc d[illegible]ri formaliter ante operationem intellectus, cum detur formalis carentia visus, nec priuatio ex propria conditione est ens rationis, sed reale priuatiuum: cum sit negatio realis formæ in tali subiecto ante operationem intellectus ei conueniens, sed ens rationis dicitur in quantum per modum formæ positiuæ prędicatur de subiecto, dum dicimus hominem esse cæcū, quod solum habet, in quantum ab intellectu tali modo cognoscitur, vt autem carentia[illegible] formæ importat in tali subiecto, ab intellectu nequaq; iā dependet. 100.

ad I. secūdæ opinionis resp. Secunda opinio, duplici fundamento nitebatur, primo quidem, denominationem vniuer-

salis

salis statim attribui naturæ ab intellectu, ac tanquam sufficiens fundamentum vniuersalitatis cognoscitur: quod quanquam negare possemus: quia denominationes, non attribuuntur ab intellectu, nisi rebus cognitis sub tali ratione, non enim denominat rem aliquam prędicatum intellectus, nisi in quantum eam alteri attribuit, nec subiectum, nisi dum ei attribuit aliud, quare, nec naturam vniuersalem, nisi dum eam, vt vnam, multa cognoscat respicientem, etenim cum cognitionem sequatur denominatio, talis hæc absque dubio erit qualis cognitio, & non prius, quam vt talis cognoscatur res denominatur, quare, nec sufficeret cognosci tanquam fundamentum vniuersalitatis, vt actu vniuersalis denominaretur, sed admittimus assumptum, vt vires argumento addamus, negamus tamen, quod per simplicem abstractionem cognoscatur natura, tanquā proximum fundamentum vniuersalitatis, nam cū vniuersalitas sit denominatio naturæ in ordine ad inferiora, non censetur proximum eius fundamentum, quousque ad illa comparetur, quemadmodum album, non est proximū fundamentum similitudinis, nisi in quantum habet proportionem cum altero in gradibus albedinis, negandum est igitur nihil deesse naturæ dum per simplicem abstractionem cognoscitur, vt sit proximum fundamentum, aut aptum subiectum vniuersalitatis: deest enim cōparatio ad inferiora, quæ est ratio fundandi relationem vniuersalitatis, à qua proinde habet ipsamet natura, vt sit proximum fundamentū, proximumq; subiectum ad suscipiendam talē denominationem.

ad II. resp. Secundum fundamentum, falsum planè assumit, quod non sit eadem ratio de denominatione vniuersalitatis, ac de denominationibus generis, & speciei, nam quemadmodum species est nomen relatiuum, ex quo habet, vt non possit tribui naturæ, nisi comparatæ ad indiuidua: pari ratione vniuersale nomen relatiuum est intrinsecum ordinem ad inferiora importans, quo circa, nec imponitur naturæ ab intellectu, nisi comparatæ ad illa: sicut ergo ante comparationem, non dantur genera, & species actu: pari ratione, non dantur actu vniuersalia sed solum in potentia.

Responsio ad argumenta quartæ sententiæ.

ad I. quartę opinionis respon. QVarta sententia duobus argumentis, euertere contendit fundamenta tertiæ, quam nos sequimur in eo sensu, quod vniuersale actu non fit vllo modo, nisi per notitiam comparatiuam intellectus: primo quidē, quia de ratione vniuersalis, non est relatio secundum esse, sed vnitas, quia in se vnum est, & aptitudo, quæ se habet, per modum potentię, atque adeò absoluti, licèt explicetur, per ordinem ad aliud: cui duobus modis respondemus, primo negantes ad rationem vniuersalis actu, non pertinere relationem secundum esse ad inferiora, nam vniuersale, vt tale non importat vnitatem, per quam aliquid ad se vnum est, sed per quam vnum est respectu aliorum, ita vt vnitas ipsa relatiua sit essentialiter, quemadmodum simile, æquale, habent vnitatem, non per quam ad se vnum sunt, sed per quam alterius sunt: itaque vnitas vniuersalis inferiorum est; quæ in ea sunt vnum (vt Porphyrius docuit dicens: *Participatione speciei multi homines sunt vnus homo*); inferiorum autem esse, non sic intelligimus, vt in ipsis sit, quia vnitas vniuersalis nequit inferioribus communicari, sed eorum esse dicimus, quia natura, per talem vnitatem, non est ad se, sed ad inferiora, de aptitudine verò censendum est esse relationem secundum esse, quod patebit clarè, si nomine ipso, non decipiamur, nam aptitudo naturæ, vt prædicetur de multis, non habet modum potentiæ de prędicamento qualitatis, sed modum potius relationis actualis quidem, non tamen per modum actualis exercitij referendi significatæ: etenim intellectus nihil per modum absoluti naturæ tribuit, sed per modum referentis illam ad aliud: vt in cunctis nominibus entium rationis, ac secundarum intentionum, cernimus. Appositissimum exemplum huius aptitudinis relatiuæ habemus in relationibus realibus tertij generis, nempè mensurabilis, ad mensuram, scientia etenim aut potentia, non habet relationem huius generis ad obiectum, in quantum per illud actu mensuratur, cum non semper exerceat obiectum, officium mensurandi scientiam, nisi quando intellectus operatur, & modo simili obiectum respectu potentię: sed vtraq; refertur ad obiectum relatione huius generis, in quantum mensurabilis est ab eo, quæ aptitudinem potius, quam actum denotat, sed nullus vnquam somniauit, quod mensurabilitas scientiæ, seu aptitudo, vt per obiectum mensuratur, sit potentia ad prædicamentum qualitatis referenda, vel absolutum, quid per respectum explicatum, sed omnes tenent cum Aristote-

101

Porphyr.

stote-

stotele esse relationem secundum esse, & referentem quidem scientiam ad obiectum, non tamen, per modum actualis exercitij significatam, sed per modum aptitudinis: Talis ergo 102. censenda est aptitudo naturæ, vt in multis existat, de illisque prædicetur: esse videlicet relationem secundum esse, non per modum actualis exercitij significatam, sed per modum aptitudinis: quod efficaciter probatur argumēto ad hominem: nam huius sententiæ patroni fatentur, vniuersalitatem naturæ comparatæ ad inferiora, nihil absolutum continere, sed esse relationem secundum esse: at talis natura non prædicatur actu de inferioribus, alioqui, non esset prædicabilis, sed prędicatum, nec proinde vniuersalis, nam vniuersale in actu cũ prædicabili reciprocatur, non cum prædicato, est ergo actu vniuersalis, & prædicabilis, sed esse prædicabilem actu, non importat exercitium prædicationis, sed aptitudinem actu conuenientem naturæ, quemadmodum esse risibilem actu, non importat actuale ridendi exercitium, sed potentiam ad ridendum actu inhærentem, ergo nihil valet argumētum, natura per simplicem abstractionem est apta prædicari de inferioribus, ergo talis aptitudo, per quam est vniuersalis, non est relatio secundum esse, sed potentia habens modum absoluti. Vera igitur relatio est, quæ cum non possit consequi naturam, per simplicem abstractionem cognitam, vt fatentur, quia non cognoscitur in ordine ad inferiora, sequitur per talem operationem intellectus, non fieri actu vniuersalem.

II. solut. Secunda solutio est, admitti posse aptitudinem naturæ, vt de inferioribus prædicetur, non esse relationem secundum esse, sed se habere ad modum potentiæ realis de prædicamento qualitatis. Quo certè admisso, non est minus certum, quòd natura per simplicem abstractionem, non possit habere talem aptitudinem, atq; adeò, nec esse actu vniuersalem: probatur planè: nam realis potentia, vt visiua, aut intellectiua, aut quæcunq; alia claudit intrinsecè respectum, seu proportionem ad obiectum sine quo, nec potest esse, nec intelligi: vnde fit apud Aristo. D. Thom. & Peripateticos omnes ex ordine ad obiectum speciem capere: ita vt respectus ipse essentialis ei sit (quod ego verissimum arbitror) vel certè proportio radicalis, quæ est quasi fundamentum talis respectus, de quo nemo potest dubitare: & siue vnum, vel alterum teneamus, sequitur planè sine eo, nec esse, nec intelligi posse potentiam: quo si ita est, nec esse, nec intelligi poterit aptitudo ad existendum in multis inferioribus: atq; vt de eisdem prædicetur, nisi per ordinem, siue respectum ad illa, ex quo respectu speciem capit: sed per simplicem abstractionem, non consideratur natura in ordine ad indiuidua, sed solum vt abstracta ab illis est, imò, nec cognoscuntur indiuidua, alioqui notitia potius comparatiua esset, ergo nec potest per illam fieri vniuersale actu, nec id potest probare argumentum.

Secundum argumentum, duo assumit, vnum quod natura nouam assequatur vnitatem, per simplicem abstractionem, cum per vnum conceptum formalem repræsentetur, habeatque proinde sic repręsentata vnum conceptum obiectiuum, alterum, quod assequatur aptitudinem prædicandi de multis: & vtrunq; negandum est. Primum, quia esse vnum conceptum obiectiuum solum est denominatio realis extrinseca, ex qua repugnat prouenire naturæ aliquam vnitatem positiuam vniuersalis, cum hæc modum formæ inhærentis habeat, atque adeò aliquam formam vniuersalitatis, nam quod extrinsecum est, non habet modum formæ, solum ergo prouenit naturæ ex tali conceptu, negatiua vnitas, nempè, quòd non sit multiplex, aut diuisa: & hæc non valet eam cõstituere actu vniuersalem, sed solum in potentia, & quasi in fundamento. De aptitudine verò ad prædicandum (quam prædicabilitatem vocare solent dialectici) clarius est, non conuenire naturæ ita cognitæ, cum sit essentialiter 104. relatio ad inferiora, aut sine relatione, nec esse nec intelligi possit, & natura per simplicem abstractionem non cognoscatur in ordine ad inferiora: quare, nec ei possit attribui vlla denominatio importans ordinem ad illa. ad II. resp.

QVAESTIO SEXTA.

An Vniuersale logicum resultet ex simplici comparatione naturæ cũ indiuiduis, vel non nisi per compositã, quæ vocatur actualis prædicatio, fiat?

Duplex intellectus comparatio.

Controuersia hæc hac nostra tempestate excitata, præsupponit geminam compa- Varia abstractionũ genera.

parationem, quæ apud multos circumfertur, vna quæ vocatur simplex, & non est aliud, quã simplex quædam notitia vtriusque extremi, vnum cum altero quasi simplici intuitu conferens, per quam intellectus cognoscit naturam esse in multis inferioribus, à quibus abstracta est, altera verò composita vocatur, vel compositionis certè, quæ non solum vtrumq; extremum cognoscit, nempe naturam, & inferiora in quibus existere cernit, sed vnum extremum cum altero componit, vnum alteri attribuit, de ipsoque enunciat. Et comparatio hæc videtur à priori, in eo differre, quòd vera iam formaliter vocatur (veritate quidem, quam complexam, aut cognitam vocant) cum prior solum vera sit veritate cognitionis simplici, sicut visio, aut alterius sensus operatio: in ordine autem ad vniuersale logicum sic solent in schola distingui, vt per simplicem comparationem, fiat natura vniuersalis formaliter, & prædicabilis de inferioribus: & vt talis diuisa sit in quinque vniuersalia, aut prædicabilia, genus, speciem, differentiam, proprium, & accidens: per compositam verò, non vniuersalis, vel prędicabilis, sed cum talis iam præsupponatur, actuale prædicatum de illis, vel aliquo eorum: gratia exempli, dum intellectus cognoscit naturam humanam, quam à Petro, & Ioanne abstraxit, in eisdem esse, talem notitiam comparatiuam consequitur relatio rationis, per quã ad illa refertur, tanquam vna in multis existens, de quibus prædicari apta est, vnde per talem comparationem vniuersalis, & prædicabilis vocatur, non tamen actuale prædicatum, quia nondum actu, eam enunciauit intellectus de eisdem inferioribus, prosequitur autem, & naturam iam, vt vniuersalem cognitam, eisdem inferioribus, vel alicui eorum attribuit, quæ attributio, enunciatio, vel prædicatio vocatur, & sic attributam, prædicatum appellat, subiectum verò inferius illud, cui attribuitur. Hanc itaq; duplicem comparationem distinxerunt hucusq; omnes fermè dialectici, aut etiam Metaphysici (nam vniuersales istæ cõtrouersiæ Metaphysicæ sunt) hanc comparationẽ sequitur relatio actualis prædicati ad actuale subiectum. Sic itaq; senserunt quotquot vniuersale logicum per comparatiuam notitiam intellectus fieri docuerunt.

Sententia affirmans vniuersale, & prædicabile, non distingui.

Nonnulli verò has duas comparationes non distinguunt, sed in vnam eandemq; prorsus coincidere sentiunt, ita vt eo ipso, quod intellectus comparat naturam cum inferioribus, cernens in eis esse, eam actuale prædicatum constituat, & inferiora, subiectũ, & propositionem conficiat, sentiunt itaque primo, quamlibet comparationem naturæ cum inferioribus esse actualem prædicationem. Comparatio est actualis prædicatio.

104. Secundò, consequenter affirmant, eandem prorsus esse relationem, quam habet natura ad inferiora, vt vniuersalem, vt prædicabilem, & vt actuale prædicatum, imò nunquam habere aliam relationem, nisi actualis prædicati de inferioribus, tanquam de actuali subiecto, & per hanc relationem esse primò, & formaliter vniuersalem: vnde non distinguunt potentiam prædicandi ab actu, imò neque admittunt potentiam prædicandi in natura, ita vt prædicabilis denominetur, neq; distinguunt vllo modo vniuersalitatem ab actuali prædicatione, sed essentiam vniuersalis in sola actuali prædicatione ponunt, & apud ipsos vniuersale, non erit aliud, quam actuale prædicatum de multis. Vniuersale & prædicabile idem esse dicunt aliqui.

Quo circa, neq; doctrinam illam in schola receptam, admittunt, quod esse vnũ in multis sit pro essentia vniuersalis, & esse prædicabile de multis proprietas eius: sed dum Arist. vniuersale descripsit, dicens esse: *Vnum in multis, ac de multis.* eũdem actum, eandemq; rationẽ formalem diuersis verbis explicuisse, actum essendi, & prædicandi, denotando. Explicat definitionẽ Aristo.

Et si eis opposueris apud Arist. diuersa esse, prædicatũ, & vniuersale, vnde in topicis, quatuor duntaxat prædicata posuit, cũ tamẽ apud Porphyrium quinq; sint vniuersalia, aut prædicabilia, respondent prædicatum non reciprocari cum vniuersali, sed latius patere, nam ad complexa, imò ad res singulares se extendit, definitionem namq; quam complexam esse nouerat Aristoteles in prædicatis enumerauit, & singulare accidens de subiecto quoque singulari prædicatur, vt hoc album de Petro: illud ergo prædicatum duntaxat vniuersale est, quod simplex, & vniuocum est, aut denominatiuum multis commune, vt proprium & accidens comprehendantur: concedunt ergo diuersa esse, vniuersale, & prædicatum, tanquam superius, & inferius, sed prædicatum simplex, & vniuocum multis commune formaliter esse vniuersale. Vniuersale & prædicatũ quomodo distinguuntur.

Vni-

H[...]us sententiæ vnicum fundamentum.

Vnicum est fundamentum huius sententiæ, & quidem non infirmum, eo ipso quod intellectus comparat naturam abstractam ad inferiora, iudicat in eis esse, eisque conuenire, ergo componit duo hæc extrema, videlicet naturã, & indiuidua, constituitque proinde actualem compositionem, & prædicationem vnius de altero: probatur planè consecutio: quia prædicatio actualis, non est aliud quam iudicium, quo intellectus iudicat hoc esse in illo, eique conuenire: totum hoc efficit intellectus, dum naturam comparat, & nisi hoc efficiat, eam nõ comparabit: ergo comparatio, quantumlibet simplex reputetur vera compositio est, veraq; & actualis prædicatio, & hæc erit absq; dubio actualis, ac formalis vniuersalitas, ita vt naturã esse vniuersalem, non sit aliud, quàm esse actuale prædicatum de suis inferioribus in actuali prædicatione.

Obiectioni cuidam occur.

Et si forte dicatur actualem prędicationem quid amplius importare, præter notitiam comparatiuam intellectus, qua cernit naturam esse in inferioribus, eisque cõuenire, nempe actualem affirmationem, per quam intellectus dicat ita esse, quod in eis sit, eisque conueniat, respõdent, hanc affirmationem in comparatione ipsa cõtineri, nam intellectum affirmare, quod hoc sit illud, nihil est aliud quam iudicare, hoc esse illud, aut ei in esse, sed dum naturam comparat cum inferioribus, iudicat in eis esse, eisque conuenire, ergo actu eam prædicat, de eisdem inferioribus, actualis igitur comparatio, actualis est compositio, actualisq; prædicatio, & proinde relatio actualis prædicati in natura formalis eius vniuersalitas, quę ex actuali comparatione resultat.

105.

Refellitur hæc sententia.

Refellitur hæc sententia.

Sententia hęc non nihil apparentiæ, habet, ratione cuius facilè decipiet eos, qui superficie tenus naturam comparationis, & ipsiusmet vniuersalis considerant, si vero vtrumque paulò diligentius expendatur, cernere licebit communem sententiam magis esse Aristotelicæ doctrinæ, ac veritati consentaneam.

Probatur primum ex duobus locis, quibus Aristoteles definit vniuersale, videlicet, primo libro de partibus animalium cap 4. vbi ita ait: *Quæ enim pluribus insunt, hæc vniuersalia appellamus*: & primo libro de interpretatione capit. 5. *Dico autem vniuersale, quod de pluribus aptum est prædicari*, vtraque enim definitio planè docet vniuersalitatem, non in actuali prædicatione positam esse, sed in quodam alio priori, scilicet in eo, quod est in multis esse, aut etiam in aptitudine prædicandi de multis, quod enim hæc priora sint actuali prædicatione notissimũ est, nam esse in multis fundamentum est actualis prædicationis, cũ ex eo, quod aliquid est in aliquo, de illo prædicari possit, non tamen ex eo, quod prædicatur, aut prædicari potest in eo sit, illud igitur prius erit: sed vniuersale vt in priori definitione testatur Aristotel. est vnum in multis existens, ergo prius secundum rationem est vniuersale, quam de illis actu prædicetur. Quod apertius ostẽdit posterior definitio: nam si vniuersale est, quod aptum est prædicari de multis, ergo vniuersalitas aptitudo est prædicandi de multis, non actualis prædicatio, & rursus aptitudo cuiuslibet rei prior est actu cum iste ab illa oriatur, ergo prius secundum rationem intelligitur aliquid aptum prędicari, quã actu prædicetur, sed per aptitudinem est vniuersale, vt docuit Aristoteles, ergo prius est vniuersale quam actu prædicetur, ac tandem si vniuersalitas esset actualis prædicatio, non posset aptitudo prædicandi admitti in natura vniuersali, vt reuera non admittitur ab his autoribus, sed pro eodem prorsus reputatur esse in multis, & actu prædicari de illis, & priusquam actu prædicetur nihil aptitudinis, aut actualis existentiæ habere aiunt, sed primam relationem eius ad inferiora esse actualem prędicationem, at Aristotel. expresse ponit aptitudinem prædicandi in definitione, per quam descripsit vniuersale. ergo hæc sententia, non est doctrinæ eius consona.

D. Tho. sententia.

Sed nec doctrinæ Diui Thomæ, qui posteriorem definitionem elucidans, primo libro de interpretatione lectione 10. perspicuis verbis docet meritò fuisse ab Aristotele designatam, non per actualem prædicationem, sed per aptitudinem prædicandi, sic inquiens: *Contingit autem quandoque, quod propria ratio alicuius formæ intellectæ, non repugnat ei, quod est esse in pluribus, sed hoc impeditur, ab aliquo alio, siue sit aliquid accidentaliter adueniens: puta, si omnibus hominibus morientibus, vnus solus remaneret, siue sit propter conditionem naturæ; sicut est vnus tantum Sol, non quòd repugnet rationi solari esse in pluribus, secundum conditionem formæ ipsius, sed quia non est alia materia susceptiua talis formæ, & ideò non dixit, quod vniuersale est, quod prædicatur de pluribus, sed quod aptum natum est prædicari de pluribus.*

 Sed

inhærentem,& æqualitatem in duobus corporibus. Et hæc simplex notitia vocatur etiam simplex comparatio, quia vnum in altero cognoscere, non contingit sine comparatione,& importat absq; dubio, quasi virtuale,ac imperfectum iudicium,nam eo ipso, quòd sensus cōmunis discernit inter sensata diuersorum sensuum,quadam ratione virtuali, iudicat vnum non esse alterum,& eo ipso,quòd ouis cognoscit lupum,vt sibi inimicum, quodam modo iudicat inimicitiam ei in esse:cæterum, quia non est formale, & expressum iudicium,sed quasi inchoatum,& virtuale, non sufficit ad compositionem,vel prædicationem,aut affirmationem.

II.modo. Alio modo cognoscitur, vnum esse in altero,per modum attributionis,& coniunctionis cum iudicio expresso,ac formali de conueniētia eius,& ex consequenti cum actuali, atque expressa coniunctione vtriusque,ex qua compositio,& actualis prædicatio resultat, & talis cognitio vocatur etiam comparatio attributionis,compositionis,ac prædicationis.Per priorem igitur comparationem cognoscit intellectus naturam abstractam,in singularibus,à quibus abstracta est actu existentem,ac propterea talem comparationem simplicem, consequitur relatio rationis eiusdem naturæ ad singu-

109. laria,à qua denominatur vniuersalis, cum sit vnius ad multa, consequitur etiam aptitudo prædicandi de multis quæ est relatio prædicabilitatis: nam ex eo,quod vnum aliquid in pluribus existit,quasi naturaliter sequitur, esse aptum prædicari de illis, per posteriorem verò, cognoscit intellectus eandem naturam tanquā actuale prædicatum eorundem singularium, quibus tanquam subiectis actu coniungitur,& ex tali coniunctione resultat actualis compositio,ac prædicatio,hanc igitur comparationē consequitur relatio actualis prædicati, ac subiecti totiusque compositionis, ac prædicationis ad singulas partes,nempè ad naturam,quę actuale prædicatum est, & ad singularia, quæ subiecti rationem habent. Et quia opposita sētentia non distinguit has comparationes, sed posteriores cum priori confundit, reputans eandem cum illa esse,ita,vt quælibet comparatio vnius cum altero sit compositionis,aut diuisionis,seu actualis prædicationis,asseuerauit primam comparationem naturæ eiusmodi esse,& idcircò per actualem prædicationem de multis,ad quæ comparatur,fieri naturam vniuersalem,idemque prorsus esse, vniuersalem

denominari,& actuale prædicatum de multis, cæterum cum distinctas esse ostenderimus,luce clarius patet, diuersas quoque relationes ex eis resultare in natura, per simplicem quidem relationem simplicis vniuersalis, ac prædicabilis,per compositam vero relationem actualis prædicati expresse,ac formaliter subiecto attributi,& cum eo coniuncti, ex quorum coniunctione resultat formalis compositio,ac prædicatio.

Ad formam igitur argumenti,dum dicitur intellectus eo ipso,quòd naturam ad inferiora comparat,cognoscit in eis existere, eisque conuenire,concedendum est:sed cum rursus additur talem cognitionem conuenientiæ esse iudicium atque etiam compositionem, & actualem prædicationem(cum iudicare, & componere, non importet aliud quam cognoscere, quod vnum alteri conueniat,aut insit) negandum est: importat enim non qualemcunque cognitionem conuenientiæ,sed expressam,ac formalem attributionem, ac coniunctionem vnius cum altero, sine quibus expressum,ac formale iudicium,aut compositio, seu prædicatio consistere nequeunt. Hoc autem ex eo fit manifestum, quia prædicatum, non est aliud quam attributum alteri, ergo actualis prædicatio non qualemcunque comparationem,nō qualemcunque notitiam conuenientiæ importat,sed expressæ,ac formalis attributionis,quę cum in simplici comparatione non reperiatur nec formale,& expressum iudicium reperitur, neque proinde compositio,vel actualis prædicatio. Quamquam virtuale iudicium, & virtualis etiam attributio reperiatur, quæ fundamentum est formalis,& expressi,per quod postea intellectus vnum alteri attribuens enunciationem componit, extremis namque simplicibus cognitis facile est ea inter se per modum attributionis componere,insurgit tamen per comparationem simplicem relatio naturę ad indiuidua, à qua denominatur formaliter vniuersalis,& ex consequenti formalis aptitudo prædicandi de multis, quam prædicabilitatis nomine intelligunt.

Satis fit fūdamento oppositæ sententiæ.

110.

Et ex his satis innotescit per quem modum comparationis vniuersale fiat. Ad rationem autem eius vniuocam,vel analogam respectu omnium prædicabilium discutiendam properandum est.

QVAE-

QVAESTIO SEPTIMA.

An vniuersale vniuocam rationem habeat respectu prædicabilium, ac verum sit, eorum genus.

Porphyr.

OPus hoc Porphyrij, vt in proæmio ipse proposuit, de quinque vniuersalibus inscribitur, genere videlicet, specie, differentia, proprio, & accidenti, quia de ratione, & natura singulorum in eo differit, constituto igitur vniuersali, quod commune omnibus est, inquirere operepretium erit quemadmodum se respectu eorum habeat, an videlicet vna sit eius ratio ab omnibus ex æquo participata, vel inæqualis quidem, ac secundum proportionem prius vni, vel alteri conueniens. Si enim primum definientis statuatur, ex consequenti erit omnium comparatione vniuocum, & cum ratio vniuersalis per omnium rerum genera non vagetur, neque ideò trãscendentalis sit, sed determinatis rebus cõueniat, prædicabilia vero, quibus communis est secundum proprias rationes formales sint diuersa, vt propria cuiusque definitione inspecta facile constare poterit, tanquam genus se ad illa habere existimandum erit, vti animal respectu hominis, equi, & leonis: verumq; prædicabilia omnia quædam species vniuersalis, at si è diuerso secundum inæqualem rationem prioris, & posterioris, eisdem conuenire reperiatur, analogum erit, non secus, ac prædicamentorum comparatione ens.

Variæ sententiæ cum fundamentis earum.

I. Sent. statuit esse analogum vniuersale.

ANalogum esse tribus modis diuersis tuentur Doctores diuersi, nam Albertus Magnus, libro prædicabilium tractatu 2. cap 9. tali ordine singulis conuenire statuit, vt primò generi, secundo speciei, & huius ratione differentiç posterius, & quasi peraccidẽs proprio, & accidenti, quod hoc discursu probat.

Principalius est prædicari de pluribus specie diuersis, quam solo numero: quia potiora sunt, quæ specie differunt, maioremque ambitum habent, vt in homine, & equo, quæ species sũt animalis, in Petro, & singulari equo

Probatur efficaciter.

quæ indiuidua sunt specierum earundem, facile intelligi potest, sed gen⁹, vniuersale est, quod de speciebus prædicatur, species vero de solis indiuiduis, potior est ergo vniuersalis ratio in genere quam in specie, atque etiam prius participata, quia ordine naturæ in eiusdem rei constitutione potentia præcedit actum, cum natura ab imperfectioribus procedens, media potentia ad actum perueniat: in constitutione autem speciei genus se habet tanquam potentia contrahibilis per differentias, quasi per actus, ergo priorem locum tenet, atque adeo rationem vniuersalis, vtrique communem prius participat, sed statim post ipsum genus ad speciem descendit, tanquam ad totum, & perfectum, ex genere, & differentia constitutum, & specie media, ad differentiam, tãquam ad aliã essentialem partem. Et cum tria hæc vniuersalia de suis sint inferioribus quidditatiuè, aut essentialiter prædicabilia, non solũ priora, sed principaliora erũt cæteris duobus, quæ extra rei essentiam inueniũtur: vt risibile, quod proprium est, extra essentiã hominis, album quòd commune accidens: ac prædicabile quintum, extra essentiam corporis. Et ex his postremis est difficile intelligere, priorem esse cõceptum vniuersalis in proprio, quam in communi accidenti, tanquam in eo, quod magis est substãtiæ coniunctum. Et confirmari efficaciter potest hæc sententia, quia modus prædicandi sequitur modũ essendi, & ab eo quod res est, vel nõ est propositio vera, vel falsa appellatur, vt testis est Arist. c. de substantia, sed modus essendi in tribus prioribus perfectior est secundũ ordinẽ expositum, quã in posterioribus, cum in eis maxima ex parte substãtialis sit, penitus in his accidentalis, erit igitur modus prædicandi iuxta eandem proportionem, secundum maiorem, vel minorem perfectionem ab omnibus participatus, & ideo secundum modum analogiæ.

Confirm.

Alio modo non multum diuerso tenet Cãterus eandem analogiam vniuersalis c. 4 prædicamentorũ: vniuersale sic distinguens, nam vel comparatur ad omnia prædicabilia & omnium comparatione non potest esse vniuocũ, sed analogum, si quidem de tribus prioribus genere, specie, & differentia simpliciter, & per se, de cæteris duobus non per se, sed per accidens, non simpliciter sed secundum quid, tanquam de accidentibus prædicatur, vel ad genus, speciem, & differentiam duntaxat, & re-

Cãeri sententia de vniuersalis analogia.

inhærentem,& æqualitatem in duobus corporibus. Et hæc simplex notitia vocatur etiam simplex comparatio, quia vnum in altero cognoscere,non contingit sine comparatione,& importat absq; dubio, quasi virtuale,ac imperfectum iudicium,nam eo ipso, quòd sensus cōmunis discernit inter sensata diuersorum sensuum,quadam ratione virtuali, iudicat vnum non esse alterum,& eo ipso,quòd ouis cognoscit lupum,vt sibi inimicum, quodam modo iudicat inimicitiam ei in esse:cæterum, quia non est formale, & expressum iudicium,sed quasi inchoatum,& virtuale, non sufficit ad compositionem,vel prædicationem,aut affirmationem.

II.modo. Alio modo cognoscitur, vnum esse in altero,per modum attributionis,& coniunctionis cum iudicio expresso,ac formali de conueniētia eius,& ex consequenti cum actuali, atque expressa coniunctione vtriusque,ex qua compositio,& actualis prædicatio resultat, & talis cognitio vocatur etiam comparatio attributionis,compositionis,ac prædicationis. Per priorem igitur comparationem cognoscit intellectus naturam abstractam,in singularibus,à quibus abstracta est actu existentem,ac propterea talem comparationem simplicem, consequitur relatio rationis eiusdem naturæ ad singu-

109. laria,à qua denominatur vniuersalis, cum sit vnius ad multa, consequitur etiam aptitudo prædicandi de multis quæ est relatio prædicabilitatis: nam ex eo,quod vnum aliquid in pluribus existit,quasi naturaliter sequitur, esse aptum prædicari de illis, per posteriorem verò, cognoscit intellectus eandem naturam tanquā actuale prædicatum eorundem singularium, quibus tanquam subiectis actu coniungitur,& ex tali coniunctione resultat actualis compositio,ac prædicatio,hanc igitur comparationē consequitur relatio actualis prædicati, ac subiecti totiusque compositionis, ac prædicationis ad singulas partes,nempè ad naturam,quę actuale prædicatum est, & ad singularia, quæ subiecti rationem habent. Et quia opposita sētentia non distinguit has comparationes, sed posteriores cum priori confundit, reputans eandem cum illa esse,ita,vt quælibet comparatio vnius cum altero sit compositionis,aut diuisionis,seu actualis prædicationis,asseuerauit primam comparationem naturæ eiusmodi esse,& idcircò per actualem prædicationem de multis,ad quæ comparatur,fieri naturam vniuersalem,idemque prorsus esse, vniuersalem denominari,& actuale prædicatum de multis, cæterum cum distinctas esse ostenderimus,luce clarius patet, diuersas quoque relationes ex eis resultare in natura, per simplicem quidem relationem simplicis vniuersalis, ac prædicabilis,per compositam vero relationem actualis prædicati expresse,ac formaliter subiecto attributi,& cum eo coniuncti, ex quorum coniunctione resultat formalis compositio,ac prædicatio.

Ad formam igitur argumenti,dum dicitur intellectus eo ipso,quòd naturam ad inferiora comparat,cognoscit in eis existere, eisque conuenire,concedendum est:sed cum rursus additur talem cognitionem conuenientiæ esse iudicium atque etiam compositionem, & actualem prædicationem(cum iudicare, & componere, non importet aliud quam cognoscere, quod vnum alteri conueniat,aut insit) negandum est: importat enim non qualemcunque cognitionem conuenientiæ,sed expressam,ac formalem attributionem, ac coniunctionem vnius cum altero, sine quibus expressum,ac formale iudicium,aut compositio, seu prædicatio consistere nequeunt. Hoc autem ex eo fit manifestum, quia prædicatum, non est aliud quam attributum alteri, ergo actualis prædicatio non qualemcunque comparationem,nō qualemcunque notitiam conuenientiæ importat,sed expressæ,ac formalis attributionis,quę cum in simplici comparatione non reperiatur nec formale,& expressum iudicium reperitur, neque proinde compositio,vel actualis prædicatio. Quamquam virtuale iudicium, & virtualis etiam attributio reperiatur, quæ fundamentum est formalis,& expressi,per quod postea intellectus vnum alteri attribuens enunciationem componit, extremis namque simplicibus cognitis facile est ea inter se per modum attributionis componere,insurgit tamen per comparationem simplicem relatio naturę ad indiuidua, à qua denominatur formaliter vniuersalis,& ex consequenti formalis aptitudo prædicandi de multis, quam prædicabilitatis nomine intelligunt.

Satis fit fūdamento oppositæ sententiæ.

110.

Et ex his satis innotescit per quem modum comparationis vniuersale fiat. Ad rationem autem eius vniuocam,vel analogam respectu omnium prædicabilium discutiendam properandum est.

QVAE-

QVAESTIO SEPTIMA.

An vniuersale vniuocam rationem habeat respectu prædicabilium, ac verum sit, eorum genus.

Porphyr.

OPus hoc Porphyrij, vt in proœmio ipse proposuit, de quinque vniuersalibus inscribitur, genere videlicet, specie, differentia, proprio, & accidenti, quia de ratione, & natura singulorum in eo differit, constituto igitur vniuersali, quod commune omnibus est, inquirere operæ pretium erit quemadmodum se respectu eorum habeat, an videlicet vna sit eius ratio ab omnibus ex æquo participata, vel inæqualis quidem, ac secundum proportionem prius vni, vel alteri conueniens. Si enim primum definientis statuatur, ex consequenti erit omnium comparatione vniuocum, & cum ratio vniuersalis per omnium rerum genera non vagetur, neque ideò trāscendentalis sit, sed determinatis rebus cōueniat, prædicabilia vero, quibus communis est secundum proprias rationes formales sint diuersa, vt propria cuiusque definitione inspecta facile constare poterit, tanquam genus se ad illa habere existimandum erit, vti animal respectu hominis, equi, & leonis: verumq; prædicabilia omnia quædam species vniuersalis, at si è diuerso secundum inæqualem rationem prioris, & posterioris, eisdem conuenire reperiatur, analogum erit, non secus, ac prædicamentorum comparatione ens.

Variæ sententiæ cum fundamentis earum.

1. Sent. statuit esse analogum vniuersale.

ANalogum esse tribus modis diuersis tuentur Doctores diuersi, nam Albertus Magnus, libro prædicabilium tractatu 2. cap. 9. tali ordine singulis conuenire statuit, vt primò generi, secundo speciei, & huius ratione differentiæ posterius, & quasi per accidēs proprio, & accidenti, quod hoc discursu probat.

Probatur efficaciter.

Principalius est prædicari de pluribus specie diuersis, quam solo numero: quia potiora sunt, quæ specie differunt, maioremque ambitum habent, vt in homine, & equo, quæ species sūt animalis, in Petro, & singulari equo quæ indiuidua sunt specierum earundem, facile intelligi potest, sed gen⁹, vniuersale est, quod de speciebus prædicatur, species vero de solis indiuiduis, potior est ergo vniuersalis ratio in genere quam in specie, atque etiam prius participata, quia ordine naturæ in eiusdem rei constitutione potentia præcedit actum, cum natura ab imperfectioribus procedens, media potentia ad actum perueniat: in constitutione autem speciei genus se habet tanquam potentia contrahibilis per differentias, quasi per actus, ergo priorem locum tenet, atque adeo rationem vniuersalis, vtrique communem prius participat, sed statim post ipsum genus ad speciem descendit, tanquam ad totum, & perfectum, ex genere, & differentia constitutum, & specie media, ad differentiam, tāquam ad aliā essentialem partem. Et cum tria hæc vniuersalia de suis sint inferioribus quidditatiuè, aut essentialiter prædicabilia, non solū priora, sed principaliora erūt cæteris duobus, quæ extra rei essentiam inueniūtur: vt risibile, quod proprium est, extra essentiā hominis, album quòd commune accidens: ac prædicabile quintum, extra essentiam corporis. Et ex his postremis est difficile intelligere, priorem esse cōceptum vniuersalis in proprio, quam in communi accidenti, tanquam in eo, quod magis est substātiæ coniunctum. Et confirmari efficaciter potest hæc sentētia, quia modus prædicandi sequitur modū essendi, & ab eo quod res est, vel nō est propositio vera, vel falsa appellatur, vt testis est Arist. c. de substantia, sed modus essendi in tribus prioribus perfectior est secundū ordinē expositum, quā in posterioribus, cum in eis maxima ex parte substātialis sit, penitus in his accidentalis, erit igitur modus prædicandi iuxta eandem proportionem, secundum maiorem, vel minorem perfectionem ab omnibus participatus, & ideo secundum modum analogiæ. Confirm.

Caieta. sententia de vniuersalis analogia.

Alio modo non multum diuerso tenet Caieterus eandem analogiam vniuersalis c. 4. prædicamentorū: vniuersale sic distinguens, nam vel comparatur ad omnia prædicabilia & omnium comparatione non potest esse vniuocū, sed analogum, si quidem de tribus prioribus genere, specie, & differentia simpliciter, & per se, de cæteris duobus non per se, sed per accidens, non simpliciter sed secundum quid, tanquam de accidentibus prædicatur, vel ad genus, speciem, & differentiam duntaxat, & re-

inhærentem,& æqualitatem in duobus corporibus. Et hæc simplex notitia vocatur etiam simplex comparatio, quia vnum in altero cognoscere, non contingit sine comparatione,& importat absq; dubio, quasi virtuale, ac imperfectum iudicium, nam eo ipso, quòd sensus cōmunis discernit inter sensata diuersorum sensuum, quadam ratione virtuali, iudicat vnum non esse alterum,& eo ipso, quòd ouis cognoscit lupum, vt sibi inimicum, quodam modo iudicat inimicitiam ei in esse: cæterum, quia non est formale, & expressum iudicium, sed quasi inchoatum,& virtuale, non sufficit ad compositionem, vel prædicationem, aut affirmationem.

II. modo. Alio modo cognoscitur, vnum esse in altero, per modum attributionis,& coniunctionis cum iudicio expresso, ac formali de conueniētia eius,& ex consequenti cum actuali, atque expressa coniunctione vtriusque, ex qua compositio,& actualis prædicatio resultat, & talis cognitio vocatur etiam comparatio attributionis, compositionis, ac prædicationis. Per priorem igitur comparationem cognoscit intellectus naturam abstractam, in singularibus, à quibus abstracta est actu existentem, ac propterea talem comparationem simplicem, consequitur relatio rationis eiusdem naturæ ad singularia, à qua denominatur vniuersalis, cum sit

109. vnius ad multa, consequitur etiam aptitudo prædicandi de multis quæ est relatio prædicabilitatis: nam ex eo, quod vnum aliquid in pluribus existit, quasi naturaliter sequitur, esse aptum prædicari de illis, per posteriorem verò, cognoscit intellectus eandem naturam tanquā actuale prædicatum eorundem singularium, quibus tanquam subiectis actu coniungitur,& ex tali coniunctione resultat actualis compositio, ac prædicatio, hanc igitur comparationē consequitur relatio actualis prædicati, ac subiecti totiusque compositionis, ac prædicationis ad singulas partes, nempè ad naturam, quę actuale prædicatum est, & ad singularia, quæ subiecti rationem habent. Et quia opposita sētentia non distinguit has comparationes, sed posteriores cum priori confundit, reputans eandem cum illa esse, ita, vt quælibet comparatio vnius cum altero sit compositionis, aut diuisionis, seu actualis prædicationis, asseuerauit primam comparationem naturæ eiusmodi esse,& idcircò per actualem prædicationem de multis, ad quæ comparatur, fieri naturam vniuersalem, idemque prorsus esse, vniuersalem denominari,& actuale prædicatum de multis, cæterum cum distinctas esse ostenderimus, luce clarius patet, diuersas quoque relationes ex eis resultare in natura, per simplicem quidem relationem simplicis vniuersalis, ac prædicabilis, per compositam vero relationem actualis prædicati expresse, ac formaliter subiecto attributi,& cum eo coniuncti, ex quorum coniunctione resultat formalis compositio, ac prædicatio.

Ad formam igitur argumenti, dum dicitur intellectus eo ipso, quòd naturam ad inferiora comparat, cognoscit in eis existere, eisque conuenire, concedendum est: sed cum rursus additur talem cognitionem conuenientiæ esse iudicium atque etiam compositionem, & actualem prædicationem (cum iudicare, & componere, non importet aliud quam cognoscere, quod vnum alteri conueniat, aut insit) negandum est: importat enim non qualemcunque cognitionem conuenientiæ, sed expressam, ac formalem attributionem, ac coniunctionem vnius cum altero, sine quibus expressum, ac formale iudicium, aut compositio, seu prædicatio consistere nequeunt. Hoc autem ex eo fit manifestum, quia prædicatum, non est aliud quam attributum alteri, ergo actualis prædicatio non qualemcunque comparationem, nō qualemcunque notitiam conuenientiæ importat, sed expressæ, ac formalis attributionis, quę cum in simplici comparatione non reperiatur nec formale,& expressum iudicium reperitur, neque proinde compositio, vel actualis prædicatio. Quamquam virtuale iudicium, & virtualis etiam attributio reperiatur, quæ fundamentum est formalis,& expressi, per quod postea intellectus vnum alteri attribuens enunciationem componit, extremis namque simplicibus cognitis facile est ea inter se per modum attributionis componere, insurgit tamen per comparationem simplicem relatio naturę ad indiuidua, à qua denominatur formaliter vniuersalis,& ex consequenti formalis aptitudo prædicandi de multis, quam prædicabilitatis nomine intelligunt.

Satis fit fūdamento oppositæ sententiæ.

110.

Et ex his satis innotescit per quem modum comparationis vniuersale fiat. Ad rationem autem eius vniuocam, vel analogam respectu omnium prædicabilium discutiendam properandum est.

QVAE-

QVAESTIO SEPTIMA.

An vniuersale vniuocam rationem habeat respectu prædicabilium, ac verum sit, eorum genus.

Porphyr.

OPus hoc Porphyrij, vt in proœmio ipse proposuit, de quinque vniuersalibus inscribitur, genere videlicet, specie, differentia, proprio, & accidenti, quia de ratione, & natura singulorum in eo differit, constituto igitur vniuersali, quod commune omnibus est, inquirere opere pretium erit quemadmodum se respectu eorum habeat, an videlicet vna sit eius ratio ab omnibus ex æquo participata, vel inæqualis quidem, ac secundum proportionem prius vni, vel alteri conueniens. Si enim primum definientis statuatur, ex consequenti erit omnium comparatione vniuocum, & cum ratio vniuersalis per omnium rerum genera non vagetur, neque ideò trãscendentalis sit, sed determinatis rebus cõueniat, prædicabilia vero, quibus communis est secundum proprias rationes formales sint diuersa, vt propria cuiusque definitione inspecta facile constare poterit, tanquam genus se ad illa habere existimandum erit, vti animal respectu hominis, equi, & leonis: verumq; prædicabilia omnia quædam species vniuersalis, at si è diuerso secundum inæqualem rationem prioris, & posterioris, eisdem conuenire reperiatur, analogum erit, non secus, ac prædicamentorum comparatione ens.

Variæ sententiæ cum fundamentis earum.

I. Sent. statuit esse analogum vniuersale.

ANalogum esse tribus modis diuersis tuentur Doctores diuersi, nam Albertus Magnus, libro prædicabilium tractatu 2. cap 9. tali ordine singulis conuenire statuit, vt primò generi, secundo speciei, & huius ratione differentię posterius, & quasi per accidẽs proprio, & accidenti, quod hoc discursu probat.

Probatur efficaciter.

Principalius est prædicari de pluribus specie diuersis, quam solo numero: quia potiora sunt, quæ specie differunt, maioremque ambitum habent, vt in homine, & equo, quæ species sũt animalis, in Petro, & singulari equo quæ indiuidua sunt specierum earundem, facile intelligi potest, sed gen⁹, vniuersale est, quod de speciebus prædicatur, species vero de solis indiuiduis, potior est ergo vniuersalis ratio in genere quam in specie, atque etiam prius participata, quia ordine naturæ in eiusdem rei constitutione potentia præcedit actum, cum natura ab imperfectioribus procedens, media potentia ad actum perueniat: in constitutione autem speciei genus se habet tanquam potentia contrahibilis per differentias, quasi per actus, ergo priorem locum tenet, atque adeo rationem vniuersalis, vtrique communem prius participat, sed statim post ipsum genus ad speciem descendit, tanquam ad totum, & perfectum, ex genere, & differentia constitutum, & specie media, ad differentiam, tãquam ad aliã essentialem partem. Et cum tria hæc vniuersalia de suis sint inferioribus quidditatiuè, aut essentialiter prædicabilia, non solũ priora, sed principaliora erũt cæteris duobus, quæ extra rei essentiam inueniũtur: vt risibile, quod proprium est, extra essentiã hominis, album quòd commune accidens: ac prædicabile quintum, extra essentiam corporis. Et ex his postremis est difficile intelligere, priorem esse cõceptum vniuersalis in proprio, quam in communi accidenti, tanquam in eo, quod magis est substãtiæ coniunctum. Et confirmari efficaciter potest hæc sententia, quia modus prædicandi sequitur modũ essendi, & ab eo quod res est, vel nõ est propositio vera, vel falsa appellatur, vt testis est Arist. c. de substantia, sed modus essendi in tribus prioribus perfectior est secundũ ordinẽ expositum, quã in posterioribus, cum in eis maxima ex parte substãtialis sit, penitus in his accidentalis, erit igitur modus prædicandi iuxta eandem proportionem, secundum maiorem, vel minorem perfectionem ab omnibus participatus, & ideo secundum modum analogiæ. Confirm.

Cã eri sententia de vniuersalis analogia.

Alio modo non multum diuerso tenet Cãterus eandem analogiam vniuersalis c. 4 prædicamentorũ: vniuersale sic distinguens, nam vel comparatur ad omnia prædicabilia & omnium comparatione non potest esse vniuocũ, sed analogum, si quidem de tribus prioribus genere, specie, & differentia simpliciter, & per se, de cæteris duobus non per se, sed per accidens, non simpliciter sed secundum quid, tanquam de accidentibus prædicatur, vel ad genus, speciem, & differentiam duntaxat, & re-

inhærentem,& æqualitatem in duobus corporibus. Et hæc simplex notitia vocatur etiam simplex comparatio, quia vnum in altero cognoscere, non contingit sine comparatione,& importat absq; dubio, quasi virtuale, ac imperfectum iudicium, nam eo ipso, quòd sensus cōmunis discernit inter sensata diuersorum sensuum, quadam ratione virtuali, iudicat vnum non esse alterum,& eo ipso, quòd ouis cognoscit lupum, vt sibi inimicum, quodam modo iudicat inimicitiam ei in esse: cæterum, quia non est formale, & expressum iudicium, sed quasi inchoatum,& virtuale, non sufficit ad compositionem, vel prædicationem, aut affirmationem.

II. modo. Alio modo cognoscitur, vnum esse in altero, per modum attributionis,& coniunctionis cum iudicio expresso, ac formali de conueniētia eius,& ex consequenti cum actuali, atque expressa coniunctione vtriusque, ex qua compositio,& actualis prædicatio resultat, & talis cognitio vocatur etiam comparatio attributionis, compositionis, ac prædicationis. Per priorem igitur comparationem cognoscit intellectus naturam abstractam, in singularibus, à quibus abstracta est actu existentem, ac propterea talem comparationem simplicem, consequitur relatio rationis eiusdem naturæ ad singularia, à qua denominatur vniuersalis, cum sit

109. vnius ad multa, consequitur etiam aptitudo prædicandi de multis quæ est relatio prædicabilitatis: nam ex eo, quod vnum aliquid in pluribus existit, quasi naturaliter sequitur, esse aptum prædicari de illis, per posteriorem verò, cognoscit intellectus eandem naturam tanquā actuale prædicatum eorundem singularium, quibus tanquam subiectis actu coniungitur,& ex tali coniunctione resultat actualis compositio, ac prædicatio, hanc igitur comparationē consequitur relatio actualis prædicati, ac subiecti totiusque compositionis, ac prædicationis ad singulas partes, nempè ad naturam, quę actuale prædicatum est, & ad singularia, quæ subiecti rationem habent. Et quia opposita sētentia non distinguit has comparationes, sed posteriores cum priori confundit, reputans eandem cum illa esse, ita, vt quælibet comparatio vnius cum altero sit compositionis, aut diuisionis, seu actualis prædicationis, asseuerauit primam comparationem naturæ eiusmodi esse,& idcircò per actualem prædicationem de multis, ad quæ comparatur, fieri naturam vniuersalem, idemque prorsus esse, vniuersalem denominari,& actuale prædicatum de multis, cæterum cum distinctas esse ostenderimus, luce clarius patet, diuersas quoque relationes ex eis resultare in natura, per simplicem quidem relationem simplicis vniuersalis, ac prædicabilis, per compositam vero relationem actualis prædicati expresse, ac formaliter subiecto attributi,& cum eo coniuncti, ex quorum coniunctione resultat formalis compositio, ac prædicatio.

Ad formam igitur argumenti, dum dicitur intellectus eo ipso, quòd naturam ad inferiora comparat, cognoscit in eis existere, eisque conuenire, concedendum est: sed cum rursus additur talem cognitionem conuenientiæ esse iudicium atque etiam compositionem,& actualem prædicationem (cum iudicare, & componere, non importet aliud quam cognoscere, quod vnum alteri conueniat, aut insit) negandum est: importat enim non qualemcunque cognitionem conuenientiæ, sed expressam, ac formalem attributionem, ac coniunctionem vnius cum altero, sine quibus expressum, ac formale iudicium, aut compositio, seu prædicatio consistere nequeunt. Hoc autem ex eo fit manifestum, quia prædicatum, non est aliud quam attributum alteri, ergo actualis prædicatio non qualemcunque comparationem, nō qualemcunque notitiam conuenientiæ importat, sed expressæ, ac formalis attributionis, quę cum in simplici comparatione non reperiatur nec formale,& expressum iudicium reperitur, neque proinde compositio, vel actualis prædicatio. Quamquam virtuale iudicium, & virtualis etiam attributio reperiatur, quæ fundamentum est formalis,& expressi, per quod postea intellectus vnum alteri attribuens enunciationem componit, extremis namque simplicibus cognitis facile est ea inter se per modum attributionis componere, insurgit tamen per comparationem simplicem relatio naturę ad indiuidua, à qua denominatur formaliter vniuersalis,& ex consequenti formalis aptitudo prædicandi de multis, quam prædicabilitatis nomine intelligunt.

Satis fit fundamento oppositæ sententiæ.

110.

Et ex his satis innotescit per quem modum comparationis vniuersale fiat. Ad rationem autem eius vniuocam, vel analogam respectu omnium prædicabilium discutiendam properandum est.

QVAE-

QVAESTIO SEPTIMA.

An vniuersale vniuocam rationem habeat respectu prædicabilium, ac verum sit, eorum genus.

Porphyr.

OPus hoc Porphyrij, vt in proœmio ipse proposuit, de quinque vniuersalibus inscribitur, genere videlicet, specie, differentia, proprio, & accidenti, quia de ratione, & natura singulorum in eo differit, constituto igitur vniuersali, quod commune omnibus est, inquirere opere pretium erit quemadmodum se respectu eorum habeat, an videlicet vna sit eius ratio ab omnibus ex æquo participata, vel inæqualis quidem, ac secundum proportionem prius vni, vel alteri conueniens. Si enim primum definientis statuatur, ex consequenti erit omnium comparatione vniuocum, & cum ratio vniuersalis per omnium rerum genera non vagetur, neque ideò trãscendentalis sit, sed determinatis rebus cõueniat, prædicabilia vero, quibus communis est secundum proprias rationes formales sint diuersa, vt propria cuiusque definitione inspecta facile constare poterit, tanquam genus se ad illa habere existimandum erit, vti animal respectu hominis, equi, & leonis: verumq; prædicabilia omnia quædam species vniuersalis, at si è diuerso secundum inæqualem rationem prioris, & posterioris, eisdem conuenire reperiatur, analogum erit, non secus, ac prædicamentorum comparatione ens.

Variæ sententiæ cum fundamentis earum.

I. Sent. statuit esse analogum vniuersale.

ANalogum esse tribus modis diuersis tuentur Doctores diuersi, nam Albertus Magnus, libro prædicabilium tractatu 2. cap 9. tali ordine singulis conuenire statuit, vt primò generi, secundo speciei, & huius ratione differentiæ posterius, & quasi peraccidẽs proprio, & accidenti, quod hoc discursu probat.

Probatur efficaciter.

Principalius est prædicari de pluribus specie diuersis, quam solo numero: quia potiora sunt, quæ specie differunt, maioremque ambitum habent, vt in homine, & equo, quæ species sũt animalis, in Petro, & singulari equo quæ indiuidua sunt specierum earundem, facile intelligi potest, sed gen⁹, vniuersale est, quod de speciebus prædicatur, species vero de solis indiuiduis, potior est ergo vniuersalis ratio in genere quam in specie, atque etiam prius participata, quia ordine naturæ in eiusdem rei constitutione potentia præcedit actum, cum natura ab imperfectioribus procedens, media potentia ad actum perueniat: in constitutione autem speciei genus se habet tanquam potentia contrahibilis per differentias, quasi per actus, ergo priorem locum tenet, atque adeo rationem vniuersalis, vtrique communem prius participat, sed statim post ipsum genus ad speciem descendit, tanquam ad totum, & perfectum, ex genere, & differentia constitutum, & specie media, ad differentiam, tãquam ad aliã essentialem partem. Et cum tria hæc vniuersalia de suis sint inferioribus quidditatiuè, aut essentialiter prædicabilia, non solũ priora, sed principaliora erũt cæteris duobus, quæ extra rei essentiam inueniũtur: vt risibile, quod proprium est, extra essentiã hominis, album quòd commune accidens: ac prædicabile quintum, extra essentiam corporis. Et ex his postremis est difficile intelligere, priorem esse cõceptum vniuersalis in proprio, quam in communi accidenti, tanquam in eo, quod magis est substãtiæ coniunctum. Et confirmari efficaciter potest hæc sentẽtia, quia modus prædicandi sequitur modũ essendi, & ab eo quod res est, vel nõ est propositio vera, vel falsa appellatur, vt testis est Arist. c. de substantia, sed modus essendi in tribus prioribus perfectior est secundũ ordinẽ expositum, quã in posterioribus, cum in eis maxima ex parte substãtialis sit, penitus in his accidentalis, erit igitur modus prædicandi iuxta eandem proportionem, secundum maiorem, vel minorem perfectionem ab omnibus participatus, & ideo secundum modum analogiæ. Confirm.

Alio modo non multum diuerso tenet Cãeterus eandem analogiam vniuersalis c. 4. prædicamentorũ: vniuersale sic distinguens, nam vel comparatur ad omnia prædicabilia & omnium comparatione non potest esse vniuocũ, sed analogum, si quidem de tribus prioribus genere, specie, & differentia simpliciter, & per se, de cæteris duobus non per se, sed per accidens, non simpliciter sed secundum quid, tanquam de accidentibus prædicatur, vel ad genus, speciem, & differentiam duntaxat, & re- Cãeteri sententia de vniuersalis analogia.

O spectu

parationem, quæ apud multos circumfertur, vna quæ vocatur simplex, & non est aliud, quã simplex quædam notitia vtriusque extremi, vnum cum altero quasi simplici intuitu conferens, per quam intellectus cognoscit naturam esse in multis inferioribus, à quibus abstracta est, altera verò composita vocatur, vel compositionis certè, quæ non solum vtrumq; extremum cognoscit, nempe naturam, & inferiora in quibus existere cernit, sed vnum extremum cum altero componit, vnum alteri attribuit, de ipsoque enunciat. Et comparatio hæc videtur à priori, in eo differre, quòd vera iam formaliter vocatur (veritate quidem, quam complexam, aut cognitam vocant) cum prior solum vera sit veritate cognitionis simplici, sicut visio, aut alterius sensus operatio: in ordine autem ad vniuersale logicum sic solent in schola distingui, vt per simplicem comparationem, fiat natura vniuersalis formaliter, & prædicabilis de inferioribus: & vt talis diuisa sit in quinque vniuersalia, aut prædicabilia, genus, speciem, differentiam, proprium, & accidens: per compositam verò, non vniuersalis, vel prędicabilis, sed cum talis iam præsupponatur, actuale prædicatum de illis, vel aliquo eorum: gratia exempli, dum intellectus cognoscit naturam humanam, quam à Petro, & Ioanne abstraxit, in eisdem esse, talem notitiam comparatiuam consequitur relatio rationis, per quã ad illa refertur, tanquam vna in multis existens, de quibus prædicari apta est, vnde per talem comparationem vniuersalis, & prædicabilis vocatur, non tamen actuale prædicatum, quia nondum actu, eam enunciauit intellectus de eisdem inferioribus, prosequitur autem, & naturam iam, vt vniuersalem cognitam, eisdem inferioribus, vel alicui eorum attribuit, quæ attributio, enunciatio, vel prædicatio vocatur, & sic attributam, prædicatum appellat, subiectum verò inferius illud, cui attribuitur. Hanc itaq; duplicem comparationem distinxerunt hucusq; omnes fermè dialectici, aut etiam Metaphysici (nam vniuersales istæ cõtrouersiæ Metaphysicæ sunt) hanc comparationẽ sequitur relatio actualis prædicati ad actuale subiectum. Sic itaq; senserunt quotquot vniuersale logicum per comparatiuam notitiam intellectus fieri docuerunt.

Sententia affirmans vniuersale, & prædicabile, non distingui.

NOnnulli verò has duas comparationes non distinguunt, sed in vnam eãdemq; prorsus coincidere sentiunt, ita vt eo ipso, quod intellectus comparat naturam cum inferioribus, cernens in eis esse, eam actuale prædicatum constituat, & inferiora, subiectũ, & propositionem conficiat, sentiunt itaque primo, quamlibet comparationem naturæ cum inferioribus esse actualem prædicationem.

Comparatio est actualis prædicatio.

Secundò, consequenter affirmant, eandem prorsus esse relationem, quam habet natura ad inferiora, vt vniuersalem, vt prædicabilem, & vt actuale prædicatum, imò nunquam habere aliam relationem, nisi actualis prædicati de inferioribus, tanquam de actuali subiecto, & per hanc relationem esse primò, & formaliter vniuersalem: vnde non distinguunt potentiam prædicandi ab actu, imò neque admittunt potentiam prædicandi in natura, ita vt prædicabilis denominetur, neq; distinguunt vllo modo vniuersalitatem ab actuali prædicatione, sed essentiam vniuersalis in sola actuali prædicatione ponunt, & apud ipsos vniuersale, non erit aliud, quam actuale prædicatum de multis. 104

Vniuersale & prædicabile idem esse dicunt aliqui.

Quo circa, neq; doctrinam illam in schola receptam, admittunt, quod esse vnũ in multis sit pro essentia vniuersalis, & esse prædicabile de multis proprietas eius: sed dum Arist. vniuersale descripsit, dicens esse: *Vnum in multis, ac de multis*, eũdem actum, eandemq; rationẽ formalem diuersis verbis explicuisse, actum essendi, & prædicandi, denotando.

Explicat definitionẽ Aristo.

Et si eis opposueris apud Arist. diuersa esse, prædicatũ, & vniuersale, vnde in topicis, quatuor duntaxat prædicata posuit, cũ tamẽ apud Porphyrium quinq; sint vniuersalia, aut prædicabilia, respondent prædicatum non reciprocari cum vniuersali, sed latius patere, nam ad complexa, imò ad res singulares se extendit, definitionem namq; quam complexam esse nouerat Aristoteles in prædicatis enumerauit, & singulare accidens de subiecto quoque singulari prædicatur, vt hoc album de Petro: illud ergo prædicatum duntaxat vniuersale est, quod simplex, & vniuocum est, aut denominatiuum multis commune, vt proprium & accidens comprehendantur: concedunt ergo diuersa esse, vniuersale, & prædicatum, tanquam superius, & inferius, sed prædicatum simplex, & vniuocum multis commune formaliter esse vniuersale.

Vniuersale & prædicatũ quomodo distinguuntur.

Vni-

Huius sententię vnicum fundamentum.

Vnicum est fundamentum huius sententię, & quidem non infirmum, eo ipso quod intellectus comparat naturam abstractam ad inferiora, iudicat in eis esse, eisque conuenire, ergo componit duo hæc extrema, videlicet naturã, & indiuidua, constituitque proinde actualem compositionem, & prædicationem vnius de altero: probatur planè consecutio: quia prædicatio actualis, non est aliud quam iudicium, quo intellectus iudicat hoc esse in illo, eique conuenire: totum hoc efficit intellectus, dum naturam comparat, & nisi hoc efficiat, eam nõ comparabit: ergo comparatio, quantumlibet simplex reputetur vera compositio est, veraq; & actualis prædicatio, & hæc erit absq; dubio actualis, ac formalis vniuersalitas, ita vt naturã esse vniuersalem, non sit aliud, quàm esse actuale prædicatum de suis inferioribus in actuali prædicatione.

Obiectioni cuidam occur.

Et si forte dicatur actualem prędicationem quid amplius importare, præter notitiam comparatiuam intellectus, qua cernit naturam esse in inferioribus, eisque cõuenire, nempe actualem affirmationem, per quam intellectus dicat ita esse, quod in eis sit, eisque conueniat, respõdent, hanc affirmationem in comparatione ipsa cõtineri, nam intellectum affirmare, quod hoc sit illud, nihil est aliud quam iudicare, hoc esse illud, aut ei in esse, sed dum naturam comparat cum inferioribus, iudicat in eis esse, eis-
105. que conuenire, ergo actu eam prædicat, de eisdem inferioribus, actualis igitur comparatio, actualis est compositio, actualisq; prædicatio, & proinde relatio actualis prædicati in natura formalis eius vniuersalitas, quę ex actuali comparatione resultat.

Refellitur hæc sententia.

Refellitur hæc sententia.

SEntentia hæc non nihil apparentiæ, habet, ratione cuius facilè decipiet eos, qui superficie tenus naturam comparationis, & ipsiusmet vniuersalis considerant, si vero vtrumque paulò diligentius expendatur, cernere licebit communem sententiam magis esse Aristotelicæ doctrinæ, ac veritati consentaneam.

Probatur primum ex duobus locis, quibus Aristoteles definit vniuersale, videlicet, primo libro de partibus animalium cap. 4. vbi ita ait: *Quæ enim pluribus insunt, hæc vniuersalia appellamus*: & primo libro de interpretatione capit. 5. *Dico autem vniuersale, quod de pluribus aptum est prædicari*, vtraque enim definitio planè docet vniuersalitatem, non in actuali prædicatione positam esse, sed in quodam alio priori, scilicet in eo, quod est in multis esse, aut etiam in aptitudine prædicandi de multis, quod enim hæc priora sint actuali prædicatione notissimũ est, nam esse in multis fundamentum est actualis prædicationis, cũ ex eo, quod aliquid est in aliquo, de illo prædicari possit, non tamen ex eo, quod prædicatur, aut prædicari potest in eo sit, illud igitur prius erit: sed vniuersale vt in priori definitione testatur Aristotel. est vnum in multis existens, ergo prius secundum rationem est vniuersale, quam de illis actu prædicetur. Quod apertius ostẽdit posterior definitio: nam si vniuersale est, quod aptum est prædicari de multis, ergo vniuersalitas aptitudo est prædicandi de multis, non actualis prædicatio, & rursus aptitudo cuiuslibet rei prior est actu cum iste ab illa oriatur, ergo prius secundum rationem intelligitur aliquid aptum prędicari, quã actu prædicetur, sed per aptitudinem est vniuersale, vt docuit Aristoteles, ergo prius est vniuersale quam actu prædicetur, ac tandem si vniuersalitas esset actualis prædicatio, non posset aptitudo prædicandi admitti in natura vniuersali, vt reuera non admittitur ab his autoribus, sed pro eodem prorsus reputatur esse in multis, & actu prædicari de illis, & priusquam actu prædicetur nihil aptitudinis, aut actualis existentiæ habere aiunt, sed primam relationem eius ad inferiora esse actualem prędicationem, at Aristotel. expresse ponit aptitudinem prædicandi in definitione, per quam descripsit vniuersale. ergo hæc sententia, non est doctrinæ eius consona.

D. Tho. sententia.

Sed nec doctrinæ Diui Thomæ, qui posteriorem definitionem elucidans, primo libro de interpretatione lectione 10. perspicuis verbis docet meritò fuisse ab Aristotele designatam, non per actualem prædicationem, sed per aptitudinem prædicandi, sic inquiens: *Contingit autem quandoque, quod propria ratio alicuius formæ intellectæ, non repugnat ei, quod est esse in pluribus, sed hoc impeditur, ab aliquo alio, siue sit aliquid accidentaliter adueniens: puta, si omnibus hominibus morientibus, vnus solus remaneret, siue sit propter conditionem naturæ, sicut est vnus tantum Sol, non quòd repugnet rationi solari esse in pluribus, secundum conditionem formæ ipsius, sed quia non est alia materia susceptiua talis formæ, & ideò non dixit, quod vniuersale est, quod prædicatur de pluribus, sed quod aptum natum est prædicari de pluribus.*

106. Vera probatur sententia I. Sed age iam, & rationibus ostende vniuersalitatem naturæ, non in actuali prædicatione, sed in aptitudine prædicandi præuia consistere: ac propterea prius secundum rationem esse vniuersalem actu, quam actu enuncietur. Probatur autem primo hac ratione, quæ fundamentum oppositæ euertit sententiæ: per simplicem comparationem absque actuali prædicatione, absque vlla affirmatione, & negatione potest intellectus cognoscere naturã in inferioribus existentem, & tunc cognoscit eam esse vnam in multis, ergo esse vniuersalem, quare vniuersalitas, non erit actualis prædicatio, nec in cõpositione, aut diuisione sita erit, sed per simplicem notitiã comparatiuam consurgit. Probatur antecedens in quo tota huius negotij difficultas consistit, primo, quia per simplicem notitiam visus cognoscitur albedo in pariete, per simplicem notitiam æstimatiuè cognoscit ouis inimicitiam lupo inesse, cum ipsum tanquam inimicum cognoscat: ergo per simplicem notitiã poterit intellectus cognoscere naturam in inferioribus existere, atque adeò eam simpliciter cum illis conferre, absque vlla affirmatione, aut negatione, probatur consequutio, quia nequit cognosci albedo in pariete, aut in lupo inimicitia, sine virtuali collatione accidentis cum subiecto, cũ formalẽ efficere nequeant sensus, ergo per simplicem, ac virtualem collationem, quam intellectus potest efficere, poterit naturam in inferioribus existẽtem cognoscere, eamq; vniuersalem denominare ante compositionem.

II. probat. Secũdo, quia per notitiam simplicem intellectus, cognoscimus similitudinem duorũ alborum, ergo cognoscimus relationẽ vtriusque extremi inhærentem, sed relatio est comparatio extremorum, ergo nõ possumus cognoscere similitudinem eorũ, nisi vtrunque cognoscẽdo, cognoscimus igitur vnico intuitu notitiæ simplicis, relationem existentem in vtroq; extremo, quod absq; eorum collatione, non cõtingit, ergo poterit natura cognosci in inferioribus, & cum eis conferri, absque affirmatione, aut negatione, aut actuali prędicatione, ac proinde, sine his erit vniuersalis.

III. probat. Tertio, quoniã definitio, vt Aristoteles docet primo libro de posterioribus resolu. cap. 2. nõ includit affirmationẽ, aut negationem, vel actualem prædicationem, sed sine his conflatur ab intellectu ex genere, ac differentia, ergo absque actuali prædicatione cognoscit intellectus animal tanquam genus hominis, congruere definitioni eius, & pariter rationale tãquam eius differentiam: præterea rationale tanquam actum essentialem contrahere animal ad speciem hominis, & definitionem ex vtroque conflatam homini esse accommodatam, & non leoni, comparat igitur, partes inter se se, & cum toto, dũ definitionem cõponit, idq; absq; affirmatione, vel actuali prædicatione, quæ in compositione definitionis, non ingrediuntur, vt Aristoteles testatur, ergo poterit cognoscere, quòd natura in inferioribus existit, quod est eam cum eisdem conferre, vniuersalemque efficere.

IV. probat. Probatur quarto, ex operatione sensus communis, quę, simplex cũ sit, discernit inter obiecta diuersorũ sensuũ externorum, percipiens colorẽ esse sensatum per visum, non per auditum, & sonũ per visum, & nõ per tactum, sicq; de cæteris, quod præstare nequit, sine comparatione cuiuslibet sensati cum suo sensu, atque etiam cum sensato alterius, cum tamen absque affirmatione id efficiat, non tamen sine comparatione saltem imperfecta, qualis in sensu esse potest, poterit ergo intellectus, per simplicem notitiam cognoscere naturam vnam in inferioribus existentem, quod nõ cognoscet sine comparatione, benè tamen, sine affirmatione, vel actuali prędicatione: ergo nõ est ponenda ratio vniuersalis in hac, sed in relatione ad indiuidua ex simplici comparatione insurgente.

107. Probat. V. Quintum argumentum, aduersus eandem sententiam, ita procedit, si naturã esse vniuersalem est actu prædicari de multis, sequitur non esse vniuersalem, nisi de multis simul enũcietur, ita, vt dicamus Petrum, Ioannẽ, & Franciscum esse homines, dum autem de quolibet eorum per se prædicatur, non erit vniuersalis, quare neque erit prædicatio vniuersalis, dum species prędicatur de vno indiuiduo, aut genus de vna specie, vt si enunciaueris Petrum esse hominem, aut leonem esse animal. Probatur consequutio, quia vniuersalitas est actualis prædicatio, sed vniuersalitas, nõ est nisi respectus naturæ ad multa, ergo non est vniuersalis, nisi dum actu prædicatur de multis, ac proinde dũ de solo vno enunciatur, vt in præfatis prædicationibus, non erit vniuersalis, neque tales prædicationes erunt speciei, aut generis, nam genus, & species formaliter sunt vniuersalia: consequens autem apertè falsum est, namcum sint prædicationes verę, & non identicæ, erunt prędicationes superioris de inferiori, ac propterea

ptercà vniuersalis de suo indiuiduo, vel specie.

Occurritur respon. Neque locum habet iuxta hanc sententiam, quod responderi posset vniuersalem esse hominem, dum de solo Petro enunciatur, & animal dum de solo leone, quia licet de vno solo actu prædicetur, prædicabile est de cæteris, nã si vniuersalitas est actualis prædicatio, nõ erit vniuersalis natura respectu eorum, de quibus enuntiari potest, sed solũ respectu eorũ, de quibus actu enuntiatur; sed non prædicatur actu in singulis propositionibus, nisi de vno, ergo non erit in eis vniuersalis.

Vltimo. Ad extremum quædam sunt naturæ vnicũ duntaxat indiuiduum habentes, vt natura Solis & Lunæ, & talis erat humana cum primum conditus fuit Adamus, quas nihilominus species vocant omnes, & vniuersales esse fatẽtur: quia licet de vno solo actu prædicentur, possunt (quantum est ex se) de multis possibilibus enuntiari. si verò vniuersalitas in actuali prædicatione ponatur, vniuersales non erunt, cum nunquam prædicentur actu de multis; ergo pugnat sententia hæc cum veritate ab vniuersa schola recepta.

An sol, & similia sint species vniuersales.

II. occurritur alteri obiectioni. Solum responderi posset, quòd intellectus plura fingit indiuidua, licet vnum tantum in rebus sit, & naturam abstractam cum omnibus confert, vt vniuersalem efficiat. Hæc tamen solutio, non minùs conficta esset, quàm indiuidua, quare non satisfacit argumento: nam realis natura, sicut actu nequit existere, nisi in veris, ac realibus indiuiduis, pariter, nequit, nisi de talibus actu prædicari, cum prædicatio in re ipsa fundetur, sed natura Solis, & Lunæ est vera, ac realis, ergo, non existit actu, nisi in vero, ac reali indiuiduo, neque potest, nisi de tali enuntiari, quare nullius momenti esse possunt conficta indiuidua, ad effectum vniuersalitatis naturæ realis.

Vnum esse in multis est vniuersalis essentia. Vetus ergo opinio retinenda est, quæ de vniuersali philosophatur, sicut de naturis realibus, quibus assimilatur, ei tribuens essentiam communem ac genericam, & species diuersas ad quas per differentias contrahitur, proprietatemque, & accidentia, eo modo, quo enti rationis possunt conuenire. Pro essentia ei attribuit, quòd vnum sit in multis existens, proprietatem eius asserit esse aptitudinem prędicandi de multis, & prædicari actu commune accidens. Sic deeo loquutus est Aristoteles duobus præsertim testimonijs superius memoratis, sic Diuus Thomas non solum in eorum

Aptitudo vt de multis prædicetur, est passio vniuersalis.

commentarijs, sed pluribus alijs suæ doctrinæ locis, sic Porphyrius in prædicabilibus, sic omnes eius interpretes: sic demum vniuersa schola Peripatetica: modum autem, & ordinem, quo intellectus hæc omnia vniuersali tribuit, talem posuit probabilior sententia, quam sequuti sumus, tenens, per simplicem comparationem intellectus fieri, vt postquam intellectus naturam ab indiuiduis abstraxit, simplici intuitu eam in indiuiduis, à quibus abstracta fuit cernit: & hæc intuitiua notitia, simplex comparatio vocatur: ex qua consurgit relatio rationis in natura ipsa ad indiuidua, à qua relatione denominatur formaliter vniuersalis, & quoniam natura vna in multis cognita de illis enuntiari in propositione potest, ex vniuersalitate oritur alia relatio, à qua denominatur apta prædicari de multis, vel quod idem est actu prædicabilis, & aptitudo hæc censetur proprietas vniuersalis, omni soli, ac semper conueniens. Hanc autem essentiam, & proprietatem explicuit Aristoteles duplici illa definitione à nobis relata, essentiam quidem, dũ asseruit in primo loco: *Quæ in pluribus insunt hæc vniuersalia, appellamus*, proprietatem verò in postremo inquiens, vniuersale esse: *Quod de multis prædicari aptum est*, hæc autem communis, ac vera doctrina satis est corroborata testimonijs, ac rationibus ad oppositam refellendam inductis, solum supererit vnicum eius argumentum dissoluere. 108.

Fit satis argumento oppositæ sententiæ.

Respondet ad argumẽtũ oppositæ sententiæ.

Vnicum fundamentum, cui opposita sẽtentia innititur, prima nostra ratione euersum est, in eius siquidem discursu, satis clarè ostẽdimus, intellectum, per simplicẽ comparationem, absque vlla affirmatione cognoscere naturam in singularibus existentem, cæterum vt doctrinam soluẽdo argumento accommodemus, adnotãdum est, dupliciter cognoscere intellectum, vnũ esse in altero, eive conuenire, aut per simplicem intuitum iuxta modum sensitiuæ notitiæ, quo pacto sensus communis cognoscit colorem esse sensatum per visum, & non per auditum, & sonum per auditum, & non per actum, & ouis per æstimatiuam lupum, vt sibi inimicum, ac nociuum, atque adeò ei inesse inimicitiam, & non agno & intellectus ipse, vnico etiam, ac simplici intuitu cognoscit similitudinem in duobus albis inhæ-

Dupliciter cognoscit intellectus vnum in alio esse.

I. modo.

inhærentem, & æqualitatem in duobus corporibus. Et hæc simplex notitia vocatur etiam simplex comparatio, quia vnum in altero cognoscere, non contingit sine comparatione, & importat absq; dubio, quasi virtuale, ac imperfectum iudicium, nam eo ipso, quòd sensus cõmunis discernit inter sensata diuersorum sensuum, quadam ratione virtuali, iudicat vnum non esse alterum, & eo ipso, quòd ouis cognoscit lupum, vt sibi inimicum, quodam modo iudicat inimicitiam ei in esse: cæterum, quia non est formale, & expressum iudicium, sed quasi inchoatum, & virtuale, non sufficit ad compositionem, vel prædicationem, aut affirmationem.

II. modo. Alio modo cognoscitur, vnum esse in altero, per modum attributionis, & coniunctionis cum iudicio expresso, ac formali de conueniẽtia eius, & ex consequenti cum actuali, atque expressa coniunctione vtriusque, ex qua compositio, & actualis prædicatio resultat, & talis cognitio vocatur etiam comparatio attributionis, compositionis, ac prædicationis. Per priorem igitur comparationem cognoscit intellectus naturam abstractam, in singularibus, à quibus abstracta est actu existentem, ac propterea talem comparationem simplicem, consequitur relatio rationis eiusdem naturæ ad singu-

109. laria, à qua denominatur vniuersalis, cum sit vnius ad multa, consequitur etiam aptitudo prædicandi de multis quæ est relatio prædicabilitatis: nam ex eo, quod vnum aliquid in pluribus existit, quasi naturaliter sequitur, esse aptum prædicari de illis, per posteriorem verò, cognoscit intellectus eandem naturam tanquã actuale prædicatum eorundem singularium, quibus tanquam subiectis actu coniungitur, & ex tali coniunctione resultat actualis compositio, ac prædicatio, hanc igitur comparationẽ consequitur relatio actualis prædicati, ac subiecti totiusque compositionis, ac prædicationis ad singulas partes, nempè ad naturam, quę actuale prædicatum est, & ad singularia, quæ subiecti rationem habent. Et quia opposita sẽtentia non distinguit has comparationes, sed posteriores cum priori confundit, reputans eandem cum illa esse, ita, vt quælibet comparatio vnius cum altero sit compositionis, aut diuisionis, seu actualis prædicationis, asseuerauit primam comparationem naturæ eiusmodi esse, & idcirco per actualem prædicationem de multis, ad quæ comparatur, fieri naturam vniuersalem, idemque prorsus esse, vniuersalem denominari, & actuale prædicatum de multis, cæterum cum distinctas esse ostenderimus, luce clarius patet, diuersas quoque relationes ex eis resultare in natura, per simplicem quidem relationem simplicis vniuersalis, ac prædicabilis, per compositam vero relationem actualis prædicati expresse, ac formaliter subiecto attributi, & cum eo coniuncti, ex quorum coniunctione resultat formalis compositio, ac prædicatio.

Satis fit fũdamento oppositæ sententiæ. Ad formam igitur argumenti, dum dicitur intellectus eo ipso, quòd naturam ad inferiora comparat, cognoscit in eis existere, eisque conuenire, concedendum est: sed cum rursus additur talem cognitionem conuenientiæ esse iudicium atque etiam compositionem, & actualem prædicationem (cum iudicare, & componere, non importet aliud quam cognoscere, quod vnum alteri conueniat, aut insit) negandum est: importat enim non qualemcunque cognitionem conuenientiæ, sed expressam, ac formalem attributionem, ac coniunctionem vnius cum altero, sine quibus expressum, ac formale iudicium, aut compositio, seu prædicatio consistere nequeunt. Hoc autem ex eo fit manifestum, quia prædicatum, non est aliud quam attributum alteri, ergo actualis prædicatio non qualemcunque comparationem, nõ qualemcunque notitiam conuenientiæ importat, sed expressæ, ac formalis attributionis, quę cum in simplici comparatione non reperiatur nec formale, & expressum iudicium reperitur, neque proinde compositio, vel actualis prædicatio. Quamquam virtuale iudicium, & virtualis etiam attributio reperiatur, quæ fundamentum est formalis, & expressi, per quod postea intellectus vnum alteri attribuens enunciationem componit, extremis namque simplicibus cognitis facile est ea inter se per modum attributionis componere, insurgit tamen per comparationem simplicem relatio naturę ad indiuidua, à qua denominatur formaliter vniuersalis, & ex consequenti formalis aptitudo prædicandi de multis, quam prædicabilitatis nomine intelligunt. 110.

Et ex his satis innotescit per quem modum comparationis vniuersale fiat. Ad rationem autem eius vniuocam, vel analogam respectu omnium prædicabilium discutiendam properandum est.

QVAE-

QVAESTIO SEPTIMA.

An vniuersale vniuocam rationem habeat respectu prædicabilium, ac verum sit, eorum genus.

Porphyr.

OPus hoc Porphyrij, vt in proœmio ipse proposuit, de quinque vniuersalibus inscribitur, genere videlicet, specie, differentia, proprio, & accidenti, quia de ratione, & natura singulorum in eo disserit, constituto igitur vniuersali, quod commune omnibus est, inquirere operę pretium erit quemadmodum se respectu eorum habeat, an videlicet vna sit eius ratio ab omnibus ex æquo participata, vel inæqualis quidem, ac secundum proportionem prius vni, vel alteri conueniens. Si enim primum definientis statuatur, ex consequenti erit omnium comparatione vniuocum, & cum ratio vniuersalis per omnium rerum genera non vagetur, neque ideò trāscendentalis sit, sed determinatis rebus cōueniat, prædicabilia vero, quibus communis est secundum proprias rationes formales sint diuersa, vt propria cuiusque definitione inspecta facile constare poterit, tanquam genus se ad illa habere existimandum erit, vti animal respectu hominis, equi, & leonis: verumq; prædicabilia omnia quædam species vniuersalis, at si è diuerso secundum inæqualem rationem prioris, & posterioris, eisdem conuenire reperiatur, analogum erit, non secus, ac prædicamentorum comparatione ens.

Variæ sententiæ cum fundamentis earum.

1. Sent. statuit esse analogum vniuersale.

ANalogum esse tribus modis diuersis tuentur Doctores diuersi, nam Albertus Magnus, libro prædicabilium tractatu 2. cap 9. tali ordine singulis conuenire statuit, vt primò generi, secundo speciei, & huius ratione differentię, posterius, & quasi peraccidēs proprio, & accidenti, quod hoc discursu probat.

Principalius est prædicari de pluribus specie diuersis, quam solo numero: quia potiora sunt, quæ specie differunt, maioremque ambitum habent, vt in homine, & equo, quæ species sūt animalis, in Petro, & singulari equo

Probatur efficaciter.

quæ indiuidua sunt specierum earundem, facile intelligi potest, sed gen⁹, vniuersale est, quod de speciebus prædicatur, species vero de solis indiuiduis, potior est ergo vniuersalis ratio in genere quam in specie, atque etiam prius participata, quia ordine naturæ in eiusdem rei constitutione potentia præcedit actum, cum natura ab imperfectioribus procedens, media potentia ad actum perueniat: in constitutione autem speciei genus se habet tanquam potentia contrahibilis per differentias, quasi per actus, ergo priorem locum tenet, atque adeo rationem vniuersalis, vtrique communem prius participat, sed statim post ipsum genus ad speciem descendit, tanquam ad totum, & perfectum, ex genere, & differentia constitutum, & specie media, ad differentiam, tāquam ad aliā essentialem partem. Et cum tria hæc vniuersalia de suis sint inferioribus quidditatiuè, aut essentialiter prædicabilia, non solū priora, sed principaliora erūt cæteris duobus, quæ extra rei essentiam inueniūtur: vt risibile, quod proprium est, extra essentiā hominis, album quòd commune accidens: ac prædicabile quintum, extra essentiam corporis. Et ex his postremis est difficile intelligere, priorem esse cōceptum vniuersalis in proprio, quam in communi accidenti, tanquam in eo, quod magis est substātiæ coniunctum. Et confirmari efficaciter potest hæc sententia, quia modus prædicandi sequitur modū essendi, & ab eo quod res est, vel nō est propositio vera, vel falsa appellatur, vt testis est Arist. c. de substantia, sed modus essendi in tribus prioribus perfectior est secundū ordinē expositum, quā in posterioribus, cum in eis maxima ex parte substātialis sit, penitus in his accidentalis, erit igitur modus prædicandi iuxta eandem proportionem, secundum maiorem, vel minorem perfectionem ab omnibus participatus, & ideo secundum modum analogiæ. Confirm.

Alio modo non multum diuerso tenet Cāerus eandem analogiam vniuersalis c. 4 prædicamentorū: vniuersale sic distinguens, nam vel comparatur ad omnia prædicabilia & omnium comparatione non potest esse vniuocū, sed analogum, si quidem de tribus prioribus genere, specie, & differentia simpliciter, & per se, de cæteris duobus non per se, sed per accidens, non simpliciter sed secundum quid, tanquam de accidentibus prædicatur, vel ad genus, speciem, & differentiam duntaxat, & re- Cāeri sententia de vniuersalis analogia.

ſpectu horũ eandem habet rationẽ, ſi quidẽ omnia prædicantur, de ſuis inferioribus eſſentialiter, & per ſe, qua propter erit eis vniuocum, & omnium comparatione analogum. Refert autem pro hac ſua opinione antiquos Philoſophos, Alexandrũ, Amoniũ, & ſimplicium, in commentarijs eiuſdem quarti capitis, ex modernis vero Magiſt. Sot. ibidem, ſed profectò hi omnes indiuerſo alio ſenſu loquuntur, vt legenti facile patebit.

Probatur ex ſentent. Fundatur autem hæc ſententia primo in quibuſdam locis, Ariſt. 4. Metaphyſi. text. 14. quæ ſic ſe habent: *Si autem omnia ſecundum accidens dicuntur, nihil erit primum vniuerſale*. Ac ſi clarius diceret, primo, & per ſe in ſola ſubſtantia repertum eſſe vniuerſale, per participationem eius, in accidentibus, analogicè, ergo in omnibus.

Secundo Ariſtoteles 4. capite ante prædicamentorum hãc vniuocorum definitionem affert *Vniuoca ſunt, quorum nomen eſt commune ratio vero ſubſtãtiæ nomini accommodata eſt eadem.* Per rationem vero ſubſtantiæ vniuerſi expoſitores intelligunt definitionem, vel certè proprium conceptum eiuſdem nominis vniuoci: iuxta quem ſenſum illud duntaxat nomen vniuocum erit, cuius definitionem inferiora ſic participant, vt ſit vna, & eadem in omnibus, ſed quartum, & quintum prædicabile de ſuis inferioribus eodem modo non dicuntur, nam alia eſt riſibilis, atque hominis definitio, albi, atq; corporis: ergo non ſunt reſpectu eorum vnniuoca, atq; adeo neque vniuerſalia ſimpliciter appellãda: ſi quidem vniuerſale ex propria definitione vnũ eſt in multis, hoc eſt reſpectu ſuorum inferiorum vniuocum: cõpertum eſt autem genus ſpeciẽ, ac differentiã vniuoca eſſe reſpectu ſuorũ inferiorũ prędicata, quia nomine, & ratione de eis dicuntur: erit ergo vniuerſale ad hęc tria cõparatum vniuocũ: analogum ad omnia. Adde etiã Ariſt. eodem loco diuerſam tradidiſſe definitionem denominatiuorũ, à definitione vniuocorum, denominatiua eſſe ſtatuẽs, quæcunq; ab alio differentia caſu, ſecundũ nomen appellationem habent, ſed quæ pertinent ad quartum, & quintũ prædicabile ſunt denominatiua, vt riſibile, & album: ergo definitione ab vniuocis diſtinguuntur, notum eſt autem non eſſe vniuerſalia ſimpliciter, ſi nõ ſunt vniuoca.

Probatur II. ratio. Secundo probatur, quia illud eſt vniuerſale per ſe, & ſimpliciter, quod de pluribus prædicabile eſt, predicatione per ſe, nam hęc ſola demonſtrationi deſeruit, ad cuius conſtitutionẽ prædicabilia ordinantur, ſed quintum ſaltem prædicabile de ſuis inferioribus dicitur prædicatione per accidens, nam tales iſtę ſunt homo eſt viſibilis, corpus eſt album, ergo non poteſt eſſe vniuerſale, niſi forte per accidens.

Quid ſentia Oña de hac analogia. Poſtremum analogiæ modum poſſuit Magiſter Oña, quæſtione 2. vniuerſalium, articul. 3. affirmans, ſic eſſe vniuerſale analogum ad omnia prædicabilia comparatum, vt de genere ſolum, & ſpecie, per ſe, ac ſimpliciter enũtietur, de tribus alijs dependenter ab his, & ideò ſecundum quid ita rem ſe habere in proprio, & in communi accidenti arbitratur notũ eſſe, quia quemadmodum habent eſſe à ſubſtantia ſpecifica, vel indiuiduali, quibus inſunt, & de quibus prædicantur, prædicabilitatis rationem ab eiſdem participare neceſſariũ eſt: idque ſatis eſſe confirmatum præſupponit, rationibus ſententiæ præcedentis.

Probatur I. Probat autem primò, quia differentia eſt, quædam ſpeciei pars, ergo habet eſſe dependẽter à toto, ſed modus prædicandi ſequitur modum eſſendi: ergo rationem vniuerſalis, & prędicabilis ab eadem dependentem habebit, & eius reſpectu ſecundumquid talis appellabitur. Secundo ad eſſentiam vniuerſalis ſpectat eſſe de pluribus prædicabile, ergo non alia ratione vniuerſalis eſt differentia, ac prædicabilis de multis, ſed id non habet, niſi media ſpecie, ergo non habet proximam, ſed remotam rationem prædicabilis, rationalis eſt enim Petrus, rationalis Paulus, quia rationalis homo, ergo, & vniuerſalis eſt differentia mediante alio, & ideo ſecundum remotam prædicationem, & vtriuſque ratione à conceptu vniuerſali ſimpliciter, deficiet.

Probatur idem duobus alijs argumentis. Et vt nihil difficultatis pro hac parte intactum relinquatur: alia via oſtendo, vniuerſale non eſſe genus prædicabilium: nam genus de ſuis ſpeciebus non denominatiuè, aut accidentaliter prædicatur, ſed quidditatiuè, at vniuerſale de primo prædicabili, & tribus poſtremis prædicatur accidentaliter, ergo non erit eorum genus: minorem hunc in modum oſtendo: de quo prædicatur aliqua ſpecies accidentaliter, eodem modo prædicatur genus illius ſpeciei, vt quia de homine prædicatur album accidentaliter, de eodem prædicatur accidentaliter color. Vtraque enim hæc eſt accidentalis prædicatio: homo eſt albus, & homo eſt coloratus: ſed ſpecies, quæ eſt ſecũdum prædicabile enuntiatur accidentaliter de genere,

dum dicimus genus est species vniuersalis, quæ prædicatio cum vera sit, & non essentialis (quia vnum prædicabile non prædicatur essentialiter de alio, cum sint species distinctæ) erit accidentalis: pariter ergo erit accidentalis hęc genus est vniuersale, cum vniuersale sit genus speciei, non secus, ac coloratum est genus albi. Eodemque argumento probatur accidentaliter prædicari de differentia, proprio, & accidenti: de quibus eadem species prædicatur accidentaliter, nam accidētales sunt istæ propositiones, differentia est species, propriū, & accidens sunt species, non ergo erit eorum genus.

II. argum. Secundo: genus superius est prædicatum suarum specierum, sed vniuersale inferiorem potius rationem habet, respectu generis, & speciei, quæ de ipso prædicātur, in his vniueruersale est genus, vniuersale est species entis rationis, ergo nequit esse prædicabilium genus.

Vera sententia adstruitur.

Vera sententia. Finalis sententia tenet, vniuersale ad omnia prædicabilia cōparatum vniuocum esse, verè ac propriè eorum genus, quemadmodum animal respectu hominis, equi, & leonis.

113. Hanc profitetur, Diu. Thom. in quæstionibus vniuersalibus, quæstio. 2. cui subscripsere Scotus, quæstion. 8. vniuersalium, Iauellus tracta 4. de 5. prædicabilibus ca. 1. 5 & 6. Magister Sotus, quæstion. 4. vniuersalium, & capit. de genere, quęstion. vnica non longè à fine, Doctor Toletus, quæst. 2. vniuersalium, & hæc mihi semper placuit sententia.

I. notabil. Sed, vt argumentorum vis, quibus eam cōfirmare intendo, melius percipiatur, notandū est ex doctrina Diu. Thom. opusculo 55. tractatu 1. genus, & reliqua prædicabilia, materiale, & formale significatum habere (vt nuper de vniuersali expositum reliquimus præcedenti quæst.) natura, quæ denominatur genus, vel species, materiale significatum est, secunda intentio generis, vel speciei denominans, formale. Denominata autem natura, geminam habet considerationem, vna est ad propriā entitatem, vel essentiam pertinens, alia in quantum secundæ intentioni substernitur, vt generis, vel speciei ab ea nomen accipiat, & ex consideratione priori, denominatæ naturæ, genere, vel specie diuersæ sunt, & quidem si genere differant, vt in rebus diuersorum prædicamētorum contingit, nihil commune vniuocum habere possunt, quod in vniuersis prædicabilibus locum habet, denominatur enim genus in primo prædicabili animal, denominatur color, & quantitas; species item homo, & etiam albedo in secundo; si ergo naturæ istæ, quæ speciei, vel generis nomen accipiunt, ex propria entitate, & essentia accipiātur, prædicamētis diuersæ sunt, nam ad prædicamentum substantiæ animal, & homo spectant ad prædicamentum quantitatis, & qualitatis cætera, neque possunt aliam communem habere rationem præter analogā entis realis sub qua absoluta entia vocantur illa, hæc vero non nisi secundū quid. Cæterum si priora, & posteriora consideres in quantum denominationi secundæ intentionis subsunt (quæ consideratio non est realis sed rationis: cum iuxta illam genus, vel species ab intellectu similes intentiones eis attribuente appellentur) eodem modo se habere inuenies, æquali ratione talibus nominibus gaudent, & ideò vniuoca est eis huius cōsiderationis ratio. Cuius exemplum in supremis generibus, quæ ex propria natura reali maximè distant, accipere possumus, nam substantia, & quantitas considerantur in quantum sub ente reali militant, vel sub ente rationis, aut secūda intentione primi prædicabilis genus vtramque denominante, prior consideratio inæqualitatē realis entitatis in eis constituit, propter dependentiam quantitatis à substantia, sed consideratio posterior, æqualem vtramque facit, generis appellationem absque discrimine eis conferens, cuius euidens est discriminis ratio, quia consideratio illa cum sit realis, in earum entitates fertur, in quibus apertum est discrimen, hæc verò entitates non attendit, sed an 114. inferiora habeant specie, vel numero diuersa, cuiuscunque entitatis sint, idcirco æqualis est, & vniuoca ratio in substantia, & accidenti. Quinimò in ente reali, & rationis, si similia, hoc est, inferiora habeat, quantumuis ab intellectu fabricata, sub cuius consideratione non minus contingit diuersa esse specie, vel numero, quam illa sub natura reali. Et quia secūdę intentiones prædicabilium sunt relationes rationis, libet aliud exemplum subijcere in relatione reali, vt veritas hęc luce clarius cōspiciatur. Aristoteles in prædicamento ad aliquid decernit, primum genus relationis in vnitate fundamentum habere, quæ vnitas si in substātia reperiatur relationem identitatis, æqualitatis, Aliud exempl. si in quantitate, similitudinis, si in qualitate constituit, Petrus, & Paulus, relationem identitatis ratione eiusdē specificæ humanitatis habent

bẽt, duo corpora eiusdem longitudinis relationem æqualitatis, & si in eodem sint gradu albedine affecta, relationem similitudinis, eiusmodi ergo relationes in vnitate fundatæ, species sunt primi generis, de quibus absque dubio vniuoce prædicatur, cum tamen fundamenta secundum propriam entitatem accepta, vniuocum conceptum non habeant, sed analogum entis, sub ratione fundãdi talis generis relationem, vniuocam: similem ergo conditionem habent, quæcunque naturæ, in quibus relationes rationis fundantur, & in hoc decepti inueniuntur Doctores oppositarum opinionum, primam solum considerationem fundamentorum attendẽtes, nõ postremam, quæ sola pręsenti instituto deseruit.

I. ratio. Ex hac ergo doctrina, vnam, vel alteram rationem satis efficacem elicere possumus, in cõfirmationem nostræ sententiæ. Vniuersale cõuenit intentioni generis, speciei, & aliorum prædicabilium formali atque essentiali ratione: naturis verò ab eisdem denominatis, tanquam fundamentis ratione accidentali, sed cuiuscunque generis, vel prædicameti eiusmodi sint naturæ, vniuocam rationem fundandi tales intentiones habent (vt explicata doctrina ostendit) ergo vniuocam prædicationem earũ suscipiunt, vnde sequitur vniuocum esse omnium respectu, vniuersale. Et certè, si materialis esset ratio fundamentorum spectanda, nullum prædicabile esset vniuocum respectu eorum, quæ sub se comprehendit, cum substantiam, simul atque accidentia, tria priora claudant, posteriora vero diuersorum prædicamentorum accidentia, sub primo quidem prædicabili omnium prædicamẽtorum genera, sub secũdo species, sub tertio differentię cõtinẽtur, & sub proprio, & accidenti, quæ talem modum prædicandi habere contingit, cuiusmodi sunt nouem prædicamenta accidentis respectu subiectorum.

II. ratio. Secundò, definitio vniuersalis id tantum continet, quod vnũ in pluribus sit, & de eis prędicari aptum, ab hoc vel illo modo prædicãdi, proxima, vel remota, essentiali, vel accidentali prædicatione (quibus modis prædicabilia distinguũtur) abstrahẽs, sed communis illa ratio omnibus ex æquo conuenit, si quidem speciales modi prædicandi discrimen statuentes extra illam sunt, ergo etiamsi proprijs sint differentijs valde diuersa, atque alijs alia longè perfectiora prædicabilia, in modo prædicãdi, vniuersalis tamen definitio omnibus vniuoca erit, quemadmodum in reliquis contingit generibus, quorum ratio communis à particularibus abstrahens differentijs, cunctis speciebus vniuoca est, quantumcunque proprijs differentijs plus, vel minus perfectis contracta.

Solutio argumentorum aliarum opinionum.

Sed vt aduersariorum argumentis fiat satis vnum est valde obseruandum, vniuocum, duobus modis esse accipiendum. Stricto quidem, pro eo, quod non solum vnam eamdemque rationem omnibus inferioribus communem habet, sed eisdem essentialem, quemmodũ in superiori tantùm per essentiales differentias diuiso reperimus, suorum inferiorum respectu, quæ eisdem differentijs constituuntur, & hũc modum vniuocationis prædicamẽtalis ordo obseruat, cuius rectam lineã genera solum, atque species à primo (quod generalissimum vocant) vsque ad atomam speciem componunt, differentijs genera diuidentibus, speciesque constituentibus, prædicamenti latera cingentibus. Ideò Aristoteles in principio prædicamentorum strictiori hoc modo vniuoca definiens, quantum prædicamentorum constitutioni inseruire possunt, ea solum esse statuit, quorum commune nomen est, ratio verò substantiæ nomini accommodata eadem. Posteriori modo non quidem adeò stricto, vniuocum accipitur pro eo, quod vnam rationẽ pluribus communem, neque tamen analogã, sed ex ęquo in vniuersis repertam, eisdem essentialem aut etiam accidentalẽ importat, in qua acceptione ab æquiuoco duntaxat vel analogo separatur: & denominatiuum comprehendit, si accidentalis eius ratio nomine ipso significata modo eodem inferiora denominet, eis solum exclusis, quæ secundum imperfectam, & diminutam rationem eandem formam participãt, vniuocum est enim album omnium corporũ eandem formam albedinis absoluta denominatione participantium respectu, iuxta postremam hanc acceptionem, sed analogum comparatione eorum, quę secundum modũ totius, & partis ab eadem denominantur, vt in albo homine simpliciter, & solum secundum dẽtes, notum est.

Pro solut. argum. notab. vnicũ.

Hanc vniuoci acceptionem tenet expressè Porphyrius 7. capit. prædicabilium §. de cõmunitatibus generis, & proprij, his verbis: *Commune autem est etiam vniuoce prædicari genus de pro-*

proprijs speciebus, & proprium de his, quorum est proprium: & D.Thom.cuius verba nuper retulimus ex summa contra gentes vbi commune esse docuit omnibus prædicabilibus vniuoce de inferioribus prædicari. Caietanus etiam vtrumq; distinctionis membrum verbis solum diuersis approbat capite de substãtia circa medium, & sic loquendum esse efficax ratio confirmat.

Probatur ratione. Quia maiorem habet extensionem ordo prædicabilium, quam prædicamentorum, cum ille quamlibet propositionem directam comprehendat, siue per se sit demonstrationi de-
116. seruiens, cuiusmodi est ea, in qua quartum prędicabile de suis inferioribus enunciatur, siue accidentalis, vt eius discrimine illa cognoscatur, & probabili etiam argumentationi deseruiat, quæ non parum conferre solet ad rei cuiusque naturam ex accidentibus inuestigandam, prædicamentalis autem ordinatio strictior est, quæ ex solis generibus, & speciebus constat, vnde non mirum si contractior sit modus accipiendi nomen vniuocum respectu illius.

Iuxta postremam igitur acceptionem intelligenda est particula, vnum, in definitione vniuersalis collocata, sicque facilè conuincitur, vniuersalium definitionem posterioribus etiam prædicabilibus ex ęquo conuenire, & vniuersale ipsum genus omnium esse.

Exponitur argumentum Alberti.

QVibus prælibatis soluitur Alberti argumentum de genere, specie, cæterisque prædicabilibus, iuxta rationes materiales fundamentorum consideratis procedens, quæ verè ita se habent, vt refert argumentum, sed logica consideratio, quę denominationem vniuersalis, atque prædicabilis omnibus confert, omnia etiam æqualia constituit, cum non proprias entitates, sed ordinem cuiusque ad sua inferiora attendat, qui eiusdem rationis est, in quibusuis generibus, speciebus, ac differentijs, siue prædicamenti substantiæ sint, siue accidentis, eiusdem etiam in quarto, & quinto prædicabili, ac si essent res substantiales, idcircò cunctis vniuoca est definitio vniuersalis.

ad confir. Ad confirmationem respondetur, vulgatum illud, modus prædicandi sequitur modum essendi, distinguendum esse, nam modus essendi rerum, duplex est. Vnus, quem singulæ habent ex propria entitate reali, vel essentia, alius, quẽ habent ex modo, quo ab intellectu considerantur, posteriorem sequitur modus prædicandi, non priorem. cuius ea est ratio, quoniam modus prædicandi proprietas est non ab intrinseco rebus conueniens, sed ab intellectu attributa, idem est autem modus considerationis in genere, & quouis alio prædicabili, siue in substantia, siue in accidenti fundetur (vt expositum est) ergo erit idem modus prædicandi, atq; adeò vniuersalis, & prædicabilis ratio vniuoca.

Verba autem Aristotelis in fauorem primæ opinionis opposita, longè diuersum habuisse sensum facilè intelliget, qui eum eo loco consuluerit, vbi non de simplici atque incomplexo vniuersali (cuius naturam inuestigamus) loquebatur, sed de complexo, hoc est, de principio in scientijs per se noto, ex quo earum conclusiones deducuntur, quòd tamen penitus abstulisse, illorum positionem docet, qui prędicata quæcunque quibusuis rebus accidere constanter affirmabant, contra quos tunc loquebatur. Exponunt verba Aris.

Priori autem argumento secundæ opinionis, eiusq; confirmationi ex adnotatis in corpore quæstionis satisfactum est, quia nõ requiritur vniuersalia stricto illo modo esse vniuoca, sed satis est eandem rationem etiam accidentalem in inferioribus habeant, secundum quam, de eisdem sint prædicabilia, vt absoluta consideratione vniuersalis definitio eis cõueniat. Ad 1. arg. II. opinio.

Secundum argumentum admittit iam, quartum prædicabile prædicationes in secundo modo perseitatis continens vniuocum habere conceptum vniuersalis, de quinto verò prædicabili dicendum est, eundem etiam vniuersalis modum habere, si quidem in communi ratione vnius in multis cum cæteris prædicabilibus conuenit, quanquam specialem modum prædicandi imperfectiorem habeat, neq; oportet prædicationes per se complectatur, nam licet verum sit ex eis duntaxat, demonstrationẽ componi, probabiles tamen syllogismos ad artem dialecticam per se spectantes, prædicationes quinti prædicabilis conficiunt, quæ cũ directæ etiam sint, directum modum prædicãdi habent, per se sub dialectica comprehẽsum, atque adeò sub eodem conceptu communi vniuersalis. Ad 2. arg.

Argumenta tertiæ opinionis nouum quid difficultatis non afferunt, sed ex præfatis alio- Ad argum. III. opin.

rum ſolutionibus abunde ſatis ſoluuntur, illud tamen paucis explicare oportebit, quonam modo vniuerſalia ſint, vltima differentia, &
117. proprium. Exempli gratia, rationale, & riſibile, cum vel de vno tantum proximè prædicentur, vel remotè de pluribus, dicimus autem ſpeciem plura eſſe virtute, quanquam vnum tantum ſit formaliter, & expreſsè, quia vniuerſa eius indiuidua ab ea deriuantur, & eandem eius eſſentiam participant, ergo de pluribus ſecundum rationem virtualem prædicantur proximè, differentia vltima, & proprium, dum de ſpecie enuntiantur, idque ſatis eſt, vt ſecundum propriam rationem vniuerſalia appellentur. vel melius dici poteſt, vniuerſale, quod genus eſt quinque prædicabilium, abſtrahere a modis eſſendi in multis, proximè vel remotè: & vtrumque modum ad maiorem, vel minorem perfectionem differentiarum pertinere, quemadmodum in cæteris generibus, & ſpeciebus cernimus: ideoq; atoma differentia, & proprium, quæ remota ſolum ratione pluribus inſunt, ſimpliciter vniuerſalia erunt, quanquàm imperfecta, & in tertia, & quarta ſpecie collocabuntur.

Duo vltima argumenta ſoluuntur.

SVperſunt duo argumenta à nobis propoſita diluenda, pro eorum autem ſolutione adnotare oportet, prædicabilia dupliciter conſiderari poſſe, primo, vt ſunt formæ denominantes naturas vniuerſales, ac prædicabiles, quodlibet quidem iuxta propriam naturam, nam primum prædicabile denominat naturam prædicabilem de differentibus ſpecie in quid, ſecundum, de differentibus numero: ſicque de cæteris iuxta proprias conditiones: materialiter verò conſiderantur, in quantum vna intentio poteſt eſſe fundamentum alterius ab ea denominatum, quo pacto ſe habent per modum primarum intentionum, quæ à ſecundis denominantur, & hoc modo accipitur primum prædicabile dum denominatur ſpecies, à ſecundo, ſi dicamus genus eſſe ſpeciem vniuerſalis, ſe enim habet ſicut homo, dum dicimus, eſſe ſpeciem animalis, & par eſt ratio de tribus poſtremis prædicabilibus, dum dicimus, eſſe ſpecies vniuerſalis, & conſideratio prior eſt eſſentialis, ſub qua diuerſa conſtituuntur prædicabilia, quo pacto repugnat vnum de altero enuntiari: poſterior verò cum ſit materialis, neque eſt eſſentialis, neq; ea diſtinguit, ſed efficit ſolum vt ſint fundamenta, accidentaliter ad prædicabilia ſpectantia, hoc eſt, ad ſemetipſa iuxta priorem conſiderationem accepta, non ſecus, ac primæ intentiones, vel reales naturæ, quæ ab eiſdem denominantur accidentaliter. In argumentis verò propoſitis ſub hac ſecunda conſideratione accipiuntur, & non ſub prima, dum in primo 118.
dicitur ſpeciem enunciari de genere, ac reliquis prædicabilibus accidentaliter, quod verum quidem eſt, & ex eo euidenter infertur, prædicari etiam de illis accidentaliter vniuerſale, ac proinde non eſſe genus ad illa, & eodem modo accipitur vniuerſale, dum in ſecũdo argumento dicitur eſſe inferius primo, ac ſecundo prædicabili, de eo enunciatis in illis prædicationibus, vniuerſale eſt genus, vniuerſale eſt entis rationis ſpecies, vtraq; enim prædicatio accidentalis eſt. Hæc autem conſideratio ſecundarum intentionum adeo vera eſt, vt in vno, eodemq; reperiatur accidentaliter de ſeipſo enunciato, ſecundum materialem, & formalem conſiderationem accepto in ſubiecto, & prædicato, cum vera ſit hæc, & accidentalis, vniuerſale eſt genus, eſſentialis verò, hęc, genus eſt vniuerſale, ex quo planè ſequitur hãc eſſe accidentalem, vniuerſale, eſt vniuerſale, & non identicam, quia ex parte ſubiecti, accipitur materialiter, tanquam fundamentum ſui ipſius a parte prædicati formaliter accepti, hoc eſt, vt denominans ſeipſum pro fundamento acceptum, ſub poſteriori vero conſideratione formali, ſicut vnum prædicabile de altero non enunciatur accidentaliter, ſed ſpecies ſunt diſparatæ, nec enunciatur de illis vniuerſale accidentaliter, ſed ſemper quidditatiuè. Et ecce vtrumq; argumentum planè ſolutum, & arcanum quoddam ſecundarum intentionum reſeratum, quod niſi quiſpiam calluerit, ordinẽ, diſtinctionem, ac naturam prędicabilium, perſpectam habere haud quaquam poterit.

QVAESTIO OCTAVA.

Sit ne vniuerſale, vel prædicabile adæquatum huius libri obiectum.

PAr eum eſſe totius dialecticæ, opuſculum hoc, ſatis ex ſuperioribus notũ eſſe arbitror,

tuor, ideò partiale obiectum ei correspondeat necesse est, cuius cognitionem intēdat, quemadmodum totalis obiecti notitiam vniuersa intendit scientia, ea, de quibus differit, quinque sint vniuersalia, vel prædicabilia, quæ propter ex his duobus locum obiecti habebit alterum, cui conuenientius adaptantur conditiones obiecti, quas cum copiose satis, q. 5. proœmiali totius dialecticæ obiectum inuestigantes, scripserimus, verbis in præsentiarum repetere non oportebit, sed memoria duntaxat.

Rationes dubij pro vtraque parte proponuntur.

Rationes dubij. VTramque controuersiæ partem ancipitem reddunt quæ sequuntur rationes.

I. ratio. Ad scientiam maxime spectat naturam sui obiecti, & proprietates inquirere, atque quantum in se fuerit explicare: sed Porphyrius in procemio huius tractatus abstinendum sibi fore existimauit ab eis quæstionibus agitandis, quæ ad vniuersalis naturam, & proprietates pertinent, nam discutere noluit an vniuersalia in rebus sint, vel in solo intellectu? An sint à sensibilibus separata, vel in eisdem existentia? & eiusdem generis quæstiones, plures alias, quæ tamen à nobis proposite, & vtcunque agitatæ non mediocrem eiusdem vniuersalis notitiam, pepererunt, censuit igitur Porphyrius vniuersale non esse huius libri obiectum.

II. argum. Et confirmatur secundò eadem pars, Quia scientia non excedit mensuram sui obiecti vtpote de re aliqua differens, quam eiusdem obiecti ambitus non comprehendat, sed prædicabilium opus duorum explicare naturam intendit ex professo, quæ à ratione vniuersalis abhorrent, nempe speciei subijcibilis, atq; indiuidui, ea enim vniuersalis non est, siquidem inferiora non respicit, sed assignatum genus, sub quo collocatur, vt testis est Porphyrius, capite de specie his verbis, eam definiens: *Species est, quæ sub assignato genere collocatur*: Indiuiduum verò, vt proprium nomen indicat, alijs caret, in quibus esse possit, vt vniuersale sit, vtrumque tamen ad prædicabilis considerationem spectare constat, hoc tanquam prædicabile de vno, & species subijcibilis oppositionis titulo, iuxta vulgatum illud verissimumque principium ab Aristotele proditum tertia problematum sectione, problemate 7. & 11. sub his verbis: *Oppositorum eadem est scientia*, Adde etiam, eam esse terminum relationis primi prædicabilis, qua etiam de causa simul erit cum eo ab hac parte dialecticæ consideranda, ex quibus elicitur non esse subiectum huiusce partis dialecticæ, vniuersale, sed prædicabile.

Vltimum argumentũ Ad extremum, illud est formale alicuius scientiæ obiectum, sub cuius ratione formali cuncta, de quibus differit considerantur, sed esto, verum sit quinque prædicabilia esse vniuersalia, non minus verum est sub formali ratione prædicabilium esse à Porphyrio considerata, vt singulorum definitiones ostendunt, ad summum ergo vniuersale erit materiale obiectum, rationem verò formalis, prædicabile obtinebit, & hanc partem sequuntur ex modernis nonnulli.

Asseritur vniuersale esse adæquatum obiectum.

Opposita sententia vera. OPposita verò pars quod vniuersale sit adæquatum huius partis obiectum, his rationibus fulcitur. Illud est primo & per se partialis scientiæ obiectum, cui primò & per se communicatur ratio obiecti totalis eiusdem scientiæ, ex ratione enim totius, esse partium accipitur, sed commune ens rationis denominans naturam, quod superius adæquatum esse dialecticæ obiectum vidimus, prius ad vniuersale deriuatur, & eo mediante, prædicabili conuenit, ergo illud erit primo, & per se huius partis obiectum. Minor ostenditur, quia de genere, specie, & quocunque alio verum est ideò esse prædicabile, quia est vniuersale, ergo verum est etiam, ideò esse ens rationis prędicabile, quia est ens rationis vniuersale. I. ratio.

II. ratio. Secundo, ex conditionibus obiecti ea censetur potissima, vt propriam aliquam passionem habeat, quæ de illo certa demonstratione ostendi possit, per quam scientia gignitur, sed nullam habet prædicabile passionem propriam, de illo demonstrabilem in hac scientia, post prædicabilitatem namque cuiusuis prædicabilis, solum restat prædicationis exercitium, quod ad actum potius eiusdem potentiæ, quam ad passionem spectare potest, habet autem vniuersale pro passione ipsummet prædicabile, quemadmodum ab eo ortum, sic cum eo conuertibile, quæ passionis conditiones propriæ sunt, ergo melius quadrat obiectiua ratio vniuersali.

Hanc

Hanc partem tenet Diuus Thom. quæstion. 9. de obiecto huius libri, quem communis dialecticorum schola sequitur, Magist. Sotus, qu. 4. vniuersalium, Veracruz eadem. Mercadus, libro prædicabilium, non longè à fine Doctor Toletus, quæstion. 1. vniuersalium. Oña quæstione 4. articu. 1. quibus nos libenter subscribimus.

I. nota ex lectio. D.Th. Sed vt eius veritas ab omnibus percipiatur, notandum est ex doctrina eiusdem, Diu. Tho. opusculo 48. capite 1. vniuersalitatem esse priorem denominationem, quam intellectus cōfert naturæ, eamque vniuersalem inspiciens prædicabilem appellat: talem in his intentionibus naturæ conceptæ attribuendis seruans ordinem, quem natura in modo essendi reali, certa enim res est, primum fundamentū quarumlibet realium denominationum, sub quibusuis rerum generibus, essentiam specificam esse, idque exemplo ostendimus nam anima rationalis fundamentum est omnium passio-
121. num, cęterorumque accidentium, à quibus denominatur homo, ergo intellectus eandem humanam naturam à suis abstractam indiuiduis considerans, & cum eisdem conferens, vnam esse in pluribus aspicit: quam hac de causa vniuersalem appellat, ex ratione autem essendi in pluribus statim consequitur, aptam esse de eisdem prædicari, ideò similis denominatio prædicabilis ei confertur, ijs autem denominationibus in communi collatis, ad speciales procedit intellectus ex particulari inferiorum notitia, videns ergo, specie distincta esse inferiora, genericam appellationem attribuit, si solo numero, specificam: vel aliorum prædicabilium, iuxta eorum conditionem, itaque ratio vniuersalis in ordine secundarum intentionum modum essentiæ habet, cum sit primum esse specificum, prædicabilitas passio est, eandem essentiam consequens, nam ex ratione essendi tanquam ex causa procedit prædicandi aptitudo.

II. notab, Secundo obseruandum est, opus hoc vniuersalium esse, & prædicabilium, diuersa tamen ratione, nam ab vniuersali nomen accipit, vt à proprio obiecto, à prædicabili, vt à cōmuni passione, cunctis vniuersalibus conuenienti, & ratio differentiæ est, quia primum cuius causa in eo considerantur prædicabilia, est vniuersalitas, ex qua, tanquam ab essentia oriuntur, ergo primum, in quod consideratio huius partis dialecticæ tendit, est vniuersale: & ideò proprium obiectum. Prædicabile verò communis passio est, quæ de singulis certa demonstratione ostenditur, quam, licet Porphyrius expressis verbis non constituerit, ex doctrina tamen, & principijs eius in hunc modū constituenda est: res quęcunque vna est in pluribus, erit etiam de eisdem prædicabilis, cum enuntiatio illud importet, quod in ipsis rebus inuenitur, sed natura vniuersalis est vna in multis, ergo est etiam de eisdem prædicabilis, de quocunque autem prædicabili sic demonstranda est. Illud quod est in multis, de eisdem est prædicabile, sed species est in pluribus indiuiduis, ergo de pluribus differentibus numero prædicabilis est, eodem etiam modo de prædicabilibus cæteris.

Postremo adnota, illud idem in vniuersali repertum esse comparatione huius libri (cuius obiectum esse affirmamus) quod in cæteris potentiarum, & scientiarum obiectis, in quibus rationem, quæ, & sub qua, & insuper obiectum adęquatum ab vtraque constitutum, & sub posteriori, à scientia consideratum reperimus, ratio, quæ, est vniuersalitas, vel secunda intentio denominans, quamlibet naturam vniuersalem, quæ in communi consideratur, tanquā adæquatum obiectum, non quidem secundum materialem rationem accepta, hominis, aut animalis, aut cuiusuis alterius naturæ realis, sed in quantum sub tali intentione denominationem vniuersalis suscipit, ratio autem obiectiua, sub qua eiusmodi vniuersale consideratur ex ordine ad principia accipitur quibus medijs prædicabile ostenditur supra demonstrationibus, est autem vniuersale principium, definitio vniuersalis. Itaq; in concreto, vel in abstracto considerare obiectum huius libri, quemadmodum aliarum scientiarum, possumus, in concreto acceptum est natura, quæ denominatur vniuersalis, in quantum subest tali denominationi, in abstracto verò vniuersalitas, ipsa denominationem talem conferens. III. notab.

Rationibus dubitandi in principio propositis sit satis.

QVibus animaduersis, vt primum argumentum oppositæ partis soluamus, Porphyrium ab illis quæstionibus abstinuisse affirmamus, quibus adhuc non agitatis, licet non exactam vniuersalis notitiam attulerit sufficientem tamen, vt illud esse, in rerum natura intelligatur, & propria definitio formari Ad argu. I.

mari possit, qua assumpta, proprietas eiusdem non solum de eo, sed de cunctis speciebus certa possit demonstratione ostendi Quibus præcepto Aristotelis satisfecisse existimandum est; qui de obiecto duo esse præcognoscenda statuit. libro de posteriori resolutione c. 1. an sit? & quid sit? cætera verò quæ ad maiorem illius notitiam pertinent, his præsuppositis demonstratione assequenda sunt, non ergo probatur, vniuersale obiectum huius libri esse non posse.

ad 2. arg. Secundo argumento dicimus subijcibilem speciem, atq; indiuiduum suo etiã modo sub vniuersali compræhẽdi; indiuiduum quidem, vt quid necessario cognoscendum, ad pleniorem vniuersalium notitiam; versatur enim relatio vniuersalitatis inter duo extrema, quorum alterum est natura vniuersalis, alterius locum tenent inferiora, in quibus reperitur; inferiorum autem rationem indiuidua habẽt comparatione speciei; ergo ad notitiam huius secundi vniuersalis comparandam inuidui naturam explicare oportuit, atque adeò ad completam vniuersalis cognitionem, quæ ex notitia speciei & aliorum prædicabilium habetur: subijcibilis vero species directam habet oppositionem cũ prædicabili, tanquam passio illius secundæ intentionis, quæ communi modo loquendi appellatur non vniuersalis: quẽadmodum prædicabile propria passio vniuersalis est, cuius respectu indirectam habet oppositionem, quæ sufficiens titulus est, vt ab eadem scientia sit consideranda.

ad vlt. arg. Postremum argumentum maiori admissa, & minori hoc modo distincta soluendum est: Vniuersale consideratum fuisse à Porphyrio in præsenti tractatu sub ratione prædicabilis, bifariam intelligi potest, primo quidem vt prædicabilitas sit ratio obiectiua considerandi vniuersale, & hoc constanter negandum est; sed eiusmodi obiectiua ratio, eadem ipsa vniuersalitas est; secundo vt sit communis passio eiusdem vniuersalis de se, ac de vniuersis speciebus in scietia demonstrata, idque verissimũ est, sed ex eo non infertur prædicabile esse huius operis obiectum formale, vel materiale, sed vniuersale potius, (vt à nobis statutum est.)

Postremo obseruanda est in hac parte D. Thom. doctrina opusc. 56. de vniuersalibus circa medium, nempe commune esse omnibus scientijs proprium obiectum in vniuersali cõsiderare, hoc est à singularibus abstractum: nã quemadmodum singularia definitione carent propriè loquendo, sic etiam sub scientia cadere non possunt, & in ea conditione hac cum omnibus conuenit Dialectica, quæ ens rationis, in communi contemplatur, quemadmodum quælibet alia scientia proprium obiectum reale; hæc tamen consideratio vniuersalis, materialis, seu fundamentalis est; separatur autem Dialectica ab vniuersis scientijs, eò quòd non solum fundamentalem, sed formalem rationẽ vniuersalis, tanquam obiectiuam huius partis considerat, in quo sensu verum est, adæquatũ eius obiectum esse vniuersale, quemadmodũ scientiæ omnes reales, ens aliquod reale tanquam obiectum contemplantur sub determinata aliqua ratione scibilis; & quemadmodum Mataphysica pro obiecto habet commune ens reale, non tantùm secundum materialem conditionem, sed vt entitas ipsa realis sit ratio formalis obiectiua.

QVAESTIO NONA.

Sintne prædicabilia quinque, plurave, aut pauciora?

PRædicamentorum arte contulit Aristoteles vniuersos modos essendi ad certa capita, quemadmodum arte syllogistica ad quosdam determinatos modos, atque figuras omnes syllogismos; estque non multum dissimile Porphyrij institutum in hoc prædicabilium libro, omnes, videlicet, prædicãdi modos ad certum numerum referre, vt quarumlibet prædicationum qualitatem facile possimus deprehendere; quos quidem prædicandi modos vniuersalia, siue prædicabilia appellare voluit, quemadmodum Aristoteles singulas prædicatorum ordinationes sub singulis modis essendi prædicamenta vocauit. Refert autẽ non parum, certum prædicatorum numerum nosse, vt certa etiam sit cuiusuis modi essendi notitia; vt, quamcunque rem oblatam ad determinatum obiectum redigere scientes, quem modum essendi habeat inspiciamus; suo etiã modo refert multum prædicabilium numerũ certo scire, vt cuiusuis oblatæ prædicationis qualitatem discernamus.

Porphyrius quinque tantùm prædicabilia posuit, sed eius expositores indubium reuocãt, an maior sit vel minor numerus, vel etiam

quinarius idem statuendus: quia nõ desunt argumenta difficilia, in vtramuis partem iactata, quæ varium prædicabilium numerum ostendere videntur, ex quibus pauca hæc seligere placuit.

Argumenta contra prædicabilium numerum.

Prædicabilia esse pauciora, quã quinque probatur.

GEnus & differentia, duo constituũt prędicabilia, sed in sola definitione vtrumq; clauditur, ac de quibuscunque prædicantur illa, enunciatur hæc, de speciebus inferioribus, si subalternæ speciei sit definitio, si verò atomæ, de specie ipsa, & eiusdem indiuiduis: vt viuens, sensibile de homine, equo, & leone; animal rationale, de homine, Petro, & Paulo, ac de cæteris, ergo habebit modum prædicandi vtriusque sub vnitate; nam ex ea parte, qua genus continet, in quid prædicatur, ex parte verò differentiæ, in quale, vnde completa ipsa definitio prędicabitur in quale quid, atque adeò vnum de prædicto numero prædicabilium demere oportebit.

II. argum. Secundò species, quæ est secundum prædicabile verè, & propriè de cæteris prædicabilibus enunciatur, vt his prædicationibus ac similibus constare potest, genus est species vniuersalis, differẽtia, proprium & accidens, sunt species vniuersalis, ergo intra eius ambitum, sub speciei nomine comprehenduntur cætera, sed species ipsa sub alio non comprehenditur, quia, nec genus, differentiave, proprium vel accidens appellatur: vnum igitur prædicabile speciei pro vniuersis prædicationibus dignoscendis sufficiet.

E diuerso autem, prædicabilia numerum quinarium excedere, fortiora probant argumenta.

Prædicabilia plura q̃ quinq; probat.

Primum prædicabilium diuersitas ex diuersitate eorum de quibus prædicantur accipienda est, vt communis tenet cõsensus, & ratio ipsa in genere, & specie conuincit, quæ cum ambo in quid prædicentur, eo tantum discrimine separantur, quod genus de pluribus differentibus specie, & de pluribus differentibus numero, species prædicatur; ex quibus incũctãter sequitur, duo esse prædicabilia differentiæ, cum vna sit subalterna, atoma altera: vt sensibile, & rationale, & illa de pluribus specie differentibus sit prædicabilis, de homine scilicet, equo, & leone; hæc vero de solis indiuiduis humanæ naturæ: nec satis fit argumento, si dicatur, eundem esse vtriusque modum prædicandi in quale quid, cum idem etiam sit modus in genere, & specie, vt proprię illorum definitiones testantur. Item sequitur duo esse prædicabilia proprij separanda, cum vnum subalternum sit de speciebus prædicabile, infimum aliud de solis indiuiduis, vt risibile, & quoduis aliud speciei subalternæ.

II. argum. Secundo: indiuiduum vagum, vt quidam homo, indiuiduum item ex demonstratione, vt hic leo, de pluribus differentibus numero prædicabilia sunt, nam quodlibet de eisdem prædicatur, ac eius species; ergo aliud erit, pro his indiuiduorum prædicationibus prædicabile multiplicandũ; nec difficultatem argumẽti admittit illud in primis, quod à quibusdã asfertur, prædicationem esse æquiuocam huius hominis, de Petro, & Paulo, & ideò non esse ad prædicabilia referendã, quia esse hũc hominẽ ex equo conuenit indiuiduis, & ratione eiusdem conceptus differentiarum indiuidualiũ, quarum communis est, & vniuoca ratio, hunc hominem constituere; nam & si distinctos constituant, hunc hominem quemlibet faciũt, ergo vniuoca erit illius prędicatio.

Reijcitur quorundã solutio.

Sed nec audieda est alia, quæ affertur solutio, ad prædicabile speciei similes prædicationes referendas; nam prædicabile speciei continet quidditatem indiuiduorum, vt prædicationes istæ ostẽdunt, Petrus est homo, Paulus est homo; prædicationes vero indiuiduorum, essentiam specificam non importãt, sed communem tantũ rationem differentię indiuidualis, ergo distinctam qualitatem sortiuntur, ideoque ad prædicabile diuersum pertinebunt; non tamen ad tertium (vt existimare quis posset) quia differentia constituens tertium prædicabile essentialis est, ac propterea in quale quid prædicabilis, indiuidualis verò ab essentia specifica extranea censetur, vndè rationem prædicandi distinctam habebit, aliudque prædicabile per se à cæteris distinctum constituet.

II. solutio reijcitur.

III. reijcitur.

III. argum. Postremò actualis rei existentia prædicabilis est de quacunque re existente, verè namque enunciamus proferentes, Petrum existere, & Paulum, sed certa res est non esse prædicatum essentiale, vel quidditatiuum, cum ad solius Dei essentiam proprium existere pertinere possit, creaturis vero per modum participationis conueniens, tanquam ab essentia extraneum de eisdem prædicatur; cuius illud est certum signum, essentialem conceptum speciei integrũ ex prædicatis essentialibus adhuc nullo

nullo singulari existente constare posse, ergo ad tria prædicabilia priora similes prædicationes reducibiles non sunt, sed neque ad propriũ vel commune accidens, quia existere modum habet substantialis actus, quãquam extra essentiam sit, & ideò distinctam rationem prædicãdi ab accidentibus proprijs, & communibus, & quasi media inter essentialia, & accidentalia prædicata.

Confirm. Et confirmatur, quia differentiæ omnes prędicantur de generibus, quæ ad constitutionem speciei contrahunt, vt rationale de animali, & de viuenti sensibile, & quidem prædicatione directa, quia differentiæ tenent modum actus, vel formæ, genus tanquam potentia se habet contrahibilis, vbi verò actus de potentia, vel forma de materia prædicatur, directa prædicatio constituitur, quia ex natura prędicationis similitudinem actus, & formæ prædicatum tenet, subiectum verò, vt nomen ipsum sonat, materiæ simile est: tales autem prædicationes ad prædicabile generis, vel speciei, seu differentię, nec referre possumus nec debemus, quia differentiæ contrahentes genus extra rationẽ illius sunt, adeòvt in proprio eius conceptu nõ claudantur, quare nec essentialis, nec quidditatiua esse potest earum prædicatio de genere, & longè minus erit, ad posteriora prædicabilia referenda, cum differentia actus sit substantialis ad constitutionem speciei potentialitatẽ generis contrahẽs, ergo accidentalis modus prędicandi ei non conuenit.

Approbatur communis sententia, & aperitur sufficientia talis numeri.

Sententia autho. His tamen non obstãtibus neminem reperio maiorem prædicabilium numerum constituentem, sed antiqui & moderni Doctores quinarium à Porphyrio distinctum communi consensu recipiunt, & sic est nobis sentiendum.

Probatur suffic. 5. prędicabil. Sed illud est in præsenti quæstione difficile, eius numeri sufficientem rationem afferre, ex tribus namque rationibus à diuersis auctoribus allatis, nec talis numerus conuincitur, nec oppositis argumentis planè satisfactum est.

I. ratio. Prima namque ex fundamentis ipsorũ prædicabilium, crassã tamen (vt aiunt) Minerua, quinariũ numerum ostẽdit hoc modo Quinq; sunt de quacunque re cognoscibilia, ergo hæc solum, modo diuerso de eadem enunciari possunt, nã prædicatio in rebus ipsis fundatur: antecedens hac diuisione ostenditur: quæ in re vniuersali vel singulari sunt, ad eius essentiam referuntur, vel ab ea extranea reputantur, & quidem si essentialia, aut integram eius essentiam continent, & talis est species, vel partem duntaxat, & tunc, vel eius ratione cum alijs cõuenit, & est genus, vel ab eisdẽ separatur, & est differentia, si extra essentiam reperiatur, aut ei soli conuenit, aut alijs etiam commune est, & illud est proprium accidens, hoc autem commune, quintum prædicabile constituens; quorum omnium exemplum in homine, eiusque indiuiduis afferre possumus, in quibus hæc solum quinque reperies, homo, animale, rationale, risibile, album, & quæ ad hæc referuntur. Primum prædicabile generis ab animali accipitur, cunctis speciebus commune, secundum ab homine, qui de singularibus enunciatur, à rationali tertium, quo ab alijs speciebus separatur homo, quartum constituit risibile, proprium eius accidens, album denique quintum quod pluribus adiacet corporibus.

Secunda ratio, non multum dissimilis præcedenti ex diuersis modis essendi in multis oritur, nam illud quod in multis est, intrinsecũ est eis, vel extrinsecè adiacet, si intrinsecum per modum totius, hoc est, integram eorum essentiam continens, & est species, vel per modum partis potentialis, & materialis, & est genus, aut modum actus, vel formæ habens, & est differentia, si verò extrinsecum est, vel ab eadem fluens essentia, & est proprium, aut penitus ab extrinseco aduenit, & est commune accidens. **II. ratio.** 150.

Tertiam rationem ex modo prædicandi Porphyrius attulit capite de genere, definitionem eius explanans, ea quæ prædicantur, vel de vno tantum, quale est indiuiduum, vel de pluribus, & tunc, vel specie differentibus, vel solo numero, & de speciebus quidem, aut per modum quidditatem continentis, ea conditione, vt interrogationi de speciebus quidditatis, tali prædicatio fiat satis, & si talis sit conditionis, genus erit, sciscitanti enim quid sit homo, vel leo, propriè respondemus dicentes esse animal, vel certè per modum qualitatis, quia talem esse speciem, ex propria ratione denotat, & est differentia, quærenti namque qualis sit homo satisfacimus dicentes, esse rationalem, & hinc ortum habuit modus prædicandi differentiæ in quale quid, si verò in quale de speciebus, vel indiuiduis enuncientur ratione accidentali, quartum, vel quintum prædicabile **III. ratio.** 151.

constituunt, nam vel accidentalis forma propria est, vel communis, propria continet quartum prædicabile, cõmunis quintum. Eiusmodi sunt rationes in confirmationem communis sententiæ adductæ, quibus quinq; esse prędicabilia non conuincitur, semper enim illud extat in contrarium, essentialem formam, vel pluribus speciebus esse communem, qualis est sensibilitas, vel vni tantum, vt est rationalitas; ac tantundem de proprio accidenti opponi potest: sed neque his rationibus argumentis de indiuiduo, de existentia rei, de differentia respectu generis satisfactum est.

Probatur ex eodem Porphyrio. Oportebit ergo postremam hanc Porphyrij rationem ex modo prædicandi desumptam ex suis principijs deducere, quadamque distinctione illustrare, atque efficaciorem ostendere, quo etiam fiet, vt duæ priores maius ro-
152. bur accipiant, & opposita argumenta facilè soluantur, neq; oportet prolixam illam de prædicatione directa, atque indirecta doctrinam, in hunc locum conferre, sed à definitione vniuersalis exordiũ sumendũ erit, quod genus esse quinq; prædicabilium q 5. statutum est.

Nota. Vniuersale igitur oportebit in primis esse illud, quod sub aliquo prædicabili cõstituendũ est; & vniuersale est vnum in multis, quapropter, non erit vniuersale nec prædicabile, si non sit vnum; certa autem res est, æquiuocum non esse vnum simpliciter, neq; analogũ suorum analogatorũ comparatione, ideò neutrũ ad prædicabilia spectare potest, quibus exclusum censetur ens, esto substantiæ, & accidentis essentiale sit prædicatum, vnum etiam simplex quidpiam, seu incomplexum importat, nam complexa, plura sunt simpliciter, vt homo albus, ergo simplicitatis defectu à prædicabilium ratione excludenda est definitio, quæ non solum voces plures, sed etiam conceptus diuersos generis, ac differentiæ claudit, ideò simplex prædicatum nõ est, quale importatur, voce illa, vnum, in definitione vniuersalis, ex quibus plane deducitur: vnum in multis, ac de multis in diuersa prædicabilia distribuẽdum esse secundum diuersos prædicandi modos, quos attendendos esse Porphyrius docuit.

Sed diuersus modus prædicandi ex duplici capite considerari potest, ex parte eorum, de quibus prædicabile est, si sint species, vel indiuidua; vel ex modo se habendi eiusdem prædicabilis ad illa, nam vel habet modum totius, vel partis, & partis quidem materialis, vel formalis, aut habet modum accidentis, siue re ipsa sit substantia; vel accidens; ratio prior considerandi modum prędicabilitatis materi- 153.
alis est, posterior formalis, illa non potest esse certa ratio distinguendi prædicabilia, hæc verò certissima est, animal namque, & sensibile, quod est eius differentia (vel certe differentiæ locum tenens) de eisdem specie differentibus enunciantur homine, equo, & leone, & tamen diuersus modus se habendi eorum respectu, sub diuersis prædicabilibus ea constituit generis, & differentiæ, eo quod animal secundum similitudinem partis materialis prædicatur, per modum partis formalis sensibile, & ea propter illud in quid, hoc verò in quale; & ex opposito sensibile prædicatur de pluribus differẽtibus specie, rationale verò de pluribus differentibus numero, vtrumq; tamen modum habet formę, comparatione eorum, de quibus prædicatur, & idcirco sub eodem prædicabili differentiæ collocantur. Eandemq; rationem
habent proprium subalternum, & infimum: 154.
ecce in priori consideratione diuersus modus se habendi respectu eorundem inferiorum constituere valet prædicabilia diuersa: at in posteriori discrimen eorum, de quibus vnũ, & aliud, prædicatur, prædicabilia non separat, propter eundem modum prædicandi: Infertur igitur euidenter, priorem consideratione modi prædicandi materialem esse, posteriorẽ verò formalem, insufficientem illam, hanc verò præcisam rationem distinguendi prædicabilia, non solum in prædicationibus directis, sed etiã in indirectis, neque solum in his quæ prædicantur de eisdem inferioribus, specie, vel numero diuersis, sed in eis adhuc, quæ de diuersis prædicantur vt in genere, & specie intuemur, quæ nõ sufficerent distincta prædicabilia cõstituere, etiã si illud de specie diuersis hæc vero differẽtibus solo numero, nisi diuersus adesset modus formalis prædicandi, in eo consistens, quod genus respectu specierum per modum partis, species vero respectu indiuiduorum per modum totius prædicatur; hoc autem modo deficiente solum esset materialiter diuersa vtriusque prædicatio, vt in differentia subalterna, & infima planè conspicimus,

Quod sit discrimen inter prædicatum, prædicamentum, & prædicabile.

SED vt prædicabiliũ numerus melius intelligatur, explicare oportet discrimen inter

155 ter hæc tria, prædicabile, prædicatum, & præ-
Quid sit prędicamentũ.
dicamentum. Et vt à posteriori incipiamus, cõ
stituitur prædicamentum ex quadam ordina-
tione simplicium prædicatorum, ex diuisione
generis in suas species per proprias differẽtias,
à primo quidem genere vsque ad vltimam spe-
ciem, eiusque indiuiduum, sub particulari ali-
quo modo essendi, ideoque iuxta diuersos es-
sendi modos prædicamenta numerantur. Pri-
mum constituit substantia tanquam aliorum
fundamentum, ex diuersa autem ratione se ha
bendi ad illam distingũtur nouem accidenti-
um modi, qua propter prædicamentorum nu-
merus denarius est. Prædicatorum vero ratio-
Quid sit prędicatum.
nem accipit Aristoteles 1. lib. Top. cap. 2. 3. & 4
ex diuerso modo se habendi ad commune sub-
iectum, ad commune namq; subiectum se ha-
bere prædicatum necesse est, vt possit constitu-
re propositionem Dialecticam, vel problema,
hoc est, propositionem in vtramque partem
disputabilem, quæ topicũ, seu probabilem syl-
logismum componit, nam vt bene Albertus
adnotat. 1. Topic. tract. 2. c. 2. ad artem Dialecti-
cam per se solum spectant syllogismi ex termi
nis communibus confecti, qui verò ex singu-
laribus fiunt, expositorijque nuncupantur, per
quandam similitudinem, & reductionem, ergo
Dialectica propositio, vel Dialecticum pro-
156 blema, quemadmodum propositio scientifica
de subiecto communi, ac definitionem haben-
te esse debet, quale est species, ex modo autem
isto considerandi prædicata habetur, quatuor
tantùm esse constituenda, commune namque
subiectum, de quo cætera enunciantur species
est, & ea propter inter prædicata non annume-
ratur. Quo præsupposito, vel prædicatum ad
conuersionem dicitur cum specie, aut eam su-
perat, & si cum ea conuertatur, vel intra essen-
tiam illius est, vel eam ordine naturali sequi
tur, illud est definitio, hoc propriũ, vt animal
rationale, & risibile comparatione hominis, si
verò speciem excedit, vel ad quidditatem eius
pertinet, & est genus, aut extra illam vagatur,
& est commune accidens differẽtiam vero cũ
genere connumerandam esse, secundum præ-
sentem considerationem statuit Aristoteles 3.
capit. his verbis, *Etenim differentia cum sit gene-
ralis, cum genere ordinanda est.* Et loquitur plane
de differentia subalterna, quia hæc sola gene-
ralis appellari potest, si vero atoma sit, ad defi-
nitionem referenda est, & vtrusque ratio hæc
est, quia subalterna differentia, cum intra rei
essentiam sit, non dicitur ad conuertentiam cũ
specie, sed eam non minus quam genus exce- 157
dit, superioris est enim vtraque hæc prædicatio
homo est animal, homo est sensibilis, atoma
verò differentia conuersim de specie prædica-
tur ac integra definitio, nec enim sunt hac in
parte propositiones dissimiles, homo est ani-
mal rationale, homo est rationalis. Sed neque
prædicata distinguit modus prædicandi in
quid, vel in quale quid, quia ad constitutionẽ
Dialecticæ propositionis, vel problematis ni-
hil referunt, cum eadem sit methodus dispu-
tandi in vtranque partem, vbi prædicatum su-
perat subiectum, cum intra essentiam illius
sit, siue modum generis, vel differentiæ sortia-
tur, eiusdem namque rationis est absoluta in- 158
terrogatio Dialecticæ propositionis, quæ sub
hac forma ratione generis fit, putas ne animal
genus hominis est? Aut etiam problematis, quę
vtramque partem quæstionis sub hac forma
complectitur, per quam à propositione Dialec-
tica distinguitur, putas ne animal genus ho-
minis est? an non? ac si fiat ratione differentiæ
subalternæ sub eisdem modis, putas nè sensibi-
le differentia est hominis sub alterna? vel etiã,
putas nè sensibile differentia est hominis sub
alterna? an non? Certa enim res est illius speciei
esse subalternam differentiam, cuius genus sui
ordinis est, ab eaque esse alienam, à qua genus
remotum est, vt si animal genus est hominis,
eiusdem erit differentia subalterna, sensibile,
eiusdem igitur veritatis est, vel falsitatis in v-
tramque partem disputabilis problema gene-
ris, ac differentiæ, eodemq; modo vtrisque in-
terrogationibus respondendum est, & hoc est
eandem esse disputandi methodum, hoc est e-
iusdem rationis problema ex genere, & diffe-
rentia constitui. Hoc demum sub eodem præ- 159
dicato genus, & differentiã subalternam com-
prehendi, & quæ de his dicuntur de atoma
differentia ac definitione accipienda sunt, cu-
ius enim speciei germana est definitio, eius-
dem speciei erit talis definitionis differentia,
aliena etiamsi eadem definitio eidem speciei
non congruit. Neque etiam refert ad præsentẽ
considerationem complexum esse, vel simplex
prædicatum problematis, vt exemplo ab Ari-
stotele producto capit. 3. ad finem ostendi po-
test, cuius verba hæc sunt: *Si autem vtrum ani-
mal gressibile, bipes, definitio est hominis, an non
dicatur, problema, &c.* Indifferenter namque
disputabilis esse in vtramque partem potest
propositio, cuius prædicatum complexum,
est ac si sit simplex; quemadmodum scien-
tifica

tifica propositio vtroque potest prædicato cō-
poni, & ecce quatuor dumtaxat modis se ha-
bere potest prædicatum, ad commune sub-
iectum, in ordine ad constitutionem proble-
matis, aut dialecticæ propositionis, & idcirco
quatuor, & non plura prædicata posuit A-
ristot.

Sed prædicabilium ratio alia est longè di
uersa, quæ proximè prædicamentorum ordi-
nationi inseruiunt, prædicamenta autem ex
solis simplicibus efficiuntur, vt expresse do-
cet Aristotel. capit. prædicamentorum 5. cu-
ius hæc sunt verba: *eorum quæ secundum nullam*
complexionem dicuntur, vnumquodque, aut sub-
stantiam significat, aut quantum, aut quale, aut ad
aliquid, aut vbi, aut quando, aut sit um esse, aut ha
bere, aut agere, aut pati, &c. Et rursus supra in-
diuiduum tanquam proximum elementum
fundantur, à quo vsque ad supremum genus
prędicationes procedūt, nam à sola prima sub-
stantia non superest prædicatio, vt in eodem
160 prædicamento substantiæ idem Aristoteles
testatur, Petrus enim (verbi gratia) non habet
inferius subiectum, de quo enunciabilis sit: er-
go propter requisitam simplicitatem à ratione
prædicabilis definitio excluditur: species verò
cum simplex sit prædicatum indiuiduorū, me-
ritò inter prædicabilia connumeratur. Ac de-
mum cum nouem accidentium prædicamenta
duobus prædicandi modis comprehensa sint,
nempe communis, accidentis, ac proprij, fit, vt
quanquam decem sint prædicamenta connu-
merata, & prędicata quatuor, nempe definitio,
genus, proprium, & accidens (vt Aristoteles 1.
Topic. cap. 4. voluit) quinque tamen sint præ-
dicabilia, vt communis sententia explicata
cum Porphyrio tenet, tria quidem in substan-
tia rei, genus species, ac differentia, duo extra
illam constituta, proprium videlicet, & com-
Nota. mune accidens, ex modo formali prædicandi
diuerso distincta.

Sed, vt æquiuocatio prædicati, & prædica
161. bilis penitus auferatur, obseruandum est, tripli
cem habere acceptionem prædicatum, genera
lem vnam vt ad quodlibet de subiecto quacun
que ratione enunciatum se extendit, nempe
ad æquiuoca, analoga, complexa, & quæcun-
que alia, in qua acceptione, nō solum cum prę-
dicabili non conuertitur, sed fusa adeò eius est
significatio, vt ad certum numerum ferè non
sit reducibile: acceptio secunda contractior
est ex peculiari ordine ad propositionem Dia-
lecticam, vel problemata constituenda, haben-

que longè diuersam rationem à prædicabili
iam explicatam, & minorem numerum, po- 159
strema acceptio prædicatum considerat in
quantum proprium actum potentiæ prædica-
bilitatis importat, iuxta exigentiam, & condi-
tiones eiusdem prædicabilis iam designatas, &
hoc modo non est a prædicabili diuersum, ni-
si vt quisque actus a sua potentia, & cum hæc
sit cum proprio actu commensurata, tot erunt
in hac significatione prædicata, quot sunt præ-
dicabilia.

Primi ordinis argumenta diluuntur.

EX his explicata est nostra sententia, & so- Ad I. argu.
lutum primum argumētum ordinis prio- I. ordinis.
ris, nam defectu simplicitatis non potest
definitio prædicabile constituere.

Secundum argumētum specialem petit ex- ad secundū.
plicationem secundarum intentionum præ-
dicabilium, vt intelligatur non confundi inter 162
se, quantumuis vnum ad alterum quadam cō-
sideratione spectet, eiusque rationem induat.
Secundæ igitur intentiones prædicabilia con-
stituentes, geminam possunt consideratio-
nem habere, vnam quidem in quantum quæli
bet est ratio denominandi naturam, vel fun-
damentum talis conditionis, videlicet prædi-
cabile de differentibus specie, aut numero, se-
cundum talem formalem prædicandi modum
nuper explicatum, & hæc est ratio essentialis
cuiuscunq; prædicabilis, illud à cæteris distin-
guens: itaque secunda intentio generis, ratio
formalis est constitutiua primi prædicabilis
in quantum est forma denominatiua naturæ
prædicabilis de pluribus differentibus specie
in quid contrahibile. Secunda intentio speciei
formalis, ratio est constitutiua secundi prædi-
cabilis, vt forma denominans naturam prædi-
cabilem de differentibus numero in quid to-
tale, & perfectum: & sic de cæteris intentio-
nibus, secundum proportionem differentiæ,
proprij, & accidentis, & hoc est, (vt communi
scholæ phrasi vtamur) secundas intentiones 163
prædicabilium accipere, vt quo, alio modo
considerantur, vt quod, hoc est in quantū quę-
libet in communi accepta prædicatur de hac,
& illa intentione suæ conditionis, vt secunda
intentio generis, de hac secūda intentione de-
nominante animal, & de illa denominante cō
lorem, neq; enim possunt denominari plures
naturæ ab eadem numero intentione, quem-
admodum nec ab eadem forma accidentis
realis

realis, sed à pluribus eandem conditionem habentibus, in qua conueniunt sub tali prædicabili, quemadmodum formæ accidentis realis sub tali specie, nam in omnibus similitudinem formæ realis secundæ intentiones tenēt. & eodem modo accipiendum est in alijs prædicabilibus: hoc igitur modo consideratæ, ad secundum prædicabile referuntur, à quo species denominantur intentiones quælibet, prædicabiles de pluribus differentibus numero in quid, eadem prorsus ratione, ac naturæ reales hominis, equi, leonis, & de eis prædicatur species, quæ est secundum prædicabile, prædicatione accidentis quinti prædicabilis, nam quemadmodum prædicationes istæ ad quintum prædicabile referuntur, homo est species, leo est species, pari ratione eiusmodi, genus est species, differentia est species, proprium, & accidens sunt species, quæ tamen disparatæ essent, eisdem intentionibus in prima consideratione acceptis, sicut disparatæ sunt prædicationes, in quibus vnam naturæ realis speciem de alia enunciamus dicentes, homo est leo, albedo est nigredo, & hęc doctrina adeò vera est, vt in eodem secundo prædicabili, à quo denominantur cætera, teneat, nam si secundam intentionem speciei accipias, in quantum de hac
146 & de illa eiusdem conditionis quidditatiuè enunciatur, vt de his, quę hominem, & leonem species denominant, accidentali etiam denominatione species appellantur, vt de cæteris expositum est, denominatur etiam à se ipsa in prima consideratione accepta, hoc est tanquam ratione denominandi quamlibet naturam prædicabilem de pluribus differentibus numero in quid, nam si cæteras omnes denominat, seipsam eandem conditionem habentem denominare necesse, est itaque hac postrema consideratione non distinguūtur prædicabilia, sed secundi prædicabilis conditionem accidentali denominatione induunt, prior verò consideratio ea specie distincta cōstituit.

Et ratio huius est, quia consideratio prior materialis est, cum secundas intentiones accipiat, veluti res alias materiales, quæ genera, speciesue denominantur. Qua propter nequit prædicabilia distinguere, cum propriam rationem formalem secundarum intentionum non contineat. Posterior vero formalis est & propria, ex qua proinde distingui debent.

Sed adhuc dicet aliquis: vniuersale de his quinque intentionibus, quocunque modo acceptis prædicatur, non secus ac genus aliud de suis speciebus, ergo sunt omnes species vniuersalis, etiamsi, vt quo accipiantur; ergo sicut non distinguūt diuersa prædicabilia, vt quod consideratæ, non constituent prædicabilia distincta consideratæ, vt quo, sed erunt omnes species accidentali denominatione & ideò secundum prædicabile sufficiet pro omnibus, à quo denominantur.

Respondetur ita esse vt in argumento accipitur, sed vniuersale diuerso modo prædicatur de his intentionibus, vno vel alio modo Solutio.
165 acceptis, si enim considerantur vt quod, prædicatur vniuersale ratione accidentali de omnibus, necesse est enim secundum modum accidentalem illud esse vniuersale, quod secundum eundem modum species denominatur. quemadmodum denominatio colorati accidentalis est corpori, cui albedo, quæ species coloris est, accidit; si autem easdem intentio-
166 nes consideres, vt quo, vniuersale quidditatiue de eis enunciatur, quemadmodū genus quodlibet de suis speciebus; hanc enim essentialem conditionem induunt, cum sint rationes prædicandi de pluribus; sed ex prędicatione quidditatiua vniuersalis de omnibus, non resultat in eis denominatio speciei prædicabilis, sed subijcibilis, & quidem accidentalis, quemadmodum quibuscunque alijs speciebus, de quibus proprium genus prædicatur, similis denominatio speciei subijcibilis conuenit, quę sicut inter species naturæ realis essentialem differentiam non tollit, sic etiam in his intentionibus prædicabilium.

Ergo ad formam argumenti dicimus prædicabilia, vt quod considerata, accidentalē denominationem speciei, & vniuersalis habere; considerata verò, vt quo essentialem rationem vniuersalis & accidentalem speciei subijcibilis: eiusmodi autem accidentalis ratio non tollit, quin distincta prædicabilia constituant sed solum efficit, vt communem denominationem accidentalem subiecti admittant, non tollentem earum distinctionem, vt prædicabilia sunt. Ad formā argumenti.

Secundi ordinis obiecta soluuntur.

ARgumenta oppositæ partis augere intendūt prædicabiliū numerum: ad primum Ad argu. II. ordinis ad I.

mum tamen dicendum est, secūdum modum prædicandi materialem, distinctam esse prædicationem sub alternæ, atque infimæ differentiæ, quia illa de speciebus, hæc de indiuidu is enuntiatur, formalis tamen modus prædicandi vtriusque idem est, quia ambæ per modum essentialis formæ prædicantur, qua propter diuersa prædicabilia non constituunt, & simili modo de proprio subalterno, & infimo sentiendum est, propter eandem formalem rationem prædicandi proprij accidentis.

Ad II. argum. I. Solutio. Secundum, argumentum non eadem via ab omnibus soluitur, sed quidam prædicationem esse æquiuocam sentiunt, & in indiuiduo, præsertim ex demonstratione (ex quo maiorem ingerit difficultatem argumentum)

167. quia licet Petrus appelletur homo, & etiam Paulus, diuersa tamen ratione indiuiduali, quæ cum sit primo diuersa à differentia Pauli, tanquam vltimo distinctiua, non potest communem aliquem conceptum cum ea habere, prædicationes igitur sunt solo nomine cōmunes, atque adeò æquiuocæ, non secus, ac si vox canis de latrabili, & marino enuntietur, quare

II. solutio. non oportet eas ad prædicabilia referre. Sed non desunt alij, qui similes prædicationes vniuocas esse admittant, vt probat ratio in argumento constituta, eiusmodi autem sunt in duplici differentia, nam plures tenent differentias indiuiduales esse accidentales, & ideo eiusdem speciei indiuidua hac accidentali solū ratione differre, ac differunt albus, & niger homo, qua propter prædicationes indiuidui ad quintum prędicabile referunt. Caietanus verò

Vera solutio. capit. de specie differentias indiuiduales ita esse extra essentiam speciei credit, vt tamen modi sint illius substantiales, & ex consequenti e-

168. iusdem speciei indiuidua, quanquam non sint essentialiter diuersa, si quidem eandem definitionem: & essentiam specificam participant, modo tamen substantiali differre, qui propter maximam similitudinem atque affinitatem cum eadem specifica essentia similem etiam cōuenientiam inter indiuidua constituit, atque adeo similem prædicationem ad prædicabile idem speciei reducibilem, & hæc mihi videtur verisimilior sententia, sed de indiuiduo copiosior incidet sermo capite de specie, vbi hęc exactius examinanda erunt.

Ad conf. Similis est etiam confirmationis solutio, etenim existentia rei quanquam de essentia creaturæ non sit, vt argumentum conuincit, est tamen proprius essentię terminus, & quidem substantialis, cuius ratione extra causas incipit esse, ideò valde similem prædicandi rationem habet cum specie tanquam modus substantialis eiusdem, ad eam igitur referenda est prædicatio, in qua de re existenti prædicatur.

Illud ergo quod P. Toletus respondet vbi supra, quæstion. 3. existentiam esse omnium Solut. Tol. prędicabilium fundamentum, quia generi, speciei, differentiæ, ac cæteris, naturę ordine præsupponitur ex parte ipsius rei, de qua prædicantur, prius est enim rem existere, quam de ea aliquid enuncietur, vnde ex parte subiecti tanquam quid prædicatis omnibus præsuppositum, existentia se tenet, & eo ipso intelligitur prædicationem existentiæ prędicabilibus esse pręsuppositam, & extra rationem, & numerum eorum constitutam. Hęc, inquam solutio non placet, tum quia prędicationes trium prędicabilium, generis, differentię, atque proprij ab existentia rei actuali non pendent, sed perpetuę veritates ideò appellantur, quia specie non existente in aliquo indiuiduo, verè de ea prædicantur, aptæ enim sunt prædicationes, & ab existentia indiuiduorum abstrahentes eiusmodi, homo est animal, homo est rationalis, homo est risibilis, ergo ab existē- 169. tia eorum actuali non habent necessariam dependentiam. Tum etiam, quia esto, admittamus omnium prædicabilium fundamentum esse existentiam, non tollitur, quin directa prędicatione de re existenti dicatur, quam certe ad vnum ex quinque prædicabilibus referre necesse est, vel certe quidpiā aliud distinctum pro ea constituendum erit, omnium primum, vel secundum naturæ ordinem à cæteris præsuppositum, qua propter priori solutioni omnino standum est,

Argumento finali respondetur: differentiā ad genus, de quo prædicatur comparatam, re Ad vltim. argum. ipsa non esse formam accidentalem, sed essentialem, quæ illud ad speciem constituendam trahit. At ex modo se habendi ad idem genus, 170. accidentalem quoque modum prędicandi cōtrahit accidenti similem, si quidem enuntiari, & non enunciari de eodem genere potest, falua eius essentia, non secus ac verum accidens: quacunque enim specie animalis deficiente non prędicatur eius differentia de genere, in alijs adhuc speciebus conseruato, si vero oppositas simul differentias enunciare velis de gene-

genere, dicens, animal est rationale, vel irrationale, necessaria quidem prædicatio erit, sed non ad prædicabilia referenda, cum prædicatum complexum habeat.

Dubia incidentia.

SEd duo supersunt dubia pro complemento huius quæstionis, necessario dissoluenda: primum an vniuersale sit immediatum genus ad quinque prædicabilia, vel mediatum potius, ita vt inter ipsum, & quodlibet prædica-
171. bile, aliud sit intermedium genus, non secus atque inter hominem, & viuens, intermedium genus est animal, ac propterea dicitur genus mediatum viuēs, respectu hominis (& quidam tenent proximum genus esse) hac ratione ducti, quia si semel admittantur intermedia genera, necesse erit differentias quoque intermedias multiplicare, & ex consequenti, diuisiones eiusdem vniuersalis: per varias differentias, diuidetur namque in vniuersale intrinsecum, & extrinsecum, deinde in vniuersale, quod necessario conuenit, & contingenter, ac tertio in illud, quod prædicatur in quid, & in aliud, quod prædicatur in quale, & eiusmodi omnes diuisiones sunt adæquatæ, cum quælibet totā latitudinem diuisi compleat, ex multitudine autem diuisionum, & differētiarum, non parua confusio gignitur, distinctè vero intelligitur natura vniuersalis, si teneamus immediatè descēdere ad omnia prædicabilia, ita ergo sentiēdum est. Nihilominus verisimilius videtur, vniuersale non esse proximum genus quinque prædicabiliū, sed dari alia intermedia genera, aut species subalternas, quibus medijs descendat ad singula: quod hac ratione probo, à qualibet conuenientia essentiali multorum abstrahi potest conceptus eis communis, sed prędicabilia conueniunt essentialiter in aliqua ratione inferiori respectu vniuersalis, ergo abstrahi poterit ab ea communis, atque essentialis conceptus, qui sit eis superior, & vniuersali inferior, mediaque proinde ratio inter vniuersale, & eadem prædicabilia, & talis ratio intermedia erit prædicabilis de pluribus differentibus specie in quid, ergo erit genus intermedium, sicque vniuersale non erit immediatum, probatur minor nam cætera ex se patent, genus, species, & differentia in eo conueniunt vniuoce, quod prædicata intrinseca sunt, ergo ab eis potest abstrahi conceptus communis prædicati intrinseci, & pariter à proprio, & accidenti conceptus extrinseci prædicati, hoc est extra essentiam consistentis, in quo conueniunt, & tam iste, quam ille conceptus prædicatur in quid, ille quidem de tribus, hic de duobus prædicabilibus specie diuersis, ergo quodlibet erit intermedium genus, & ita adæquata diuisione diuidetur vniuersale in vniuersale intrinsecum, & extrinsecum, & illud rursus in genus, speciem, & differentiam, hoc verò in proprium, & accidens, tanquam in diuersas species, neque argumentum oppositæ sententiæ aliquid momenti habet, nam licet multiplicentur differentiæ, atque etiam diuisiones, nulla ex tali multiplicatione confusio gignitur quin potius exactius intelligitur natura vniuersalis, atque specierum eius, præter quam quod diuisiones illæ, non tam rebus, quam nominibus multiplicantur, cum re ipsa, magna ex parte coincidant, nam idem sunt vniuersale intrinsecum, ac necessario conueniens: atque etiam extrinsecum, & contingenter, coincidit etiam prædicatum in quid, omni ferè ex parte, cum intrinseco, & prædicatum in quale cum extrinseco, quanquam differentiam, quæ prædicatum intrinsecum est, comprehendat. His igitur modis diuiditur vniuersale, primo in illud quod est extra essentiam, & illud, quod est essentiale: deinde subdiuiditur, quod essentiale est in illud, quod prædicatur in quid, & illud, quod prædicatur in quale, & prædicatum in quid rursus, in illud quod prædicat totam essentiam, vt est species, vel partē, vt genus, & differentia, & tandem quod extra essentiam est, in illud quod prædicatur in quale proprium, quod est quartum prædicabile, 172.
vel in quale commune, quod est quintum prædicabile.

Vniuersale non est proximum genus.

Diluitur argum.

Illud demum quærendum superest (vt vltimam quęstioni pręsenti manum imponamus) dubium, sintne prędicabilia species subalternę comprehendentes sub se alias, vel infimæ potius in vlteriores non diuisibiles, sed de solis indiuiduis prædicabiles? Si enim primum admittatur, crescet absque dubio prædicabilium numerus, quia quodlibet eorum plures sub se species atomas habebit, quemadmodum animal, quod species est subalterna ad hominem, & equum. Si verò infimæ ponantur species eorum numerus quinarium non excedet, vt statuta tenet sententia, & hoc absque dubio tenendum esse explicata doctrina ostendit, nam modus formalis prædicandi cuiusuis prædicabilis, aliam diuisionem formalem non admittit, sed si genus prædicatur (quodcunque sit illud) ad spe-

Postremum dubium.

speciem comparatur tanquam pars eius materialis, ideò in quid contrahibile de eadem enunciatur, differentia verò tanquam pars formalis, qua propter semper in quale quid de specie, & eodem modo res se habet in cæteris prædicabilibus, secundum modum suæ naturæ cōsideratis: constitutum est autem eiusmodi species vniuersalis, quæ prædicabilia nuncupantur, iuxta diuersum modum formalem prædicandi sub eodem genere esse distinctas. Certum igitur esse debet atomas esse, non secus ac homo, equus, leo, infimæ sunt species animalis.

Tractatus de natura entis rationis ac secundarum intentionum.

Tractatus huius explicatio.

TRactatio hæc non tam controuersijs absoluenda est, quam simplici rerum explicatione, cum in notitia potius ipsius rei assequenda difficultas consistat, quam in argumentorum concertationibus. Ac, rursus cum res ipsa, de qua agimus vsque adeò sit exigua,
1. minimaeq; entitatis, est periculū ne argumentorum multitudine obruta penitus pereat, vel certè disparcat. Septem igitur hoc ordine discutiemus de ente rationis, primum an sit? Secundum quid sit? Tertium quotuplex sit? Quartum an à solo intellectu, vel ratione fiat? An etiam ab alijs potentijs? Quintum, an à solo intellectu nostro, vel etiam Angelico, & diuino? Sextum ad quam scientiam spectet de eo disserere: Postremum, quonammodo ad ordinem prædicamentalem referatur?

Sūma omnium quæ hic tractantur.

Sit ne ens rationis?

2. ENs rationis esse tenet inprimis Peripatetica doctrina veritati satis cōsentanea, & communi grauissimorum Doctorum consensu iam diu in schola recepta, Aristoteles id non obscurè docet pluribus suæ doctrinæ locis, præsertim 4. Metaphysi. text. 3. lib. 4. text. 13. & 14. & lib 6. text. 8. quibus prima diuisione ens esse diuidendum secundum totum suum ambitum affirmat, in ens per se & per accidens, ac in illud, quod non in rebus, sed in mēte duntaxat esse dicitur, ens per se vocat, vt prædictis locis exponit ipse, non vnum ex prędicamentis, quod substantia appellatur, sed quod vniuersalius longè est, reale, & simplex, atque vnum per se, enti per accidens oppositum, & secunda diuisione in decem prædicamenta subdiuiditur. Ens autem intellectuale vocat illud, quod est in intellectu directè, & per se efficitur in illoque inhæret, huiusmodi sunt species intelligibiles, quibus medijs sibi res intelligibiles fiunt præsentes, & cōceptus intellectionis virtute expressi, atque apud se formati in earundem rerum actuali intellectione cū isthæc omnia verè sint entia realia, per se, & simplicia, ad speciale prædicamentum spectantia, nempè ad qualitatem. Sic igitur sumptum ens illud, quod soluta in intellectu esse dicitur, non potest esse membrum huius generalis diuisionis, cum explotatum sit sub altero membro sequentis diuisionis, quę sub diuisio, quædam eius est, contineri. Accipitur ergo ab Aristotele, ens intellectuale pro eo, quod obiectiuè duntaxat in intellectu est, quod communi scholæ appellatione ens rationis dicitur idque non obscurè ostendunt verba ipsius in eodem sensu ab vniuersis expositoribus explicata, præsertim à D. Thoma in eorum commētarijs. Ens rationis dicitur ens intellectuale.

Ab Aristotele igitur, & Diu. Thom. didicit schola, ens quoddam ponendum esse adeò exiguum, vt reale non sit, vel subiectiuè alicubi, sed obiectiuè solum in intellectu, ex rerū cognitione ab eo excogitatum, ac rebus ipsis cognitis attributum: vel quod idem est ens rationis esse quod à ratione excogitatur, vt ens, cum tamen in re entitatem non habeat, de quo idem D. u. Thom. varijs locis scholasticæ doctrinæ egit, præcipuè in 1. distinctione 26. quæst. 2. articulo. 1. de potentia quæstione. 7. articulo 11. & 1 parte, quæstion. 28. articulo. 1. vbi Caiet. Canariens. & reliqui ipsius interpretes, atq; etiam Paulus Soncinas 10. lib. Metaphysicæ quæstione 15. à quibus cæterisque scholasticis sine controuersia acceptatur, quos in re iam manifesta superuacaneum esset referre. Ens rationis ponendum esse. 3.

Sed libet vna, vel altera ratione eam confirmare, vt veritas illius percipiatur melius, operatione intellectus formamus propositiones, ex rebus ipsis vocibus significatis, ac subiecta & prædicata appellatis, præter res igitur, & cōceptus, in ipso intellectu formatos extat comparatio, quam intellectus inter vnam, & alteram constituit, ex quibus prædicatum appellat, quam de alia enunciat, subiectum verò, de qua enunciatur: compositionem integram, propositionem: nomina autem hæc, denome- Probatur primo ratione.

nominationes ac relationes, quæ inter prędicata, & subiecta intercedunt, nihil in rebus ipsis ponunt, imò neque in intellectu subiectiue, sed ex tali modo, & ordine, quo cognoscuntur & comparantur, eis prouenjunt, nihil igitur realis entitatis habere posse constat, merito ergo, tanquam ab intellectu fabricata entia rationis vocantur.

Prob. II. Secundo, experientia compertum est, intellectum eandem rem in duo extrema distinguere, ex eisque sic distinctis propositionē formare, quam identicam dicimus, vt dum sic enunciamus, Petrus est Petrus, vel Ioannes est Ioannes: talis autem distinctio in re ipsa non reperitur, sed omnimoda identitas, eam tamen ab intellectu fieri necessarium est, vt veritatem suæ identitatis ostendat, & rursus, cum distinctio sit relatio, non erit relatio realis, & cum sit distinctio aliqua, erit etiam aliqua relatio, quæ rationis nuncupatur, & est vnum membrum diuidens ens rationis, secundum totum suum ambitum, vt videbimus, singularis igitur, & falsa est sententia Doctoris Valesij medicorum nostri temporis doctissimi, cōtrouersia. 9. ex his quas ad Tyrones scripsit, & aliorum, qui pro eadem sententia referuntur, penitus negantium entia rationis

Quidnam ens rationis sit?

Primus dicendi modus refertur, & improbatur.

I. Opinio. Circa Quidditatem entis rationis errasse inuenio (mea quidem sentētia) non paucos, quos distinctionis gratia, ad tres classes referre placuit, prima est eorum, qui quamlibet denominationem extrinsecam putant esse ens rationis, quapropter ens rationis esse affirmant denominationem extrinsecam, qua paries vocatur dexter, à dexteritate animalis, visus etiā ab actu reali, quo inspicitur, extrinsecam item denominationem, qua Deus vocatur creator à relatione reali creaturæ: etenim ab æterno Deus creator non dicitur, sed ex tempore, quo creaturam extra causas edidit: sed non dicitur creator relatione reali, quam ex tempore suscipere repugnat, ergo relatione rationis, ipsa ergo denominatio extrinseca ens rationis erit, & quæcunq; alia, à qua cognita creatura appellatur, denominatio ne accepta ab actu cognoscendi reali. Quod secundo probant, quia denominatio opus rationis est, ergo non datur ante opus ipsiusmet rationis sed huiusmodi extrinsecæ denominationes nihil in rebus denominatis ponunt, præter denominationem ipsam, quam intellectus efficit, erunt igitur entia rationis. Quod hunc in modū corroborari potest, nam omnes istæ denominationes sunt relatiuę, per quas proinde res denominatæ referuntur ad alias, vt Deus ad creaturam, & paries dexter ad animal, cuius dexteram tenet, sed non sunt à relationibus realibus, quas constat eis non inesse, ergo à relationibus rationis.

5.

I. Ratio.

II. Ratio.

Hæc sententia reijcitur. Facilis quidem sententia, & quæ primo intuitu vera apparet, merito tamen displicuit, P. Franc. Zuarez, tom. 2. suæ Metaphysic. disput. 54. section 2. numer. 10. nam duplex ratio videtur efficaciter probare oppositum, prior est, ens rationis, vt statim videbimus, non habet esse alicubi nisi obiectiue in intellectu actu cognoscente, vel considerante, vndè non habet aliud esse, quam ab intellectu cognosci, & ea propter ante operationem intellectus formaliter non est, sed prædictæ denominationes dantur ante operationem intellectus, ergo non sunt entia rationis: minorem ostendere necesse non erat, cum per se pateat, nam Deus, etiam si à nemine cognoscatur, creator dicitur, paries visus nullo etiam in rebus subsistente homine, modo à bellua videatur dexter paries, quanquam non obijciatur intellectui, si situm habeat ad animalis dexteram, & cęt. Quid verò de denominatione ab actu intellectus censendum sit, mox dicetur. 6.

Ratio posterior: eiusmodi denominationes quanquā extrinsecæ, sunt verè reales, quia, & Deus realiter creator dicitur, visus ac dexter paries, igitur non sunt entia rationis, quamuis ergo extrinsecum quidpiam sit ens rationis, quia non inhæret in aliquo, vt videbimus, non tamen est vllo modo dicendum esse denominationem extrinsecam, ita confusa, & vniuersali ratione, vt sub ea comprehendantur denominationes extrinsecæ reales, sed aliud longè diuersum ab eis intelligendum est esse, vt argumentum de Deo propositum soluentes ostendemus clarius. 7.

Quomodo Deus dicatur creator. Creator appellatur Deus ex tempore, & quidem extrinseca denominatione, quia relationis creatæ in capax est multis de causis, falsum est tamen quod rursus in argumento assumitur, talem denominationē non esse realem realis est enim, non intrinseca, id est formali-

maliter in Deo existens, sed extrinseca à relatione creaturæ, vnde minus benè infertur esse relationem rationis. Duobus etenim modis creator appellatur Deus, primo quidem denominatione reali, non tãquam relatiuum, quod
8. ad aliud referatur, sed tanquam terminus alienæ relationis, & idcirco extrinseca solum denominatione, quam absque dubio habet ante considerationem intellectus à relatione creaturæ, non enim appellatur creator ante operationem intellectus, quia ad creaturam referatur, sed quia creatura refertur ad ipsum, nec nouum id est, vel singulare in Deo, cum id habeant vniuersæ relationes, quæ appellantur tertij generis, vt in prædicamento ad aliquid fiet manifestum: alio modo dicitur
II. Modo dicitur deus creator. creator Deus denominatione relatiua, in quantum intellectus sumpta occasione, ex eo, quod relationem creaturæ terminat, & ab ea extrinsecè denominatur Deum ipsum conceptu relatiuo concipit, & ad creaturam refert, & hoc modo non denominatur creator, nisi à relatione rationis ab intellectu facta, & tantundem reperimus in relatiuis tertij generis mensurabilis, & mensuræ, de quibus 5. libro Metaphysicorum capit. 15. docet, ex parte mensuræ non dici ad aliquid, quia referatur ad mensurabile, sed quia mensurabile refertur ad mensuram, quod explicans, Diu. Thomas 1. parte quæstione. 13 articulo 8. ait, sic esse intelligendum, vt ex eo, quod mensura terminat relationem mensurabilis, & Deus relationem creaturę, ob quam terminationem extrinsecè denominantur à relationibus existentibus in creatura, & mensurabili, denominatione quidem reali, quod satis per se constat, cum relationes ipsæ reales sint, ex hac, inquã terminatione, ac denominatione reali, fundamentum accipit intellectus concipiendi Deũ, atque mensuram tanquam relatiua, & ideo relatione rationis Deum ipsum atque mensurã ad creaturam, & mensurabile referendi, & huius ratio est, quia intellectus non satis concipit aliquid, vt terminum relationis alterius ad ipsum, quin statim concipiat illud per modũ correlatiui, & ordinari ad illud: itaq; denominatio prior realis est, & ante operationem intellectus absque dubio datur, sed extrinseca,
9. à forma in altero realiter existente, non relatiua, quia non eius quod refertur, sed quod relationem terminat, posterior vero relatiua est, non realis, sed rationis, & propterea ante operationem intellectus non consistit, vt vere relatiuus, qui vt talis, ad creaturam referatur, vnde nec denominatione reali, neque ante operationem intellectus refertur, sed relatione rationis, quæ consurgit ex operatione intellectus ipsum comparantis, & referentis ad eandẽ creaturam: itaque denominationem termini habet realem, & extrinsecam seclusa, operatione intellectus, denominationem, verò relatiui ab intellectu comparantẽ ipsum ad creaturam, & ideò non realem, sed rationis, & per modum formæ intrinsecæ, quamuis re ipsa nihil in Deo sit, sed in ipso consurgere intelligatur in quantum nostro intellectui obijcitur.

Secundum argumentum in æquiuoco planè laborat, nam per denominationem duo possumus intelligere, aut nominis denominatiui impositionem, aut rem ab eo significatã, quæ aliquid reale est, in re quidem denominata, si sit denominatio intrinseca, aut saltem in alio extremo, si sit extrinseca, & in priori sensu nõ potest in præsentiarum sermo de denominatione institui, quia non agimus de nominum impositione, sed de rebus denominantibus, nam si de impositione loquamur, omnis denominatio, siue realis sit, siue intrinseca, vel extrinseca, rationis erit, de re igitur significata, per impositum nomen sermo est, quam cõstat esse realem, etiam si extrinsecam, in omnibus exemplis allatis, cum non dependeat à ratione, aut operatione intellectus, sed ante illam creator sit Deus, visus paries, dexter lapis, imò talia sint tria hæc, etiamsi nullus sit intellectus in natura rerum, à quo considerentur, reales igitur sunt denominationes, & non entia rationis. Quod autem additur relatiuas esse, etiam est distinguẽdum, nam si sermo de illis sit, in quantum à formis realibus, in alijs extremis formaliter consistentibus fiunt, non sunt relatiuæ, cum per eas non referantur, sed vel relationes aliorum terminent, vel à formis absolutis extrinsecis fiant, si vero accipiantur, vt fiunt ab intellectu considerante res extrinsecè denominatas, tanquam relatiuas, & ad alia extrema referente, occasione sumpta ex reali denominatione extrinseca, quam ab illis suscipiunt, relatiuæ sunt denominationes, non reales, sed rationis, cum tamen, modo priori acceptæ reales sint, etiamsi extrinsecæ.

Ad secundum argumentum.

10.

Secun-

Secundus dicendi modus reijcitur.

II. opinio. SEcundæ classis sunt alij, qui non adeò ab scopo aberrantes affirmant, ens rationis non esse quamlibet denominationem extrinsecam, sed eam, quam res cognita accipit ab actu intellectus, quo apprehenditur, vel consideratur, & vt vno verbo horum sententiam proferamus, ens rationis est, esse cognitum, quod acquirunt res quæcunque, ex eo quod per actum intellectus consideratur. Huius sententiæ videtur fuisse Durand. in 1. distinctione 19. quæstione 5. numero 7. quam postea sequuti sunt ex modernis Magister Oña, & alij plures; & videntur ad veritatem proprius accessisse, cũ ponãt ens rationis non esse ante operationem intellectus.

Sed veritatem rei non omnino attingunt Doctores isti, quod ostendo primo, quia esse rẽ ab intellectu cognitam, denominatio etiam realis est, licet extrinseca, à reali intellectus cognitione, ergò verè, & propriè non est ens rationis, sed reale, formaliter in intellectu inhærens, tanquam in proprio subiecto suæ operationis immanentis, rei autem cognitæ, realem item denominationem, sed extrinsecam conferens.

Secundo; ens rationis logicum, vel secunda intentio est relatio rationis, à qua natura denominatur vniuersalis, genus, vel species, subiectum, prædicatum, aut quid simile, & absque dubio per comparationem ad aliud, quia relatio comparatio est duorum extremorum, referri autem ad aliud repugnat, nisi per inhærentem formam, vel per modum inhærentis excogitatam, necesse est ergo modum formæ inhærentis habere ens rationis, & denominationem esse extrinsecam repugnat; potest quidẽ quidpiam per extrinsecam denominationem, relationem alterius terminare, ad illud tamen referri nullo modo, vt in creatore & creatura exploratum est.

Tertiò, ens reale, & rationis opponuntur, post quam illud habet esse reale, quo caret istud, qua propter repugnat in eodem conuenire, ita vt reale ens dicatur idem, atque etiam rationis, opponuntur ergo, non minus realis denominatio, & rationis, sed esse cognitum est realis denominatio ab actu, ergo repugnat esse denominationem entis rationis: ad hæc, ens rationis est denominatio ab intellectu excogitata, & rebus cognitis attributa, sed prius quam intellectus denominationem excogitet, rebusque attribuat, vtcunque eas cognoscit, ergo esse cognitum vt sic, non est ens rationis.

Probatur tandem, quia ens rationis nullibi est, nisi obiectiue in intellectu, sed denominatio cogniti est à forma reali alicubi existenti, nempè in altero extremo, & habet esse in illo, prius quam ab intellectu cognoscatur: nam realis cognitio obiectum cognitum denominat tale, etiamsi nunquam ipsa cognoscatur, non enim potest, nisi per actum reflexum cognosci, realis est ergo talis denominatio cogniti, etiamsi sit extrinseca, & non ens rationis, nisi in quantum à reali ipsiusmet rationis opere fieri dicitur, sic sentit P. Franc. Zuarez, vbi supra,

Explicatur verior dicendi modus.

VT igitur, in quonam ponenda sit formalis ratio huius exiguæ entitatis, quę realem non pertingit, explicemus; Vera sententia. rem paulo altius repetere, necesse erit: Et quoniam non quodlibet ens rationis sub Dialectica consideratione clauditur, sed determinatum, nempè secunda intentio, vel relatio rationis quæ idem prorsus sunt, aut etiam negatio, rationem huius, operæ pretium est, exponamus, qua exposita, exploratum erit, quidnã ens rationis logicum sit; cætera autem eius membra obiter explicare suo loco sufficiet.

Intentio intellectus (vt hinc exordium sumamus) quasi attentionem, vel considerationem eius significat, per quam obiectum percipit, vt intelligatur, diuersum quid esse, ab ea intentione, quæ ad voluntatem pertinens, mo- I. notabile. tum illius in finẽ tendentis importat; intentio igitur hæc in parte modum habet intellectualis operationis, iam verò ex accommodatione vsus, pro re ipsa considerata, vel pro conceptu, quo mediante repræsentatur atque concipitur, in schola vsurpatur. Quæ autem in se qualibet considerari possunt, in duplici sunt differentia, nam vel ei conueniunt, ex propria entitate, aut essentia reali, vel certè ex modo, & ordine, quo ab intellectu considerantur; & illa conueniunt in primo ordine, hæc in secũdo: nam prius est quidpiam habere esse reale, quam ab intellectu, hoc vel illo modo cognosci, illa sunt, quæ prius de re qualibet cognoscuntur, posterius hæc, vt exemplũ sequens ostendit; conueniunt imprimis homini esse animal rationale, esse risibile, esse al- In duplici sunt differentia, quæ considerãtur in re aliqua.

bum, vel musicum, quę ex reali entitate habentur. Esse autem vniuersalem, esse speciem, subiectum esse, vel prædicatum, posteriora sunt, quia non à natura, sed ex modo, quo natura ipsa realis (quæ obiectum cognitionis est) ab intellectu consideratur, nempè à singularibus abstracta, vel ad ea comparata conueniunt, & idcircò ad primam intentionem, vel considerationem spectare illa dicuntur, ad secundam verò posteriora hæc.

I. & II. intentio.

Cæterum vtraque intentio tam prima, quam secunda, in duo alia mēbra subdiuiditur, nempè, in formalem, & obiectiuam, prima intentio formalis appellatur realis conceptus, vel imago in intellectu formata, eundem hominem repræsentans, prima intentio obiectiua, idem esse reale hominis, eodem conceptu repræsentatum.

I. intentio formalis.

Secunda intentio formalis importat conceptum realem, de eodem homine formatum, non quidem in esse reali accepto, sed in quantum propria eius natura vniuersalis, species, vel quid simile denominatur, & eadem denominatio speciei, vel vniuersalis vocatur secunda intentio obiectiua.

II. intentio formalis.

I. & II. intē-tio obiectiua frequentius sumitur, quam formalis.

14.

Cæterum, quamuis hæc ita se habeant, vsu tamen receptum est, vt pro obiectiuis duntaxat fere semper vsurpentur ambæ, hoc est pro re ipsa considerata, 1. ac 2. modo, raro, vel nunquā pro formalibus, cuius ea est ratio, quia principalius ad considerationem intellectualem, & scientificam, in ea acceptione spectant, agunt namque scientiæ de rebus ipsis, easdemq; intellectus considerat principaliter, conceptibus, quibus repræsentantur, vt medijs quibusdam dumtaxat deseruientibus: & si ad considerationem logicam sermonem accommodaueris, ad quam ens rationis eiusmodi pertinet, in aperto est, prædicabilia, prædicamenta, propositiones, & syllogismos, ex obiectiuis conceptibus construi, formales verò, his tantum explicandis deseruire. Vnde etiam effectum est, vt iam primæ intentiones, pro entibus realibus accipiantur, secundæ autem pro entibus rationis in Dialectica consideratis. Esto aliquando etiam contingat, præsertim in prædicabilibus, intentiones etiam secundas materiali modo acceptas, ab alijs secundis intentionibus denominari, & in casu conditionem primarum induere.

I. intentiones pro entibus realibus sumūtur, non vero secundæ intētiones.

II. notabile.

15.

Secundo obseruandum est: eiusmodi intentiones secundas, quas entia rationis logica appellamus, relationes quasdam esse, ad naturam autem relationis spectat, cuilibet rei conuenire per comparationem ad alteram, vt indicat definitio relationis, cuius totum suum esse est, ad aliud se habere, teste Aristot. in prædicamento ad aliquid, conueniunt igitur rei ad aliam comparatę. Ceterum rem vnam ordinari ad aliam (vt docet D. Thom. 1. p. q. 28. arti. 1.) duobus contingit modis, vno quidem, ex propria natura, quemadmodum pater ordinatur ad filium, vna albedo eiusdem intensionis ad aliam: & talis ordinatio, quemadmodū naturalis est, sic etiam relatio realis, alio modo, non quidem ex propria natura, sed officio intellectus ordinantis, vnam rem intellectam ad alteram, vel etiam ad plures, fundamento tamē præsupposito in re ipsa, quæ ordinabilis est, in quantum tali modo cognoscibilis, & relatio ex tali ordinatione consurgens, realis esse non potest, cum ex sua cognitione intellectus nihil reale in rebus ipsis cognitis ponat, vti visus in rebus, à se perspectis ponit reale nihil.

Rem ordinari ad aliā duob. modis cōtingit

16.

Vnde infertur eiusmodi relationes rationis similes esse relationibus, quæ appellantur secundi generis, in aliqua actione, vel passione fundatis, quales sunt paternitas, & filiatio in generatione actiua, & passiua, & aliæ similes. Sic igitur intelligendum est rem se habere in his relationibus rationis, quemadmodum in realibus huius generis, in quibus actio, vel operatio non est ipsa relatio, sed eius fundamentum, quo posito, relatio ipsa, quasi ex consequenti consurgit. A duobus igitur denominantur pater & filius, & à generatione actiua, & passiua, & à relationibus, denominatio prima est quasi relationem fundans, postrema verò relatiua formaliter, quemadmodum relatio ipsa, forma appellatur relatiua: itaque à generatione actiua generans, vel genitor pater dicitur, à relatione paternitatis, formali denominatione pater.

Actio vel operatio non est relatio.

Simile.

Explicatur quomodo II. intentiones fiant.

Iuxta hanc similitudinem, accipiendum est negotium secundarum intentionum, vt cognitio intellectus, per quam cognita natura ad sua inferiora comparatur, fundamentum proximum sit, quo posito relatio vniuersalis consurgit, eam talem denominans, itaque cognita, vel comparata ab ipsa cognitione reali vocatur, nequaquam vniuersalis formaliter, sed à relatione virtute comparationis consurgente, etenim intellectus naturam à singularibus abstractam cognoscens, eamque cum illis conferens, intelligit simili modo se habere, ac si ex propria, & reali conditione ad illam ordinaretur, cum verè in illis reperiatur, ex hac

17.

autem

autem similitudine, nomen vniuersalis ei attribuit, & si inferiora sint indiuidua nomen peculiare speciei, generis verò, si sint species: & sic de cæteris prædicabilibus, iuxta suorum inferiorum conditionem; ex quibus planè intelligitur, realem cognitionem non esse secundam intentionem, post quam satis manifestum est, non esse relationem naturæ cognitæ, ad inferiora, sed accidens reale absolutum, ad prædicamentum actionis referendum, eademq; ratione esse cognitam naturam, non potest esse secunda intentio, cum ex eo, quòd cognita est, ad intellectũ cognoscentem dicatur, non ad inferiora: vel si de cognitione comparatiua sit sermo, ad intellectum cõparantem: quapropter nec esse cognitam, vel comparatam erit ens rationis, sed sola relatio ex comparatione consurgens ens rationis est: nihil enim reale est, nec alicubi inhæret; sed sola denominatio ab intellectu naturæ ipsi collata, ex tali modo cognoscendi illam, tanquam ex fundamento consurgens, & hoc est obiectiue dumtaxat esse in intellectu, nec aliud esse habere, quam ab eo cognosci, si quidem solius cognitionis actualis virtute confertur, & hoc ipsum, quod est conferri, vel cognosci, est eam fieri, vel ab intellectu produci, quæ omnia propriæ conditiones, ac proprietates sunt entis rationis, per quas, à quacunque denominatione reali cogniti, aut visi, alteriusve appellationis separatur, nam omnes istę alicubi sunt, nempe in extremis oppositis à quibus deriuantur. Duobus autem modis cognosci potest ens rationis, vel eodem actu, vel cognitione, qua natura comparatur ad inferiora, & hæc est quasi directa cognitio ipsius, per quam, non tanquam principale obiectum cognoscitur; sed tanquam quid consequens ad principale cognitum, quòd est natura ipsa, quæ comparatur, ac denominatur ab eo: alio modo, si postquam intellectus talem denominationem naturę attribuit, quod est indirecte produxisse relationem rationis, supra eandem relationem reflectatur, ad speculandum illius conditionem, vel proprietatem cognoscendam, & eiusmodi appellatur reflexa eius notitia, per quam non fit, sed iam facta iterum, velut principale obiectum cognoscitur.

Esse cognitam naturã non potest esse. II. intentio.

18.

Quid sit obiectiuè esse in intellectu

Corollaria superioris doctrinæ.

I Corolarium.

Ex quibus illud primo inferre licet, eiusmodi entia rationis, vel secundas intentiones, non esse appellanda ficta entia, vel nomina, quia fictum propriè loquendo illud vocatur, quod absque fundamento positum est, vel excogitatum, aut etiam nuncupatum; eiusmodi autem, licet aliud non sint, quam nomina quædam relatiua, ab intellectu excogitata, ac naturis tali modo cognitis imposita, vel attributa, maximo tamen fundamento in rebus ipsis, quibus attribuuntur inspecto, etenim natura hominis in communi concepta, cum suisque indiuiduis, in quibus inuenitur collata, nomen vniuersale, atque speciei postulat, ab intellectu eodem cognoscente sibi imponendum, cum illud à propria natura re ipsa haberet, si ex propria conditione, esset abstracta, & vnà præter multa, vt eam Platonem posuisse retulit Aristoteles, & eadẽ ratio est de enunciatione, quã ex simplicibus cõstituit intellectus, vnum alteri attribuẽs, iuxta naturam, & exigentiam eius, vt tali modo intellectum, atque etiam de syllogismo ex tribus enunciationibus, debito modo dispositis, conflato. Corollarium autem hoc de solis entibus rationis habentibus in re fundamentum intelligo, quæ propterea ficta non propriè vocari assero, nam cætera, quæ nullum habeant fundamentum, iure vocantur ab intellectu cõficta, cum non solum non habent aliud esse quam ab intellectu excogitari, sed neque aliud fundamentum, vnde pro libito potest ea fingere, & absque numero & ordine, vt inferius ostendemus. 19.

Postrema sententia aliorum falsitatis conuincitur.

Secundo infero, errasse alios, circa quidditatem entis rationis (quos ad tertiam classem referre placuit) ponentes ens rationis logicum, vel secundam intentionem, sic esse abstractum in suo ordine, & imperfectione essendi, vt nullum habeat concretum, vel substratum, aut certè substratum eius non sit aliud, quam ipsummet nihil, quorum ea videtur ratio fuisse, quia cum nihil reale sit, nullibique subiectiuè, non habet concretum, cui inesse possit, quod aliquid sit, cum concretum sit, in quo inhæret abstractum, cum ergo, nihil sit reale, pro concreto, & quasi vt quod, nihil appellatur, & nihil ipsum, esse concretum illius. Errasse autem inueniuntur auctores isti, quia cum ens rationis logicum

II. Corolarium.

20.

Ens rationis fundatur in nihilo secundũ aliquos.

Ens rationis logicũ cũ accidenti habet similitudinẽ. cum sit relatio, aut secunda intentio, cum accidenti habet similitudinem, & tanquam forma accidentalis relatiua denominans intelligitur, forma autem accidentalis, ex propria cõditione habet aliquod subiectum, quod denominat, & in quo inhæret, realiter quidem, si realis ipsa sit, si verò sit accidens rationis, intelligitur sic se habere ad illud, quod tale denominat, ac si verè ei inesset: denominatum igitur à forma reali concretum, vel substratum eius dicitur, vt albedinis, corpus album, & à fortiori denominatum à forma, quæ est accidens rationis, appellabitur concretum, vel substratum illius: implicat ergo contradictionem, secundam intentionem intelligi per modum formæ accidentalis denominantis, & substrato, vel concreto carere, nec minus à ratione alienum est, illud esse nihil, cum sit natura denominata plerumque realis. Ac secundo falsitatis arguitur talis positio, quia vniuersale, genus, vel species concreta sunt accidentalia entis rationis, ergo de formali important formã denominantem, de materiali, vel substrato, naturam denominatam, eadem igitur natura, quam denominant proprijssimè dicitur substratum, vel concretum, non secus ac eandem in quantum à forma reali denominatam substratum eiusdem appellamus, vt albedinis, quantitatis &c. & quanquam nihil reale sint eiusmodi denominationes, reales tamen naturas tali modo consideratas ab intellectu denominare possunt, quas eo ipso pro subiectis habent.

21.

XI. Corolarium ens rationis non est denominatio extrinseca. Vltimo, infero, eiusmodi entia rationis non esse extrinsecas denominationes, sed modum habere denominationis intrinsecæ, hoc est formaliter inhærentis, cuius ratio est, quia cum ab intellectu fabricatæ sint, ex modo, & similitudine ad quam fabricantur, pensanda est earum conditio: intellectus autem ad modum formæ inhærentis ea excogitat, eo enim modo vniuersalem appellat comparatam naturam, genus item, vel speciem, subiectum, vel prædicatum, ac si reales essent huiusmodi denominationes, quæ in casu proculdubio essent formaliter inhærentes, ergo ad modum formarum inhærentium intelliguntur, & excogitantur: cuius illud est argumento, certè non infirmo, in communi modo loquendi totius scholæ appellari naturam sic denominatam vniuersalem formaliter, genus, item, vel speciẽ, at verò antequam denominetur in fundamento proximo tantum, vel remoto, iste autem modus loquendi locum in his intentionibus non haberet, si modus earum esset extrinsecæ denominationis, denique si relationes sunt, modum formæ intrinsecè denominantis habere necesse est, cum relatio ex propria conditione sit forma in eo inhærens, quod ad aliud refert, repugnat enim ad aliud quidpiam referri in creaturis, nisi per formam relatiuam, & sibi inhærentem, quamuis relationem possit terminare, per extrinsecam tantum denominationem, qua aliud ad ipsum refertur: si ergo secundæ intentiones modum relationum habent, sequitur habere modum formarum inhærentium: & hinc apparet, non esse veram eorum sententiam qui posuerunt entia rationis, non esse aliud, quam denominationes quãdã extrinsecas, neque enim à veritate id alienum esse constat re ipsa duntaxat (vt in principio ostendimus) sed secundum modum, quo ab intellectu fabricantur, vt efficaciter nunc ostensum est.

Quotuplex sit ens rationis?

Singularis sententia.

Diuisio entis rationis. DIuidi solet ens rationis generali diuisione, in negationem, priuationem, & relationem, aut secundam intentionem, quam diuisionem tradidit Aristoteles, diuersis suæ doctrinæ locis, nam 4. libro Metaphysicorum textu 2. inter entia realia enumerat negationes, & priuationes, quas vocat non entia, vt hoc nomine indicet, non esse vera entia, ac realia, sed ad similitudinem eorum excogitata ab intellectu, & libro 5. capit. 7. textu 54 præter 23.
vera entia, quædam alia esse docet, non tam vera secundum entitatem, quam secundum veritatem prædicationis, tam affirmatiuæ, quam negatiuæ, quæ alia esse nequeunt ab entibus rationis, de relatione verò mentionem fecit, capite 15. eiusdem libri, inter explicandas relationes tertij generis mensurabilis, & mensuræ, docens mensuram ad mensurabile referri, non per relationem intrinsecam, sed extrinsecam mensurabilis ad ipsam, cum tamen certum sit, nihil posse ad aliud ordinari, nisi per relationem in se existentem, quam cum mensura realem non habeat, refertur absque dubio, per relationem excogitatam ab intellectu, cum sic ordinante ad mensurabile, ac si re ipsa vera ordinaretur, & hanc vocat relationem rationis.

Eu-

Eandem diuisionem visus est collegisse Diu. Thomas, quęstione 21. de veritate. articulo 1. in 1. distinctione 1. quæstione 1. articulo 3. & distinctione 19. quæstione 1. articulo 1. ex præfatis locis Aristotelicæ doctrinæ, & ex vtroque eam accepit vniuersa schola, ita, vt nemo iam sit, qui illam improbare audeat: iuxta quam triplex esse ens rationis elicere possumus. Sed videtur insufficiens diuisio, primo, quia duobus membris prioribus diuisum non cōuenit, nempe priuationi, ac negationi, de quibus sic ostendo non esse entia rationis, sed verè realia, quia ens rationis non cōuenit rebus citra operationem intellectus, sed per illam excogitatum dicitur, sed negationes, & priuationes attribuuntur rebus ex propria natura, etiam eas non cognoscente intellectu, ergo non sunt entia rationis; minorem sic probo, ex eadem natura reali, qua homo est animal rationale, non est equus, nec leo, & hoc verum est ante operationem intellectus, ergo negationes istæ reale quippiam in eo sunt, & non entia rationis, & par est ratio de cæteris; realiter, quoque, & ante opus intellectus homo dicitur esse cæcus, si visum amiserit, ergo realiter & priuatus visu erit, quare non erit ens rationis priuatio, sed reale, præsertim cum Aristoteles 1. libro Physicorum textu 66. expresse docuerit, esse vnum ex tribus principijs rei naturalis, aut generationis eius: sed constat rem naturalem, & generationem eius essentia realia, & citra opus intellectus consistentia, ergo principia ex quibus fiunt realia esse oportebit, nam ens rationis nequit esse principium entis realis; pluribus etiam alijs locis videtur Aristoteles diuidere ens reale, vniuersalissima diuisione, in positiuum, & priuatiuum, quare videtur planè sentire, priuationem ens reale esse, hac igitur, & negatione ablatis, à membris præfatæ diuisionis solum superest relatio rationis, vnde non erit ens rationis triplex, imò nec multiplex, sed vnum, vel ad summum duplex, nam etiamsi negatio, & priuatio sint entia rationis, saltem non videntur distincte, nec numerum efficere, cum vnum prædicetur de altero, nempe negatio de priuatione, quia priuatio est negatio formæ in subiecto apto.

Improbatur cōmunis diuisio entium rationis.

24.

De priuatione à parte rei.

25.

Videtur ex alia parte diminuta diuisio.

Ex alia vero parte diminuta videtur diuisio eadem, quia plura sunt alia entia rationis, præter illa tria, fingit namque intellectus entia rationis ad similitudinem omnium prædicamentorum, vt chimeram veluti quandam substantiam, ex varijs illis, atque impossibilibus partibus diuersarum specierum, vt hominis, equi, ac leonis compositam, quam constat posse ab intellectu excogitari quantam, atque extensam, imò cum suis coloribus, quæ sunt qualitates, & quemadmodum priuationem, & negationem, per modum qualitatum confingit, pari ratione honorem, & famā, quasi quasdam qualitates intelligit, atque etiam dominium, potestatem, Doctoratum, ac magisterium, & pleraque alia, imo & in eadem chimera, seu hircoceruo locum, vbi, quando, actionem, & passionem, cæteraq; prædicamenta excogitare potest, vt sic ad omnia sese extēdat prædicamēta ens rationis, modis quibusdam fictis, sicut ens reale modis veris, totq; proinde ponenda erunt entia rationis, quot ponuntur entia realia, excepta priuatione, & negatione, nam relatio pro vno, ex decem prædicamentis enumeratur, sicque duodenarium numerum pertingent entia rationis. 26.

Nihilominus, diuisionem sufficientem esse sentiunt omnes, qui de ente rationis loquuntur, duabus tamen vijs defendi potest sufficientia eius, quantum pertinet ad excessum, quem intendit postremum argumentum, nam posteriori loco de defectu, quem primum argumentum tetigit, agendum erit, primam viam aperit distinctio entis rationis, in illud quod habet fundamentum in rebus, & aliud quod fundamento caret, quam attulit, Diu. Thomas in 1. distinctione 2. quæstione 1. articulo 3. & distinctione 19. quæstione 5. articulo 1. à quo illam receperunt posteriores: fundamentum in rebus habere dicuntur illa, quæ veris rebus ab intellectu conceptis accommodantur, & quasi ab eis, vt tali modo conceptis exiguntur, cuiusmodi sunt verè negationes, & priuationes, hoc est, veris rebus attributæ per modum formarum, vt homini visu carenti attribuimus carentiam ipsam, aut priuationem visus, ac si esset forma positiua ei conueniens, dum enunciamus eum esse cæcū, & dum homini attribuimus negationem equi, ac si esset prædicatum positiuum, dum enunciamus, esse non equum, aut non hinnibilem, & pari ratione relationes, aut secundæ intentiones dicuntur habere in rebus fundamentum, quia naturis sic ab intellectu conceptis conueniunt, similitudine relationum realium, si eas haberent, vt esse vniuersale comparatione multorum, genus, vel speciem comparatione specierum, aut indiuiduorum. Alia 27.

Vera sententia.

sunt entia rationis, absque vllo fundamento in rebus conficta, vt chimera, & reliqua, quę ei attribui posse ab intellectu, contendebat secundùm argumentum, diuisio autem illa entis rationis, in negationem, priuationem, & relationem, solum comprehendit entia rationis habentia fundamentum, quia hæc solum ad scientias spectare possunt, quare illorum tantum habenda est ratio, cæterorum verò nulla prorsus habenda est: quia neque ad doctrinam, aut scientiam spectare possunt, imò tanquam fundamento, atque ordine carentia, in infinitum effingi possunt, ideoque non est necessarium, nec fortè possibile ad certum numerum ea reuocare, honor autem, fama, atque dominium, relationes rationis censendæ sunt, & pariter magisteria, ac Doctoratus, sicque de cæteris, habentque in rebus fundamentum, quare sub illo ternario numero membrorum eiusdem diuisionis comprehenduntur.

Quæ entia rationis comprehēdat diuisio communis.

Alia via defendendi diuisionem entis rationis.

Postrema via defendendi sufficientiam eiusdem diuisionis admittit quidem, comprehendere etiam illa, quæ nullum habent in rebus fundamentum, sed hæc reducenda esse ad membra fundamentum habentia, nempe priuationem, negationem, & relationem, vel certè ad vnum illorum, nempe ad negationem:
28 cuius hæc est optima ratio, quia semper hæc excogitantur per modum impossibilium, vt quia impossibile est equum esse leonem, per modum impossibilis fingimus chimeram ex his compositam, & par est ratio de quibuscunque, his rebus impossibilibus attributis, & si aliquid fingeretur ex rebus possibilibus, vt mōs aureus, etiam tanquam impossibile fingi censetur considerato ordine naturali rerum, Et ecce sub ternario numero comprehensa omnia entia rationis, & diuisionem trimembrem illius etiam in toto suo ambitu diminutam non esse.

Concludit tria tantum esse rationis entia.

Nota.

Sed vt intelligamus nullum membrum redundare, obseruandum est: negationem, & priuationem duobus modis considerari posse, primo secundùm rationem priuationis, & negationis alicuius formæ realis, quo pacto non sunt entia realia, sed simpliciter non entia realia, quia nihil reale in rebus ponunt, sed potius aliquid reale auferunt, & ideò iure vocantur non entia realia, aut non entia simpliciter, quo nomine vocauit Aristoteles priuationem 1. lib. Physicorum loco superius memorato, conueniunt tamen rebus, non solum ante opus intellectus, sed omnino independenter ab illo: nam citra opus intellectus homo caret visu, & non est leo, sed species diuersa à leone, priuationem etiam hoc modo acceptā posuit Aristot. principium generationis naturalis, vt argumentum primum attulit, hoc est autem priuationem, & negationem accipere, secundum propriam rationem, aut conditionem.

Sed alio modo considerantur ad similitudinem entis, aut formæ positiuæ, & vt tales attribuuntur rebus in propositione, & cum non sint verè formæ, aut entia realia, sequitur esse entia rationis, nec dari ante opus intellectus, sed per illud esse fabricata.

Vtrumque membrum huius distinctionis 29
reperi apud Diuum Thom. primum quidem, quæstione 1. de malo, articulo 2. & 1. parte, quęstione 48. articulo 2. quod etiam ex Diuo Thoma acceperunt Capreolus in 2. distinctione 34. quæstione 2. ad primum Ferrar. 3. contra gentes, capite. 19. Soncinas 7. Metaphysic. quæstione 15. & Caietanus 1. parte, quæstione 48. articulo 2. Secundum autem membrum posuit Diuus Thomas 4. lib. Metaphysi. capite 2. vbi Aristoteles illud non obscurè insinuauit.

Satisfit argumentis oppositis.

Primum igitur argumentum aduersus diuisionem propositum, de priuatione, & negatione conuincit, nec esse entia rationis neq; ad diuisionem pertinere secundum se, pertinent tamen, sub consideratione posteriori, quo pacto accepta satis est manifestum, entia rationis esse.

Appendix: dubium de distinctione priuationis, & negationis.

An priuatio, & negatio distinguitur.

IDem argumentum contendebat priuationem, & negationem non distingui, cum notum sit, hanc, de illa etiam in sensu formali enunciari, dum dicimus, priuationem esse negationem in subiecto apto nato habe-
re eandem formam: & quia à nemine distin- 30
guuntur hæc duo entia rationis, nisi per ordinem ad subiecta, quibus conueniunt, & in quibus fundantur, vt postmodùm videbimus, adnotare oportet, duplicem versari opinionem circa fundamentum entis rationis, prior tenet nullum prorsus habere fundamentum in rebus quibus attribuitur, sed in duobus

aliis

alijs fundari, primum fundamentum est, modus noster imperfectus intelligendi, ex quo procedit, vt nec rem vnā, vnico, ac simplici cōceptu percipere possimus, sed illam in plures diuidamus, quantūlibet in se sit simplex, vnde necesse est ea, quae inter se se nō sunt distincta, nostris cōceptibus distinguamus, & hāc distinctionem propterea rationis vocant, quia cum in rebus non sit, eam ratio imperfecte intelligens faciat, prouenit secundo, vt aliquid aliquibus sic à nobis distinctis tribuamus quod ex se non habent, eis tamē quadrat vt sic à nobis
31. conceptis, atque distinctis, quo pacto naturam hominis à parte rei diuisam in singularibus, & ab eis non distinctam, vt vnam concipimus, & à singularibus distinctam, cum quibus collatam vnam in multis, & vniuersalem vocamus, quam appellationem ex se non posset suscipere, imo neque à parte rei, & citra opus intellectus defectu vtriusque, videlicet vnitatis, & distinctionis à singularibus. Procedit tertio ex eodem modo imperfecto intelligendi, vt per modum entis percipiamus ea, quae vere entia non sunt, & etiam quod aliquando penitus impossibilia componamus, vt chimeram aut hircoceruum.

III. Fundamentum. Secundum fundamentum in rebus ipsis inuenitur, non quidem quibus entia rationis attribuuntur, sed in alijs, quae vel effectus earum sunt, vel certe aliquam cum eis similitudinem habent, gratia exempli, distinguimus ratione in homine, aut eius anima tres gradus vitae, nēpe vegetatiuae, sensitiuae, & intellectiuae & fundamentum huius distinctionis non est in anima, cum sit simplicissima, sed in operationibus diuersis, ab ea effectiuè procedentibus, vegetandi, sentiendi, & intelligendi, quas constat non solum realiter, sed specifice diuersas esse, sicque de caeteris entibus rationis, vel distinctionibus in Deo, vel creaturis à nobis factis. Ex his autem duobus fundamentis quod est modus noster intelligendi, commune est quibuscunque entibus rationis, quae idcirco ex hac parte omnia dicentur habere fundamentum in re, siue sint impossibilia, vt chimera, siue per modum possibilium apprehendantur, vt negationes, priuationes, & secundae intentiones; postremum vero fundamentum non est commune, sed speciale, quia solum in entibus rationis per modum possibilium apprehensis, aut distinctis reperitur.

Si haec sententia vera sit, non erit possibile (nisi ego fallor) distinguere priuationem, à negatione, probatur planè, quia solum hęc possunt distingui ex parte subiecti, cui attribuuntur, in quantum vna respicit illud, tanquam aptum habere formam, altera vero non sub tali aptitudine, sed simpliciter, vt non habens formam, abstrahendo ab eo quod est
aptum esse, aut ineptum habere illam, ergo distinguūtur ex parte subiecti, cui attribuuntur, in quantum diuerso modo in eo habent fundamentum, quod si abstuleris, necesse est, eo ipso rationem distinguendi vnam ab altera penitus auferas, atque adeò distinctionem impossibilem efficies. Refellitur praedicta sententia. 32.

Secundo probatur, plura entia rationis in re cui attribuuntur, habere fundamentum, nam controuersum est in scholis Dialecticorum, an natura ante opus intellectus aliquam habeat vnitatem positiuam aut negatiuam, ratione cuius fundamentum esse possit vniuersalitatis, quam ei tribuat intellectus; & consentiunt omnes quod si eam habuerit, habebit in se fundamentum talis entis rationis, si vero nulla, praeter numeralem ei attribuatur, adhuc omnes fatentur, habere saltem remotum fundamentum in vnitate formali, quam ex se habet, licet diuisam per numeralem, quia diuisi haec extrinseca est, & propterea cognosci potest ab intellectu, ea non cognita, quod erit, cognoscere naturam, vt vnam & aptam esse in multis: vniuersa igitur schola profitetur, vniuersalia aliquod habere fundamentum in ipsismet rebus, quae talia vocantur ab intellectu, quod necessarium prorsus est; quia si hoc fundamentum tollatur, sic poterit vniuersalitas rebus singularibus attribui, sicut vniuersalibus, neque aliqua vnitas quaerenda erit in eis, vt talia appellentur, quod falsum plane probatur, ex Aristotele in praedicamento ad aliquid, vbi relationes primi generis, vt identitas, similitudo, & aequalitas in vnitate extremorum specifica fundari docet, sed relationes istae cū sint reales extant ante opus intellectus, ergo aliqua etiam vnitas duorum extremorum ponenda est, vt fundare possint relationem, sed non habent vnitatem specificam formalem, cum haec fiat ab intellectu, ergo habebunt saltem fundamentalem remotam, & haec est fundamentum remotum vniuersalitatis, sicut & specificae vnitatis formalis, nam vnitas specifica formalis, & vniuersalis est necesse est ergo entia rationis fundamentum II. De entibus rationis habentibus fundamentū.

habere in eadem re cui attribuuntur, cui non obstat eandem rem esse simplicissimam aliquando, quia licet formaliter sit vna, ac simplex, virtutem habet eliciendi diuersas operationes, vt in anima rationali notum est, vel ab aliquo extrinseco, quod sibi realiter coniungitur, separari per considerationem potest, & propter vtrumque sufficiens fundamentum est, vt possit in ea intellectus diuersas rationes formales considerare, atque distinguere, vel ei aliquam denominationem, vt sic conceptæ attribuere, quę ex se ei non conuenit. Retinenda igitur est cum communi schola diuisio illa entium rationis, in ea quæ habent fundamentum in re, & ea quæ illo carent, vt ex Diu. Thoma, & ceteris authoribus grauissimis attulimus, & intelligenda, vt cum ipsis reliqui omnes intellexerunt: de fundamento in ipsismet rebus, quibus attribuuntur, vt probant præfata argumenta, & quæ tale fundamentum habent in eisdem rebus, vel in alijs, tanquam in effectibus earum, aut tanquam in eis similibus distinguenda ab alijs entibus rationis, solum in nostro modo intelligendi fundatis, de quibus absolute pronunciandum est, non habere in rebus fundamentum, sicut de prioribus, quod fundamentum in rebus habeant, & hac doctrina communi, ac vera supposita, non est difficile priuationem, & negationem distinguere, ex parte subiecti in quo fundantur, nam licet priuatio importet formaliter negationem in communi acceptam, connotat subiectum tale, aptum videlicet habendi formam, & hoc est ei intrinsecum, negatio verò, vt negatio est, connotat quidem subiectum, à quo formam aufert, non tamen vt aptum, vel ineptum, sed vt non habens formam, & ex hoc discrimine intelligitur lapidem non posse cæcum appellari, licet negatiue dicatur non videns, & vt vno verbo distinctionem horum duorum proferam, videntur mihi distingui distinctione includentis, & inclusi, quia priuatio negationem includit formaliter, & addit connotationem intrinsecam talis subiecti, sed in negatione non includitur, cum hæc abstrahat à connotatione talis subiecti.

Quid tenēdum sit.

Per quam potentiam, & operationē fiat ens rationis.

Tertium, quod de ente rationis inquirendum sequitur, ad causam eius effectricem pertinet, per quam licet non possit fieri per se, cum non habeat veram entitatem, sequitur tamen quasi per accidens aliquam operationem per quam aliquid intelligitur, cui attribuendum est, postquam autem hoc modo factum dicitur, per se potest circa illud intellectus versari, naturam eius speculando, ac propterea obiectum scientiæ esse potest. Sed an per opus intellectus fiat, vel etiam per actum voluntatis, & sensitiuarum potentiarum, merito in dubium vertitur.

De causa efficiente entia rationis.

34.

Videtur enim per operationem aliarum potentiarum fieri, etenim voluntas humana, & suo modo appetitus sensitiuus, non solum versantur circa verum bonum sed etiam circa illud, quod non verum, sed apparens est, quod prosequuntur, ac si esset verum bonum, præsertim dum peccare dicitur homo, sed apparens bonum non est ens reale, ergo rationis. Voluntas etiam versatur circa bonum in communi, & sensus externi circa sensibilia in communi, vt visus circa colorem in communi, sed nec bonum in communi datur à parte rei, neque sensibile aliquod commune multis, ergo solum habent esse obiectiue in his potentijs, quæ circa ea versantur, id verò, quod solum habet esse obiectiue in potentia, & nullibi reperitur tanquam in subiecto, est ens rationis, ergo necesse est concedere, quòd entia rationis ab his etiam potentijs fiant, & non solum ab intellectu.

I. ratio dubij de volūtate, & appetitu sensitiuo.

Secundo, probatur efficacius de phantasia, vel imaginatione, quæ ex duabus rebus possibilibus tertiam componit, licet non impossibilem, sed certè actu non existentem, vt speciem montis aurei, ex simplicibus speciebus montis, & auri: mons igitur aureus non est ens reale, cum non sit in rebus, ergo est ens rationis à sola phantasia fabricatum, absque intellectus interuentu, & quod amplius est, sicut imaginatur montem aureum, potest excogitare chimeram, quę est res impossibilis & de qua dubium nulli esse potest, quin sit ens rationis: ergo nec dubitandum est, quod hæc potentia possit efficere ens rationis.

II. ratio dubitandi de phantasia.

Distinctione præmissa dubium soluitur.

Vt dubium commodius soluamus, memoria repetenda est distinctio illa entis ratio-

Ens rationis habens fundamentum in re.

rationis habentis in re fundamentum, & eo carentis, & videndum, quonammodo vtrumque ab intellectu fiat: hine enim facile

35. deduci poterit, an ab alijs potentijs effici valeant, & de primo certum est, quòd per quandam notitiam intellectus, quasi reflexam fiat, vt q. 4. vniuers. adnotare cæpimus, quasi reflexam dico, quia reflexa simpliciter non est, cum reflexa notitia circa aliam cognitionem versetur, eam pro obiecto sumens, notitia vero per quam fit vniuersale nō circa cognitionem versatur, sed circa rem, cognitam tamen, per aliam cognitionem, quam vt iam cognitam pro obiecto assumit, eamq; cum alia confert, vel alteri eam tribuit quasi distinctam, cum vere distincta non sit, vel ad similitudinem entis, aut formæ, cum nec verum sit ens, nec vera forma. Primum constat in relationibus, aut secundis intentionibus, postremum in priuatione, & negatione: sic autem reflecti supra rem à se cognitam, & sic eam concipere per modum entis, aut formæ, aut eam alteri sic cōceptam attribuere, soli intellectui conceditur. Sensus vero non sic reflecti possunt supra rem à se cognitā, nec sic cognoscere, aut attribuere per modum entis, vel formæ, quod vere ens aut forma non est: ergo nec possunt ens rationis formare, sed neque voluntas talem potest reflexionem habere, licet possit reflecti supra proprium actum, illumque diligere, nec tamē id potest, nisi ab intellectu ei proponatur: quare nec ei concedi potest formatio eorum entiū rationis.

Satis fit primæ rationi dubij.

Ex hac itaque certa doctrina colligitur, solum intellectum posse formare entia rationis habentia in re fundamentum, eumque solum posse tribuere rebus tales denominationes, voluntatem vero, neq; appetitum, neq; vllum sensum, id posse.

Solus intellectus format entia rationis habentia fundamentum in re.

Quod vero voluntas aliquando tendat in bonum apparēs, ac si esset verum admittimus, sed hinc non sequitur efficere ens rationis, quia non tendit in tale obiectum, vt verum bonum, ac si verum bonum esset, nisi quia sic ab intellectu ei proponitur. Quare etiamsi in tali modo tendendi interueniret ens rationis (quod verè non interuenit) non à voluntate, sed planè ab intellectu fieret.

Voluntas non format entia rationis.

Entia rationis non habētia in re fundamētum, etiam fiunt per reflexionem quandam, non tamen prædicto modo, sed alio longe diuerso, videlicet per compositionem quandam, qua vnum aliquod tertium ex duobus simplicibus præconceptis fit: quæ si non sint in rerum natura ita coniuncta, vel non sit vllo modo possibile coniūgi, erit quod ex compositione eorum resultat ens nō verum, sed mere fictū absque fundamento in re inuento, quare non reale, sed rationis: de quo censendum est à sola potentia aliquo modo componente fieri posse, & cum inter sensus nullus sit interior, vel exterior componere valens vnum, aliquid ex duobus prius præconceptis, præter phantasiam, vel imaginationem, huic soli conceditur, quod fabricare possit aliqua entia rationis huius ordinis, vt de monte aureo, chimera, hircoceruo, notum est: sed talem virtutem adhuc non habet, nisi per affinitatem, cum ipsa ratione, & intellectu, & forte neque id facit, nisi aliqua intellectus operatione interueniēte vt bene adnotauit. P. Franc. Zuarez tom. 2. Metaph. disp. 54. sect. 2. num. 18. 36

Ens rationis non habens fundamentum in re.

Satis fit argumento. 2. de phantasia.

P. Zuar.

Quæres tamen, per quam operationem intellectus fiant entia rationis, an per primam, quæ est simplex rerum apprehensio: vel per secundam, quæ est compositio, & diuisio: Respōdent quidam, per primam fieri non posse, quia cum comparatio esse debeat, operatio illa, per quam fiūt entia rationis, & comparatio nō sit operatio simplex, sed composita, per quā enuntiat intellectus, nequeunt per primā fieri operationem, sed per secundam enūciantis intellectus: & ita sentiunt hi, vniuersale fieri per secundam operationem solum, & non per primam vt. q. 6 vniu. vidimus.

Per quam operationē intellectus fiant entia rationis.

I. Sentent.

Nos vero cum communi scholæ sententia (quam ibidem, & retulimus, & efficaciter probauimus) dicendum censemus, quædam entia rationis fieri per primam operationem intellectus, alia per secundam operationem, & quędam alia per tertiā, iuxta singulorum cōditiones, & de duabus postremis operationibus, dubitat nemo, quin entia rationis per illas resultent, cum notum sit propositionem & syllogismū formaliter esse entia rationis, & hunc per tertiā operationē intellectus discursum vocatam resultare, illam vero per secundam, quæ appellatur intellectus enunciantis.

II & vera.

De prima solum operatione poterat esse controuersia, de qua tenendum omnino est efficere entia rationis simplicia, & quæ non cōsurgūt ex attributione vnius ad alterum sed ex notitia simplici cognoscēte vnū in altero, aut in ordine ad alterum, qualia sunt vniuersalia, & prædicabilia, de quibus probatum satis reliquimus, q. illa 6. vniuers. ex sententia Arist. & omnium

Probatur entia rationis aliqua, fieri per primam.

omnium, per simplicem comparationem fieri.

Confirm. Et confirmare id possumus de ente rationis non habente fundamentū in re, nā si id potest phantasia efficere, per solam coniunctionem duorum simplicium præconceptorum, quæ ex propria natura coniungi nequeunt, absque affirmatione, & negatione, & omnino absq; vlla attributione, aut enunciatione, longè melius id poterit efficere intellectus.

Efficiat ne entia rationis diuinus, aut Angelicus intellectus.

An Deus faciat entia rationis. I. ratio pro parte affirmatiua.

QVintum in ordine ex his quæ disputanda proposuimus, erat, an diuinus intellectus, aut Angelicus entia rationis efficere valeant, & diuino in primis non videtur id denegādum. Primo, quia eiusmodi entia rationis efficere, aliquam causalitatem importat sed totius causalitatis principium est Deus, & quamlibet ad intellectum pertinentem habere potest diuinus intellectus, ergo & entia rationis efficere.

II. ratio. Secūdo, negari non potest diuinū intellectū perfectissime cognoscere entia rationis, ergo habent esse obiectiuū in eo, sed esse eorum non est aliud, quam cognosci, aut intellectui obijci, ergo eo ipso, quod à diuino cognoscitur, fateri necesse est, quod ab eo fiant, antecedens probatur apertè in priuatione, & negatione, quæ à Deo cognoscuntur, vt cæcitas Petri.

Vltim. ratio. Probatur vltimo, quia si aliquid imperfectionis arguit huiusmodi efficientia, non certè mēdacium, cum non mētiatur intellectus noster, dum entia rationis efficit, sed neque imperfectio aliqua intrinseca, qua effici nequeant: seclusis ergo imperfectionibus poterit diuinus intellectus ea conficere. probatur antecedens, quia imperfectio esse posset cognoscere aliquid tanquam ens, quod verè non est ens, hoc autē nō arguit inperfectionē in cognoscente, sed in re cognita, quæ talis est conditionis, nulla igitur imperfectio adscribenda erit diuino intellectui, ex eo, quod entia rationis efficiat. Ad hæc, diuinus intellectus cognoscit ratione distincta esse, quæ ex natura rei distincta non sunt, vt diuinas ideas. Cognoscit præterea Verbum diuinum procedere per intellectū, & non per voluntatē, & Spiritum Sanctū, per voluntatē, & non per intellectū, cū tamen intellectus diuinus, & diuina voluntas, non sint ex natura rei distincta, sed sola ratione: has igitur potentias, sicut ideas distinguit ratione, ergo efficit distinctionem rationis, quę ens rationis est.

Et ita videtur sentire D. Thom. 1. p. q. 15. art. 2. ad 3. vbi hæc habentur verba: *Huiusmodi respectus, quibus multiplicantur ideæ, non causantur à rebus sed ab intellectu diuino comparante essentiā suam ad res*. Quibus multiplicitatem idearum ab intellectu diuino causari docet, constat autem hanc multiplicitatem, aut distinctionem idearum non esse realem, sed rationis, ergo distinctionem rationis in eas causat, & hæc distinctio rationis est relatio rationis, ergo hanc non solum intellectus creatus, sed diuinus efficit.

Dubij propositi resolutio.

PRopter hæc argumenta non desunt, qui teneant, intellectum diuinum efficere entia rationis.

Mihi tamen duabus assertionibus videtur soluendum propositum dubium, & sit prior. Prior assertio. Diuinus intellect' perfectissimè cognoscit entia rationis factibilia esse à nostro intellectu, & dum fiunt perfectissimè ea cognoscit. Hanc assertionē conuincunt planè præfata argumēta, nam eiusmodi entia rationis cognoscibilia sunt, cum ab intellectu cognoscantur, ergo sub obiecto diuini intellectus cadunt, quod absq; dubio est quodcunque cognoscibile, siue perfectum sit, siue imperfectum, & quantumlibet diminutum, & siue positiuum sit, seu priuatiuum, ergo entia rationis absque dubio, vt factibilia à nobis, & vt iam facta cognoscit, & de hoc nemo potest dubitare. Assertio posterior. Posterior assertio. Diuinus intellectus, nec efficit intelligendo vllum ens rationis, neq; possibile est illud efficere. Hanc probo ex duplici imperfectione intrinsecè clausa in modo intelligendi, per quem fiunt entia rationis, prior est, res in se nō distinctas distinguere, quod absque limitatione in modo intelligendi non saluatur, non est enim I. Imperfectio inclusa in entibus rationis. possibile distinguere ea, quæ in se sunt vnum, nisi distinctis conceptibus ea intelligendo, ita vt non per vnum repræsentetur, sed aliquid eius, & residuum per alterum. Sed iste modus intelligendi ab intrinseco est limitatus, & valde imperfectus, quanquam aliud non haberet, quam multos conceptus eiusdem rei, imò, & diuersarum, formare, ergo repugnat diuino intelle-

tellectui perfectissimè intelligenti, & vniuersa per vnum, ac simplicissimum conceptum.

II. imper. Altera imperfectio intrinseca est, nō repręsentari intellectui obiectum sicut est in se, nam cum sit in se vnum, ac simplex, repræsentatur, vt multiplex, & cum in se sit indistinctū, repręsentatur tāquam distinctum, & rursus magna imperfectio est repræsentari, ac si sit ens, quod verè non est ens, hæc apertè pugnant cum perfectione diuini intellectus, cui nuda, & aperta sunt omnia, & prout sunt in se repræsentantur, vt indistincta quidem, si in se sunt vnum, & vt non entia, si verè entia nō sunt. Ex vtroq; igitur capite pugnat, cum perfectione diuini intellectus entia rationis efficere.

Diluuntur argumenta opposita.

Satis fit argumentis oppositis. Argumēta autem à nobis opposita solū probant, perfectissimè cognosci ab intellectu diuino entia rationis, vt factibilia, & vt à nobis facta, non tamen ab eo fieri, quia cum nihil veræ entitatis habeant, non fiunt per aliquem realem influxum, sed in obiecto imperfecto modo intellecto resultant, nihil tamen reale in eo ponunt, vt oporteat

3. Deum esse eorum causam, & quamuis concurreret nobiscū ad ea efficienda, non sequeretur per se, & immediate ea efficere posse, vt multis exemplis ostendi potest, in operationibus vitalibus, atque peccatis.

Quomodo habeant esse obiectiuum in intellectu diuino. Quòd verò habeant esse obiectiuum in intellectu diuino, distinguendū est, quia non prius fuerunt obiectiue in intellectu diuino, quā intelligerentur fieri à nostro, imò prius secundum rationem cognouit Deus ab æterno fieri à nostro intellectu in tempore, quā illa cognosceret, sed diuina cognitio propterea, non est factiua entis rationis, quia nec conceptu limitato cognoscit rem cui attribuitur, quod omnino oportet ad efficiendum ens rationis, neque ens rationis cognoscit per modū entis, nisi, vt à nobis ita cognitū, & cum oporteat illud per modum entis cognosci, vt tali cognitione fiat, nō est diuina cognitio factiua eius, sed solum agnoscitur à Deo, vt à nobis factum, dum autem dicitur non habere aliud esse eiusmodi entia, nisi obiectiuum, de primo esse obiectiuo eorum intelligendum est, quod solum habent respectu intellectus intelligentis; à quo fiunt: at respectu diuini intellectus quasi præsuppomūtur facta, & ita est, quod vt à nobis facta cognoscuntur ab eo, de priuatione igitur, & negatione, etiā est distinguendū, nam, vt in se sunt, non fiunt à nostro intellectu, sed citra opus eius consistunt, & à Deo cognoscuntur tanquā independentes à nostro intellectu: cæterū, vt per modum formæ positiuæ, vel positiui entis attribuuntur subiecto (quo pacto sunt entia rationis) non fiunt à Deo, sed vt à nobis facta cognoscūtur. Nec mendaciū arguit effectio entis rationis in intellectu efficiente, sed duplicem aliā imperfectionem expositam, & adeò intrinsecam, vt ab eis absolui nequeat, ac propterea, nec attribui intellectui diuino, quia nō se tenent ex parte rei cognitæ, sed planè ex modo eam cognoscendi. Ad illud de priuatione & negatione.

Ad illud de ideis. De distinctione tandem idearum, atq; intellectus, & voluntatis diuinæ, respondetur nō distingui à Deo, sed cognosci, vt distingui possunt à nobis, atq; etiam, vt actu distinguūtur, quod satis est, vt cognoscat per vnam ideam hominem procedere, & leonem per alteram, & Verbum diuinum per intellectum, & non per voluntatem.

Testimonium autem Diu. Thom. non facilè exponi poterit, nisi alia consulamus, in quibus copiosius de eadem re disserens, se se exposuisse videtur, vel certè sensum aperire, quem in hoc tenuit. Agens autem de distinctione attributorū quæst. 17. de potentia artic. 6. docet planè distinctionem rationis, quæ inter diuina attributa versatur, diuerso modo reperiri in intellectu diuino, atque in nostro, in illo quidem, tanquam in radice, in nostro vero formaliter, in quantum reperitur diuersitas conceptuum, per quos quasi per partes rem vnam intelligimus, & eiusmodi multiplicitatem conceptuum sequitur distinctio rationis inter attributa diuina imperfectè concepta: quam multiplicitatem conceptuum, & ex consequenti distinctionem in intellectu diuino, tanquam in radice contineri, ait, hoc est, tanquam in verificante nostras conceptiones, quasi dicat in eo esse, tanquā in intelligente se, vt multis conceptibus, à nobis intelligibilem, & secūdum eos ratione distinguibilē. Vt autem hunc sensum D. Thomæ, ad vsitatum modum loquendi nostrum reducamus, intēdit sine dubio respectus rationis esse in intellectu diuino radicaliter, in quantum se cognoscit, vt partibilem per plures conceptus à nobis imperfectè concipientibus, & vt distinguibilem iuxta eorum diuersitatem in diuersas rationes.

nes, & ideò relationes rationis distinctionis, quæ easdem consequuntur, tanquam factibiles à nobis, & propriam essentiam, vt sic imperfectè conceptibilem, tanquam primam radicem cōceptionum, ac distinctionum rationis.

Exponitur testim. D. Thom.

Quam doctrinam, vt explicando testimonio accommodemus, sensus eius est, ab intellectu diuino causari respectus rationis, per quos distinguuntur ideæ, fundamentaliter acceptos, non formaliter, quia cū non se intelligat Deus per plures conceptus, non potest causare distinctionem rationis formalem, ideis attributam, causare tamen dicitur eos, in quantum ipse, primo intelligit propriam essentiam, vt diuersis modis à creaturis imitabilem, vnico conceptu, vnde non, vt distinctam, sed vt distinguibilem, ab eo, qui distinctis conceptibus eam concipere potest, vt aduersis creaturis imitabilem, à qua intellectione simplicissima multiplex nostra absque dubio regulatur, nec mirū est, non distingui ideas formali distinctione rationis ab intellectu diuino, sed quasi virtuali, & radicali in ordine ad nostrum, cum neq; ideæ ipsæ distinguantur, nisi in ordine ad nos, hoc est, vt essentia diuina à creaturis diuerso modo, est imitabilis, & vt sic limitato modo intelligibilis.

Quid dicendum de Angelis.

De Angelis demum dicendum est in intelligendis creaturis, non formare entia rationis, sed cognoscere ea, vt à nobis formata, probatur apertè, quia cognoscunt res, prout in se sūt, & non sub limitato conceptu sicut homines, ergo, nec entia rationis efficiūt, quorum effectio consistit in cognoscendo per modum entis, quod non est verum ens, & vt distinctum, quod in se est vnum, & eadem ratione in cognoscendo Deo clare viso, nequeunt entia rationis efficere, sed cognoscendo Deum naturali cognitione, quæ imperfecta est, poterunt formare ens rationis, cognoscendo inquā Deum, per aliquam habitudinem, aut ordinem ad creaturas, quę habitudo, cum non sit ens reale, erit ens rationis ab Angelo imperfectè cognoscente formatum.

Ad quam scientiam spectet agere de ente rationis.

De omni ente rationis disserere ad Metaphysicum spectat sub consideratione vniuersali, nam cum proprium obiectū illius sit ens reale abstrahens à materia, eiusdē muneris erit naturam entis rationis etiam inuestigare, vt illud ab ente reali secernat, ac sic possit proprij obiecti quidditatem, & rationem distinctè percipere, & huius rei gratia pluribus suæ Metaphysicæ locis, ijs præsertim in initio huius tractatus relatis, non nihil de natura entis rationis considerauit Aristoteles.

Ens rationis, quod dicitur chimera ad nullā scientiam spectat.

In particulari vero primum ens rationis, quod nullum in re habet fundamentum, vt chimera ad nullam scientiam spectare potest: postquā in infinitum procedere intellectus valet in eius multiplicatione, careatque proinde determinatis principijs scientificæ considerationis, tanquam ex rebus adeò diuersis confictum.

Ad quam scientiā spectet agere de priuatione, & negatione.

De priuatione autem, & negatione ad illā scientiam specialiter agere spectabit, quæ fundamentum earum considerat, vt ad Physicam, quæ pars est Philosophiæ, spectat priuatio formę naturalis, quemadmodum forma ipsa, quę motus principium est, vnde priuationem appellat Aristotel. 1. Physicorum alterum principium rei naturalis.

Ad quam spectet relatio.

Relatio demum rationis, quæ postremum ens rationis est, duplicem habet cōsiderationem, vna est suæ diminutæ entitatis relatiuæ, in qua valde assimilatur relationi reali, vt docet Diu. Tho. 1. parte quæst. 28. articul. 1. licèt sit in entitate ipsa reali, qua caret diuersa, & sub tali consideratione propriè pertinet ad Metaphysicam, cuius est, relationem realem contemplari, sed consideratur alio modo in ordine ad substratum, quod denominare apta est vniuersale, genus, vel speciem, subiectum, vel prædicatum, ex quibus prædicabilia, prædicamenta, propositiones, & syllogismi conflantur, in qua sola acceptione dialecticæ considerationis esse docet D. Thom. 4. Metaphy. lect. 4. hoc igitur solum ens rationis ex tribus, logicum dicitur, cum duo alia alterius sint considerationis, de quo quartum, ac postremum explicandum superest.

36

5

Quonam modo ad ordinem prædicamentalem reduci valeat ens rationis logicum.

Nota.

CIRCA Ordinationem prædicamentalem entis rationis, certum esse debet, ea quæ nullum in re fundamentum habet, nec ad aliquod posse prædicamentum referri, cum non habeant vnam aliquam naturam, sed ex multiplici, ac diuersa sint conflata, & per modum

modum impossibilium concepta. De ijs vero, quæ in rebus fundantur, priuatio, & negatio per modum qualitatis concipiuntur, & idcircò ad prædicamentum qualitatis referri debent. Superest sola relatio, quæ cum similis sit prædicamento ad aliquid, & quodam
37. modo rationem eius per similitudinem sortiatur, ad similitudinem quoque veri prædicamenti ac realis relationis eam excogitare possumus, aliud ex relationibus rationis debito modo ordinatis insurgens, quod vt commodius ordinetur obseruandum est.

Triplex relatio rationis iuxta Arist.

Aristoteles in prædicamento ad aliquid triplex genus relationis distinguit iuxta triplex fundamentum: primi generis relationes esse, ait, quæ in vnitate substantiæ, qualitatis, vel quantitatis fundantur, quales sunt relatio vnitatis, ac distinctionis, similitudinis, ac dissimilitudinis, æqualitatis, & inæqualitatis; eiusmodi enim species sunt illius generis.

Secundum genus relationis est, illud, quod fundatur in actione, & passione præsenti, præterita, vel futura, de quorum numero sunt paternitas, & filiatio, & vniuersaliter relatio causæ, & effectus. Genus tertium est in mensura fundatum, ad quod scientia, & scibile spectant, in quantum scibile mensuræ rationem habet, ad suam scientiam comparatum, scientia autem mensurata ab illo censetur, quorum ratio in eo posita est, quod tantũ, & non plus scientia se extendit, quanta est extensio ipsius obiecti scibilis, à quo speciem sortitur: iuxta hanc similitudinem relationis realis possumus tria genera relationum rationis distinguere, quanquam non reperiatur tanta fundamentorum diuersitas in eis, omnes namque relationes rationis in operatione intellectus fundantur proxime, & quasi remota fundamenta sunt res ipsæ, quas denominant, & quæ ad modum subiecti concipiuntur, vt expositum est.

In tres operationes intellectus diuiditur relatio rationis

Possumus ergo, secundum triplicem operationem intellectus diuersam, triplex relationum genus separare, & in hunc modum prædicamentum entis rationes logici ordinare: ens rationis in tota sua latitudine, quoddam transcendens est respectu omnium, atque idcircò extra prædicamentum va-
38. gatur, non secus, ac ens reale excluditur à prædicamentali ordine: generalissimum autem huius nostri prædicamenti erit relatio rationis vniuersas comprehendens, quemadmodum supremum genus prædicamenti ad aliquid, est relatio realis; ad huius enim similitudinem quidditatiuè, atq; vniuocè enunciatur relatio rationis de suis speciebus.

Diuisio supremi generis relationis rationis.

Diuiditur ergo, genus hoc supremum in tres species subalternas, hoc est, in triplex relationum genus, iuxta triplicem operationem intellectus, & eorum quodlibet diuiditur rursus in alias species, vsque ad atomas per suas differentias.

I. genus relationis, quod fundatur in prima operatione intellectus.

Primum genus relationum est, quod fundatur in prima operatione intellectus, quę cõparatiua cognitio appellatur, sub quo in primis collocantur relationes omnium prædicabilium, generis, speciei, differentiæ, proprij & accidentis, quæ ex comparatione simplici vniuersalis naturæ ad sua inferiora consurgunt; huc etiam spectant diuersæ species relationum ac distinctionum rationis; quæ quasi supplementum quoddam videntur esse relationum, ac distinctionum realium, & ex comparatione extremorum resultant, vt huiusmodi di- 39
stinctio relationis realis indicat; etenim vt relatio realis inter duo extrema intercedat, tria requiruntur, primum, vt realia sint, secundùm, vt realiter sint distincta, vel certè ex natura rei, vt opinionum diuersitatem comprehendamus, postremum, vt fundamentum reale sit, & in extremis realem distinctionem habeat, vniuersa hæc in paternitate, & filiatione inuenies, entia enim realia sunt pater, & filius, & re ipsa distinguũtur, fundamentum item reale est, nempe generatio actiua, & passiua, vel potentia ad actum reducta, quocunque autem horum trium deficiente, erit relatio rationis, diuersa quidem secundum speciem iuxta defectus diuersitatem.

I. species relationis rationis.

Erit igitur prima species, quando neutrum extremum reale est, sed fuit, vel erit in aliqua differentia temporis, & talis est relatio, qua Antichristus dicitur posterior Adam; rationis quidem ex parte vtriusque extremi. Adam enim iam non est, & Antichristus nondum extra causas; vel etiam quando v- 40
num duntaxat extremum est reale, & hæc est realis ex parte vnius extremi, rationis vero ex parte alterius, vel certè ex vtraque parte rationis, iuxta diuersas Doctorum sententias, alij enim affirmant inter ens reale, & non ens, realem relationem nequaquam intercedere, alij vero ex parte extremi realis, realem ponendam esse, arbitrantur. Alienum autem valde est à præsenti instituto hæc

 discu-

discutere, talis erit relatio inter Petrum, & chimeram.

II. species relationis primi generis.

Secunda species relationis est, sub hoc genere, quando extrema sunt realia, sed non distincta realiter, & talis est relatio distinctionis eiusdem ad se ipsum, talis item est relatio distinctionis inter diuina attributa bonitatis, &
41. sapientiæ, præsertim in doctrina D. Thomæ, asseuerantis, neque ex natura rei, neque ante considerationem intellectus esse distincta, sed solo officio intellectus, aliquo tamen inuento ante fundamento, vt suo loco explicabitur, quod non reperitur in distinctione eiusdem à se ipso.

III. species eiusdē primi generis.

Tertia species contingit, quando extrema quidem realia sunt, deficit tamen reale fundamentum: cæterum duobus modis: primo quidem fundamento, ex parte alterius extremi deficiente, & tunc ex parte illius relatio rationis intercedit, cum tamen ex parte alterius fundamentum habentis sit realis, talis est relatio creatoris ad creaturam, ex parte quidem creaturæ realis, rationis verò ex parte creatoris, qui vt superius attigimus talis dicitur ante operationem intellectus, non quia ad creaturam referatur, sed quia ad ipsum creatura refertur, deficere autem fundamentum ex parte Dei dicimus ad relationem realem, nō ex defectu, sed ex diuina excellentia, quæ cum sit alterius ordinis à creatura, ab ea non depēdet, neque ordinatur, & idcircò fundare relationem realem respectu illius, non est possibile, nisi quispiam vellet mutationem aliquam
42. realem in Deo admittere, cum creator ex tempore dicatur, quod absurdum est; huc etiam spectare intelligendum est vniuersas relationes, quæ in prædicamento ad aliquid tertium genus constituunt, ex parte quidem alterius extremi, in quo non est fundamentum sufficiens realis relationis, vt in prædicamento ad aliquid manifestum erit.

I. modo deficit relatio realis ex parte fundamenti.

II. modo etiam deficit ex parte fundamenti.

Secundo modo contingit relatio rationis ex defectu fundamenti, quod & si reale sit ex parte vtriusque extremi, non tamen distinctū realiter, vel ex natura rei, sed sola operatione intellectus, eiusmodi esset relatio similitudi-
43. nis inter duos homines, si contingeret eadem numero albedine affectos esse, reale quidem fundamentum esset albedo in vtroque extremo, non tamen distincta, sed eadem re, & numero, & ideò non dicerentur propter illam similes relatione reali, sed rationis, eiusmodi item est relatio similitudinis inter diuinas personas ratione diuinæ essentiæ, apud D. Tho. quæ cum verè sit eadem numero, & indistincta in ipsis, nec diuinæ personæ ob eam habēt distinctionem realem, nec fundatur in ea relatio realis similitudinis, sed rationis tantum, quemadmodum à solo intellectu distingui potest, non secus, ac distinguit eandem rem à se ipsa, & de primo genere hæc satis sint.

II. genus

Genus secundum relationis huius prædicamenti est, quod secunda operatio intellectus fundat, quæ est compositio, & diuisio, & talis relatio est, quæ reperitur inter subiectum, & prædicatum, quæ sunt quasi oppositæ partes propositionis, ex quibus integratur, ac rursus inter integram ipsam propositionem ad suas partes comparatam, & partes ipsas.

III. genus relationis rationis.

Tertium, ac postremum genus est, in tertia operatione intellectus fundatum, vt relatio illationis, consequentis, & antecedentis, ex tribus namque syllogismus conflatur (qui tertiam operationem intellectus constituit) nempe ex maiori, minori, & conclusione, & tres ipsæ propositiones in modo, & figura disposi- 44.
tæ, hoc est, secundum situm, quantitatem, & qualitatem, cæterasque modorum, & figurarū conditiones, ordinem habent inter se ab intellectu excogitatum, per comparationem vnius ad aliam, ac duarum primarum cum tertia, ex tali comparatione, ac compositione consurgit relatio rationis, quæ appellatur syllogismi à qua propositiones, vnum quid constituentes, vel potius constitutum ipsum, syllogismus vocatur, illud tamen obiter adnotandum duxi hac in parte, has omnes relationes rationis secundas intentiones appellari, siue in prima, secunda, aut tertia operatione intellectus fundentur, & non tertias, vel quartas, vt voluerunt quidam, sic intentiones multiplicantes, vt propositio, tertia sit intentio appellanda, quia ex terminis fit, qui secundæ intentiones vocantur, syllogismus item quarta, quia ex secundis intentionibus terminorum, ac tertijs propositionum conflatur, non considerantes propositionem, & syllogismum secundas intētiones non excedere, sed eandem appellatione comprehendi, cuius ea est ratio, quam su- 45.
perius attigimus, quia vbi vna secunda intentio fundat aliam, vel ab ea denominatur, materiali tantum ratione intentio secunda vocatur, formali verò prima, cuius officio fungitur nam sic se habet in tali denominatione, ac si realis esset natura à secunda intentione denominata, officium namq; & natura primæ in-

ten-

tentionis est, à secunda denominari, secundæ vero denominare primam, ea igitur, quæ denominatur, tanquam prima intentio vsurpatur in tali denominatione, licèt re ipsa sit secūda, & ea, quæ denominat, semper officio secūdæ intentionis fungitur: termini igitur comparatione propositionis primam intentionē referunt. propositio item ad syllogismum cōparata, in secundis igitur intentionibus sistendum est, nec vlterius progrediendum, ita vt nomine communi secundarum intentionum cunctæ relationes rationis comprehendantur.

Cunctæ relationes sub secundis intentionibus comprehēduntur.

Tractatus de modo, quo prædicationes exercentur in concretis, atq; in abstractis primarum, ac secundarum intentionum.

1. Intentum huius tractatus.

EXplorata iam entis rationis natura, ac diuisione, eoque prædicamentali ordine disposito, qui ad Logicam considerationem spectat, aperire opera precium est ad pleniorem prædicabilium notitiam, quonam pacto in fundamentis ipsis, quæ primæ intentiones nuncupantur, atque etiam in ipsis entibus rationis, hoc est secundis intentionibus, vel relationibus, prædicationes exerceantur, & licèt in multis assimilentur primarum, ac secundarum intentionum prædicationes, claritatis gratia oportebit separatim de vtrisque agere, & idcircò in duas partes diuidimus præsentem tractatum, quarum prima versabitur circa intentiones primas, postrema circa secundas. Et quidem, quod ad primas attinet, his quatuor modis exercentur: Primo, vt concretum sit vtrumque, prædicatum videlicet, & subiectum, vel vtrumque abstractum, aut prædicatum abstractum, subiectum vero concretum: aut demum est opposito concretum prædicatum, & abstractum subiectum.

Diuisio tractatus.

Quatuor modis prædicātur primæ intentiones.

Quot modis prædicationes sint falsæ.

Quatuor modis prædicationes sunt falsæ.

2.

VT autem certa ab incertis secernamus, illud est certissimum, quocunque modo ex his quatuor disponantur, falsas esse prædicationes, si prædicatum, & subiectū, non cohærent, cohærere autem intelliguntur, dum aliquo modo inter se sunt ordinata, ita vt vnum sit superius, inferius alterum, vel certè æqualia, quorum vnum aliquo modo ad alterū pertinet, vel quia in ratione aut essentia eius continetur, vel certè, quia propria passio illius est, seu vniuersaliter loquendo se habent tanquam subiectum, & accidēs, si enim ab his modis deficere prorsus intelligantur, dicimus non cohærere, sed esse prædicationem disparatam, de qua notum est esse falsam. I. positio.

Secundo, certum est ex prædicationibus, in quibus prædicatum, & subiectum cohærere dicuntur, veram esse illam, qua prædicatur cōcretum superius de inferiori vt dum sic enunciamus, homo est animal, equus est animal, atque ex consequenti vera erit etiam, si per conuersionem simplicem inferius de superiori enuncietur, vt animal est homo, id tamen erit discriminis, quod prędicatio prima directa est postrema indirecta. II. positio.

Tertio certum est, concretum de concreto æquali, verè enunciari, vbi prædicatum ad essentiam subiecti pertinet, vel propria passio illius est, quales sunt prædicationes differentię, & proprij, homo est rationalis, homo est risibilis, veræ etiam sunt indirectæ, siue species de differentia enuncietur, siue de propria passione subiectum, vt si dicas rationale est homo risibile est homo, & eodem prorsus modo se habebunt tam directæ, quam indirectæ prædicationes concretorum, quorum vnum est accidens, vel subiectum comparatione alterius, nam vera est vtraque hæc enunciatio, homo est albus, & album est homo, & sic de similibus censendum est. III. positio. 3.

Certum est apud omnes quartum, nempe vbi abstractum de concreto enunciatur, falsam esse prædicationem, vt dum sic dicimus, homo est humanitas, & hoc non tantum propter realem distinctionem, quæ in creaturis reperitur inter vnum, & alterum; sed propter modum significandi diuersum: distinguuntur in primis homo, & humanitas reali distinctione, non tanquam vna res ab alia, vt Petrus à Paulo, cum humanitas, non sit res alia ab homine, sed intra eius essentiam clauditur, distinctione tamen reali, quam appellant includentis, & inclusi, concretum enim non dicit nudam naturam, sed suppositum concernit atque in communi significat, suppositum autem addit supra naturam subsistentiā, vel suppositalitatem realiter ab eadem natura distinctam, quā, cum abstractum nudam importet, IV. positio. 4.

quidpi-

quidpiam reale importare subiectum censetur non importatum in prædicato, & ea propter hoc genere realis distinctionis ab illo separari, quod satis est, vt abstractum de concreto non prædicetur. Quare miror profectò Magistrum Soto quæstio. 3. vniuersalium, asserentem similem propositionem, homo est humanitas, propter modum tantum significandi negari, non propter extremorum distinctionem, cum verum sit (inquit) eandem rem esse hominem, & humanitatem, & fortassis suo tempore hæc doctrina circumferebatur, nostra tamen ætate vtraque de causa falsa iudicatur, nam licèt, non sit res alia homo ab humanitate, ex æquo ab eo distincta, hoc est, ita vt mutuo in sua entitate reali se excludant, aliud realiter ab ea distinctum importat: suppositum namque ex duplici componente integratur, tamquam quoddam totum, nempe ex natura, & suppositalitate, prædicatum igitur se habet respectu subiecti ad modum partis, & quidem distinctæ realiter, quia natura, & suppositalitas, secundum communem scholę sententiam realiter distinguuntur in creaturis, similis est ergo distinctio concreti, & abstracti huiusmodi, ac totius, & partis, sed pars in compositis rebus non prædicatur de toto, non enim admittitur hominem esse materiam, vel formam: propter rationem vtramque distinctionis videlicet, & significationis, ergo vtraq; hęc ratio falsam reddit propositionem abstracti de concreto.

Homo & humanitas non sunt idem.

Maiori tamen admiratione, dignum est admisisse Durandum similes prædicationes: homo est humanitas, equus est equinitas in 1. distinctio. 24 quæst. vltima: regulam vniuersalem statuens, in concretis substantialibus creaturarum esse admittendas, licèt falsæ existimentur in accidentalibus. Quod nullo modo audiendum est, cum, & communi omniũ sententiæ aduersetur, & euidenti ratione falsitatis conuincatur.

Reijcitur doctrina Duran. de prædicationib. abstracti de concreto substãtialibus.

6.

Idem iudicium ferendum erit de propositione, in qua abstractum accidentale prædicatur de suo concreto, vt dum dicimus album est albedo: coloratum est color, quia maior in his extremis distinctio realis intercedit, postquam nudam formam prædicatum continet, subiectum verò in alio connotatur extremo. Quæ autem dicuntur de his propositionibus directis, tam in abstractis, atq; concretis essentialibus, quã accidentalibus, suo etiam modo accommodanda sunt indirectis, ex eisdem extremis constitutis, in quibus ex opposito, de abstractis concreta enunciantur, quales sunt prædicationes istæ, ac similes: humanitas est homo, albedo est album, cùm notum sit eandem extremorum distinctionem, eundem itę significandi modum diuersum intercedere: à quibus transcendentia excipienda sunt, in quibus transcendentiæ ratione, concretum de abstracto enunciatur, vt benè adnotat D.Thom. de veritate, quæst. 21. articulo 4. ad quartum, vt dum enunciamus, entitas est ens, entitas est bona, &c. Excipitur etiam quantitas, quæ cùm partes intrinsecas habeat, sitque accidentium corporalium subiectum proximum, vt in proprio prædicamento videbimus, concretum in ea de abstracto enunciatur, vt in his ac similibus constat prædicationibus, quæ ab vniuersis admittuntur, quantitas est quanta, superficies est alba.

Neq; in accidentibus abstractũ de concreto suo prædicatur.

7.

An abstractum de abstracto prædicetur.

SI verò vnum abstractum prędicetur de altero, vel abstractum differentiæ, de abstracto generis, vt animalitas est rationalitas, vel è conuerso, rationalitas est animalitas, vtraq; iudicatur ab omnibus falsa, quia gradus genericus, & differentialis diuersi sunt, & non se includunt, vt sic in abstracto, & formaliter significati: ergo neque vnus enunciatur de altero, cui accedit gradum differentialem ex propria conditione, per modum adiacentis prędicari, & ideò in quale quid, sed forma, vt in abstracto significata, non habet modum alteri adiacentis, cum subiectum, non respiciat, ergo nec de altero sic potest enunciari.

Supersunt duo genera abstractorum, vnum dum superius de inferiori prædicatur, vt humanitas est animalitas, alterum, dum vnum æquale de altero, nempe abstractum differentiæ de abstracto speciei, vt humanitas est rationalitas, & de hoc eadem ferè ratio est, ac de superiori, & inferiori, vt in decursu quæstionis patebit: huc ergo reducitur tota controuersia, an prædicationes in quibus abstractum superius prædicatur de abstracto inferiori, veræ sint, & admittendæ.

Quæ locum in primis, non habet in accidentalibus, siue ad quartum, vel quintum prædicabile referantur enunciationes, constat namque falsas esse, vt sequentes testantur propositiones, humanitas est risibilitas, humanitas est albedo, cuius ea est ratio, quia

Abstractũ de abstracto non prædicat in 5 prędicabili.

quia accidentales istæ prædicationes idcircò in concretis admittuntur, quia concretum nomen positum à parte subiecti connotat subiectum, cui inhæret forma in prædicato
34. importata, quod nomine etiam concreti, ac per modum inhærentis significatur, in abstractis vero nihil tale reperitur, quia, nec subiectum connotatur, nec significatur forma in prædicato per modum inhærentis, sed per se stantis: quare prædicatum in subiecto, non clauditur, sed denotatur extremorum identitas, impossibilis quidem, cum vnum sit substātia, accidens alterum, vel certè formæ sint accidentales, reali, vel formali distinctione separatæ, vt in prædictis, & similibus constat enunciationibus, qua propter à nemine admittuntur.

Sed nec locum habet controuersia in abstractis superioribus, & inferioribus differentiarum, vt dum sic enuneiamus, rationalitas est sensibilitas, cum constituendum infra sit capite de differentia, non esse tales propositiones admittendas, nam cum conceptus simplices sint, vna non claudit aliam, qua propter, nec prædicationem illius suscipere potest, tota igitur (vt diximus) dissidij ratio est, vbi abstractū superius est natura generica, inferius verò specifica, vt in his: humanitas est animalitas, animalitas est corporeitas, quia esto humanitas, & animalitas sint formæ, & vt tales significentur cōpositę tamen ex gradu naturæ genericę, & differentialis, cōposita est. n. humanitas ex animalitate, & rationalitate nō sec⁹, ac homo in concreto ex animali, & rationali, ex quo validum desumitur argumentum earum veritatem conuincens, nam idcircò vera est similis concretorum enunciatio, homo est animal, quia prædicatum clauditur in subiecto tanquā pars illius essentialis, nēpè in homine animal, vel natura sensitiua, sed humanitas est etiam forma composita ex animalitate, & rationalitate, ergo etiam in abstractis verum est prædicatum claudi in subiecto, id autem importatur in prædictis enūciationibus, ergo absq; dubio erunt admittendæ.

An, humanitas est animalitas, sit vera propositio.

I. argum. pro affirmatiua parte.

II. argum. Secundo, extrema harum propositionum eundem modum significādi retinent, cum abstractum sit vtrumque, ergo non efficit propositionem falsam diuersus modus significandi,
9. vt in abstracto, & concreto vidimus, sed neq; eorundem extremorum distinctio, quia nec realis est, cum eadem sit natura generica, & specifica (nec enim species ex genere, & differentia componitur, tanquam ex rebus, vel partibus distinctis, sed tanquam ex diuersis conceptibus, ac gradibus eiusdem naturę) neq; etiam formalis, sed solius rationis distinguentis eosdem gradus, atque conceptus, distinctio autem rationis, non valet falsam propositionem reddere, vt in concretis constat, animali, & homine: quę eodē modo distinguuntur, ac abstracta, ergo quemadmodum in concretis admittitur, pari ratione erit in abstractis admittēda.

Tertiò, propositio vera est, cuius prædicatū continetur in subiecto, cum id solum enūciet, *III. argum.* vt dum dicimus hominem esse animal, idem significamus, quod animal in homine contineri, sed abstractum superius continetur in inferiori, non secus atque concretum, vt animalitas in humanitate, tum, quia eam componit, tum etiam, quia animalitas significat principium sentiendi, quod negari non potest in humanitate claudi, cum verum sit enunciare, humanitas habet principium sentiendi, admitti ergo debent similes enunciationes: & si forte dixeris, contineri quidem, sed id non sufficere, nisi totum id, quod est in subiecto contineat prædicatum, nam id videtur enunciari, cum dicimus, hoc est illud, adhuc probo, idem contingere in his propositionibus, quia superius abstractum vnam partem inferioris continet actu, alteram in potentia, vt animalitas naturā sensitiuam actu, rationalem in potentia, quod satis est ad veritatem propositionis, cum non alio modo genus concretum contineat totum quod est in specie.

Postremo, in formis Physicis, quales sunt animæ, admittuntur ab vniuersis similes abstra- *Vlti. argu.* ctorum prædicationes, verum namque in eodem homine est enunciare, anima rationalis est sensitiua, est forma viuentis, atque corporea: non alia ratione, nisi quia inferior anima continet gradum superioris, sed formæ Metaphysicæ, quæ significantur abstractis nominibus generis, & speciei, vt humanitas, & anima- 10.
litas, accipiuntur ab eisdem, nempe ab anima sensitiua animalitas, rationalitas ab anima rationali, ab vtraque autem humanitas, quæ idcircò vtramque claudit, ergo pari ratione erunt admittendæ. In abstractis etiam formis accidentium genericis atque specificis veræ sunt similes enūciationes, nemine dissentiente, vt albedo est color, virtus est habitus, habitus est qualitas, ergo non secus veræ censendæ sunt in substantijs, cum omnimoda sit rationis paritas, quod enim in prædicamento substan-

Confirmatur à simili argum. efficaci.

 tiæ,

primam, secundum quam enunciari de toto nequit.

Confirm. Argumentum efficaciter confirmat eiusmodi enunciatio, homo est humanitas, quam idcircò admittit nemo, quia humanitas comparata ad hominem, conditionem partis habet, & vt talis significata, non verificatur de toto ipso homine, pari ergo ratione, neganda est alia, humanitas est animalitas.

Expositio P. Fonsecæ reijcitur. Neque oportet, vt ait P. Fonse. sub reduplicatione accipere extrema, vt falsa censeatur enunciatio, quia ex proprio modo significandi abstractorum designantur prędicata, vt auulsa

19. penitus ab inferioribus, cum non sint abstracta ab illis abstractione vniuersali, sed præcisiua, neque animalitas ab animali, vel humanitate alio modo abstrahibilis est, vnde proprius ipse significandi modus formalem sensum, ac reduplicatiuum exhibet, atque idcircò absoluta locutione falsæ cēsentur, non minus quam sub reduplicatione.

Quædam obiectiones proponuntur, & soluuntur.

I. obiectio. SI autem obijcias humanitatem, verè prædicari de hac, & illa humanitate singulari: animalitas item de singularibus sensitiuis naturis enunciatur, ergo non sunt præcisæ à suis inferioribus, sed humanitas est inferior re

20. spectu animalitatis, ergo nō est vsquequaque, hæc ab illa præcisa, quin possit verè de ea enunciari.

Respondetur. Respondetur, nullam esse partem, imò neque punctum, quod si in communi accipiatur de partibus, ac punctis singularibus, non enunciētur, cuius ea est ratio, quia cum inferiora sint eiusdem rationis, modumque similem partis, vel puncti habeant, non est necessarium proprium mutare modum, sed eo retento satis est in communi concipiantur, animalitas ergo de singularibus similibus, humanitas de singulis humanitatibus absq; dubio enunciatur, dissimilis tamen est ratio de alijs prædicationibus genericis, vel differentialibus, nam cum abstracto nomine significentur per modum formæ, ac partis animalitas, & rationalitas, quælibet præscinditur ab alia, atq; etiam à toto ipso, nempe humanitate, quæ tanquam ex vtraque composita significatur, quapropter, nec de toto, nec de alia parte animalitas enunciari debet: quod vt intelligatur melius distinctio ab vniuersis acceptata memoria, repetēda erit: abstractionem duplicem esse, vna est vniuersalis, qua cōmune abstrahitur à particularibus eodem modo significatis, vt animal ab homine, & equo vtrisq; in concreto significatis, humanitas ab hac, & illa humanitate significatis in abstracto, alia est abstractio formalis, seu præcisiua (quam vocant) per quam non vniuersale à particularibus, sed formam à subiecto, vel composito, aut vniuersaliter partem à toto abstrahimus, & cum sic abstractum, vel præcisum modum partis sortiatur de eo, à quo abstrahitur, vel à quo præscinditur non enuntiatur, quod etiam fatemur omnes, abstrahitur ergo à duobus humanitas, à singularibus humanitatibus, & ab homine, ab illis quidem abstractione vniuersalis à particularibus, ab homine verò abstractione pręcisiua formæ à supposito, quapropter de illis enunciatur, nequaquam de homine: abstrahitur item modo simili animalitas ab hac, & illa quasi vniuersali abstractione, ab humanitate vero præcisiua quasi pars à toto, enunciatur ergo de illis, nequaquam de humanitate. Duplex abstractio. 21.

Si autem instes, animalitas abstrahitur vniuersali abstractione à singularibus animalitatibus, & idcircò enunciatur de illis, abstrahibilis ergo erit eodem abstractionis genere ab humanitate, enunciabiturq; simili modo de ea: etenim si ab illis abstrahitur, quia inferiora illius sunt indiuidua, ab humanitate poterit abstrahi cum sit specifica forma se inferior, non secus, ac animal abstrahitur ab homine, & equo abstractione vniuersali, non est ergo necessarium abstractione præcisiua ab humanitate esse abstractam, falsum igitur est fundamentum, cui innititur sententia prædicationem animalitatis de humanitate non admittens. II. obiect. 22.

Respondetur, animalitatem in abstracto significatam modum partis habere, siue ad singulares comparetur animalitates, vel ad humanitatem, cæterum ad illas tanquam ad partes alias singulares, ad humanitatem tanquam ad totalem naturam quam componit, comparatur, & propterea vniuersali abstractione, ab eisdem abstrahi potest, cum sint quasi inferiora eiusdem rationis: ab humanitate verò, solum vt pars à toto, vel forma partialis à totali, ad quam comparari tanquam ad se inferius, idcircò repugnat, quia totalis comparatio non est, nisi totius potentialis ad partem subiectiuam, ratio autem totius potentialis apertè pugnat Respond.

gnat cum parte per modum partis significata, qualem modum animalitas habet, vnde sequitur non abstractione vniuersali, sed præcisiua esse abstrahibilem ab humanitate, secus à singularibus animalitatibus, quas non, vt totum, sed vt pars in communi cōsiderata respicit, de illa igitur non est prædicabilis, de his vero bene potest enunciari, quemadmodum pars quęcunque in cōmuni de alijs enunciatur, prędicatione quadam incompleta, & ideò non speciei de indiuiduis, sed huic simili, de toto vero nullo modo: de abstractione vero animalis ab homine, longe diuersa est ratio, cum abstrahatur per modum totius potentialis ab homine, equo, & leone, tanquam à partibus subiectiuis, seu potentialibus, quas sua potestate continet.

Argumenta opposita diluuntur.

Ad I. argu. primæ opinionis.

AD primum igitur argumentum, primę opinionis sic oportet respondere: prædicationes concretorum similes: *Homo est animal, homo est rationalis*, admittuntur quidem, non solum, quia prædicatum continetur in subiecto, sed etiam, quia vt in eo contentum secundum modum illius significatur, hoc est, per modum totius, atque habentis: & ex consequenti, quia totum, quod species actu continet genus claudit secundum potentiam: itaque ratio prior non est sufficiens, nisi posterior ei copuletur, cuius illud est argumento, quod humanitas clauditur in homine, & tamen de illo non enunciatur ea ratione, quia non retinet eundem modum significandi, sed per modum formæ & partis denotatur.

In proposito igitur, licèt abstractis significentur nominibus humanitas, & animalitas, modum partis hæc habet, modum totius illa, quod ex prædicato, & alia parte componitur, & idcircò non constituunt veram prædicationem, & rursus non significatur per modum

24. habētis humanitas, sed præcise per modum principij speciei, vti animalitas per modum principij generis, vel subalternæ speciei, eiusmodi autem rationes sunt formales diuersæ, falsam reddentes propositionem.

Quibus accedit, quod cum animalitas non significetur per modum totius, sed partis, & formæ, potestatem generis non habet, ac proptereà nequit totum, quod humanitas cōtinere, nec propterea de ea verè enunciari.

Secundo argumento, in hunc modū occur-

Ad II. arg. rendum est, modus significandi abstractorum duo habet, primum quidem, quòd abstracta sunt, postremum, quòd ex eo formarum præcisarum modum res significatæ sortiuntur, & quidem in his prædicationibus, de quibus est controuersia prædicatum sortitur modum formæ partialis, cum determinatum gradum suæ naturæ importet, qui cum alia subiectum componit, modus autem totius, & partis, etiam si in eadem re, vel natura constituantur, propositionem formaliter acceptam falsam efficiunt, & iste sufficit falsam efficere eam enunciationem, & similes: *Humanitas est animalitas*, & his planè satisfit argumento.

Sed circa illud, quod dicitur extrema sola ratione distingui, & ideò falsam propositionem non efficere, iuxta vniuersalem regulam affirmātem, distinctionem rationis extremorum, non satis esse, vt falsa propositio iudicetur, 24.
multa congerit Magist. Soto, vbi supra de diuersis distinctionum generibus, realis, formalis, & rationis, grauem de hac re cum Scoto cōtrouersiam, sine necessitate excitans, cum de numero harum distinctionū propriaquecuiusque cōditione disserere, Metaphysicū sit negotium, non dialecticum: & certè in proposito minus necessarium ad veritatem abstractarum enunciationum inuestigandam.

His igitur, omissis: vnum mihi videtur apprimè obseruandum in hac parte, vt prædictā regulam explicemus, geminam esse distinctionem rationis, vnam, quæ nullum in re fundamentum habet, qualis est eiusdem respectu sui ipsius, dum in propositione identica, tanquam duo extrema prædicati, & subiecti ab intellectu distinguitur, dum sic dicimus, Petrus est Petrus, & hæc cum semper propositionem identicam constituat, nunquam illam efficit falsam: alia est distinctio rationis habens fundamentum in re, illa appellatur, in schola D. Thom. rationis ratiocinantis, hæc verò rationis ratiocinatæ, quæ bifariam adhuc inter extrema reperitur, nam, vel quasi ex æquo distinguuntur, hoc est, neutrum in alio inclusum vel tanquam includens, & inclusum, quia vnum clauditur in alio: iuxta primum modum reperitur inter actionem, & passionem, iuxta secundum inter genus, & speciem, vt inter hominem, & animal, nam animal rationem, vel conceptum importat, ab homine distinctum, sed in eo inclusum. Primus modus semper reddit propositionem falsam in sensu formali acceptam, quanquam reipsa, vel identice, vt aiunt, vera sit. Quod vero attinet ad secū-

Notabile vnicum, duplicem scilicet esse distinctionē rationis.

26

ptimam, secundum quam enunciari de toto nequit.

Confirm. Argumentum efficaciter confirmat eiusmodi enunciatio, homo est humanitas, quam idcircò admittit nemo, quia humanitas comparata ad hominem, conditionem partis habet, & vt talis significata, non verificatur de toto ipso homine, pari ergo ratione, neganda est alia, humanitas est animalitas.

Expositio P. Fonseca reijcitur. Neque oportet, vt ait P. Fonse. sub reduplicatione accipere extrema, vt falsa censeatur enunciatio, quia ex proprio modo significandi abstractorum designantur prędicata, vt auulsa
19 penitus ab inferioribus, cum non sint abstracta ab illis abstractione vniuersali, sed præcisiua, neque animalitas ab animali, vel humanitate alio modo abstrahibilis est, vnde proprius ipse significandi modus formalem sensum, ac reduplicatiuum exhibet, atque idcircò absoluta locutione falsæ cẽsentur, non minus quam sub reduplicatione.

Quædam obiectiones proponuntur, & soluuntur.

I. obiectio. SI autem obijcias humanitatem, verè prædicari de hac, & illa humanitate singulari: animalitas item de singularibus sensitiuis naturis enunciatur, ergo non sunt præcisæ à suis inferioribus, sed humanitas est inferior re
20 spectu animalitatis, ergo nõ est vsquequaque, hæc ab illa præcisa, quin possit verè de ea enunciari.

Respondetur. Respondetur, nullam esse partem, imò neque punctum, quod si in communi accipiatur de partibus, ac punctis singularibus, non enuncietur, cuius ea est ratio, quia cum inferiora sint eiusdem rationis, modumque similem partis, vel puncti habeant, non est necessarium proprium mutare modum, sed eo retento satis est in communi concipiantur, animalitas ergo de singularibus similibus, humanitas de singulis humanitatibus absq; dubio enunciatur, dissimilis tamen est ratio de alijs prædicationĩbus genericis, vel differentialibus, nam cum abstracto nomine significentur per modum formæ, ac partis animalitas, & rationalitas, quælibet præscinditur ab alia, atq; etiam à toto ipso, nempe humanitate, quæ tanquam ex vtraque composita significatur, quapropter, nec de toto, nec de alia parte animalitas enunciari debet: quod vt intelligatur melius distinctio ab vniuersis acceptata memoria, repetẽda erit: abstractionem duplicem esse, vna est vniuersalis, qua cõmune abstrahitur à particulari- Duplex abstractio.
bus eodem modo significatis, vt animal ab homine, & equo vtriq; in concreto significatis, humanitas ab hac, & illa humanitate significatis in abstracto, alia est abstractio formalis, 21
seu præcisiua (quam vocant) per quam non vniuersale à particularibus, sed formam à subiecto, vel composito, aut vniuersaliter partem à toto abstrahimus, & cum sic abstractum, vel præcisum modum partis sortiatur de eo, à quo abstrahitur, vel à quo præscinditur non enunciatur, quod etiam fatemur omnes, abstrahitur ergo à duobus humanitas, à singularibus humanitatibus, & ab homine, ab illis quidem abstractione vniuersalis à particularibus, ab homine verò abstractione pręcisiua formæ à supposito, qua propter de illis enunciatur, nequaquam de homine: abstrahitur item modo simili animalitas ab hac, & illa quasi vniuersali abstractione, ab humanitate vero præcisiua quasi pars à toto, enunciatur ergo de illis, nequaquam de humanitate.

Si autem instes, animalitas abstrahitur vniuersali abstractione à singularibus animalitati- II. obiect.
bus, & idcircò enunciatur de illis, abstrahibilis ergo erit eodem abstractionis genere ab humanitate, enunciabiturq; simili modo de ea: etenim si ab illis abstrahitur, quia inferiora illius
sunt indiuidua, ab humanitate poterit abstra- 22
hi cum sit specifica forma se inferior, non secus, ac animal abstrahitur ab homine, & equo abstractione vniuersali, non est ergo necessarium abstractione præcisiua ab humanitate esse abstractam, falsum igitur est fundamentum, cui innititur sententia prædicationem animalitatis de humanitate non admittens.

Respondetur, animalitatem in abstracto significatam modum partis habere, siue ad sin- Respond.
gulares comparetur animalitates, vel ad humanitatem, cæterum ad illas tanquam ad partes alias singulares, ad humanitatem tanquam ad totalem naturam quam componit, comparatur, & propterea vniuersali abstractione, ab eisdem abstrahi potest, cum sint quasi inferiora eiusdem rationis: ab humanitate verò, solum vt pars à toto, vel forma partialis à totali, ad quam comparari tanquam ad se inferius, idcircò repugnat, quia totalis comparatio non est, nisi totius potentialis ad partem subiectiuam, ratio autem totius potentialis apertè pugnat

gnat

gnat cum parte per modum partis significata, qualem modum animalitas habet, vnde sequitur non abstractione vniuersali, sed præcisiua esse abstrahibilem ab humanitate, secus à singularibus animalitatibus, quas non, vt totum, sed vt pars in communi cōsiderata respicit, de illa igitur non est prædicabilis, de his vero bene potest enunciari, quemadmodum pars quęcunque in cōmuni de alijs enunciatur, prędicatione quadam incompleta, & ideò non speciei de indiuiduis, sed huic simili, de toto vero nullo modo: de abstractione vero animalis ab homine, longe diuersa est ratio, cum abstrahatur per modum totius potentialis ab homine, equo, & leone, tanquam à partibus subiectiuis, seu potentialibus, quas sua potestate continet.

Argumenta opposita diluuntur.

Ad I. argu. primæ opinionis.

AD primum igitur argumentum, primę opinionis sic oportet respondere: prædicationes concretorum similes *Homo est animal, homo est rationalis*, admittuntur quidem, non solum, quia prædicatum continetur in subiecto, sed etiam, quia vt in eo contentum secundum modum illius significatur, hoc est, per modum totius, atque habentis: & ex consequenti, quia totum, quod species actu continet genus claudit secundum potentiam: itaque ratio prior non est sufficiens, nisi posterior ei copuletur, cuius illud est argumento, quod humanitas clauditur in homine, & tamen de illo non enunciatur ea ratione, quia non retinet eundem modum significandi, sed per modum formæ & partis denotatur.

In proposito igitur, licèt abstractis significentur nominibus humanitas, & animalitas, modum partis hæc habet, modum totius illa, quod ex prædicato, & alia parte componitur, & idcircò non constituunt veram prædicationem, & rursus non significatur per modum ha-

24\. bētis humanitas, sed præcise per modum principij speciei, vti animalitas per modum principij generis, vel subalternæ speciei, eiusmodi autem rationes sunt formales diuersæ, falsam reddentes propositionem.

Quibus accedit, quod cum animalitas non significetur per modum totius, sed partis, & formæ, potestatem generis non habet, ac proptereà nequit totum, quod humanitas cōtinere, nec proptereà de ea verè enunciari.

Ad II. arg. Secundo argumento, in hunc modū occurrendum est, modus significandi abstractorum duo habet, primum quidem, quòd abstracta sunt, postremum, quòd ex eo formatum præcisarum modum res significatæ sortiuntur, & quidem in his prædicationibus, de quibus est controuersia prædicatum sortitur modum formæ partialis, cum determinatum gradum suæ naturæ importet, qui cum alia subiectum componit, modus autem totius, & partis, etiam si in eadem re, vel natura constituantur, propositionem formaliter acceptam falsam efficiunt, & iste sufficit falsam efficere eam enunciationem, & similes: *Humanitas est animalitas*, & his planè satisfit argumento.

Sed circa illud, quod dicitur extrema sola ratione distingui, & ideò falsam propositionem non efficere, iuxta vniuersalem regulam affirmātem, distinctionem rationis extremorum, non satis esse, vt falsa propositio iudicetur, 24 multa congerit Magist. Soto, vbi supra de diuersis distinctionum generibus, realis, formalis, & rationis, grauem de hac re cum Scoto cōtrouersiam, sine necessitate excitans, cum de numero harum distinctionū propriaque cuiusque cōditione differere, Metaphysicū sit negotium, non dialecticum: & certè in proposito minus necessarium ad veritatem abstractarum enunciationum inuestigandam.

His igitur, omissis: vnum mihi videtur apprimè obseruandum in hac parte, vt prædictā regulam explicemus, geminam esse distinctionem rationis, vnam, quæ nullum in re fundamentum habet, qualis est eiusdem respectu sui ipsius, dum in propositione identica, tanquam duo extrema prædicati, & subiecti ab intellectu distinguitur, dum sic dicimus, Petrus est Petrus, & hæc cum semper propositionem identicam constituat, nunquam illam efficit falsam: alia est distinctio rationis habens fundamentum in re, ilia appellatur, in schola D. Thom. rationis ratiocinantis, hæc verò rationis ratiocinatæ, quæ bifariam adhuc inter extrema reperitur, nam, vel quasi ex æquo distinguuntur, hoc est, neutrum in alio inclusum vel tanquam includens, & inclusum, quia vnum clauditur in alio: iuxta primum modum reperitur inter actionem, & passionem, iuxta secundum inter genus, & speciem, vt inter hominem, & animal, nam animal rationem, vel conceptum importat, ab homine distinctum, sed in eo inclusum. Primus modus semper reddit propositionem falsam in sensu formali acceptam, quanquam reipsa, vel identice, vt aiunt, vera sit. Quod vero attinet ad secū-

Notabile vnicum, duplicem scilicet esse distinctionē rationis.

26

T dum

primam, secundum quam enunciari de toto nequit.

Confirm. Argumentum efficaciter confirmat eiusmodi enunciatio, homo est humanitas, quam idcircò admittit nemo, quia humanitas comparata ad hominem, conditionem partis habet, & vt talis significata, non verificatur de toto ipso homine, pari ergo ratione, neganda est alia, humanitas est animalitas.

Expositio P. Fonseca reijcitur. Neque oportet, vt ait P. Fonse. sub reduplicatione accipere extrema, vt falsa censeatur enunciatio, quia ex proprio modo significandi abstractorum designantur prędicata, vt auulsa
19 penitus ab inferioribus, cum non sint abstracta ab illis abstractione vniuersali, sed præcisiua, neque animalitas ab animali, vel humanitate alio modo abstrahibilis est, vnde proprius ipse significandi modus formalem sensum, ac reduplicatiuum exhibet, atque idcircò absoluta locutione falsæ cēsentur, non minus quam sub reduplicatione.

Quædam obiectiones proponuntur, & soluuntur.

I. obiectio. SI autem obijcias humanitatem, verè prædicari de hac, & illa humanitate singulari: animalitas item de singularibus sensitiuis naturis enunciatur, ergo non sunt præcisæ à suis inferioribus, sed humanitas est inferior re-
20 spectu animalitatis, ergo nō est vsquequaque, hæc ab illa præcisa, quin possit verè de ea enunciari.

Respondetur. Respondetur, nullam esse partem, imò neque punctum, quod si in communi accipiatur de partibus, ac punctis singularibus, non enuncietur, cuius ea est ratio, quia cum inferiora sint eiusdem rationis, modumque similem partis, vel puncti habeant, non est necessarium proprium mutare modum, sed eo retento satis est in communi concipiantur, animalitas ergo de singularibus similibus, humanitas de singulis humanitatibus absq; dubio enunciatur, dissimilis tamen est ratio de alijs prædicationibus genericis, vel differentialibus, nam cum abstracto nomine significentur per modum formæ, ac partis animalitas, & rationalitas, quælibet præscinditur ab alia, atq; etiam à toto ipso, nempe humanitate, quæ tanquam ex vtraque composita significatur, quapropter, nec de toto, nec de alia parte animalitas enunciari debet: quod vt intelligatur melius distinctio ab vniuersis acceptata memoria, repetēda erit: abstractionem duplicem esse, vna est vniuersalis, qua cōmune abstrahitur à particularibus eodem modo significatis, vt animal ab homine, & equo vtrisq; in concreto significatis, humanitas ab hac, & illa humanitate significatis in abstracto, alia est abstractio formalis, 21
seu præcisiua (quam vocant) per quam non vniuersale à particularibus, sed formam à subiecto, vel composito, aut vniuersaliter partem à toto abstrahimus, & cum sic abstractum, vel præcisum modum partis sortiatur de eo, à quo abstrahitur, vel à quo præscinditur non enunciatur, quod etiam fatemur omnes, abstrahitur ergo à duobus humanitas, à singularibus humanitatibus, & ab homine, ab illis quidem abstractione vniuersalis à particularibus, ab homine verò abstractione pręcisiua formæ à supposito, qua propter de illis enunciatur, nequaquam de homine: abstrahitur item modo simili animalitas ab hac, & illa quasi vniuersali abstractione, ab humanitate vero præcisiua quasi pars à toto, enunciatur ergo de illis, nequaquam de humanitate.

Duplex abstractio.

II. obiect. Si autem instes, animalitas abstrahitur vniuersali abstractione à singularibus animalitatibus, & idcircò enunciatur de illis, abstrahibilis ergo erit eodem abstractionis genere ab humanitate, enunciabiturq; simili modo de ea: etenim si ab illis abstrahitur, quia inferiora illius
sunt indiuidua, ab humanitate poterit abstrahi cum sit specifica forma se inferior, non se- 22
cus, ac animal abstrahitur ab homine, & equo abstractione vniuersali, non est ergo necessarium abstractione præcisiua ab humanitate esse abstractam, falsum igitur est fundamentum, cui innititur sententia prædicationem animalitatis de humanitate non admittens.

Respond. Respondetur, animalitatem in abstracto significatam modum partis habere, siue ad singulares comparetur animalitates, vel ad humanitatem, cæterum ad illas tanquam ad partes alias singulares, ad humanitatem tanquam ad totalem naturam quam componit, comparatur, & propterea vniuersali abstractione, ab eisdem abstrahi potest, cum sint quasi inferiora eiusdem rationis: ab humanitate verò, solum vt pars à toto, vel forma partialis à totali, ad quam comparari tanquam ad se inferius, idcircò repugnat, quia totalis comparatio non est, nisi totius potentialis ad partem subiectiuam, ratio autem totius potentialis apertè pugnat

gnat

gnat cum parte per modum partis significata, qualem modum animalitas habet, vnde sequitur non abstractione vniuersali, sed præcisiua esse abstrahibilem ab humanitate, secus à singularibus animalitatibus, quas non, vt totum, sed vt pars in communi cōsiderata respicit, de illa igitur non est prædicabilis, de his vero bene potest enunciari, quemadmodum pars quęcunque in cōmuni de alijs enunciatur, prędicatione quadam incompleta, & ideò non speciei de indiuiduis, sed huic simili, de toto vero nullo modo: de abstractione vero animalis ab homine, longe diuersa est ratio, cum abstrahatur per modum totius potentialis ab homine, equo, & leone, tanquam à partibus subiectiuis, seu potentialibus, quas sua potestate continet.

Argumenta opposita diluuntur.

Ad I. argu. primæ opinionis. AD primum igitur argumentum, primę opinionis sic oportet respondere: prædicationes concretorum similes *Homo est animal, homo est rationalis*, admittuntur quidem, non solum, quia prædicatum continetur in subiecto, sed etiam, quia vt in eo contentum secundum modum illius significatur, hoc est, per modum totius, atque habentis: & ex consequenti, quia totum, quod species actu continet genus claudit secundum potentiam: itaque ratio prior non est sufficiens, nisi posterior ei copuletur, cuius illud est argumento, quod humanitas clauditur in homine, & tamen de illo non enunciatur ea ratione, quia non retinet eundem modum significandi, sed per modum formæ & partis denotatur.

In proposito igitur, licèt abstractis significentur nominibus humanitas, & animalitas, modum partis hæc habet, modum totius illa, quod ex prædicato, & alia parte componitur, & idcircò non constituunt veram prædicationem, & rursus non significatur per modum ha-
24. bētis humanitas, sed præcise per modum principij speciei, vti animalitas per modum principij generis, vel subalternæ speciei, eiusmodi autem rationes sunt formales diuersæ, falsam reddentes propositionem.

Quibus accedit, quod cum animalitas non significetur per modum totius, sed partis, & formæ, potestatem generis non habet, ac proptereà nequit totum, quod humanitas cōtinere, nec proptereà de ea verè enunciari.

Ad II. arg. Secundo argumento, in hunc modū occurrendum est, modus significandi abstractorum duo habet, primum quidem, quòd abstracta sunt, postremum, quòd ex eo formarum præcisarum modum res significatæ sortiuntur, & quidem in his prædicationibus, de quibus est controuersia prædicatum sortitur modum formæ partialis, cum determinatum gradum suæ naturæ importet, qui cum alia subiectum componit, modus autem totius, & partis, etiam si in eadem re, vel natura constituantur, propositionem formaliter acceptam falsam efficiunt, & iste sufficit falsam efficere eam enunciationem, & similes: *Humanitas est animalitas*, & his planè satisfit argumento.

Sed circa illud, quod dicitur extrema sola ratione distingui, & ideò falsam propositionem non efficere, iuxta vniuersalem regulam affirmātem, distinctionem rationis extremorum, non satis esse, vt falsa propositio iudicetur, 24.
multa congerit Magist. Soto, vbi supra de diuersis distinctionum generibus, realis, formalis, & rationis, grauem de hac re cum Scoto cōtrouersiam, sine necessitate excitans, cum de numero harum distinctionū propriaque cuiusque cōditione differere, Metaphysicū sit negotium, non dialecticum: & certè in proposito minus necessarium ad veritatem abstractarum enunciationum inuestigandam.

Notabile vnicum, duplicem scilicet esse distinctionē rationis. His igitur, omissis: vnum mihi videtur apprimè obseruandum in hac parte, vt prædictā regulam explicemus, geminam esse distinctionem rationis, vnam, quæ nullum in re fundamentum habet, qualis est eiusdem respectu sui ipsius, dum in propositione identica, tanquam duo extrema prædicati, & subiecti ab intellectu distinguitur, dum sic dicimus, Petrus est Petrus, & hæc cum semper propositionem identicam constituat, nunquam illam efficit falsam: alia est distinctio rationis habens fundamentum in re, illa appellatur, in schola D. Thom. rationis ratiocinantis, hæc verò rationis ratiocinatæ, quæ bifariam adhuc inter 26
extrema reperitur, nam, vel quasi ex æquo distinguuntur, hoc est, neutrum in alio inclusum vel tanquam includens, & inclusum, quia vnum clauditur in alio: iuxta primum modum reperitur inter actionem, & passionem, iuxta secundum inter genus, & speciem, vt inter hominem, & animal, nam animal rationem, vel conceptum importat, ab homine distinctum, sed in eo inclusum. Primus modus semper reddit propositionem falsam in sensu formali acceptam, quanquam reipsa, vel identice, vt aiunt, vera sit. Quod vero attinet ad secū-

primam, secundum quam enunciari de toto nequit.

Confirm. Argumentum efficaciter confirmat eiusmodi enunciatio, homo est humanitas, quam idcircò admittit nemo, quia humanitas comparata ad hominem, conditionem partis habet, & vt talis significata, non verificatur de toto ipso homine, pari ergo ratione, neganda est alia, humanitas est animalitas.

Expositio P. Fonseca reijcitur. Neque oportet, vt ait P. Fonse. sub reduplicatione accipere extrema, vt falsa censeatur enunciatio, quia ex proprio modo significandi abstractorum designantur prędicata, vt auulsa

19. penitus ab inferioribus, cum non sint abstracta ab illis abstractione vniuersali, sed præcisiua, neque animalitas ab animali, vel humanitate alio modo abstrahibilis est, vnde proprius ipse significandi modus formalem sensum, ac reduplicatiuum exhibet, atque idcircò absoluta locutione falsæ cēsentur, non minus quam sub reduplicatione.

Quædam obiectiones proponuntur, & soluuntur.

I. obiectio. SI autem obijcias humanitatem, verè prædicari de hac, & illa humanitate singulari: animalitas item de singularibus sensitiuis naturis enunciatur, ergo non sunt præcisæ à suis inferioribus, sed humanitas est inferior re

20. spectu animalitatis, ergo nō est vsquequaque, hæc ab illa præcisa, quin possit verè de ea enunciari.

Respondetur. Respondetur, nullam esse partem, imò neque punctum, quod si in communi accipiatur de partibus, ac punctis singularibus, non enunc ietur, cuius ea est ratio, quia cum inferiora sint eiusdem rationis, modumque similem partis, vel puncti habeant, non est necessarium proprium mutare modum, sed eo retento satis est in communi concipiantur, animalitas ergo de singularibus similibus, humanitas de singulis humanitatibus absq; dubio enunciatur, dissimilis tamen est ratio de alijs prædicationibus genericis, vel differentialibus, nam cum abstracto nomine significentur per modum formæ, ac partis animalitas, & rationalitas, quælibet præscinditur ab alia, atq; etiam à toto ipso, nempe humanitate, quæ tanquam ex vtraque composita significatur, qua propter, nec de toto, nec de alia parte animalitas enunciari debet: quod vt intelligatur melius distinctio ab vniuersis acceptata memoria, repetēda erit: abstractionem duplicem esse, vna est vniuersalis, qua cōmune abstrahitur à particulari- Duplex abstractio.
bus eodem modo significatis, vt animal ab homine, & equo vtrisq; in concreto significatis, humanitas ab hac, & illa humanitate signifi-
21. catis in abstracto, alia est abstractio formalis, seu præcisiua (quam vocant) per quam non vniuersale à particularibus, sed formam à subiecto, vel composito, aut vniuersaliter partem à toto abstrahimus, & cum sic abstractum, vel præcisum modum partis sortiatur de eo, à quo abstrahitur, vel à quo præscinditur non enunciatur, quod etiam fatemur omnes, abstrahitur ergo à duobus humanitas, à singularibus humanitatibus, & ab homine, ab illis quidem abstractione vniuersalis à particularibus, ab homine verò abstractione pręcisiua formæ à supposito, qua propter de illis enunciatur, nequaquam de homine: abstrahitur item modo simili animalitas ab hac, & illa quasi vniuersali abstractione, ab humanitate vero præcisiua quasi pars à toto, enunciatur ergo de illis, nequaquam de humanitate.

Si autem instes, animalitas abstrahitur vni- II. obiect.
uersali abstractione à singularibus animalitatibus, & idcircò enunciatur de illis, abstrahibilis ergo erit eodem abstractionis genere ab humanitate, enunciabiturq; simili modo de ea: etenim si ab illis abstrahitur, quia inferiora illius

22. sunt indiuidua, ab humanitate poterit abstrahi cum sit specifica forma se inferior, non secus, ac animal abstrahitur ab homine, & equo abstractione vniuersali, non est ergo necessarium abstractione præcisiua ab humanitate esse abstractam, falsum igitur est fundamentum, cui innititur sententia prædicationem animalitatis de humanitate non admittens.

Respond. Respondetur, animalitatem in abstracto significatam modum partis habere, siue ad singulares comparetur animalitates, vel ad humanitatem, cæterum ad illas tanquam ad partes alias singulares, ad humanitatem tanquam ad totalem naturam quam componit, comparatur, & propterea vniuersali abstractione, ab eisdem abstrahi potest, cum sint quasi inferiora eiusdem rationis: ab humanitate verò, solum vt pars à toto, vel forma partialis à totali, ad quam comparari tanquam ad se inferius, idcircò repugnat, quia totalis comparatio non est, nisi totius potentialis ad partem subiectiuam, ratio autem totius potentialis apertè pugnat

gnat cum parte per modum partis significata, qualem modum animalitas habet, vnde sequitur non abstractione vniuersali, sed præcisiua esse abstrahibilem ab humanitate, secus à singularibus animalitatibus, quas non, vt totum, sed vt pars in communi cōsiderata respicit, de illa igitur non est prædicabilis, de his vero bene potest enunciari, quemadmodum pars quęcunque in cōmuni de alijs enunciatur, prędicatione quadam incompleta, & ideò non speciei de indiuiduis, sed huic simili, de toto vero nullo modo: de abstractione vero animalis ab homine, longe diuersa est ratio, cum abstrahatur per modum totius potentialis ab homine, equo, & leone, tanquam à partibus subiectiuis, seu potentialibus, quas sua potestate continet.

Argumenta opposita diluuntur.

Ad I. argu. primæ opinionis.

AD primum igitur argumentum, primę opinionis sic oportet respondere: prædicatiōnes concretorum similes *Homo est animal, homo est rationalis*, admittuntur quidem, non solum, quia prædicatum continetur in subiecto, sed etiam, quia vt in eo contentum secundum modum illius significatur, hoc est, per modum totius, atque habentis: & ex consequenti, quia totum, quod species actu continet genus claudit secundum potentiam: itaque ratio prior non est sufficiens, nisi posterior ei copuletur, cuius illud est argumento, quod humanitas clauditur in homine, & tamen de illo non enunciatur ea ratione, quia non retinet eundem modum significandi, sed per modum formæ & partis denotatur.

In proposito igitur, licèt abstractis significentur nominibus humanitas, & animalitas, modum partis hæc habet, modum totius illa, quod ex prædicato, & alia parte componitur, & idcircò non constituunt veram prædicationem, & rursus non significatur per modum ha-
24. bėris humanitas, sed præcisè per modum principij speciei, vti animalitas per modum principij generis, vel subalternæ speciei, eiusmodi autem rationes sunt formales diuersæ, falsam reddentes propositionem.

Quibus accedit, quod cum animalitas non significetur per modum totius, sed partis, & formæ, potestatem generis non habet, ac proptereà nequit totum, quod humanitas cōtinere, nec proptereà de ea verè enunciari.

Ad II. arg. Secundo argumento, in hunc modū occurrendum est, modus significandi abstractorum duo habet, primum quidem, quòd abstracta sunt, postremum, quòd ex eo formarum præcisarum modum res significatæ sortiuntur, & quidem in his prædicationibus, de quibus est controuersia prædicatum sortitur modum formæ partialis, cum determinatum gradum suæ naturæ importet, qui cum alia subiectum componit, modus autem totius, & partis, etiam si in eadem re, vel natura constituantur, propositionem formaliter acceptam falsam efficiunt, & iste sufficit falsam efficere eam enunciationem, & similes: *Humanitas est animalitas*, & his planè satisfit argumento.

Sed circa illud, quod dicitur extrema sola ratione distingui, & ideò falsam propositionem non efficere, iuxta vniuersalem regulam affirmātem, distinctionem rationis extremorum,
non satis esse, vt falsa propositio iudicetur, 24
multa congerit Magist. Soto, vbi supra de diuersis distinctionum generibus, realis, formalis, & rationis, grauem de hac re cum Scoto cō trouersiam, sine necessitate excitans, cum de numero harum distinctionū propriaquecuiusque cōditione disserere, Metaphysicū sit negotium, non dialecticum: & certè in proposito minus necessarium ad veritatem abstractarum enunciationum inuestigandam.

Notabile vnicum, duplicem scilicet esse distinctionē rationis.

His igitur, omissis: vnum mihi videtur apprimè obseruandum in hac parte, vt prædictā regulam explicemus, geminam esse distinctionem rationis, vnam, quæ nullum in re fundamentum habet, qualis est eiusdem respectu sui ipsius, dum in propositione identica, tanquam duo extrema prædicati, & subiecti ab intellectu distinguitur, dum sic dicimus, Petrus est Petrus, & hæc cum semper propositionem identicam constituat, nunquam illam efficit falsam: alia est distinctio rationis habens fundamentum in re, illa appellatur, in schola D.
Thom. rationis ratiocinantis, hæc verò ratio- 26
nis ratiocinatæ, quæ bifariam adhuc inter extrema reperitur, nam, vel quasi ex æquo distinguuntur, hoc est, neutrum in alio inclusum vel tanquam includens, & inclusum, quia vnum clauditur in alio: iuxta primum modum reperitur inter actionem, & passionem, iuxta secundum inter genus, & speciem, vt inter hominem, & animal, nam animal rationem, vel conceptum importat, ab homine distinctum, sed in eo inclusum. Primus modus semper reddit propositionem falsam in sensu formali acceptam, quanquam reipsa, vel identice, vt aiunt, vera sit. Quod vero attinet ad secū-

quidpiam reale importare subiectum censetur non importatum in prædicato, & ea propter hoc genere realis distinctionis ab illo separari, quod satis est, vt abstractum de concreto non prædicetur. Quare miror profectò Magistrum Soto quæstio. 3. vniuersalium, asserentem similem propositionem, homo est humanitas, propter modum tantum significandi negari, non propter extremorum distinctionem, cum verum sit (inquit) eandem rem esse hominem, & humanitatem, & forsassis suo tempore hæc doctrina circumferebatur, nostra tamen ætate vtraque de causa falsa iudicatur, nam licèt, non sit res alia homo ab humanitate, ex æquo ab eo distincta, hoc est, ita vt mutuo in sua entitate reali se excludant, aliud realiter ab ea distinctum importat: suppositum namque ex duplici componente integratur, tamquam quoddam totum, nempe ex natura, & suppositalitate, prædicatum igitur se habet respectu subiecti ad modum partis, & quidem distinctæ realiter, quia natura, & suppositalitas, secundum communem scholę sententiam realiter distinguuntur in creaturis, similis est ergo distinctio concreti, & abstracti huiusmodi, ac totius, & partis, sed pars in compositis rebus non prædicatur de toto, non enim admittitur hominem esse materiam, vel formam: propter rationem vtramque distinctionis videlicet, & significationis, ergo vtraq; hęc ratio falsam reddit propositionem abstracti de concreto.

Homo & humanitas non sunt idem.

Maiori tamen admiratione, dignum est admisisse Durandum similes prædicationes: homo est humanitas, equus est equinitas in 1. distinctio. 24 quæst. vltima: regulam vniuersalem statuens, in concretis substantialibus creaturarum esse admittendas, licèt falsæ existimentur in accidentalibus. Quod nullo modo audiendum est, cum, & communi omniũ sententiæ aduersetur, & euidenti ratione falsitatis conuincatur.

Reijcitur doctrina Duran. de prædicationib. abstracti de concreto substãtialibus.

6. Idem iudicium ferendum erit de propositione, in qua abstractum accidentale prædicatur de suo concreto, vt dum dicimus album est albedo: coloratum est color, quia maior in his extremis distinctio realis intercedit, postquam nudam formam prædicatum continet, subiectum verò in alio connotatur extremo. Quæ autem dicuntur de his propositionibus directis, tam in abstractis, atq; concretis essentialibus, quã accidentalibus, suo etiam modo accommodanda sunt indirectis, ex eisdem extremis constitutis, in quibus ex opposito, de abstractis concreta enunciantur, quales sunt prædicationes istæ, ac similes: humanitas est homo, albedo est album, cùm notum sit eandem extremorum distinctionem, eundem itę significandi modum diuersum intercedere: à quibus transcendentia excipienda sunt, in quibus transcendentiæ ratione, concretum de abstracto enunciatur, vt benè adnotat D. Thom. de veritate, quæst. 21. articulo 4. ad quartum, vt dum enunciamus, entitas est ens, entitas est bona, &c. Excipitur etiam quantitas, quæ cùm partes intrinsecas habeat, sitque accidentium corporalium subiectum proximum, vt in proprio prædicamento videbimus, concretum in ea de abstracto enunciatur, vt in his ac similibus constat prædicationibus, quæ ab vniuersis admittuntur, quantitas est quanta, superficies est alba.

Neq; in accidentibus abstractũ de concreto suo prædicatur.

7.

An abstractum de abstracto prædicetur.

SI verò vnum abstractum prędicetur de altero, vel abstractum differentiæ, de abstracto generis, vt animalitas est rationalitas, vel è conuerso, rationalitas est animalitas, vtraq; iudicatur ab omnibus falsa, quia gradus genericus, & differentialis diuersi sunt, & non se includunt, vt sic in abstracto, & formaliter significati: ergo neque vnus enunciatur de altero, cui accedit gradum differentialem ex propria conditione, per modum adiacentis prędicari, & ideò in quale quid, sed forma, vt in abstracto significata, non habet modum alteri adiacentis, cum subiectum, non respiciat, ergo nec de altero sic potest enunciari.

Supersunt duo genera abstractorum, vnum dum superius de inferiori prædicatur, vt humanitas est animalitas, alterum, dum vnum æquale de altero, nempe abstractum differentiæ de abstracto speciei, vt humanitas est rationalitas, & de hoc eadem ferè ratio est, ac de superiori, & inferiori, vt in decursu quæstionis patebit: huc ergo reducitur tota controuersia, an prædicationes in quibus abstractum superius prædicatur de abstracto inferiori, veræ sint, & admittendæ.

Quæ locum in primis, non habet in accidentalibus, siue ad quartum, vel quintum prædicabile referantur enunciationes, constat namque falsas esse, vt sequentes testantur propositiones, humanitas est risibilitas, humanitas est albedo, cuius ea est ratio,

Abstractũ de abstracto non prædicat in 5 prędicabili.

quia

quia accidentales istæ prædicationes idcircò in concretis admittuntur, quia concretum nomen positum à parte subiecti connotat subiectum, cui inhæret forma in prædicato importata, quod nomine etiam concreti,
34. ac per modum inhærentis significatur, in abstractis vero nihil tale reperitur, quia, nec subiectum connotatur, nec significatur forma in prædicato per modum inhærentis, sed per se stantis: quare prædicatum in subiecto, non clauditur, sed denotatur extremorum identitas, impossibilis quidem, cum vnum sit substãtia, accidens alterum, vel certè formæ sint accidentales, reali, vel formali distinctione separatæ, vt in prædictis, & similibus constat enunciationibus, qua propter à nemine admittuntur.

Sed nec locum habet controuersia in abstractis superioribus, & inferioribus differentiarum, vt dum sic enunciamus, rationalitas est sensibilitas, cum constituendum infra sit capite de differentia, non esse tales propositiones admittendas, nam cum conceptus simplices sint, vna non claudit aliam, qua propter, nec prædicationem illius suscipere potest, tota igitur (vt diximus) dissidij ratio est, vbi abstractũ superius est natura generica, inferius verò specifica, vt in his: humanitas est animalitas, animalitas est corporeitas, quia esto humanitas, & animalitas sint formæ, & vt tales significentur cõpositę tamen ex gradu naturæ genericę, & differentialis, cõposita est. n. humanitas ex animalitate, & rationalitate nõ sec⁹, ac homo in concreto ex animali, & rationali, ex quo validum desumitur argumentum earum veritatem conuincens, nam idcircò vera est similis concretorum enunciatio, homo est animal, quia prædicatum clauditur in subiecto tanquã pars illius essentialis, nẽpè in homine animal, vel natura sensitiua, sed humanitas est etiam forma composita ex animalitate, & rationalitate, ergo etiam in abstractis verum est prædicatum claudi in subiecto, id autem importatur in prædictis enũciationibus, ergo absq; dubio erunt admittendæ.

An, humanitas est animalitas, sit vera propositio.

I. argum. pro affirmatiua parte.

II. argum. Secundo, extrema harum propositionum eundem modum significãdi retinent, cum abstractum sit vtrumque, ergo non efficit propositionem falsam diuersus modus significandi,
9. vt in abstracto, & concreto vidimus, sed neq; eorundem extremorum distinctio, quia nec realis est, cum eadem sit natura generica, & specifica (nec enim species ex genere, & differentia componitur, tanquam ex rebus, vel partibus distinctis, sed tanquam ex diuersis conceptibus, ac gradibus eiusdem naturę) neq; etiam formalis, sed solius rationis distinguentis eosdem gradus, atque conceptus, distinctio autem rationis, non valet falsam propositionem reddere, vt in concretis constat, animali, & homine: quę eodẽ modo distinguuntur, ac abstracta, ergo quemadmodum in concretis admittitur, pari ratione erit in abstractis admittẽda.

Tertiò, propositio vera est, cuius prædicatũ continetur in subiecto, cum id solum enũciet, III. argum.
vt dum dicimus hominem esse animal, idem significamus, quod animal in homine contineri, sed abstractum superius continetur in inferiori, non secus atque concretum, vt animalitas in humanitate, tum, quia eam componit, tum etiam, quia animalitas significat principium sentiendi, quod negari non potest in humanitate claudi, cum verum sit enunciare, humanitas habet principium sentiendi, admitti ergo debent similes enunciationes: & si forte dixeris, contineri quidem, sed id non sufficere, nisi totum id, quod est in subiecto contineat prædicatum, nam id videtur enunciari, cum dicimus, hoc est illud, adhuc probo, idem contingere in his propositionibus, quia superius abstractum vnam partem inferioris continet actu, alteram in potentia, vt animalitas naturã sensitiuam actu, rationalem in potentia, quod satis est ad veritatem propositionis, cum non alio modo genus concretum contineat totum quod est in specie.

Postremo, in formis Physicis, quales sunt animæ, admittuntur ab vniuersis similes abstractorum prædicationes, verum namque in eodem homine est enunciare, anima rationalis est sensitiua, est forma viuentis, atque corporea: non alia ratione, nisi quia inferior anima continet gradum superioris, sed formæ Metaphysicæ, quæ significantur abstractis nominibus generis, & speciei, vt humanitas, & animalitas, accipiuntur ab eisdem, nempe ab anima sensitiua animalitas, rationalitas ab anima rationali, ab vtraque autem humanitas, quæ idcircò vtramque claudit, ergo pari ratione erunt admittendæ. In abstractis etiam formis accidentium genericis atque specificis veræ sunt similes enũciationes, nemine dissentiente, vt albedo est color, virtus est habitus, habitus est qualitas, ergo non secus veræ censendæ sunt in substantijs, cum omnimoda sit rationis paritas, quod enim in prædicamento substantiæ,

Vlti. argu.

10.

Confirmatur à simili argum. efficaci.

tiæ, aut accidentis genera, vel species constituantur, non variat modum prædicandi superiorum de inferioribus, si quidem non minus color genus est albedinis, de qua quidditatiue enunciatur, quam animal hominis, ergo nec veritatem propositionum variare potest, quemadmodum ergo in concretis, non variatur, nec in abstractis varianda erit.

Variæ sententiæ, cum suis fundamentis.

11. RAtiones istæ proculdubio efficaces, doctissimos viros abire in affirmatiuã partem coegerunt, & similes propositiones admittere, veras igitur esse aiunt Magist. Soto quæst. 3. vniuersalium. Doctor Cant. c. de differentia, Mercatus cap. de genere fol. 11. colum. 2 Magist. Oña quæst 3. vniuer. art. 3. & ex moderni oribus plures.

Secunda sententia opposita est, penitus negandas esse similes propositiones tenens, quã planè docet Scotus in 1. de 5 quæst. 1. artic. 1. eumque sequuntur Niphus 3. Metaph. quæst. 2. conclusio. 5. ad 3. Episcopus Canariensis 1. par. quæst. 28. articul. 2. disput. 2. atque etiam plures moderni: quamquam Scotus propter formalem distinctionem extremorum, eas negauerit, cæteri vero, qui solam distinctionem rationis in eis ponunt cum D. Tho. propter modum significandi abstractorum.

Ratio huius sententiæ est, superior differentia, nõ enũciatur formaliter de inferiori, quia in abstracto significatæ, non sunt differentiæ, sed differentiarum principia, vnde cum sint principia diuersarum differentiarum, formaliterq; proinde accipiantur, sub abstractis nominibus cohærere nõ possunt, sed abstractum superius & inferius, vt humanitas, & animalitas, significantur, vt principia diuersorum, nempe generis, & speciei, vel vt proprius loquamur, vt principia speciei subalternæ, & atomæ, ergo in sensu formali quem continẽt, cohærere nõ possunt.

Ratio huius sententiæ.

12.

III. sententia media P. Fonsec.

Medium inter hæc duo extrema constituere nititur Doctor Fons. nostræ Societatis 5. Metaph. à sect. 1. vsque ad quintam, sectione enim 3. affirmatiuam partem sibi eligendam statuit, affirmans falsam esse negatiuam, cuius argumenta soluit, & sectio. 4. vtrumque extremum componere vult hac distinctione, abstractum superius, & inferius bifariam accipere possumus: primo quidem simpliciter, & absq; reduplicatione, in qua acceptione, non sunt adeò præcisa, quin superius in inferiori claudatur, secundo accipiũtur cum reduplicatione hoc modo, humanitas sub præciso conceptu formæ, vel principij hominis, est animalitas sub præciso conceptu formæ animalis: & sensus iste falsam efficit prædicationem, primus veram, cuius ea est ratio, quia sub præcisione ista, vna forma penitus est auulsa ab alia, nec identitatem cum illa habet, quare neque, vt inclusa in ea significatur, verificari igitur de ea, non potest, erit igitur sententia prima vera iuxta primum sensum, secunda iuxta postremũ, in quibus cum à suis patronis accipiantur, non dissident, sed cum sibi statim obiecerit sub his præcisionibus reduplicatiuis neque animal de homine prædicari, neque vniuersaliter genus de suis speciebus in concreto significatis: respondet abstracta aptiora esse, vt sub tali præcisione accipiantur, quam concreta ex ipso modo significandi, sed quantum valeat solutio hæc, cum notum sit, posse concreta etiam sub præcisione accipi, quis non videat?

Obijcit ibi P. Fons. & soluit argu.

Nihilominus secundam sententiam, tales propositiones, non admittentẽ planè insinuat D. Thom. 4. contra Gent. cap. 81. num. 2. & opusculo de ente, & essẽtia, c. 3. & 4. quã Ferrar. & Caiet. expressis ferè verbis sequuntur sensum illius explicantes, & Ferrar. quidem eo loco, & 1 etiam lib. c. 18. & c. 23 §. Considerãdum.

II. sententia D. Thom.

14.

Ad quæstionis solutionem aduertenda.

VT autem mentem D. Thomæ aperiamus, obseruandum est ex doctrina illius, concretum, & abstractum eandem rem significare, diuersa tamen ratione, nã homo verbi gratia significat essentiam hominis, per modum totius actualis, id est, habentis naturam animalitatis, & rationalitatis, vnde cum non solum homo abstractus à singularibus sit habens humanitatem, sed etiam singulares homines, vt Petrus, & Ioannes tales dicantur, fit vt nomen concretum homo, essentiam significet, vel naturam, non præcisam à principijs, vel differentijs indiuidualibus, sed eas quasi in confuso importantem, ex quo habet, vt de singularibus hominibus enuncietur, cũ dicimus Petrum, vel Ioannem esse hominem, sensus enim huius enunciationis est, Petrum esse habentem humanitatem, humanitas verò e-

Notab. ex D. Thom.

rò eandem essentiam importat, præcisam tamen à principijs indiuidualibus, non enim significat eam per modum habentis, sed per modum principij formalis eiusdem habentis: & pari ratione, animal naturam importat sensitiuam secundum modum habentis, & hinc est,
51. quòd licet à speciebus, & differētijs abstrahat, secundum continentiam actualem, vtrasque tamen potestate continet, animali as verò nudam, ac præcisam naturam sensitiuam significat, non secundum modum habentis, sed tanquam principium, quo animal in esse animalis cōstituitur, & vt propius ad rem accedamus animal importat naturam sensitiuam, tanquā vlterius perfectibilem, per differentias, nequaquam vero animalitas, quæ cum sit forma, nō est cōtrahibilis, sed per modum actualis perfectionis suæ speciei significatur.

Quid significet animalitas.

Ex quibus duo intulit D. Thomas, alterum est, eiusmodi abstracta per modū partis significari, & quidem de animalitate, & rationalitate euidens est, cum illa gradum naturæ sensitiuæ, hæc vero gradum rationalitatis importet, ex quibus, tanquam ex partibus componitur homo, humanitas verò licet comparatione earum totalis forma sit, ex vtraque partiali composita, sed tamen comparatione hominis quasi partis rationem habet, vel certe modum alterius componentis eum, simul cum personalitate, ex modo suæ significationis, habens enim humanitatem cum modum suppositi insinuet, ex natura nempe humanitate, & suppositalitate eam terminante, atq; complente constat, & hinc prouenit, quod humanitas de homine non prædicatur.

I. corolar. ex D. Tho. 16.

Secundo infertur intentiones generis, speciei, atque differentiæ his abstractis, non conuenire, sed concretis, nam vt benè Auicenna protulit 5. Metaph. capite 7. quem Caietanus refert opusculo de ente, & essentia, cap 4. non longè à principio, animalitas non est genus, sed principium generis, humanitas non est species, sed principium speciei, nec rationalitas est differentia, sed differentiæ principium, huius autem pulchra est ratio à D. Thom. allata: quia genus ex propria natura, & cōditione habet modum totius potentialis, species vero totius actualis, atque perfecti, si igitur abstracta, formarum, partium conditionem habent, sequitur, nec genera esse neq; species, sed vtrusque principia.

II. corola. Auiceana. Ratio D. Thom.

Totius controuersia resolutio.

Ex quibus infertur duplex conclusio quibus sententia D. Thomæ, & nostra explicatur.

Prior est, si propositiones superioris abstracti de inferiori, realiter, vt aiunt, atque identicè accipiantur, veritatem habent, quia humanitas, & animalitas eadem res sunt, eādem hominis naturam continēt, ergo verum erit dicere, animalitatem eandem esse rem cum humanitate. I. conclus. 17.

Secunda conclusio, si formaliter accipiantur, vt postulat abstractorum conditio, & in communi modo loquendi accipiuntur, veritatem habere non possunt: hanc ostendo primo: quia vt D. Thomas docet opusculo de ente, & essentia cap 3. in principio, vt genus de specie enunciet ur, necesse est, vt quidquid species continet, genus ipsum complectatur, cum id designetur, cum dicitur vnum esse aliud, per modum quidem generis, hoc est partem vnā actu, alteram in potentia, nam si naturam tantum sensitiuam cōtineret animal; & nullo modo differētiam rationalem, nequaquam de homine enunciaretur: sed animalitas non continet totum, quod est in humanitate, cum hæc ex vtraque parte componatur, animalitate, & rationalitate, ergo non valet de ea enunciari, minor efficaciter probatur, quia animalitas, non importat rationalitatem, neque secūdum actum, neque secundum potentiam, euidens est primum, sed constat secundum, siquidem animal, idcircò continet in potentia differentias, quia per modum totius potentialis, atque perfectibilis, ideoque per modum habentis naturam sensitiuam significatur, sed animalitas talem modum significandi non habet, sed nudam ac præcisam naturam sensitiuam denotat per modum principij, & partis, ergo de humanitate formaliter non enunciatur. II. conclus. 18.

Secundo, pars actualis, vt talis significata, in quibuscunque, non enunciatur de toto, at animalitas habet rationem partis actualis cōparatione humanitatis, quæ ex ipsa rationalitate, & animalitate tanquam ex partibus componitur actualibus, si ergo actualis pars non enunciatur de toto neq; animalitas de humanitate: probatur minor, quia animalitas comparatione humanitatis, non potest habere, nisi rationem partis actualis, aut totius potentialis: hanc vltimam non habet, cum non sit genus, sed principium generis, ergo habebit II. probat.

pri-

primam, secundum quam enunciari de toto nequit.

Confirm. Argumentum efficaciter confirmat eiusmodi enunciatio, homo est humanitas, quam idcircò admittit nemo, quia humanitas comparata ad hominem, conditionem partis habet, & vt talis significata, non verificatur de toto ipso homine, pari ergo ratione, neganda est alia, humanitas est animalitas.

Expositio P. Fonsecæ reijcitur. Neque oportet, vt ait P. Fonse. sub reduplicatione accipere extrema, vt falsa censeatur enunciatio, quia ex proprio modo significandi abstractorum designantur prędicata, vt auulsa
19. penitus ab inferioribus, cum non sint abstracta ab illis abstractione vniuersali, sed præcisiua, neque animalitas ab animali, vel humanitate alio modo abstrahibilis est, vnde proprius ipse significandi modus formalem sensum, ac reduplicatiuum exhibet, atque idcircò absoluta locutione falsæ cēsentur, non minus quam sub reduplicatione.

Quædam obiectiones proponuntur, & soluuntur.

I. obiectio. Si autem obijcias humanitatem, verè prædicari de hac, & illa humanitate singulari: animalitas item de singularibus sensitiuis naturis enunciatur, ergo non sunt præcisæ à suis inferioribus, sed humanitas est inferior re-
20. spectu animalitatis, ergo nō est vsquequaque, hæc ab illa præcisa, quin possit verè de ea enunciari.

Respondetur. Respondetur, nullam esse partem, imò neque punctum, quod si in communi accipiatur de partibus, ac punctis singularibus, non enuncietur, cuius ea est ratio, quia cum inferiora sint eiusdem rationis, modumq́ue similem partis, vel puncti habeant, non est necessarium proprium mutare modum, sed eo retento satis est in communi concipiantur, animalitas ergo de singularibus similibus, humanitas de singulis humanitatibus absq; dubio enunciatur, dissimilis tamen est ratio de alijs prædicationibus genericis, vel differentialibus, nam cum abstracto nomine significentur per modum formæ, ac partis animalitas, & rationalitas, quælibet præscinditur ab alia, atq; etiam à toto ipso, nempe humanitate, quæ tanquam ex vtraque composita significatur, quapropter, nec de toto, nec de alia parte animalitas enunciari debet: quod vt intelligatur melius distinctio ab vniuersis acceptata memoria, repetēda erit: abstractionem duplicem esse, vna est vni- Duplex abstractio.
uersalis, qua cōmune abstrahitur à particularibus eodem modo significatis, vt animal ab homine, & equo vtriusq; in concreto significatis, humanitas ab hac, & illa humanitate significatis in abstracto, alia est abstractio formalis, 21.
seu præcisiua (quam vocant) per quam non vniuersale à particularibus, sed formam à subiecto, vel composito, aut vniuersaliter partem à toto abstrahimus, & cum sic abstractum, vel præcisum modum partis sortiatur de eo, à quo abstrahitur, vel à quo præscinditur non enunciatur, quod etiam fatemur omnes, abstrahitur ergo à duobus humanitas, à singularibus humanitatibus, & ab homine, ab illis quidem abstractione vniuersalis à particularibus, ab homine verò abstractione pręcisiua formæ à supposito, quapropter de illis enunciatur, nequaquam de homine: abstrahitur item modo simili animalitas ab hac, & illa quasi vniuersali abstractione, ab humanitate vero præcisiua quasi pars à toto, enunciatur ergo de illis, nequaquam de humanitate.

Si autem instes, animalitas abstrahitur vniuersali abstractione à singularibus animalitati- II. obiect.
bus, & idcircò enunciatur de illis, abstrahibilis ergo erit eodem abstractionis genere ab humanitate, enunciabiturq; simili modo de ea: etenim si ab illis abstrahitur, quia inferiora illius sunt indiuidua, ab humanitate poterit abstra- 22.
hi cum sit specifica forma se inferior, non secus, ac animal abstrahitur ab homine, & equo abstractione vniuersali, non est ergo necessarium abstractione præcisiua ab humanitate esse abstractam, falsum igitur est fundamentum, cui innititur sententia prædicationem animalitatis de humanitate non admittens.

Respondetur, animalitatem in abstracto significatam modum partis habere, siue ad sin- Respond.
gulares comparetur animalitates, vel ad humanitatem, cæterum ad illas tanquam ad partes alias singulares, ad humanitatem tanquam ad totalem naturam quam componit, comparatur, & propterea vniuersali abstractione, ab eisdem abstrahi potest, cum sint quasi inferiora eiusdem rationis: ab humanitate verò, solum vt pars à toto, vel forma partialis à totali, ad quam comparari tanquam ad se inferius, idcircò repugnat, quia totalis comparatio non est, nisi totius potentialis ad partem subiectiuam, ratio autem totius potentialis apertè pugnat

gnat cum parte per modum partis significata, qualem modum animalitas habet, vnde sequitur non abstractione vniuersali, sed præcisiua esse abstrahibilem ab humanitate, secus à singularibus animalitatibus, quas non, vt totum, sed vt pars in communi cōsiderata respicit, de illa igitur non est prædicabilis, de his vero bene potest enunciari, quemadmodum pars quęcunque in cōmuni de alijs enunciatur, prędicatione quadam incompleta, & ideò non speciei de indiuiduis, sed huic simili, de toto vero nullo modo: de abstractione vero animalis ab homine, longe diuersa est ratio, cum abstrahatur per modum totius potentialis ab homine, equo, & leone, tanquam à partibus subiectiuis, seu potentialibus, quas sua potestate continet.

Argumenta opposita diluuntur.

Ad I. argu. primæ opinionis. AD primum igitur argumentum, primę opinionis sic oportet respondere: prædicationes concretorum similes *Homo est animal, homo est rationalis*, admittuntur quidem, non solum, quia prædicatum continetur in subiecto, sed etiam, quia vt in eo contentum secundum modum illius significatur, hoc est, per modum totius, atque habentis: & ex consequenti, quia totum, quod species actu continet genus claudit secundum potentiam: itaque ratio prior non est sufficiens, nisi posterior ei copuletur, cuius illud est argumento, quod humanitas clauditur in homine, & tamen de illo non enunciatur ea ratione, quia non retinet eundem modum significandi, sed per modum formæ & partis denotatur.

In proposito igitur, licèt abstractis significentur nominibus humanitas, & animalitas, modum partis hæc habet, modum totius illa, quod ex prædicato, & alia parte componitur, & idcircò non constituunt veram prædicationem, & rursus non significatur per modum habêris humanitas, sed præcise per modum principij speciei, vti animalitas per modum principij generis, vel subalternæ speciei, eiusmodi autem rationes sunt formales diuersæ, falsam reddentes propositionem.

24\. Quibus accedit, quod cum animalitas non significetur per modum totius, sed partis, & formæ, potestatem generis non habet, ac proptereà nequit totum, quod humanitas cōtinere, nec propterea de ea verè enunciari.

Ad II. arg. Secundo argumento, in hunc modū occurrendum est, modus significandi abstractorum duo habet, primum quidem, quòd abstracta sunt, postremum, quòd ex eo formatum præcisarum modum res significatæ sortiuntur, & quidem in his prædicationibus, de quibus est controuersia prædicatum sortitur modum formæ partialis, cum determinatum gradum suæ naturæ importet, qui cum alia subiectum componit, modus autem totius, & partis, etiam si in eadem re, vel natura constituantur, propositionem formaliter acceptam falsam efficiunt, & iste sufficit falsam efficere eam enunciationem, & similes: *Humanitas est animalitas*, & his planè satisfit argumento.

Sed circa illud, quod dicitur extrema sola ratione distingui, & ideò falsam propositionem non efficere, iuxta vniuersalem regulam affirmātem, distinctionem rationis extremorum, non satis esse, vt falsa propositio iudicetur, multa congerit Magist. Soto, vbi supra de diuersis distinctionum generibus, realis, formalis, & rationis, grauem de hac re cum Scoto cōtrouersiam, sine necessitate excitans, cum de numero harum distinctionū propriaquecuiusque cōditione disserere, Metaphysicū sit negotium, non dialecticum: & certè in proposito minus necessarium ad veritatem abstractarum enunciationum inuestigandam. 24.

His igitur, omissis: vnum mihi videtur apprimè obseruandum in hac parte, vt prædictā regulam explicemus, geminam esse distinctionem rationis, vnam, quæ nullum in re fundamentum habet, qualis est eiusdem respectu sui ipsius, dum in propositione identica, tanquam duo extrema prædicari, & subiecti ab intellectu distinguitur, dum sic dicimus, Petrus est Petrus, & hæc cum semper propositionem identicam constituat, nunquam illam efficit falsam: alia est distinctio rationis habens fundamentum in re, illa appellatur, in schola D. Thom. rationis ratiocinantis, hæc verò rationis ratiocinatæ, quæ bifariam adhuc inter extrema reperitur, nam, vel quasi ex æquo distinguuntur, hoc est, neutrum in alio inclusum vel tanquam includens, & inclusum, quia vnum clauditur in alio: iuxta primum modum reperitur inter actionem, & passionem, iuxta secundum inter genus, & speciem, vt inter hominem, & animal, nam animal rationem, vel conceptum importat, ab homine distinctum, sed in eo inclusum. Primus modus semper reddit propositionem falsam in sensu formali acceptam, quanquam reipsa, vel identice, vt aiunt, vera sit. Quod vero attinet ad secū- 26

Notabile vnicum, duplicem scilicet esse distinctionē rationis.

dum modum, dupliciter inter extrema propositionum reperitur, vel enim ex modo significandi extrema distinctionem ipsam exprimunt, vel solam inclusionem vnius in alio, ea non explicata, primam conditionem abstracta retinent, quia ex modo significandi distinctas, ac præcisas esse formas, ac distinctorum prædicatorum principia denotant. Postremam cõcreta, nam cum vtrumq; per modum habentis significetur, subiectum planè significat, per modum habentis in se prædicatum, &

27. hoc per modum inclusi in eo, distinctionem non exprimens, eiusmodi igitur distinctio rationis in extremis, non expressa, falsam propositionẽ non valet efficere, quæ tamen explicata per nomina abstracta, falsam cõstituit: & est ratio discriminis, quia vbi distinctio exprimitur, denotatur tanquam distincta, extrema accipi, atque vt diuersorum principia, non tanquam vnum in alio inclusum, licèt re ipsa claudatur, enunciare autem hoc, vt ab illo distinctum, illud idem esse, planè falsum est: in concretis verò, vbi distinctio non explicatur, denotatur tanquam inclusa accipi, non tanquã distincta, idcircò distinctio rationis extremorum in his, veram esse propositionem permittit, & iuxta sensum huius distinctionis, vniuersalis illa regula accipienda est, vt vera sit censenda.

Ad tertium argum. Vt tertium argumẽtum dissoluamus, explicare oportet, quid nam significetur per enũciationem, qua dicitur vnum esse aliud, vt hominem esse animal, aut quid simile, ex hoc e-

28. nim constabit quid sit necessarium, vt vera sit, & admittenda, & in primis certum est, non significare quamlibet inclusionem prædicati in subiecto, nam pars quælibet in toto clauditur, de quo in aperto est, nõ prædicari, significatur ergo talis inclusio prædicati in subiecto, vt quidquid hoc est, illud contineat actu, vel potentia, & per modũ illud continẽtis significetur, & ratione vtriusq; conditionis excluduntur partes, sub modo partium significatæ, quæ, nec continẽt quidquid in toto est, nec etiam si cõtinerent, per modum continentis significantur, ac propterea sub nomine partium, non enunciantur de toto, sub nomine partium asserio nam si partes designentur per modũ totius, bene possint enunciari: genus etenim pars speciei est, & vt pars designatũ, non prædicatur de specie, secus vero per modum totius potentialis, dum dicimus hominem esse animal, & materia quoque solet designari per modum totius, dum concreto, & adiectiuo nomine designatur, & vere prædicatur de toto, quanquam modo accidentali ex vi talis significationis, vt dum sic enunciamus homo est materialis.

Et ex hac vera, & necessaria doctrina, elicitur, animalitatẽ de humanitate, non vere prædicari, nam cum significet naturam sensitiuam, vt abstractam, vel vt abstractam ab animali, aut ab homine, seu ab eadẽ humanitate, & si vt ab animali significabitur planè, vt forma præcisa a supposito, atque adeò, vt principium eius, ac veluti pars compositionis, si vero, vt abstracta ab homine, & humanitate, non alio modo quam, vt natura à supposito, aut pars à toto, quod componit, cum nudam naturam sensitiuam, hoc est, non vt aliud habentem, vel continentem designet, sed vt componentem cum rationalitate eandem humanitatem, à quocunque ergo, & quomodocunque abstrahatur, habebit modum partis, vt in abstracto significata: ergo non erit capax genericæ denominationis, nec potestatiuæ continentiæ generi essentialis, atq; ex consequenti non continebit potestate differentias, nec

29. totum, quod humanitas, quæ præter animalitatem continet rationalitatem, sed vt vera sit prædicatio, non sufficit prædicatum claudi in subiecto, sed requiritur, vt totum quod est, cõtineat actu, vel potentia, & quod vt continens significetur, concludimus ergo animalitatem non enunciari formaliter de humanitate. Et ad formã argumenti includi in ea admittimus, sed negamus totum, quod in ea est cõtineri, nam cum non significetur per modũ totius potentialis, non est capax genericæ potestatis, vt de animali notum est, quia per modũ totius significatur.

Occurritur respõsioni. Et si opposueris eadem ratione, non esse hanc prædicationem admittendam, humanitas est rationalitas, quia etiam significabitur rationalitas, per modum partis. Respondeo, non esse admittendam hac de causa, quia cum humanitas vtrumque importet nempe humanitatem, & rationalitatem, rationalitas solum dicit vnam partem, alteram vero, nempe animalitatem nullo modo, quia neque in actu cum sit gradus ab ea diuersus, & simplex, neq; in potentia, cum gradus differentialis nullam prorsus potentiam habeat. Alia quoque ratione falsam esse docet eandem propositionem

P. Suarez. Doctor Frãciscus Suarez vbi supra, quia differentia prædicatur per modum adiacentis, & propterea in quale quid, sed in abstracto significata,

ficata, non habet modum adiacentis, quia formæ in abstracto non adiacent, quia non dicũt ordinem ad subiectum, ergo differentia in abstracto non prædicatur etiam de natura, cuius est differentia in abstracto significata, at in concreto verè prædicatur, vt rationale, de homine, quia ex modo significandi quasi per modum totius, & habẽtis significatur, & ideò, vt continens totum, quod species de qua prædicatur.

Ad vlti.

Extremum argumentum, duas habet partes, quibus sigillatim satisfacere oportet.

Prior solutio.

Prior est de anima rationali de qua enunciamus, quod sit vegetatiua, & sensitiua, & quidem si rectè expendantur similes prædicationes negare possumus, abstractum de abstracto enunciari,
30 nam, & anima modum habet concreti, atque etiam vegetatiuum, & sensitiuũ, cum de animali prædicentur, dum dicimus animal est vegetatiuum, & sensitiuum, cessat igitur difficultas argumenti, quantum ad hanc partem, negata similitudine, vnde mirandum non est, si veras esse admittamus, esset autem fortassis casus similis, si in abstracto, ita enunciaremus, principium intelligendi in anima rationali est principium vegetandi, vel sentiẽdi, & tunc propositiones istæ in sensu identico, & reali admitterentur, in sensu vero formali, quem in cõmuni modo loquendi exhibẽt, falsæ essent, non minus quam aliæ, de quibus est controuersia,

Posterior solutio.

sed esto cõcederemus abstractorum habere modum prædicatum, & subiectũ (vt argumentum præsupponit) longè diuersa est ratio de his, ac de alijs, in quibus animalitas, aut rationalitas de humanitate enunciantur: etenim anima vna quædam forma est simplex, continens gradum, vel virtutem sentiẽdi vegetãdi, ac intelligendi, nõ per modum compositionis, sed sub eminenti rationalitatis gradu, itaque eiusmodi perfectiones non sunt partes componentes animam, nec modum partiũ sortiuntur, quemadmodum gradus sentiendi, & ratiocinandi, ex quibus humanitas componitur, non tanquam ex genere, & differentia, sed tãquam ex principijs generis, & differẽtiæ: enunciatur ergo in his pars de toto secundum modum partis, nihil tale in alijs, sed realis qui-
31 dam gradus perfectionis subiecto essentialis, in eo sub simplici alio gradu, atque eminentiori contentus.

Ad secundã partem vltimi argu.

Difficilior est secunda pars argumenti, de abstractis accidentium, in quibus verè superius de inferiori enũciatur, vt color de albedine, cui occurrendum est ex doctrina D. Thom. opusc. de ente, & essentia cap. 7. vbi egregiè explicans modum accipiendi genus, & differentiam in accidentibus, diuersum longè à substantijs adnotat substantiam ex materia, & forma esse compositam (loquitur autem de corporea) vnde in ea genus desumi potest à materia, & differentia à forma, hoc est ab eo, quod potentiale est genus, & ab eo, quod actuale est differentia, accidentia verò tali compositione careant, cum in eis non sit alia materia, præter subiectum, in quo inhærent, & cum quo vnũ per accidens efficiunt; qua propter concretum ex subiecto, & accidenti (ait D. Thomas) nec intentionem generis, aut speciei suscipere potest, neque in prædicamento collocari, sed abstracta sunt, in quibus ratio generis, & differentiæ inuenitur, vt à nobis cap. de differentia exponetur.

Primum igitur, quod intentionibus generis, ac differentiæ supponitur, in accidentibus est forma ipsa, non tamen per modũ formæ significata, sed quasi per modum substantiæ, ac 32
per se subsistentis, idq; verum esse ostenditur, nam & si verè albedo, & color intrinsecum ordinem ad subiectum claudant, ex modo tamẽ, quo his nominibus significantur, non denotatur, sed ita se habent, ac si essent formæ per se subsistentes, quantum ad compositionẽ generis, & differentiæ: in quo latũ est discrimen, inter abstracta substantiæ, & accidentium, quod illa verè sunt à generibus, speciebus, & differẽtijs abstracta, vnde principia generis, & differentiæ sunt, ac propterea tales intẽtiones fundare nõ possunt, nec ab eis denominari: abstracta vero accidentium, non abstrahuntur à generibus, speciebus, vel differentijs, neque ab aliquo composito per se, sed à subiecto, cum quo vnum per accidẽs efficiũt, & idcirco pri- 33
mum, quod est per se vnũ in accidentibus, sunt abstractæ formæ, secundum modum entis per se compositi significatæ, non igitur habẽt modum imperfectũ partis, nõ principiorum speciei, vel generis, sed totius, sed generis, & speciei, non quod per modum habenti significentur, cum subiectum in accidentibus sit habẽs, quod cum forma constituit vnum per accidẽs, sed vt per se subsistentes, quemadmodũ genera, & species in Angelis, qui verè formæ subsi- 34
stẽtes sunt, similis est enim generica hæc prædicatio, albedo est color, ei, quia sic in Angelis enuntiamus, Gabriel est spiritus; & tota ratio huius discriminis procedit, ex diuerso modo,

Ratio discriminis inter præ-

dicationes substantiales, & accidentales abstractorum. quo abstrahuntur abstracta substatialia, vt humanitas, & animalitas, & accidentales formæ albedo, & nigredo, nam abstractio illarum Metaphysica est, cum sit facta à generibus, & speciebus, & idcircò abstracta ipsa principia generis, atq; speciei sunt, & vt talia modo incōpleto significantur, ac propterea nō sunt capacia intentionum generis, & speciei, vel denominationis ab eis, vt bene adnotauit D. Thom. abstractio vero formarum accidētaliū verè Physica est, & non Metaphysica, cum abstrahantur tanquam formæ reales, à subiecto cui inhęrent, & nō ab indiuiduis, nec ab speciebus, vnde prouenit, quod abstracta illa, quasi vltimata sint, à quibus non sunt alij conceptus abstrahibiles, & ex cōsequenti rationes vltimę generū, & specierū: eiusmodi vero formæ Physico solum modo à subiectis abstractæ, species, & genera sunt, a quibus alia quædam abstrahere licet abstractione Metaphysica, quæ sint earum principia, vt rationē albedinis, & coloris, vel vt appellari solent albedeitatem, & coloreitatem (barbaris quidem, sed rem propriè significantibus vocabulis) & tunc in albedine, & co-

35. lore per modum naturæ completæ Metaphysice designatis, & nondum in hoc ordine abstractis, veræ ac propriæ exercentur prædicationes, secus vero in abstractis ab his, quæ vt principia solū designātur, sicut cętera abstracta generis, & speciei, vt humanitas, & animalitas. Distinctionem hanc abstractionis Physicæ, ac Metaphysicæ iam diu à me excogitatam reperi apud Doctorem Franciscum Suarez nostræ Societatis tom. 1. suæ Metaphysicæ disp. 6. sect. 10. vbi licèt in aliquo sēsu admittat propositiones illas abstracti generis de abstracto speciei, nihilominus si accipiantur tanquam principia generis, & speciei, ab inferioribus præcisa (vt accipi possunt ex vi abstractorum nominum, quibus significantur) negat esse veras, aut admittendas, quibus ego adijcio, non posse nominibus abstractis alio modo significari: nam vel animalitas est genus, vel principium generis: nullus vnquam admisit primum, nec admitti potest, quia genus habet ex propria conditione modum totius, atque etiam completæ naturæ, alioquin nō posset in recta linea prædicamētali collocari, sed natura animalis, vt nomine abstracto animalitatis designatur, non habet modum totius, nec naturæ cōpletę, sed partis potius speciei, & actualis quidem, eam cum gradu differentiali componentis, habet præterea modum partis respectu concreti

P. Suarez.

nempe animalis, quod vere genus est, & modum totius habet: ergo nequit intentionē, vel denominationem generis suscipere, nec potestatis genericæ capax est, per quā id totū quod humanitas importat, contineat, solum ergo continebit partem, quo circa nequit de humanitate prædicari, cū ex proprio modo prædicādi superioris de inferiori significetur, hoc esse illud, quod est tantundem, ac subiectum continere prædicatum. Quod rursus probatur, quia nemo hanc prædicationem admittet, principium generis est principium speciei, aut principium animalis est principium hominis: nā licet genus sua potestate contineat speciem, ac propterea de illa enuntietur, principiū generis sub ratione principij non continet principiū speciei, cuius ratio est, quia principia per modum partis, atque incompleti designantur: ergo principium generis non est capax genericæ denominationis, cum hæc sit plane falsa, principium generis est genus, nec proinde potestatiuæ continentiæ essentialis generi, nec continet potestate differentiam, nec speciem, nec speciei principium, nec de hoc potest enūciari; sed nominibus abstractis humanitatis, & animalitatis significantur, principia generis, & speciei: nam animalitas principium est animalis, & humanitas principium hominis, vt his nominibus designantur, ergo non sunt capaces genericæ, aut specificæ denominationis, nec vnum potest potestate continere alterum, aut ab eo contineri, nec poterunt in eis prædicationes exerceri.

Probatur prædicta doctrina.

36.

Sed aduersus prædictam distinctionem nostram, de abstractione Physica, & Metaphysica potest quisquā, in hunc modum opponere sicut in substantijs genera, & species designantur in concretis, vt in homine, & animali, pari ratione in accidentibus concretis poterunt designari; & sic dicemus coloratum esse genus albi, & tunc sicut à genere animalis abstrahimus naturam animalis, poterimus à colorato abstrahere colorem, & ab albo albedinem, eritque non Physica, sed Metaphysica abstractio, & vltima quidem, sicut vltima est abstractio animalitatis, & humanitatis, nec significabitur albedo, per modum naturæ completæ, sed per modum principij, atque incompleti, & nihilominus nullus negat, hanc prædicationem, albedo est color, ergo nec neganda erit illa, humanitas est animalitas.

Obiectio.

Huic obiectioni respondeo, abstractionem accidentium semper à subiecto fieri, cuius rati-

Respondetur.

ratio satis est manifesta, quia cum re ipsa vera, semper insint subiecto, nomine tamen abstracto non significantur, vt inhærentes, sed quasi per se stantes, sed modus significandi no-
37. minum oritur ex modo concipiendi, ergo ex eo significantur nomine abstracto, quod per intellectum præscinduntur à subiecto, quod concernunt, & hæc est ratio propter quam enunciationes abstractorum superiorum de inferioribus, in suis formis accidentalibus semper, & ab omnibus admittuntur, cum tamen in abstractis substantiarum semper à pluribus reiectę fuerint, quia talis abstractio Physica est, non Metaphysica, ac propterea, per modum completæ formæ designantur, & capaces sunt intentionis, ac denominationis generis, & speciei, si vero abstrahantur abstractione Metaphysica, vt contendit argumentum, non iam per modum formarum completarum significabuntur, sed tanquam principia speciei, & generis ab eis præcisa, qui modus incompletus est, & idcirco, vt tali modo significatę, modum partis incompletę habent, intentionis, ac denominationis genericę, & specificę incapaces, & in eis exerceri nequeunt prædicationes.

Pars posterior huius tractatus de prædicationibus secundarum intentionum.

PRædicationum modis circa primas intentiones expositis, facili negotio intelligitur exercitiũ earundem, circa secundas, etenim ex fundamentis, vel subiectis maxima ex parte formarum conditio dependet, quapropter cum primæ intentiones fundamenta sint, à secundis denominata; vt plurimum prædicationes earum eundem modum sequũtur, igitur duo, suo ordine agitabimus.

Intentum huius partis.

Primo ea, in quibus cum primis consentiunt iuxta traditam doctrinam recensenda erunt, secundo pauca quædam, in quibus ab eis separantur.

In quibus conueniunt secundæ intentiones cum primis.

Varij modi prædicationum.

INtentiones secundæ, vel de se inuicem prędicãtur, ita vt tam subiectum, quam prædicatũ sit secunda intentio, & tunc à prædicationibus primarum intentionum, penitus non discrepant, sed si subiectum, & prædicatum non cohærent, non solum falsa, sed disparata est prædicatio, & tales sunt, in quibus vnum prædicabile de alio enunciatur dum dicimus, species est genus, genus est differentia, &c. 38.
nam cum species sint distinctæ, repugnat de se inuicem enunciari; idque tam in concretis, quam in abstractis certũ est; si vero subiectum, & prædicatũ cohærere in prædicatione possint, vel in concreto accipiuntur, vel in abstracto, concreta quidem superiora de inferioribus enunciantur, vt dũ vniuersale, quod cunctorum prædicabilium genus est, de singulis prædicatur, sic se habẽt prædicationes istæ, genus est vniuersale, species est vniuersalis, &c, atque ex consequenti prædicationes indirectæ, in quibus, de superiori inferiora enunciãtur, veritatẽ continent, vt dum ex opposito dicimus, vniuersale est genus, vel est species; pari etiam ratione iudicandum est de illis enunciationibus, in quibus æqualia de æqualibus enunciantur, siue ad essentiam subiecti prædicatum spectet, vel propria sit eius passio; vera est enim vtraque hæc enunciatio, genus est in multis differentibus specie, & genus prædicabile est de eisdem in quid; in veritate etiam cum eisdem stare iudicandum est indirectas ex eisdem constitutas.

Primus modus quo cõtingit secũdas intentiones prædicari de primis.

Atque etiam si prædicatum accidentalis est denominatio conditioni subiecti consentanea, siue directa sit, vel indirecta prædicatio concretorum, admittenda est: eiusmodi sunt, in quibus vnum prædicabile aptum denominare alia, de eisdem enunciatur, vt si secundum prædicabile de alijs denominatiuè enun-
cietur, vt contingit in his prædicationibus, genus est species vniuersalis, differentia est species vniuersalis, & sic de reliquis: similes etiam sunt, in quibus quintum prędicabile de alijs denominatiuè dicitur, vt si dicamus, genus est accidens denominans subiectum, species item est accidens eius, quod denominat; hæc enim duntaxat prædicabilia speciei, & accidentis, cætera denominare possunt, & idcircò hæc solum enunciata de cæteris in concreto admittendas propositiones constituunt. Si vero prædicationes in abstracto exerceantur, nullo ex prædictis modis inuenio aliquã propositionem veram. 39.

Genereitas est vniuersalitas est vera prædicatio.

His exceptis, in quibus abstracta superiora de inferioribus, vel æqualia de æqualibus enunciantur, vt dum sic enunciamus, genereitas est vniuersalitas, nã cum secundæ intentio-

nes habeant modum formatum per se stantium, prout abstractæ à subiectis, quasi Physica abstractione accipiuntur, & per modum naturarum per se stantium designantur, ac propterea eiusdem conditionis sunt prædicationes earum, ac formarum accidentalium, de quibus constitutum est, superiorem de inferioribus enunciari, vt colorem de albedine

40\. Secundo modo contingit intentiones secundas de primis enunciari, cum sint formæ varias denominationes eis conferentes, quamobrem, vt in primis intentionibus notum est denominantes formas, de subiectis, similes denominationes suscipere aptis in concreto prædicari, vt album de homine, in abstracto vero nullo modo eadem similitudine intelligendũ est, secundas intentiones prædicari de primis, quibus denominatio congruit in concreto, sub nominibus abstractis nullo modo, tales censendæ sunt, eiusmodi prædicationes, & similes, animal est genus, homo est species, sed abstractæ non admittuntur, vt si ita enunciare velis, animalitas est genereitas, &cæt. Quibus verò quæ denominatio conueniat ex ipsis primis intentionibus indicandum est, nam si inferiora illius, de quibus prædicari apta est prima intentio, sint species, denominatio generis ei congruit, ideò genus de tali prima intentione prædicabitur, nequaquam verò species, & si inferiora sint indiuidua, denominatio speciei consentanea est, speciesque de prima intentione enunciabitur, non genus, vel aliud prædicabile, nomine autem primæ intentionis, non solum realem naturam intelligimus, quãquam hęc sit, quæ vt plurimum, à secundis intentionibus denominatur, sed etiam secundas intentiones, à secundis aliis denominari aptas vt vniuersale, quod genus est quinque prædicabilium, denominari aptum est a primo prædicabili, vnde dum in hac prædicatione denominatur, vniuersale est genus, conditionem primæ intentionis induit. Prædicabilia cætera, à secũdo, vel quinto denominari apta sunt, & dum actualem denominationem ab illis suscipiunt in his, ac similibus prædicationibus, genus est species vniuersalis, differentia est species vniuersalis, species est accidens naturę prædicabilis de differentibus numero, genus est accidens naturæ prædicabilis de differentibus specie, primas intentiones referunt, imò & species ipsa, quæ est secundum prędicabile, dum à se ipsa diuerso modo accepta denominatur, diuersa etiam ratione fungitur officio primæ intentionis, & secundæ, vt dum in hac prędicatione sic dicimus, species est species vniuersalis, vel (ne eiusdem nominis repetitione confundamur) secundum prædicabile est species vniuersalis, qua autem ratione id intelligendum sit, copiosè expositum in prædicabilibus reperiemus, conueniunt igitur in prædictis omnibus secundæ intentiones cũ primis in modo prædicandi.

Alius modus prædicationum.

Vniuersale est genus, est vera prædicatio.

41\.

In quibus distinguantur primæ intentiones à secundis.

In quo separentur secundæ intentiones à primis.

VNum tantum est, in quo separantur, nam primæ intentiones sic enunciantur de aliis, quas denominant, ac in quibus inhærent, vt si de vniuersali natura prædicentur, de aliquo eius inferiori necesse sit prædicari, & rursus si de singulari, vel inferiori, de vniuersali etiam, ac superiori, subiuncta exempla perspicuam rem faciunt: 42. enunciatur album de homine, & necesse est, de aliquo singulari enunciari, & si de Petro prædicatur, de homine etiam oportet prædicari, & si de homine, ex consequenti de animali, viuẽti, corpore, ac substantia: at secundæ intentiones diuersam longè conditionem prædicandi sortiuntur, quæ enim de natura aliqua vniuersali prædicari aptæ sunt, de singulari eius aliquo prædicari repugnat, & ex opposito, quę de re singulari enuntiabilis est, vniuersali non congruit, ac tandem, quæ de specie atoma prędicabilis est, de genere vllo supremo non enũciatur, secunda intentio speciei prædicatur de homine, dum dicimus hominem esse speciem, de Petro autem, & Ioanne, imò de nullo homine singulari enunciari potest, nec enim aliquam ex his enũciationibus admittimus, Petrus est species, Ioannes est species, sed nec de superiori vllo genere admittuntur, falsum est enim sic enunciare, animal est species, viuens est species, si de eadem secunda intentione speciei prædicabilis hominem denominante accipiatur sermo, nam à secunda intentione speciei subiicibilis quemadmodũ homo, sic superiora genera (supremo duntaxat excepto) denominantur, cum hæc licet comparatione inferiorũ sint genera, & nullo modo species, in ordine tamen ad superiora subiicibiles species benè appellentur. Secunda demum intentio indiuidui, Petrum, & Ioannem denominat, & cuncta alia singularia, de quibus prædicari apta est, in his, ac similibus enun-

43 Animal est species.

Animal nō denominatur indiuiduum.

nunciationibus, Petrus est indiuiduum, Ioannes est indiuiduum, de naturis autem vniuersalibus, ab specie atoma, vsque ad supremum genus, non est enunciabilis, nam falsum est affirmare, hominem, aut animal esse indiuidua.

Ratio autem tanti discriminis ea est, quia secundæ intentiones, non conueniũt rerum
44. naturis, secundum esse reale, quod habent à parte rei, quemadmodum realia accidentia, sed, in quantum tali modo ab intellectu similes denominationes excogitante concipiuntur, vt in tractatu de natura entis rationis adnotauimus, vt secunda intentio speciei prædicabilis, homini conuenit, in quantum à suis singularibus abstractus, cum eisdem confertur, deficiente autem vel variato einsmodi concipiendi modo, variatur etiam denominatio, vnde non mirum est, si singularibus non conueniat, quæ non abstractam naturam continent, sed singularibus conditionibus concretam: neque etiam superioribus generibus, quæ licet abstractam naturam designent, non quidem ab indiuiduis, sed ab speciebus, quapropter repugnat eis similis intentio, aliaque congruit longè diuersa, nempè intentio secunda generis, cum natura, ac modo quo species atoma concipitur pugnans. Secunda intentio indiuidui conuenit rebus singularib. in quantum sub singularibus conditionibus apprehenduntur, & cum tali modo apprehēdi non possint naturæ vniuersales, ab specie atoma vsq; ad supremum genus, quid mirum, si vtrisque repugnet.

Quibus cōueniat denominatio indiuidui.

Corolariū ex dictis.

Ex quibus euidenter elicitur fallax esse, quoduis argumentum, in his secundis intentionibus, à specie ad indiuidua deductum, siue etiam, ab eadem specie ad superiora genera,
45. vel denique ab indiuiduo ad speciem, vel genera, vnde Paralogismi cēsentur eiusmodi illationes, quæ in primis constitutæ intentionib. formales essent, ac legitimæ, homo est species Petrus est homo, ergo Petrus est species. Petrus est indiuiduum, Petrus est homo, ergo homo est indiuiduum: item homo est species prædicabilis, homo est animal, ergo animal est species prædicabilis, in quibus defectus appellationis committitur, variatur namque in præmissis, dum in vna prædicatum appellat supra significatum subiecti, tali modo ab intellectu concepti, in alia verò secundum esse reale, & absolutè sumpti, vnde mirum non est, si vtraque præmissa existente vera, consequens falsum sit: neque ergo in his inductionem à singularibus ad vniuersale, vel è conuerso, ab vniuersali ad singularia efficere possumus, nec argumentum ab inferiori ad superius ducere, quod enthimema appellari solet, cum tamen in prædicationibus primarum intentionum non prohibeantur, quorum exempla, tanquā vniuersis nota, prætermitto.

CAPVT SECVNDVM
De Genere.

VIdetur autem, neque genus, neque species simpliciter dici, genus enim dicitur, & aliquorum quoddam modo se habentium ad vnum aliquod, & ad se inuicem collectio, &c.

EXPOSITIO TEXTVS.

CAput hoc, si literam Porphyrij inspicias, facilem habet explicationem, si sensum haud obscurum, cum perspicuis ipse verbis, quid res qualibet proposita sit, nobis ostenderit, si diuisionem admodum breuem, exiguo rerum tractandarum numero considerato, autoris intentum, ex quo cæterorum intellectus pendet, est primi vniuersalis naturam (quod genus appellatur) explicare, idq; ex his acceptionibus generis, quæ vulgo circumferuntur præstat, vt ex notioribus quæ occulta sunt, manifesta faciat iuxta præceptum Arist. 1. Physic. tex. 2. vbi sic legimus: Innata autem est, ex notioribus nobis, & manifestioribus via.

Vniuersum caput tres habet partes, in quarum prima geminam acceptionem generis affert Porphyrius, sapientibus, & insipientibus notissimam, ex quib. ducta similitudine, tertiam, quæ præsenti deseruit instituto, colligit, atq; genus iuxta illam in dialectica, & Philosophia acceptum, tanquam prædicabile primum: propria definitione explicat in secunda parte: suis demum absolutam numeris eandem esse definitionem in postrema ostendens.

In tres partes partitur caput.

Communis loquendi vsus vocem generis vsurpat, pro multitudine hominū ordinem inter se habentium, atq; ad vnum primum,

Quid loco generis vsurpet communis loquendi modus.

itaq;

itaq; vtramq; conditionē habitura est multitudo, vt genus appelletur, sicut bene Caietanus adnotat in huius capitis expositione, priorem quidem, qua inter se aliqualem habitudinem habeant, ratione cuius à quacunque alia multitudine, imò à quibuscunq; alijs hominibus separentur, quia cognati sunt, vel consanguinei, aut conciues: posterior conditio est. vt vnū aliquid totius collectionis principium à quo omnes dependent, vel deriuantur, respiciant, vt si consanguinitatis est habitudo, ad primum hominem, à quo omnes generationis exordium habere dicuntur, eiusdem namq; generis appellantur homines, ad eandem familiam pertinentes, qui ab vno totius familiæ principio suæ nobilitatis stemmata se accepisse gloriantur, & pari similitudine in collectionibus alijs accipiendum est.

Genus est generationis principium.

Genus etiam in secunda acceptione vsus vocat principium, à quo generationem quispiā habet, siue illud Pater sit, siue etiam patria, quemadmodum enim talis esse generis homo dicitur à parente, qui generationi ipsius initium dedit, simili ratione a patria genus suū ducere, imò etiam eum patriam, in qua natus est, genuisse passim dictitamus. Sed, vt bene Caietanus vbi supra aduertit, non parens ipse, neq; patria genus propriè appellantur, nam si propriè loquimur, non dicimus Romulum esse Romanorum genus, vel Platonis Athenas, sed origo, quam à parente, vel patria ducunt, genus appellanda est, et dicendum potius Romanorum gentem à Romulo genus ducere, Platonem verò ab Athenis, vt huiusmodi Porphyrij verba non obscurè indicant:

Verba Porphyrij

Dicitur autē, & aliter rursus genus, quod est vniuscuiusq; generationis principiū, vel ab eo, qui genuit, vel ab eo loco, in quo quis genitus est.

Conferens autem Porphyrius acceptionē vtramq; inter se posteriorem hanc potiorem esse docet, idq; præter frequentiorem vsum illius, tali ratione ostendit: genus inde appellatur multitudo, quia illius homines ab vno deriuantur principio generationis, origo igitur vel generationis initium, ab eodem principio dedi ctum, prius, ac principalius genus appellandum est.

Postrema acceptio generis.

Ex similitudine vtriusq; vulgaris acceptionis postremam elicit Porphyrius nostræ dialecticæ propriam, secundum quam genus illud appellatur, cui supponuntur species: etenim logicum genus specierum in primis multitudinem sub se colligit, deinde quæ eiusdem generis sunt species quandam habent inter se cognationem, & similitudinem, propter eandem generis naturam ab vniuersis participatam: ac demum quasi ab eodem vno genere ducunt originem, cum ex eius diuisione per oppositas differentias constituta deriuentur, quorum omnium in animali, homine, equo, & leone exemplum habemus.

Generis definitio.

Iuxta hanc igitur postremam acceptionē, cuius frequens est in dialectica, atq; Philosophia vsus, prioribus prætermissis, genus definit Porphyrius illud esse statuens: Quod de pluribus differentibus specie in eo, quod quid est prædicatur.

Postrema pars capitis explicatur.

Reliqua, quæ Porphyrius affert, in fine capitis, hoc syllogismo induci possunt, vt facilius percipiantur. Exacta definitio est, quæ rei definitæ naturam sic explicat, vt eam simul à quibuscunq; alijs separet, hac enim de causa Arist. 1. Topicor. c. 4. definitionem terminū vocat, quia rei essentiam circunscribit, ea conditione, vt, nec quid eius excludat, neque alienum aliquid claudat, ex agrorum terminis sumpta metaphora, sed definitio generis vtrumq; præstat, exacta igitur censenda est, minorem ostendit hac diuisione, quæ prædicātur, vel de vno dicuntur, vt indiuiduum, aut de pluribus, vt vniuersalia, particula ergo de pluribus, separatur ab indiuiduis genus, nam cum vniuersalibus commune sit de pluribus prædicari, indiuiduis repugnat, quæ inferioribus carent, de quibus enuncientur. de specie differentibus prædicabile est genus, ratione cuius ab specie diuersum esse ostenditur quæ de differentibus solo numero enūciatur, vt de Petro, et Ioanne homo, finalis particula definitionis discrimen inter genus, & tria prædicabilia posteriora statuit, quum de differentibus specie possint prædicari, in quale quid, vt differentia, vel in quale accidentale, proprio, seu communi, de cunctis suis inferioribus enunciantur, sed genus in quid prædica-

Quā particula genus separatur ab indiuiduis.

dicatur: cum notum sit interrogationib. de specierum quidditate factu, generis assignatione satisfactum esse, vt rogati quid est homo? plene satisfecit, respondens, esse animal, conuincitur ergo ex his, præsentem definitionem generis exactam esse.

QVAESTIO PRIMA.

Sitne aliquod definitum, generis definitione explicatum, & quod nam illud sit.

Obiecta proponuntur.

1. Largum. DEfinitionis, & definiti legibus repugnare, vt tale quidem inueniatur, hæc argumenta videntur conuincere. Commune in primis esse illud, quod definitione explicatur ijs omnibus, quæ rationem illius formalem participant, certum est, hoc est enim esse adæquatum definitum, eisdem solum conuenire, quibus definitio conuenit, sed primis generibus prædicamentorum, vt substantiæ, quantitati, ac cæteris definitio generis quadrat cum de pluribus differentibus specie in quid, quodlibet prædicetur, eisdem ergo commune erit definitum, & quidem vniuocum, nã, quæ æquiuoca sunt, vel analoga, sicut non habent rationem vnam, sed multiplicem, nõ possunt vna definitione comprehendi, primis autem generibus commune aliquid vniuocum non datur, cum sint primo diuersa: ergo neq; vnũ aliquod definitum erit, sub quo eadem explicentur definitione omnia.

II. argum. Secundo, ea est definitionis conditio, vt genere superiori definito, differentia vero æquali constituatur, & ideò ex vtroq; completa definitio, æqualis sit definito, cum eoq; conuertibilis, vt docuit Arist. 1 Top. ca. 4. si ergo aliquod est huius definitionis definitũ, erit proculdubio genere illius inferius, sed genus, q; est primũ prædicabile, superius genus habere nequit, cum genera quantumcunq; suprema suo ambitu comprehendat, ac de omnibus tanquã superius prædicatum enuncietur, vt prędicationes istæ, substantia est genus, quantitas est genus, ac similes ostendunt, ergo per aliud, se superius, non erit definibile.

VIII. arg. Postremo, sola species constituitur ex genere, & differentia, ergo species debet esse, quod definibile est, cum definitio genere, & differẽtia componatur, sed primum prædicabile (si rationem eius formalem spectes) genus est, non species, cum de pluribus differẽtibus numero non enuncietur, nisi fortè quadam accidentali denominatione speciem illud appellare velis, quemadmodum cætera prædicabilia species dicuntur vniuersalis, denominatione à secundo prædicabili accepta, essentialis igitur eius ratio non est definitione explicabilis, ideò neque definitum erit præsentis definitionis. 3.

Constituitur vera sententia.

COmmunis tamen Philosophorum, ac dialecticorum consensus hanc definitionem admittens tenet, primum prædicabile, à quo denominationem generis omnes naturæ suscipiunt, definitum esse huius definitionis: idq; Arist. 1. Top. c. 4. à quo eam Porph. accepit, planè testatur, & ratio ipsa conuincit. Nam quibuscũq; naturis genericis commune est, atq; ex æquo conueniens, esse de pluribus differentibus specie in quid prędicabiles, ergo vna est ratio generis, cui præsens definitio cõuenit, & hæc est primum prædicabile, cuius naturam explicat. Vera sentẽtia. Ratione probatur.

Sed, vt notior hæc veritas fiat, quædam obseruanda sunt, quę viam ad proposita argumẽta soluenda nobis aperiunt. Primum est, secũdam intentionem generis vniuersalissimam esse rationem denominandi naturas, cum ad suprema genera se extendat, cæterum in suo ordine essendi quoddam ens rationis est determinatum, quædam secunda intentio prædicabilis, quędam species determinata vniuersalis ab alijs eiusdem generis distincta, cuius essentia his duobus conceptibus circumscribitur. Secunda intentio generis est vniuersalis, apta denominare naturam in ordine ad plures species, in quibus quidditatiuè reperitur, proprium illius genus, vniuersale est, & in ordine ad differẽtia specie, in quibus denominata natura reperitur, differentia accipitur. Eius simile exemplum in relatione reali accipere possumus, quæ ad res quidem diuersorum prædicamentorum secundum rationem accidentalẽ denominandas se extendit: etenim in substantia relatio realis est identitatis, ac diuersitatis, in qualitate similitudinis, æqualitatis in quãtitate, & certum est hæc tria prædicamenta sub primo genere relationis comprehendi, ipsa Ad explicationem notandum est primo. 4. Exemplũ.

psa tamē relatio realis, à qua denominātur, determinata species est in suo prædicamento ab alijs nouem distincto, & per determinatam definitionem generis, ac differentiæ explicari potest. Et vt in eodem exēplo relationis versemur, si res diuersorum prædicamentorum habere possunt communem denominationē relationis realis, longè melius habebunt communē denominationem generis, à secūda prædicabilis primi intentione, quæ relatio quædam est rationis, & denominatio vtraq; accidentalis; esse autem prædicamenta primò diuersa tollit quidem entitatis, atq; essentię conuenientiam vniuocam: accidentalem verò realem, vel rationis, non solum nō prohibet, sed necessario admittit, vt præfato relationis exēplo, & innumeris alijs comprobatur. Et hæc doctrina soluit duo priora argumenta: primū quidem, nam vniuoca est ratio generis definita, & quæ vniuocè suprema etiam genera comprehendit, vt sequenti quæstione copiosius ostendemus.

5. Soluuntur ex hac doctrina duo priora argumenta.

Lnotab. Secundo, tanquam certum statuere illud oportet, quidquid propria definitione explicatur, speciem esse ex genere, & differentia constitutam: propria definitione dicimus, quia aliqualem explicationem habere possunt plura, quæ species non sint: at propria definitio genere constat, & differentia, quæ alterius, quam speciei essentiales partes non esse, euidens est: quapropter speciei solius erit propriam habere definitionem. Sed in quacunq; specie duo sunt: in primis propria eius essentia, postremū quod talis essentia sub conceptu generis, ac differentiæ consideretur, quod est esse speciem Metaphysicam, & primum ex propria natura ei conuenit; postremum vero non nisi beneficio intellectus.

6. Ex his autem duobus primum est, quod per definitionem explicatur, postremū cōditio, sine qua explicari non posset, nisi enim rei natura sub generis, & differētiæ conceptibus ab intellectu consideretur, definitio non constabit; quando ergo diciturres quelibet definitur in quantū species, hoc modo distinguēda est propositio, nam si particula *in quantum*, rationem formalem definitione explicatam denotet, non est vera, si autem conditionē definiendi, admittenda est, ita vt sensus sit, quod ratio per definitionem explicata, non sit ratio speciei, sed generis, conditio vero, sine qua non posset explicari; seu denominari, species; &

7. iuxta hanc distinctionem postremum argumentum soluendum est, genus enim est quędā species vniuersalis sub eo quidditatiuè comprehensa, non minus, quam cætera prædicabilia, licet secundum modum denominationis accidentalis, superius eo sit, cum cætera, ac ipsum denominet genera, & hæc est conditio sufficiens, vt propria possit definitione explicari, quamuis ratio speciei non sit per definitionem explicata, sed natura generis, quod est primum prædicabile.

QVAESTIO SECVNDA.

Sitne realis natura generica, vel secunda intētio generis, proprium huius definitionis definitum.

Varia generis acceptiones.

DEbito ordine inuestigandum sequitur, quodnam sit speciale definitum huius definitionis, si aliquod habet, vt superiori quæstione statutum est: genus autem in communi consideratum triplicem acceptionem habet, primò consideratur natura realis, quæ de pluribus differentibus specie in quid prædicatur, secundum principia essentialia, vt si animal ratione viuentis sensibilis consideremus, & hæc est consideratio partis materialis generis. 8.

Genus in communi stat tripliciter. Prima.

Secūda acceptio generis. Secundo, accipere possumus eandem naturam simul cum secunda intentione, vt vnum quidpiam ex ente reali, & rationis aggregatū, quale est album pro aggregato ex corpore, & albedine.

Tertia. Tertiò, tandem concipere vtrumque possumus, eo ordine, vt vel naturam, in quantum ab intentione denominatur, vel certè intentionem generis, vt eandem denominat naturam, accipiamus: eodem namq; refertur in cōcretis accidentalibus (de quorum numero genus est) consideratio rei denominatæ, vt stat sub forma denominante, quo pactò substratū communi appellatione nominatur, ac formæ eiusdem, in quātum subiectum idem denominat, est aūt latum discrimen inter duas posteriores considerationes, nā secunda non constituit vnum per se, sed per accidens, iuxta vulgatum illud in schola receptum, ex pluribus entib. in actu non per se vnum, sed per accidēs resultat, iuxta tertiam vero, vnum per se ex vtroq; constituitur, propter ordinem potentiæ, & a- 9.

ctus.

ctus, ex quibus vnum per se constare testatur Arist. 2. lib. de anima tex. 2. Ex qua differentia
10. illud sequitur, quod tanquam certum apud omnes habetur, genus sub vnius aggregati consideratione non esse definitum; imò neq; definiri posse, plura namq; in actu sine ordine cōtinens, vnum per accidens est, nec speciem per se, neque prædicamentum, nec definitionem habens, vt Arist. 7. Metaph. tex 21. ijs verbis docet: *Quod autem secundum accidens dicitur, vt musicum, aut album, propterea quod duplex significat, non est verum dicere, quod idem sit, quod quid erat esse, & ipsum.* hinc ergo refertur quæstionis difficultas, an realis ipsa natura generica secundum propriam entitatem, & essentiam explicetur, seu in quantum secundæ intentioni generis substat, vel demum secunda ipsa intentio generis, à qua denominatur,

Proponitur prima sententia, & illius fundamenta.

1. sentent.

QVidam in Scotica illa sententia persistentes (quam quæstione tertia vniuersalium retulimus) genericā nempe, vel specificam naturam, propriæ entitatis, & es-
11. sentiæ ratione esse vniuersalem, & ideò absq; consideratione intellectus, consequenter tenent, ex se habere vnitatem genericam formalem, atque adeò prædicabilem esse de pluribus differentibus specie in quid, absque ordine ad intellectum, vel secundam intentionē idque sibi ostendere videntur Aristo. Porphyriique testimonijs, & efficaci ratione, etenim Arist. 1. Topi. c. 4. hanc eandem proferens definitionem generis, non de secunda intentione, sed de prima loquitur, vt intentum illius capitis ostendit, quod certè non est aliud, quā inueniendorum argumentorum regulas figere, ad quem finem consequendum, nil entia rationis, vel secundæ intentiones conferunt, sed ex ipsis naturis realibus argumenta, à loco generis desumpta constituuntur, & rursus 4. lib. Topi. c præsertim 4. & 6. plures attulit generis conditiones, vel proprietates, quæ non possūt secundis intentionibus conuenire, sed solum primis, vt genus vnum alio esse perfectius, ad aliquid dici genus possibile esse, cuius species non sunt relatiuæ, quemadmodum scientia ad aliquid dicitur respectu scibilis, Grammatica, vel dialectica non dicuntur ad aliquid, ex quibus deducitur in hac etiā parte logicæ, de-
12. finitionē generis non de secundis intentionibus, sed de primis esse accipiendam, cum eadē sit omnium partium dialecticæ conditio: quare genus pro natura reali, & non pro secunda intentione definitum erit. Eandem etiam fuisse mentem Porphyrij ostendunt, quia definitionem hanc in primis ex illo Arist. loco accepit, quam insuper non de secundis, sed de primis intentionibus exponit, nam in huius capitis principio de triplici (ait) genere Philosophorum est sermo, Philosophi autem non de ente rationis, sed reali semper sermonem instituunt, has etiam esse generis proprietates ait, vt principium sit specierum, easq; intra se habeat, quæ ei non accommodantur, nisi ratione primæ intentionis.

Rationibus confirmatur prædicta sententia primo.

Ad extremum verò rationibus id conuincere putant, nam prædicari de differentibus specie in quid, secundę intentioni non conuenit, sed naturæ reali (animal enim de homine, & leone prædicatur, non secunda intentio generis, quæ ex accidenti ei aduenit) sed nec naturæ eidem reali, vt substat secūdæ intentioni definitio quadrare potest, nam quemadmodū corpus, vt substat albedini, nō prædicatur quidditatiuè de viuenti, & non viuenti (quę sunt eius species) sed secundū propriam essentiā corporeæ substantiæ, siue sit sub accidentibus, vel secus, pari ratione animal non enunciabitur de homine, & de leone, vt substat secundæ intentioni generis, sed vt viuentis sensibilis naturam importat, eius ergo ratione genus erit, & non propter secundam intentionem, & certè si in eo sensu de speciebus enunciaretur, euidenter elicitur eundem fore sensum harum prædicationum homo est animal, leo est ani-
mal, ac si dicamus hominem esse genus, & e- 13.
tiam leonem: nam si animal est prædicatum earum, vt stat sub intentione generis, cum sub tali reduplicatione genus sit, prædicabitur vt genus formaliter, quia propter eiusmodi erit sensus: homo est animal, in quantum animal est genus, & hoc idem est, ac hominem ipsum
genus esse, quod à veritate alienum est, ei ergo 14.
consonum erit secundum naturam realem genus esse, & sic etiam definitum.

II. ratio.

Secundo, animal non habet à secunda intētione generis, esse prędicabile de speciebus, sed è diuerso, ex eo, quod in multis est speciebus secundum essentiam accipit intellectus occa-
sionem, vel fundamentum fingendi talem de- 15
nominationem, vel intentionem generis: ergo illud, ratione cuius primò, & per se genus dicitur, natura realis est, in speciebus inclusa, quam

quam certum est habere absque consideratione intellectus, cum essentia realis specierum ab intellectu non pendeat: genus est ergo, atq; de speciebus in quid prædicabile animal, & ex conditione propriæ naturæ definitum
16. huius definitionis, neque id habet à secunda intentione generis, nisi secundaria quadam ratione.

Reijcitur prædicta sententia.

Refutatur prædicta sententia. HAec tamen sententia autoritate quidē singularis est, solam veritatis apparentiam habet, & ab scholis penitus est releganda, vtpote communi loquendi modo, ac sentiendi de rebus dialecticis aduersa, nam secundas intentiones, à quibus prædicabilia, prædicamenta, propositiones, ac syllogismi ordinem, dispositionem, & formam accipiūt, tanquam minus necessarias funditus euertit. Communis namque Doctorum consensus vniuersalia, atq; prędicabilia ante operationem intellectus non admittit, idq; adeò verum est, vt Scotus adhuc, qui aliquam vnitatem minorem numerica ante operationem intellectus in rebus constituit, vt q. 3 vniuersalium retuli-
17. mus, genera, species, & cætera prædicabilia denominationes esse secundarum intentionum teneat, & ante operationem intellectus non ponit, sed posteriora esse singularibus, in quibus inueniuntur: cum cæterisq; omnibus admittit, quasi opere intellectus ab eisdem abstracta, seu cum eis comparata, à quo nomen, formam, seu denominationem accipiunt, idq; sibi voluisse Aristotelem certum est iuxta omnium expositorum sensum, primo de anima textu 8. illis verbis: *Animal autem vniuersale, aut nihil est, aut posterius est.*

Probatur 1. à veritate aberrare prædictam sententiam. Sed à veritate esse alienam his rationibus probatur, si verum est animal, & quodcunque genus ex propria ratione esse prædicabile de differentibus specie in quid, sequitur vnitatē genericam, ac prædicabilitatem essentialem
18. esse, sed quæcunq; prædicata essentialia habet genus, necesse est ad essentiam specierum pertinere, quemadmodum ergo ex vi huius prædicationis, homo est animal, verum est, hominem esse viuentem, corpus atq; substantiā, pari ratione verum erit hominem esse vnum genere, atq; adeò esse genus.

II. argum. Secundo, animal ante operationem intellectus diuisum est in plures species, ea ratione, vt propter diuersam hominis, & leonis differentiam diuersa etiam sit specie in vtroq; animalis natura, ergo impossibile est habere vnitatē, nisi ex consideratione intellectus, illud, quod re ipsa diuisum est, accipientis, absq; considerationе diuisionis, vel differentiarum diuidentium.

Vltimo, ratio generis non consistit in entitate substantiæ, vel accidentis, sed ex ordine ad species accipitur, vt præsens definitio indicat, itaq; illud est simpliciter genus, quod plures habet species, de quibus in quid prædicatur, siue sit substantia, vel accidens, neq; enim minus color respectu albedinis, & nigredinis genus est, quam animal hominis, & leonis cōparatione, sed vniuoca est vtriusque generis ratio, vt in calce huius quęstionis copiosius ostendetur: si ergo realis est, & ante operationē intellectus genericis conuenit naturis, sequitur euidenter quidpiam reale, & essentiale vniuocum accidentibus, ac substantię commune esse aduersus Aristot. & communis scholæ doctrinam. Et corroborari potest adhuc argumento ad hominem: nam si genus pro natura reali absq; vllo ordine ad secundam intentionem, definitur, cum certum sit, non hoc, aut illud genus definiri, sed communem rationem omnium, & vniuocam quidem, alioquin non foret definibilis, sequitur planè genera omnia vniuocam habere rationem, in qua conueniāt quod patet esse falsum, cum substantiæ sint quædam, vt animal, viuens, & corpus, accidentia verò alia, vt quantitas, & qualitas, quibus nil reale vniuocum datur. III. argum. 19.

Modus dicendi Caietani exploditur.

HAc igitur exclusa sententia, cæteri omnes Aristotelis & Porphyrij interpretes tenent genus iuxta rationem secūdæ intētionis, esse in hac parte definitum, sed non eodem modo veritas hæc explicatur, nam Caietanus in Commentarijs huius capitis, & opusculo de ente & essentia, cap. 4. in explanatione vltima partis illius capitis, corollario secundo tenet substratum generis, hoc est, naturam genericam, à secunda intentione denominatam, non esse vllo modo definitum, sed intentionem ipsam generis in concreto, vnde definitionem sic exponit.

Secunda intentio generis, quæ primum prædicabile constituit, est ratio denominans quamlibet naturam genericam ex qua consideratione definitum est, quo, .ũ sit ratio prædicandi

20 candi de pluribus differentibus specie in quid. Et rursus eadem secunda intentio generis cum sit relatio, respicit intentiones secundas denominantes species tanquam terminos, & hoc modo accipitur in concreto, cum sit non solũ ratio denominans, sed ad alia refertur: in hoc ergo sensu applicatur ei definitio generis, vt sub nominibus cõcretis iacet: genus est, quod prædicatur de pluribus differentibus specie in quid, id est refertur ad plures intentiones denominantes varias eius species. Hanc sententiã amplectuntur quidam ex modernis, præsertim Doctor Canterus in expositione huius ca-
21. pitis, dubio 1. Magister Oña quæst. 1. articul. 2. conclusione 3. eamque ijs rationibus confirmant.

I. ratio.

Prima, definitio conuenit definito essentialiter, vel certè per modum propriæ passionis, si descriptio sit, sed definitio generis accidentaliter conuenit naturæ genericæ, etiam in cõmuni consideratę, non secus atque corpori definitio albi, ergo nequit esse per se definitum.

II. ratio.

Secunda, materiale significatum generis non habet rationem vniuocam, sed proportionalem, & analogam, ergo non potest esse definitum, nam ea est definitionis lex, vt æqualiter omnibus sub definito contentis conueniat. Antecedens autem satis notum fit, si consideremus sub materiali significato generis animal, colorem, quantitatem, cæteraque generis accidentia esse comprehensa, in quibus non est æqualis ratio generis, sicut neque entitatis, sed prius, ac principaliter in substantia, participatione illius in accidentibus, vnde sequitur solam generis intentionẽ in concreto esse pręsenti definitione definitum *quod*, in abstracto vero, *quo*, hæc enim æquali respectu ad omnes speciei intentiones refertur.

22. Hic modus dicendi obscuram valde reddit quæstionem, & veritatem rei non attingit, obscuram quidem, quia re ipsa non ponit definitum, *quod*, sed *quo*, tantum, vnum autem sine alio, neque esse, neque intelligi, est possibile, quemadmodum abstractum sine concreto: excludit deinde à ratione definiti substratum generis, & rursus affirmat, secundam intentionẽ in cõcreto esse definitum, *quod*, quæ simul stare non posse hac ratione probatur.

Impugnatur prædictus modus dicendi primo.

Concretum albedinis illud est, quod ab albedine denominatur album, nam hoc sibi vult concretum, quod materiam, vel subiectum concernit ex modo suæ significationis, abstractum verò à subiecto absoluitur: ergo concretum generis est, quod à forma secundæ intentionis denominatur, sed nullum est huiusmodi genus nuncupatum, præter naturam substractam intentioni, ergo genus in concreto, sub-
stratum importare necesse est, illudq; esse definitum: qua propter voce duntaxat, secunda intentio in concreto ponitur, si substratum penitus excludatur. 23

II. argum.

Secundo impugnatur, quia concretum duo significat debito ordine disposita, formam scilicet, quæ definitum, *quo*, vocatur, cum sit ratio formalis denominans subiectum, & substratũ quasi à forma denominatum, ergo concreti accidentalis definitio duplex quasi partiale definitum sortitur, ex quibus vnum totale, atque completum coalescit, eandem nempe formã, cui definitio tanquam rationi formali conuenit, & subiectum, cuius natura explicatur, non secundum propriam entitatem accepta, sed in quantum tali formæ substernitur: definitio autem generis accidentale concretum explicat, quia concretum est, quod prædicatur de pluribus differentibus specie in quid, ergo oportet substratum pro definito designare, & non solum formam.

Duplex generis substratum.

In hoc igitur defecisse videntur Doctores isti, quòd vnum duntaxat generis substratum posuere, cum tamẽ duplex sit, quemadmodum in quocunque alio concreto eiusdem similitudinis, vnum proximum adæquatum, & per se,
remotum, quasi per accidens, & inadęquatum 24
aliud. Etenim album præter albedinis formã, corpus, vt albedine affectum, tanquam primo, & per se substratum importat, remotum verò, & quasi per accidens corpus quodcunque par-
ticulare, vt humanum, vel lapideum, de illo 25.
quidem per se prædicatur, de hoc accidentali tantum ratione, per se est enim hæc prædicatio, corpus in quantum albedinis substratum album est, & coloratum, atq; adeò disgregatiuum visus, hæc verò est accidentalis, paries est albus. Hanc distinctionem concreti insinuat D. Thom. 2. lib. de anima lect. 12. sic autem generi accommodatur, vt concretum per se, & proximum eius, sit natura generica, vt secundę intentioni substat, quæ communis est ratio omnibus naturis genericis substantiæ, vel accidentis, accidentale vero, atque remotum sit animal, color, & huiusmodi aliæ naturæ, hæc namque prædicatio, natura generica, vt stat sub intentione generis, est genus, ac de pluribus specie differentibus prædicabilis, per se est acci-

accidentalis vero animal, vel color est genus.

Vera sententia statuitur.

QVibus explicatis nostra sententia est; proprium definitum huius definitionis esse naturam genericam, vt à secunda intentione generis denominatam: ita vt ex vtroque, natura scilicet, & secunda intentione completum definitum coalescat, ex illa, vt denominata, ex hac vero, vt denominante: ex illa vt subiecto, & ex hac, vt forma, hæc est sententia D. Tho. opusc. de ente & essentia c. 4. Iauell. in sua logica, tit. 4. cap. 2. Pauli Veneti c. de
26. genere, Soti q. vnica eiusdem cap. ar. 1. Tole. q. 1. eamq; sequuntur moderni ferè omnes, & probatur 1. quia illud est definitum alicuius definitionis, cui per se talis definitio cõuenit, & cũ quo per se reciprocatur, sed prædicari de pluribus differentibus specie in quid, per se conuenit naturæ genericæ, vt denominatæ à secũda intentione generis, & cum ea reciprocatur, vt per se consistat; ergo illa est per se definitum, fit autem rursus manifestum exemplo albi, sic definiti, est corpus disgregatiuum visus, cuius definitionis proprium definitum est corpus, vt denominatur ab albedine, sic autem definitur genus, cum sit accidens in concreto, ergo definitũ erit natura, à secũda intẽtione generis denominata: secundo, quia tria dũtaxat præsenti definitione explicari possunt: videlicet prima intentio per se sumpta, aut secunda intentio, vel tertium ex vtroque coalescens, quod genus in concreto vocatur, sed neutrum est, è duobus prioribus, quia nec primæ intentioni secundum se conuenit prædicari de multis differentibus specie, sed prout substat secundæ, nec secunda est, quæ de eisdem enunciatur, sed ad summum ratio prædicandi, sicut albedo est ratio albi: superest ergo tertium, quod à sufficiente diuisione conuincitur esse definitum, nempe concretum ex natura & secunda intentione compositum.

Vtriusq. sententiæ obiecta soluuntur.

Ad solutionem argumentor. primæ, & secũdæ sententiæ adnot.

SVperest igitur argumentis primæ & secundæ sententiæ satisfaciamus. Vt autem commodius priora soluantur (quæ difficiliora profecto sunt) illud in primis obseruandum est, genus substratum importare, & formam, & ideò quædam esse, quæ ex parte formæ ei conueniunt, alia verò ex parte fundamenti, vel substrati. Ex parte illius habet esse
27. vniuersale, & prædicabile de differentibus speciie, habet etiam esse speciei relatiuum, ratione substrati (quod realis natura, vt plurimũ est) & ideò conueniunt ei reales proprietates, habet esse substantiam, qualitatem, scientiã, & relationem, iuxta conditionem sui prædicamẽti. Animal namq; genus est prædicamẽti substantiæ, quantitatis numerus, qualitatis scientia, ad considerationem autem dialecticam tam formam, quam fundamentum spectare certum est. Arist. igitur omnibus illis locis obiectis, de genere sermonem instituendo vtrũque attendit, proprietatem quidem à forma emanantem, cum genus definiens de pluribus differentibus specie in quid prædicabile esse decernit, cæteras vero proprietates ex natura fundamenti procedentes, dum maiorem perfectionem quibusdam generibus tribuendam censet, dum relatiuum esse genus contingere affirmat, cuius species non dicantur ad aliquid. Vtrumque etiam simul, fundamentum videlicet, & formam contemplatur, vt cum loca inuenire docet à quibus petenda sũt argumenta dialectica ex parte generis, quia vtrumque ad eum finem consequendum requisitũ est. Interdum namq; ex modo prædicãdi ipsius generis, nonnunquã etiam ex diuisione per oppositas differentias argumenta eruenda esse constituit: accipienda igitur sunt verba Arist. iuxta hanc distinctionem, & in vno, vel alio sensu nostræ sunt sententiæ consentanea. Porphyrius verò in eadem definitione formã secundæ intentionis simul, & substratum inspicit, vt contextus totius capitis ostendit.

Arist. exponitur.

28

II notab. Secundo adnotare oportet, in quacunque prædicatione generis, aut cuiusuis alterius prędicabilis duo esse ex parte prædicati distinguenda, & rationem formalem, quæ prædicatur de speciebus, & insuper rationem, sub qua prędicatur: vt in prædicatione ista, homo est animal, ratio, quæ prædicatur, est animalis natura, ratio autem, sub qua, est secunda intentio generis: verum namq; est, animal ideò prædicari de pluribus differentibus specie in quid, quia genus est, habet autem à secunda intentione generis, tanquam à forma, vt sit genus, merito ergo eam rationem formalẽ, sub qua de speciebus enunciatur appellamus.

29.

Ad primã rationem. Et ex hac doctrina soluimus primam rationem afferentes adaptari quidem posse definitionem generis primæ, & secundæ intentioni iuxta explicatum modum, & ordinem. Cum autem rursus additur naturam realem, in quãtum substat intentioni, non prædicari de pluribus

tibus differentibus specie in quid, duplex sensus esse potest, prior, secundam intentionem non esse rationem formalem, quam animal exempli gratia, enunciat de homine, & id quidem verissimum est, si vero non esse rationem formalem, sub qua, vel à qua habeat eandem enunciare significetur, falsum: nam à secunda intentione tanquam à forma constituitur in ratione prædicabilis de speciebus in quid, quā
30. potentiam exercet, propriam naturam de eisdem speciebus enuncians.

Ad confirmationem.

Nec tamen sequitur (vt confirmationi fiat satis) sensum huius propositionis, homo est animal, eum esse, vt homo sit genus, nam secūda intentio generis non est ratio formalis, quę prædicatur, sed natura viuentis sensibilis à secunda intentione denominata: & hinc apparet quam verum sit, animal, vt stat sub secunda intentione generis, propriam naturam enunciare de homine, alijsq; speciebus, siquidem ab illa accipit vnitatem genericam, vniuersalis rationem, ac potestatem eam enunciandi, quam prædicabilitatem vocamus.

Neq; similitudo corporis, vt substat albedini, locum habet hac in parte, sed latum est discrimen, quia secunda intentio generis denominat naturam, eam ad sua inferiora ordinans, vel certè denominatio ipsa nō est aliud,
31. quam ordo prædicabilitatis respectu specierum, cæterum albedo, & quæcunq; alia forma realis accidentis, corpus ad sua inferiora non ordinat, mirum ergo non est, si animal, in quātum intentioni generis substat, de viuenti, & non viuenti, & vniuersaliter de suis inferioribus enuncietur: in hoc autem maxima albi, ac generis similitudo sita est, quod quemadmodum albedo corpus, quod afficit, ordinat ad visum, & ideò verum est, visibile esse, in quantum substat albedini: ita vt ratio sub qua, à potentia percipitur, sit visibilitas: pari ratione secunda intentio generis ordinans naturam ad sua inferiora, prædicabilem de eisdem constituit, ideoque verum est, in quantum ei natura substernitur, de eisdem prædicari, ita, vt ratio sub qua enunciari potest, sit secunda intentio generis.

Ad secund.

Secundo respondetur, naturam genericam ex propria essentia habere, vt secūdæ intentionis fundamentum esse possit, vniuersalis, & prædicabilis de eisdem inferioribus, in quibus verè reperitur, sed ante operationem intellectus in eis diuisa est, solam vnitatem numeri-
cam habens, genericam vero ab intellectu accipit, 32 & ratione huius vnitatis, vniuersalis constituitur, atq; ex consequenti, de eisdem speciebus in quid prædicabilis.

Negandum itaq; omnino est, naturam genericam ex proprijs principijs aliquam vnitatem habere, nisi tantū essentialia prædicata, & quidem in inferioribus diuisa, per differentias numericas, ab intellectu verò sub vnitate constituta, fundamento eiusdem naturæ præsupposito, ex propria entitate, quam licet non habeat cum dependentia ab intellectu, quamcunque tamen vnitatem præter numericam ab eo habet.

Ad I. argu. secūdæ sententiæ.

Primum argumentum secundæ sententiæ, conuinceret quidem, si concretum remotum, & inadæquatum substratum solum haberet genus, cui procul dubio accidentali tantum ratione, definitio adaptari posset, vt disgregatiuum visus respectu hominis, vel parietis, ex quibus neutrum potest esse per se definitum, sed habet vltra hæc, proximum, & adæquatum, cui per se conuenit definitio, nempe corpus in quantum substat albedini, & hoc est defi- 33 nitum, *Quod*, forma vero, *Quo*, tantum & secundum eandem proportionem definitio generis intelligitur, ita, vt natura generica, vt stat sub secunda intentione, sit per se definitum, *Quod*, tanquam proximum illius substratum, & ea- 34 dem secunda intentio definitum, *Quo*, neq; aliud definitionis verba sonant.

Ad vltimū argum.

Postremum argumentum soluitur ex superius adnotatis, ex quibus habemus proximum generis substratum, quod est generica natura, consideratione quidem reali vnum proportione esse, & ideò analogum, cum res diuersorum prædicamentorum comprehendat, quæ tamē sub secundæ intentionis ordine consideratæ, æquali ratione apprehenduntur ab intellectu, æquali ratione ad sua inferiora comparantur, de quibus æquali etiam ratione sunt prædicabiles, atque adeò sub tali denominatione vniuocæ, quæ non entitatis perfectionem, sed huius, vel illius conditionis inferiora respiciant, sub qua acceptione, natura generica fundamentum est secundæ intentionis, & substra-
tum eius, neq; enim minus, specie distinguūtur 35 sub genere passibilis qualitatis albedo, & nigredo, etiam si debilioris sint entitatis, quam homo, & equus sub genere animalis, ideò æqualis est vtriusque generis ratio.

QVAE-

QVAESTIO TERTIA.

Sit ne quidditatiua, vel descriptiua generis definitio.

Diuersa sententia.

NOn parum interesse putandum est qualitatem huius definitionis nosse, ea enim explorata eiusdem generis essentia de quo præsens nobis sermo est, agnoscetur. Circa quam duo in primis extrema referenda sunt, eorum vnum, qui explicari genus quidditatiua definitione haudquaquam posse arbitrantur, de quorum numero fuit Albert. Magnus tract. 1. prædicabilium ca. 3. & in eodem fuisse Ammoniũ retulit pater Toletus quæst. 1. quos Villalpandus sequitur in commentarijs huius capitis fol. 34. & quoniam horum Doctorum fundamenta superius attigimus, summa breuitate refero. Primum prædicabile supremis generibus superius est, si quidem de illis in his prædicationibus enunciatur, substantia est genus, quantitas est genus, superius igitur se prædicatum quod genus esse possit, habere nequit, quod certè si haberet, commune esset, atq; vniuocum eisdem prædicamẽtorum capitibus sub se comprehensis, quod repugnat, cum sint primo diuersa.

I. sententia Albert.

I. ratio.

36.

Secundo, genus est quoddam accidentale concretum, formam, atque substratum importans, vt præcedenti quæstione expositum est: illa accidens est, & quidem rationis, quidditatem non habens, nisi fictam, vel imaginariam hoc autem substantiam esse contingit, vel certè reale accidens: duo igitur adeò diuersa, non valent eadem definitione quidditatiua explicari.

II. ratio.

Alterum tenuit extremum Scotus, quæst. 14. & 15. vniuersalium, non solum possibilem generis definitionem quidditatiuam arbitratur, sed talem esse præsentem à Porphyrio allatam, Scoto subscripsisse videtur Caietanus, quæstione huius capitis prima textui inserta, in solutione ad primum, eiusdem autem Scoti ratio hæc est.

Alia extrema sentẽtia Scoti.

Genus consideratur à Porphyrio in præsenti tractatu sub ratione prædicabilis, sicut, & reliqua vniuersalia, definitur autem per prædicabilitatem de pluribus differentibus specie in quid, ergo essentialis est definitio, sicut essentialis est hæc prædicatio, prædicabile de speciebus est prædicabile, ac si dicas, animal rationale est animal.

Ratio.

Controuersia resolutio.

MEdia inter hæc extrema incedit via communis sententia interpretũ Porphyrij, quam nos etiam libenter amplectimur, & his duabus assertionibus, vtrumque extremum excludentibus explicamus.

Media sententia vera.

Prior, possibile est primũ prædicabile quidditatiua definitione explicari: quã si superius statuta memoria repetamus, efficaciter hac ratione confirmatam esse censebimus, vniuersale genus est quinque prædicabilium comparatione: ergo primum prædicabile, quod est genus, est quædam eius species, sed species quæcunque genere, & differentia, tanquam partibus suæ quidditatis componitur, easdem igitur habebit genus, qua propter per eas erit definibile: quidditatiuam autem definitionem esse, quę genere, & differentia constituitur, est notissimum: ergo essentialem definitionem posse genus habere necessarium reputandum est. Quam si designare volumus huiusmodi erit, genus est vniuersale in multis differẽtibus specie quidditatiuè aptum inesse, in vniuersali namque, tanquam proprio genere, cum cæteris conuenit prædicabilibus, & per essentialem ordinem essendi respectu specierum ab eisdem separatur: ita videtur cum definisse Aristot. 5 lib. Metaph. c. 28. tex. 31. hisce verbis: *Genus est quod primum in rationibus inest*. Primo verbo referens vniuersale, alijs vero verbis: *Quod primum in rationibus inest*, excludens cætera prædicabilia, quia rationum nomine species intelligit, nam essentiæ specificæ rationes omnium rerum sunt: excluduntur ergo proprium, & accidens, quæ non sunt primo in rationibus rerum, sed extra illas: excluduntur etiam, tacita quadam ratione species, cum non sint in semetipsis, ac tãdem differentia, cuius ratio non est esse in rationibus rerum, sed generi adhærere, ipsumq; trahere, vt in rationibus rerum sit.

I. assertio.

37.

Assertio posterior est, præsẽtem generis explicationem, non quidditatiuam, sed quãdam esse descriptionem, aduersus Scoti sententiam. Tenet eam in primis Porphy. c præsenti sub his verbis: *De tribus apud Philosophos sermo est quod etiam describentes assignauerunt, genus esse dicentes, quod de pluribus, & differentibus specie in eo,*

Posterior assertio.

in eo quod quid prædicatur, & rursus in fine capitis: *Nihil igitur superfluum neq; minus continet generis dicta descriptio* Quam ex Aristot. desum psit 1. lib. Topic. c 4. vbi eam eisdem verbis expressit, & D. Tho. opusc. 48. tracta. 1. c. 2 & 3. primi & secundi prædicabil s definitiones descri ptiones appellat, Alber Magn. tract. 3. prædicabil. c 34. cũ Ammo & Villalpand. prioris extre mi autoribus, Mag. Soto q. vnica huius capitis. §. final. Tolet. q 2. Merca. c. de specie. fol. 16 col. 2. & 3. Magist. Oña. q. 2 ar. 1. & hac ratione

Confirmatur. confirmatur. Generi alijsq; prędicabilibus hęc duo cõueniunt, nempe vniuersalia esse ac prędicabilia, illud quidem in quantum in multis esse dicuntur, hoc verò, vt de eisdem prædicari apta sunt, prædicandi autem potentia ex vniuersalitate, tanquam ex radice, & fundamento ortum habet, nam sicut in quibuscunq; rebus operari sequitur esse, pari ratione in his, quæ

38. prædicantur, prædicãdi aptitudo sequitur modum essendi in eisdem, de quibus prædicari apta sunt, cuius ea est ratio, quam superius ex doctrina Aristotel. attulimus, quia ab eo, quod res est, vel non est, enunciatio vera, vel falsa appellatur: itaque prædicandi aptitudo, vniuersalitate posterior est, cum eaque conuertibilis, quæ cum sint conditiones propriæ passionis, sequitur eodem modo se habere, ac pro priam passionem respectu essentiæ: sed præsenti definitione explicatur genus à Porphyrio per aptitudinem prædicandi, vt ex verbis ipsius notum est, ergo descriptio potius appellanda est, quam quidditatiua definitio: hæc namque genere duntaxat, ac differentia constituitur, descriptio propriam passionem admittit.

Quidam dicẽdi modi, circa communem sententiam excluduntur.

Varij dicendi modi circa prædictã sententiam

Eiusmodi tamen communem sententiam non tuentur eodem modo præfati autores, sed quidam sic esse descriptionem fatentur, vt proprio constet genere, nẽpè vni-

39. uersali, voce illa, quod (quæ primum locum in definitione tenet) relato, ita vt completæ definitionis sensus sit, genus est vniuersale, quod

Titelm. Louanienses. prædicatur de pluribus differentibus specie in quid, ita sentiunt Titelmanus l. b. 1. prædicabilium capit. 2. Doctores Louanienses cap. de proprio, & accidenti, in expositione literæ, vbi aliorum prædicabilium definitiones

Mercatus. eodem modo explicandas censent, Mercatus cap. præsenti, fol. 34. & quidam alij ex modernis interpretibus, quorum omnium, ea est ratio, quia proprium genus omnium prædicabilium est vniuersale, illud ergo est, quod omnia definit, cum rationi sit valde consentaneum, non esse alienum inquirendum, vbi proprium genus notum est, sed eo vtendum in definiendis speciebus, vt saltem ex parte illius essentiam definiti attingat definitio, & certè particula, *quod*, in definitione collocata, non videtur aliud quam vniuersale referre posse.

Hic tamen modus dicendi, ea ratione excluditur, quia Porphyrij sensui aduersatur. Etenim Porphyrius definitionem exponens, indiuiduum à consortio generis excludendum esse docuit, illis verbis: *Quod prædicatur de pluribus*, si autem vniuersale, genus esset, cum indiuiduum nõ sit vniuersale, iam esset verbo, *Vniuersalis* exclusum, qua propter superuacaneum esset, illud rursus per secũdam definitionis particulam separare, etsi ab eisdem Doctoribus dicatur, *Quod prædicatur de pluribus*, non esse distinctum ab vniuersali, sed locum eius tenere, statim sequitur sensum definitionis esse, genus est vniuersale in multis differẽtibus specie in quid, qua propter non superest ratio appellandi definitionem descriptiuam, cum passio excludatur, proprio tantum genere, ac differentia relictis. Modus dicẽdi prædictus à pluribus excluditur. 40.

Ideò quibusdam alijs Doctoribus placuit, non habere genus proprium præsentem definitionem, sed eius loco, communem omnium prædicabilium passionẽ esse collocatam, videlicet prædicabile de pluribus, prior. bus verbis, per actualem prædicationem explicatum. Communis est enim omnium consens. s, definitionis verba non actum, sed aptitudinem importare, & si res ita se habet, q; prædicatur eodem erit referendum, ac prædicabile, & sensus definitionis talis erit, genus est prædicabile de pluribus differentibus specie in quid. Hunc modum tenuisse Scotũ vidimus, vt quidditatiuam definitionem defenderet, eundem retulit ex Auicena priori parte suæ logicæ cap 7. Cũ a quẽ ipse amplectitur, & amplexi sunt Doctor Villalpandus in commentarijs huius capitis fol. 34. & Toletus q 2. Quid alij Doctores senserint. 41

Verus dicendi modus ponitur, & argumentis occurritur.

Ego verò modũ dicendi in hac re magis

cum

Quis nā sit modus magis veritate cōiunctus. cum veritate coniunctum, petendum esse existimo, ex doctrina D. Thom. in commentar. prioris lib. de interpretat. c. 1. lect. 4. & opusc. de ente, & essentia c. 7. vbi modum definiendi accidentia in concreto, & in abstracto constituēs docet in abstracto quidē esse definiēda, per proprium genus ex intrinseco modo essendi desumptum, ac per subiectum loco differentiæ. Quo posito in definitione, intrinseca adipsum accidentis aptitudo explicatur: vt si risibile in abstracto definite velis, talis erit assignanda definitio. Risibilitas est aptitudo hominis ad ridendum: genus namq; proprium risibilitatis in secunda specie qualitatis est potentia, vel aptitudo: at si in concreto sint explicanda, subiectum, quod materiæ similitudinem tenet, vice generis collocandum est, cum modus iste explicandi accidentia similis sit definitionibus substantiarū, quæ per genus à materia desumptum, & per differentiam explicantur, & postremū hunc definiendi modū probasse Arist.

42 affirmat D. Tho. 1. de interpretatione cap. 1. & 2. vbi nomen, & verbum, quæ cōcreta sunt accidentalia sub genere entis rationis, subiecto pro genere posito explicat, dicens: *Nomen est vox significatiua ad placitum, &c.* Vox enim subiectum, seu substratum est secundæ intētionis, à qua nomen appellatur.

Quomodo definierit genus Porphyrius.. Iuxta eundem ergo modū definiendi, Porphyrius hac in parte definitionem generis attulit, etenim genus, quemadmodum nomē, & verbum, in ordine entium rationis, sicut visibile, & album in ordine accidentium realium, concretum est accidentale, naturam genericam à secunda intentione denominatam, tanquam substratum claudens, & eandem secundam intentionem, vt denominantem formā: definiri autem in concreto verba eiusdem definitionis ostendunt, quod prædicatur de pluribus differentibus specie in quid, ergo locum

43 generis subiectum tenet, nempe natura generica, non quidem, vt à secunda intentione denominata, nam hoc modo definitum est: ergo locum generis tenere nō potest, cum omnino oporteat genus, à definito distingui, sed loco generis, ponitur, secundum se, sicut corpus in definitione albi non ponitur, vt denominatū ab albedine, sed secundum se. Hanc igitur naturam secundum se sumptam particula, *quod*, refert, & non vniuersale, quia hoc non potest esse genus apud Porphyrium, vt probatum est aduersus primum dicendi modum.

Et eiusmodi est germanus sensus definitionis, adeò vt Porphyrij verba alia explicatione non egeant, sed, vt ab ipso sunt posita, accipienda sint, nempe genus est natura, quæ à secunda intentione prædicabilis denominata, de pluribus differentibus specie in quid prædicatur.

Vltimus dicendi modus approbatur & cum duo plurimi referuntur. Hunc modum dicendi tanquam doctrinæ D. Thom. & Arist. ipsiq; rationi cōsentaneum tenuerūt Albertus Magnus, Ammonius, & D. Canterius, sic autem exactius definiuntur accidētia in concreto, quam per proprium genus, quia cum ad essentiam accidētis spectet inhærentia aptitudinalis, magis hęc innotescit subiecto in definitione posito, quā proprio genere, ergo per subiectum melius, quam per genus definiuntur. 44

Satis fit argumentis vtriusq; extremi.

Ad argumēt. primæ opinionis. Argumentis igitur duorum extremorū, quæ in principio retulimus satis facere oportet, & quidē vtrumq; prioris extremi argumentū, ex adnotatis quæstione pręcedēti solutum, ex quibus perspicuū esse censeo

Ad primū. suprema genera cōmunem, & vniuocā denominationem accidentalem, non solum secundarum intentionū, quæ relationes rationis sūt sed relationis etiā realis habere posse, non ergo mirum est sub denominatione generis conuenire. Et esto secunda intētio primi prædicabilis, in modo denominandi naturā omnibus sit 45 generibus superior; si tamen quidditatiue in suo modo essendi consideretur, species quædā determinata est vniuersalis, quemadmodū cętera prædicabilia: & ex hac parte genus se superius quidditatiue habere potest, atque differentiam, quibus quidditatiuè definiatur, cuius definitionis exemplum ibidem attulimus.

Substratum denique & forma, vt posterius argumentum soluamus concreto generis inclusa, diuersa sūt, sed inter se ordinata, & ratione ordinis modū vnius per se habent. ratio autem ordinis est actus, atque potentiæ, ex quibus notū est fieri vnum.

Ideò vna eademq; definitione explicantur, iuxta rationem diminutam entis rationis, quā habent realibus essentijs, persimilem.

Ad argum. Scoti. Argumento Scoti dicimus, genus, atq; cætera prædicabilia, sub ratione vniuersalis obiectiua fuisse à Porphyrio considerata, prædicabilitatem verò propriam esse eorundem passionem.

sionem, quæ media definitione vniuersalis, de omnibus, per certam demonstrationem ostenditur, per hanc igitur passionem propriã, vt pote essentia vniuersalis nobis notiorem, suis definitionibus explicantur prædicabilia. Ad formam ergo argumenti: cum dicitur considerata esse vniuersalia sub ratione prædicabilis, respondemus, si intelligatur rationem esse obiectiuam prædicabilitatem, negandum esse, si vero propriam passionem de eisdem demonstratam, admittendum. Ideò non proprijs differẽtijs, sed per communem passionem definita esse prædicabilia, & quæ de definitione primi prædicabilis statuta sunt definitionibus aliorum prædicabilium, simili proportione sunt accommodanda, vt necesse non sit easdẽ controuersias in cæteris prædicabilibus repetere.

QVAESTIO QVARTA.

Claudat ne genus differentias, & consequenter species, potentiali duntaxat, vel actuali continentia.

Proponitur sententia, quæ actu constituit differentias sub genere.

47 Noua controuersia.

NEminem ex antiquioribus dialecticis inuenio, qui controuersiam hanc ex professo discutiat sed vno vel alio verbo explicant, quid de continentia ista sentiãt, imò ex modernis etiam fere nullum, difficilem tamen, ac valde vtilem ad naturam generis percallendam, & ea propter præsenti loco agitandam sentio, & vt certa imprimis apud omnes statuamus, citra dubium est, genus non continere species, ac differentias actu explicito, quemadmodum definitio vtramque sui partem, nam si ita esset, solum animal definiret hominem, siquidem sensitiuam naturam, & rationalem explicitè clauderet, essetque superuacanea differentiæ additio, sed neque actu determinato, licèt non explicito, veluti homo propriam differentiam rationale importat, tunc enim non posset genus de vlla eius specie enunciari, sed falsum esset proferre hominem esse animal, si prædicatum differentiam leonis actu comprehẽdit, falsum item leo

nem esse animal, propter differentiam hominis inclusam.

Superest ergo tertius, atq; postremus actualis continentiæ modus, confusus quidem, atque indeterminatus, quem habet illud, quod vnam rationem designat pluribus communẽ, sub qua inferiora omnia cõfundit, nullum distinctè exprimens, sed indistinctè comprehendens omnia. Hic modus forsan in ente reperitur, quod actu quidem substantiam, & accidens comprehendit, sub ratione entitatis, quã actu participant, & in qua confusa sunt, cum neutrũ determinatè sit expressum, & talẽ esse eum, quo species, & differentiæ sub genere clauduntur, primus tenuit Magister Oña, in commento huius capitis quæst. 2. artic. 5. quem nonnulli ex recentioribus sequuntur, in eo, tantum discrimen constituentes: quod ens prædicatum est substantiæ, & accidenti intrinsecum, genus vero extra conceptum, vel rationem differentiarum, ita est constitutum, vt intrinsecum earum prædicatum non sit: erit autem perfecta similitudo generis, quantum ad præsentem considerationem spectat, si cũ concreto accidentali conferatur, sub quo vniuersa, quibus forma significata cõmunis est, actu quidem, sed confusè, atq; indeterminatè comprehenduntur, vt sub albo, quælibet corpora albedine affecta: iuxta hanc igitur similitudinem homo, & leo, cæteræque animalis species earumque differentię, sub animalis genere latent actu confuso, & indeterminato.

Confusus continentiæ modus.

48.

I. sententia Oñæ.

49.

Fulcitur autem hæc sententia duplici testimonio Arist. 7. Physicorum tex. 31. vbi de ambitu generis loquens, hęc protulit verba: ***Genus non vnum quid est, sed ob hoc latent multa***, vel vt alia translatio habet: ***In genere latent æquiuocationes***, quas statim explicans ait; ***Sunt autem æquiuocationum, aliæ quidem multum distantes, aliæ autem habentes quandam similitudinem, aliæ vero propinquæ, aut genere, aut similitudine rationis, quæ propter non videntur æquiuocationes esse, cum sint.***

Probatur ex Arist.

50.

Hæc Aristotel. quæ autem in genere latent diuersa, nõ possunt esse, nisi species, neque diuersitatem, vel æquiuocationem parere, nisi differentiarum ratione, quæ actu clauduntur, nam quæ solum in potentia sunt, significationis vnitatem non tollunt: vnius namque rationis est materia, quantumuis plures sint, ac diuersæ formæ, ad quas recipiendas potentia illius se extendit: de eiusmodi ergo actuali continentia verba Aristotel. sunt accipienda,

51

quemadmodum ea, quæ 1. Phys. tex. 4. de vniuersalibus prædicatis (in quibus genus citra dubium connumerandum est) scribit: *Vniuersale autem totum quoddam est, multa enim comprehendit, vt partes.* Nec dissimilem esse sensum D. Thomæ, opusculo de ente & essentia cap. 3. testantur hæc verba: *Genus prout prædicatur de specie implicite in sua significatione, quamuis indistinctè totum id, quod determinate est, in specie continet, &c.* Ex vtrisque autem testimonijs, duplex hoc efficax argumentum colligitur.

I. ratio. Primum, excepto expressionis, ac distinctionis modo apud Diuum Thom. eadem est ratio continentiæ, in genere, atque in specie

52. ipsa, sed species actu continet genus, & differentiam, ergo genus differentiam, & speciem.

II. ratio. Postremum: genus prædicatur essentialiter de specie, & quidem prædicatione actuali, ergo actu continet id totum, quòd est in specie, nam si partem dumtaxat nempè naturam sensitiuam actu importaret, animal, verbi gratia de homine enunciatum, non esset vera prædicatio, homo est animal, cùm pars de to-

53 to non prædicetur, vtraque pars consequutionis huius habetur apud Diuum Thom. eodem capite non longè à principio sub his verbis: *Quidquid est in specie, est etiam in genere, vt non determinatum, si enim animal non esset totum, quod est homo, sed pars eius, non prædicaretur de eo cum nulla pars prædicetur de suo toto.* Nec satis fit argumento, si dicatur genus id totum, quod est in specie importare, alia tamen, atque alia ratione, partem quidem genericam actu, tanquam propriam naturam, differentialem vero in potentia, in quantum ab ea est, determinabile ad speciei constitutionem, vt animal gradum sensitiuę naturæ actu, rationalis verò in potentia: non inquam, satis fit argumento, quia animal absoluta prædicatione enunciatur de homine, absque limitatione alicuius partis, minus igitur quam completam eius rationem actu continere non sufficit, vt hoc exemplum ostendit. Continet materia sua potestate formam, quæ est altera pars compositi, nec tamen satis est, vt vera prædicatione de toto ipso composito enuncietur, aliam partem, quæ propria natura est, continere actu,

54 ergo similis esset de genere ratio, si vnam partem actu, potestate alteram comprehenderet, itaque vtraque actu enunciare, atque comprehendere tenet hæc sententia diuersa tamen ratione, genericam actu explicito, ac determinato, differentialem quidem actu, sed nõ determinato, neque distincto, sed confuso, etenim animal explicite importat habens naturam sensitiuam, naturam autem sensitiuam habens non est, nisi homo, equus, vel leo, & quæcunque species animalis, ideò has omnes actu implicito, & indeterminato claudit.

Iuxta veram sententiam controuersia dissoluitur.

MAGIS tamen cum ratione coniunctum est illud, quòd communis tenet sententia: genus, differentias, atq; species, non actu, sed potestate continere, nec de nomine solum, quæstio est hoc, vel illo modo loquendum esse. vt voluit Magister Oña, sed certe de re, vt quæstionis decursus ostendit, & imprimis Aristoteles, id expresse testatur 2. de posteriori resolutione c. 8. text. 17. non longè à fine in hæc verba: *Supponatur enim tale esse genus, vt sit secundum potentiam in plus, &c.* In plus autem genus est ad quamlibet eius speciem comparatum, in quantum cæteras species, ac differentias continet, ergo potentialis est continentia, & non actualis, vt Diu. Thom. in eorundem verborum expositione secundo posteriorum lectione 13 in fine ijs verbis docet: *Hoc enim supponimus esse genus, cuius potentia subse continet plures species, &c.* Cui etiam consonant quæ idem Diuus Thomas, de genere loquens scripsit opusculo. 42. capit. 9. cuius hoc est initium: *Nunc igitur superest ostendere quomodo genus implicite continet ea, quæ sunt in eo, sciendum est igitur, quod genus continet differentias potestate:* & capit. 10. non longè à principio. *Substantia secundum, quod genus est, implicite continet sua inferiora, quia potestate continet suas differentias, per quarum additionem efficiuntur, & constituuntur.* Porphyrius insuper, eandem sententiam expresè tenuit capite de differentia, vbi differentiam definiens ait, id esse, quo species excedit genus, eiusmodi autem excessum vniuersi interpretes sic intelligunt, vt differentiam quam species actu cõplectitur, genus potentia duntaxat includat, si enim actualis esset vtriusque continentia non esset in quo excessus saluaretur, sed tantundem genus actu importaret, ac species. Sed adhuc oppositæ sententiæ sectatores quoddam aliud discrimen inuenerunt statuentes

Sententia vera.

55.

56

entes genus actu comprehendere species, ac differentias, confusè tamen, & indeterminatè, at species quælibet determinatam continet
57. differentiã, in modo igitur determinationis genus excedit, extortam tamen esse hanc expositionem Porphyrij, verba statim sequentia ostendunt, quæ Porphyrius definitionis explicandæ gratia contexuit, sic enim ait: *Differentia est, quæ abũdat species à genere, homo enim plus habet quam animal, rationale, & mortale, animal enim nihil horum est, nam vnde species haberẽt differentias, nec verò omnes oppositas habet. quoniam idem simul habebit opposita, sed quẽadmodũ cẽsent potestate quidem habet omnes eorum, quæ sub se sunt, differentias, actu verò nullam, & sic neque ex his, quæ non sunt aliquid, fit, neque opposita circa idem erunt.* Hæc Porphyrius, cui consentiunt vniuersi eius interpretes Albertus Magnus, tract. 5. prædicab. ca. 4. Iauellus tractatu 4. prædicab. ca. 4. paulò ante medium, Caiet. Sotus, Canterus, & P. Tolet. cap. de differentia in expositione prædictæ definitionis. Mercatus controuersia vnica huius capitis. Porphyrij autem ratio in prædictis verbis inclusa efficax est, species non habet differentiam, per quam

Probatur ratione.

58. constituitur ex nihilo, cum modum formæ habeat ex alicuius potentia eductæ, si quidem de potentia materiæ educitur forma, vt in Physicis habetur, præter potentiam autem generis non est alia, à qua extrahatur: ergo in potentia generis latent differentiæ omnes, & certè si actu in eo essent, cùm sint oppositæ, in eodem essent opposita actuali cõtinentia inclusa, quod impossibile omnes arbitrantur.

Duplex alia ratio.

Huic autem rationi duplicem aliam adiungimus, prior est, genus cum sit vniuersale, à suis est inferioribus abstractum, quemadmodum species ab indiuiduis, abstractio autem
59. est operatio intellectus cognoscentis vnum, alijs non cognitis, ergo genus denominatur quælibet natura in quantum à suis inferioribus abstrahitur, hoc est, illis non cognitis, cognoscitur: generis inferiora sũt species, ac suo modo differentiæ, ergo ab illis abstrahit sub formali ratione generis, qua propter non valet eas actu claudere, sed potestate duntaxat, in quantum eisdem est differentijs determinabile.

Vltima ratio.

Postrema ratio est, differentiæ specificæ sunt oppositæ atque essentialiter diuersæ, magis, & minus iuxta vnius cuiusque gradum essentialem, si igitur in genere actu clau-

duntur omnes, non erit genericus conceptus vnus, sed plures secundum rationem æquiuocam, seu analogam, cum plura nimis diuersa 60
imponet. Nec refert aliquid cõfusa, ac in determinata inclusio, dum modo actualis sit, nam ens, substantiam, & accidens inuoluit cum suis modis intrinsecis, quibus prædicamenta constituuntur, confusa quidem atque indeterminata ratione, idque satis est, vt analogum ab Aristotele appellatum sit, tale ergo erit animal, & quodcunque genus, si species, & differentias adeò diuersas actuali continentia, etiamsi confusa, complectatur; quod vnitati generis aduersatur, ideò potestate solum intra rationem illius esse omnino asserendum est.

Elucidatur amplius propria sententia.

CAEterum, vt veritatem rei aperiamus, & illud, in quo oppositæ sententiæ authores deceptos reperimus, quasi digito ostendamus, obseruandum est ex doctrina D.

Ad maiorẽ intelligentiam notandum.

Thomæ, opusculo de ente & essentia. cap. 3. circa medium, illud esse discriminis inter compositionem speciei Physicam, & Metaphysicam, 61.
vt illa ex rebus diuersis, materia scilicet, & forma fiat, qua propter compositum resultãs tertia sit res à partibus eisdem distincta, vt si hominem sub physicæ considerationis ordine accipias, corpore & anima rationali, partibus re ipsa diuersis componitur, atque homo ipse constitutus res quædam est distincta ab illis: At si tanquam Metaphysica consideretur species, genere, & differentia, vt partibus constituta est, quæ res diuersæ non sunt, sed vnus atque alius eiusdem rei conceptus, & homo ipse non res alia à partibus, sed tertius quidam conceptus, totalis ex partiali vtroque coalescens. Itaque non est realis vtraque compositio, 62.
sed illa tantum, hæc rationis, ex diuersis conceptibus de eadem re ratione diuersa formatis: & prior posterioris fundamentum est: etenim ex anima rationali, & corpore constitutum hominem considerat quidem intellectus, vt habentem naturam sensitiuam, determinabilem, atque perfectibilem, per rationalem, & conceptus ille genericus est: rursus eundem contemplatur hominem, vt rationali natura perfectum, & conceptus iste rationalis naturæ perficientis hominem differentialis est, quo à cæteris eiusdem generis speciebus separatur: nam conceptus prior sensitiuæ naturæ, conuenientiæ potius, quam differentiæ

63. rentiæ est, ac demum conceptum siue gradum vtriusque naturæ considerans intellectus, simulque coniungens completam speciem Metaphysicam componit. Hæc autem doctrina veritatem desideratam ostendit: nam si diuersorum eiusdem naturæ graduum conceptus sunt genus, & differentia, consequens fit, neutrum alterum actu includere, quemadmodum in compositione reali Physica, neque corpus animam, neque è diuerso anima ipsa corpus includit: veruntamen, quia conceptus generis gradum illius naturæ continet, quæ per vlteriorem gradum perficitur, contrahibile est per conceptum differentiæ ad constitutionē perfectæ naturæ, quæ species appellatur, & hoc est potestatem generis speciem differentiamque comprehendere, neque alius continentiæ modus possibilis est.

II. notabil. 64. Secundo obseruandum est, vt plenius explicata veritas percipiatur, geminam habere cōsiderationem animal, & quodcunq; aliud genus: nam vel accipitur per modum partis speciem componentis, in quantum gradum viuentis sensibilis importat, à gradu rationali, cæterisque eiusdem generis differentialibus præcisum, atque condistinctum, & secundum modum totius, non quidem actualis (sola enim species totius actualis rationem habet) sed potentialis, hoc est à suis inferioribus abstracti, contrahibilis, seu determinabilis per differentias ad constitutionem specierum: & quidem sub consideratione priori absque controuersia est species, & differentias non claudere vllo modo, cum vna pars, neque partem aliam, cum qua totum constituit, sed neque totum ipsum constitutum claudere possit: sub

65. posteriori verò, cum potentiale sit totum, non actuale ex differentijs, vel speciebus compositum, eas dumtaxat claudit, tanquam totum potestatiuum, sub cuius ambitu comprehenduntur, in quantum contrahibile cum sit differentijs, species constituere potest, quod non est aliud, quam suæ potestatis partes esse. In eo igitur oppositæ sententiæ authores decepti sunt, nobiscum enim statuentes animal naturam sensitiuam per modum totius importare, intulerunt species, & differentias actu claudere, ea ratione ducti, quia habens naturam sensitiuam, non est nisi homo, vel equus, seu alia quæuis species animalis, & id quidem re ipsa verum est, cum animal extra suas existens species non detur, bene tamen in consideratione intellectus, per quam ab eis abstractum consideratur, in qua consideratione habens naturam sensitiuam, vt sic non est homo, neque leo actu, sed potestate tantum, in quantum per vtriusque differentiam determinabile est.

Argumentorum solutiones.

Ad testimonia Arist. respōdetur.

QVibus explicatis facilè est eorum rationes diluere, & vtrumque in primis testimonium Aristotel. secundum germanum sensum expositum reperio apud Sanctū Thomam in commentarijs Physicis, primum quidem 2. Physic. lect. 8. vbi illud esse discriminis inter vnitatem genericam, & specificam ait, quod hæc fundatur in vnitate specifica Physicæ formæ, generica verò non habet fundamentum tale, sed quæ diuersæ speciei sunt 66.
diuersam formam specificam habent, à quibus intellectus abstrahit vnitatem genericam, non considerata diuersitate, sed tantum gradu, in quo abstractis differentijs conuenire possunt. Vtriusque autem vnitatis exemplum in animali, & homine accipere possumus: etenim singulares homines rationalem animā communem habent, à qua tanquam à radice oritur communis ratio hominis ab intellectu abstracta, speciesque denominata, equi autem & leonis non est communis aliqua, vel eiusdem speciei forma, à qua genericam conuenientiam sumere intellectus possit, sed diuersis 67.
constituūtur formis, & solum intellectus cōmunem conceptum generis accipiens facit gradum superiorem, in quo, abstractis differētijs conueniunt.

Quibus constitutis ait D. Thomas, sensus verborum Arist. satis perspicuus est, qui multa atque diuersa esse sub genere, quæ apparent æquiuoca, docet propter Physicam considerationem specierum: cæterum æquiuoca non esse propter vnitatem logicam abstractione intellectus constitutam, quæ ideò genus à ratione differentiarum secundum rationem actualem extrahit eas intra ambitum suæ potestatis relinquens, in quantum ab eisdem determinabile consideratur, pro specierum constitutione. Eundem esse sensum posterioris loci testatur Diuus Thomas primo 69.
Physicor. lectione prima de toto potentiali, cuius potestatiuæ partes appellantur species, in

in quantum differentijs modificatum eas constituere valet.

Illud autem, quod ipse D. Thomas docet, tantundem genus continere, ac species, de quibus prædicatur, ne tanquam partem, prædicabilem esse admittamus, verum est, eo tamen sensu accipiendum, vt id totum, quod species actu continet, genus ipsum iuxta propriam conditionem amplectatur. Quemadmodum ergo est speciei conditio, cum sit totum actuale, partes suæ compositionis actu claudere, simili ratione genus, cum totum sit potentiale, actu simul, & potentia species, ac differentias continet, eam quidem spe-
70 ciei partem, in qua consistit propria natura, actu, quia secundum illam de specie enuntiatur, differentiam vero, per quam contrahibile est potestate tantum: atque adeò speciem completam actu simul, & potestate, vt animal, si de eo sit sermo, naturam sensitiuam, quam de homine in hac prædicatione, homo est animal, enunciat, actu continet, rationalem verò, quæ ipsum ad hominis constitutionem contrahere potest, non nisi in potentia.

Ad 1. arg. Primum autem argumentum soluimus, negantes in solo expressionis modo discrimen esse constitutum à D. Thoma inter genus ex vna parte respectu differentiarum, ac specierum, atque inter speciem comparatione generis, & differentiæ ex altera; sed certe in modo etiam claudendi vtrasque partes, actuali, vel potestatiuo: nusquam enim admissum est apud D. Thom. genus actu etiam confuso eas includere, sed solum potestate, vt expressa eius testimonia à nobis relata ostendunt, cum tamen de specie notum sit apud ipsum, & cæteros.

Ad postremum arg. Ad formam demum posterioris argumenti hoc modo respondendum est, genus prædicatur de specie tanquam totum, ita est, non tamen tanquam totum actuale ex differē-
71. tijs atq; speciebus compositum, sed vt totum potestatiuum, quapropter non bene infertur; ergo prædicatur tanquam pars, sed partem quidem de specie enunciat, non per modum partis, sed totius potentialis: vt in hac prædicatione, homo est animal, perspici potest, in qua naturam sensitiuam enunciat animal de homine, non modo partis, sed totius, hoc est, in concreto, & per modum habentis significatam, cuius talis est sensus, homo est naturam sensitiuam habens, & iuxta illum verissima est, atque essentialis, ad primum prædicabile spectans. Cæterum de modo prædicandi generis de specie videlicet totius vel partis copiosior redibit sermo. q seq.

Dubium incidens.

In quo genere causæ genus species, & differentias complectatur.

SEd rebus iam compositis, circa potestatiuam generis continentiam, merito quispiam in dubium vocare poterit, in quo genere causæ species, & differentias complectatur, an videlicet vt efficiens causa, sua virtute, & eminentia eos continet effectus, quos producere valet: vel certe tanquam finis, cuius gratia differentiæ, genus ipsum contrahentes species constituunt: aut tanquam forma superior inferiores claudit, vt anima rationalis sen- 27.
sitiuam, atque vegetatiuam, vel denique secūdum materiæ similitudinem, sub cuius potentia, vniuersæ formæ quæ extrahi ab ea possunt, latitare dicuntur.

Authores. D.Thom. Alb.M.P. Tolet.

Respondetur communem esse consensum omnium fere Doctorum, quos in fauorem nostræ sententiæ retulimus, præsertim Diu. Thom. Alberti Magni, Mag. Sot. Mercati, & Cardinalis Toleti in genere causæ materialis contentas esse species, & differentias sub potestate generis: & ita sentiendum est, propter maximam generis similitudinem cum materia: nam quemadmodum materia vniuersale formarum omnium susceptiuum est, quibus copulata varias rerum species, intra ordinem Physicum, ac naturalem constituit, eadem si multitudine genus susceptiuum est differentiarum, quibus coniunctum diuersas rerum species sub Metaphysico ordine componit, extrahuntur autem de potentia generis differentiæ, virtute intellectus ex vtriusque coniunctione speciem componentis. In quo autem sensu accipiendum sit vulgatum illud in schola Dialecticorum, genus desumitur à materia, & differentia à forma, cap. de differentia explican- 73.
dum est.

QVAESTIO QVINTA.

Vtrùm genus enuntietur tanquam totum de specie, vel etiam vt pars illius.

Aperitur quæstionis sensus.

Præsup-

Quid præsupponat, quæstio.

PRæsupponit titulus quæstionis id, quod à nemine negatur, videlicet genus, rationem totius & partis habere, & vtramq; cōditionem habet dupliciter: nam si subalternum sit genus, & totum est actuale in se, cum sit natura completa ex genere, & differentia composita, vt animal ex natura viuentis, & differentia sensibilis: & totum etiam potentiale in quantum à singulis abstractum specieb. potest ad singulas quoq; determinari, sed magnum est discrimen inter rationem hanc totius potentialis, & illam totius actualis, quod hanc habet genus respectu specierum, nequaquam illam, sed solum vt consideratur natura quædam completa ex genere, & differentia, propterea sub consideratione hac non genus, sed metaphysica species, & subalterna vocatur sub illa verò propriè genus est, ad speciesque per differentias contrahitur. Rationem quoq; partis dupliciter habet, sed vtramq; in ordine ad species, quas cum differentijs componit, est

Discrimen inter totum actuale, & potentiale.

74. enim pars actualis, dum consideratur actu coniunctum, cum differentia in definitione, aut in speciei compositione, & vocatur etiam à quibusdam pars potentialis in quantum consideratur, non vt actu componens speciem, sed vt potest componere. Controuersia igitur nō versatur circa genus vt in se est totum actuale, cum sic non respiciat species, nec sit genus nisi quadam ratione nimis materiali, atq; adeò, nec possit prædicari de speciebus, sed solum iuxta alias considerationes totius potentialis, partis actualis, & potentialis, de quibus quærimus sub quânam earum intelligatur esse prædicabile de multis specie differentibus, vt descripsit Porphyrius.

De quo sit controuersia.

Proponuntur diuersæ opiniones.

I. senten.

IVxta has tres acceptiones generis, tres quoque reperio sententias diuersorum authorum. Prima absque distinctione partis potentialis, & actualis tenet genus prædicari de speciebus non solum vt totum, sed etiam vt partem actualem metaphysicam, quæ si-
75. mul cum differentia eam componit, prædicari autem, vt partem docet, non in abstracto significatam, quia falsa esset hæc prædicatio, homo est animalitas, sed in concreto, quo pacto ponitur in definitione, dum definitur [illegible] quū-

Cai[illegible] [illegible] Paulus [illegible]

Osa, at. vltimo huius cap. & ex modernis nonnulli, qui eam probare in primis contendunt ex doctrina Arist. 1. lib. de posteriori resolutione cap. 4. expresse docentis integram definitionem, & singulas eius partes de definito, quod est species enunciari, vt animal per se, & rationale per se de homine, & huius rei rationem reddit, nō solum eo loco, sed 5. Metaphysi. cap. 15. quia partes istæ insunt in ratione vnūquodque significante, hoc est, in definitione quidditatiua, & sunt id, ex quo substantia rei componitur, vbi illud obseruatione dignum esse censent, quod cum Aristotel. tam constanter negauerit alijs locis partem prædicari de toto, his tamen nō solum admiserit, sed regulā præscripserit prædicationum per se cuiuslibet partis definitionis, de definito, atque specie, quā componit; ex quibus efficax argumentum deducitur probans de solis partibus Physicis, ac realibus, quales sunt essentiales, & materia, & forma, aut integrantes, vt manus, & caput, negare voluisse, quod de toto enuncientur, nequaquā de partibus Metaphysicis, quales sunt genus, & differentia, de quibus prædicari potius docuit. Osa.

I. Argum. I. Senten.

Vnde primum argumentum, ad probandam suam sententiam desumunt ex differentia harum partium: nam partes Physicæ non ponuntur in definitione in recto, sed in obliquo, non enim dicimus hominem definientes esse corpus, & animam, sed constare corpore, & anima, cum tamen dicamus esse animal rationale Metaphysicæ eum definientes, & vtrāque partem in recto designantes, sequitur ergo singulas partes per se prædicari de specie, vt ponuntur in definitione, quia si homo est animal rationale, verum erit quod sit animal per se, atque etiam rationale per se, vnde enuntiabitur genus, vt pars actualis definitionis de specie. Probant secundo: quia si genus, vt pars non enunciaretur de specie, idcirco esset, quia non continet totam speciem, sed alteram partem, prædicatū vero, præsertim superius, quale est genus, continere debet, quidquid continet subiectum, sed genus vt pars continet quod est in specie, ergo vt sic acceptum de ea enunciabitur, probatur minor, quia genus non sumitur ab vna parte speciei, sed à tota entitate sub ratione determinabilis, sicut differentia sub ratione determinantis, ergo continebit genus vt pars speciei totam eius entitatem, ita quidem vt vnam partem Metaphysicæ compositi-[illegible] contineat, alteram in potentia, i. eum-

II. argum.

pe d. &

pè differentiam, quod satis est, vt tanquam pars enuncietur de specie, non enim alio modo continet totam speciem idem genus, vt totum potentiale consideratum, quam actu vnã partem, & potestate alteram, vt animal actu naturam sensitiuam, sed potestate rationalem quod satis apertum videtur.

III. & vlti. argument. Extrema ratio est, quia si genus non prædicaretur de specie, vt pars, sequerentur duo satis falsa. Primum, quod eodem modo prædicarentur genus, & species de indiuiduis, hoc est, ita complete genus sicut species, cum vtrumq; prædicetur, vt totum, & proinde complete. Secundo: quod genus, & species non cõstituant diuersa prædicabilia, probatur, nam distinctio primi, & secundi prædicabilis (vt suo loco ostendetur) non tam ab his de quibus prædicantur desumenda est, videlicet, quia genus de differentibus specie, species verò de differentibus numero, quam ex modo diuerso prędicandi complete, & incomplete, sed nequit genus incomplete prædicari, nisi prædicetur, vt pars, ergo ita necessario tenendum est.

Aliud arg. adiũgitur. His argumentis, aliud adiungere possumus non infirmum: nam in partibus etiam Physicis, ita se res habet, vt licet in abstracto non prædicentur de toto, bene inconcreto, quia & si non admittamus hominem esse materiã, vel corpus pro parte: vera tamen est hęc: homo est corporeus, aut homo est materialis, à fortiori ergo in partibus Metaphysicis admittendum erit, prędicari de toto inconcreto, quanquam non in abstracto: vera igitur erit hęc: homo est animal, per modum partis prædicatum accipiendo, quanquam non sit vera, homo est animalitas.

Secunda opinio tenens genus, vt partẽ saltẽ potentialem prædicari de specie.

II. sentent. Canteri. CAnterus ea præsenti, dubio 3. distinguit inter genus, vt partem actualem, & potentialem, negatq; sub ratione partis actualis enunciari de specie, admittit vero eandem prædicationem, si vt pars potentialis accipiatur, cuius potissimum fundamentum est

78. discrimen satis magnum apud ipsum, inter vtrumque modum partis respectu generis, nam

Fundamentum illius. cum constans sit prædicatum, præsertim superius, quale est genus, continere debet quidquid species, de qua prædicatur, continet, cum id enuncietur in prædicatione, dum dicitur hominem esse animal, necesse est animal saltem in potentia continere differentiam, *rationale*, sed genus vt pars actualis nullam dicit potentiam, ergo nec poterit continere vllo modo differentiam, cum notum sit, eam non continere actu, atque adeò, nec totum quod species, qua propter, nec de illa enunciabitur, minorem ita probat, dum genus est pars actualis contrahitur planè per vnam differentiam ad constitutionem vnius speciei, contrahi verò, non est aliud quam ad illam solam limitari, ergo contractio tollit vniuersalem ambitum genericę potestatis, & ex consequenti continentiam potestatiuam specierum, & differentiarum, & relinquit genus denudatum, & solum in pura ratione actualis partis condistinctæ ab altera, & nullo modo eam continentis. Quod exemplo animalis corroborare possumus, nam vt actu coniunctum cum rationali, non potest ad alias species se extendere, caretque vniuersalitate illa potestatiua, quam habebat vt abstractum. & solum continet præcisam naturam sensitiuam, non continentem rationalem, quia deficiente potestate eius, deficit etiam potestatiua continentia. Cæterum vt consideratur abstractum ab speciebus, & non actu componens, sed componere potens cum qualibet differentia speciem (quo pacto vocatur pars potentialis) non amittit potentiam generis, nec potestatiuam continentiam differentiarum, sed quidquid species actu continet genus ipsum continet actu & potentia, & ita verè, & propriè prædicatur de specie, vt pars potentialis, non minus, quam vt totum potentiale.

Confirmatur exemp.

79.

Communis sententia, adstruens genus neque vt partem actualem, neque vt potentialem prædicari de specie, sed solum vt totum potentiale, præfertur cæteris.

D.Tho & communis sententia vera. SAnctus Thomas in 1. libro sententiarum, distinct. 25 & opusculo de ente, & essentia, cap. 3 ait genus non prædicari, vt partem, sed vt totum, cuius verba sunt: *Si animal non esset totum, quod est homo, non prædicaretur de eo, cum nulla pars prædicetur de suo toto.* Quem sequuntur Boetius libro. de diuisionibus non longè à principio, Magist. Sot. qu. vnica, huius capitis artic. 2. imò & Caiet. qui pro prima opinio- 80.

pinione refertur, tenet expresse, genus non vt partem, sed vt totum potentiale prædicari de specie in commentarijs illius, cap. 3. eiusdem opusculi de ente, & essentia, & nouissimè P. Franc. Suarez, tom. 1. suæ Metaphysicæ disp. 15. sect. 11. n. 16. & maior modernorum pars. Quã sententiam, ego, vt longè probabiliorem semper amplexus sum.

Eam verò ex duplici capite probare contendo, primum est, conditio propria generis, vt partis Metaphysicæ, & discrimen magnum inter idem met genus sumptum vt partem, & vt totum potentiale, etiam Metaphysicum. Postremum caput erit: veritas ac proprietas prædicationis vnius de altero ex qua (nisi ego fallor) efficaciter elicitur non solum partem physicam, sed nec metaphysicam prædicari posse de suo toto, quod constituit.

I. Probationis caput huius sententiæ. Venio igitur ad primum caput, in quo illud tanquam certum statuo, quod suo loco ostendam, nempe genus non ita sumi à materia Physica, quæ est pars physici compositi, vt hæc sit principium radicale generis, tum quia si ita esset, nequiret profectò genus prædicari de specie, cum totam speciem nullo modo contineret, sed partem dumtaxat sicut materia, à qua desumitur, solam partem rei Physicæ continet, tum etiam quia in rebus materia expertibus, quales sunt Angeli, verum genus reperitur, à materia hoc modo non desumptum: (81.) sumi igitur à materia dicitur, non secundum proprietatem, sed secundum analogiam quandam, ac similitudinem in eo consistentẽ, quod licet genus sumatur à tota entitate rei (vt verè sumitur) non certè, vt iam vltima ratione perfecta, sed vt perfectibili per differentiam, vt genus animalis, à tota entitate, & natura hominis, non vt perfecta per propriam differentiam, sed vt perfectibili per differentiam rationale, ac cæteras, nam genus cõmune esse debet cunctis speciebus, vnde eodem modo in cunctis accipiendum est. Desumitur itaq; genus à tota entitate speciei; vt imperfecta ac determinabili, sicut differentia ab eadem, vt perfecta, ac determinata. Vnde sequitur genus (I. Sequela.) sensus secundum proprietatem generis significare naturam abstractam ab speciebus; & differẽtijs, hoc est sub gradu vniuersaliori, atq; imperfectiori conceptam, non conceptis gradib. specialibus differentiarum, per quos determinatur ad species, non enim posset alio modo significare naturam, vt imperfectã, & per speciales gradus perfectibilem.

Secundo sequitur, habere modum totius cuiusdam vniuersalis, quod potest esse totũ speciale, ac particulare singulatum specierum, vt animal, ita abstractũ, potest esse homo, equus, ac leo, vnde iure totum potestatiuum, vel potentiale vocatur respectu specierum. II.

Tertio, sequitur genus continere totũ quod continet species qualibet, diuersa tamen ratione, ac species. Nam hæc continet gradum genericum atque differentialem actu: genus verò solum genericum actu, differentialem verò in potentia. Diuerso tamenmodo, ac materia continet in potentia formam, nam hæc continet illam, tanquam pars materialis realiter ab ea distincta, genus verò non ita continet differentiam, sed solum quia significat totam naturam speciei sub vniuersaliori gradu, atq; adeò sub ratione determinabilis per actiorem, qui differentialis dicitur: continet igitur differentiam, tanquam totum per eam determinabile, vnde non educuntur differentiæ de potentia generis vllo modo, sed sunt quidam gradus actuales extra rationem illius per quos determinatur. III. 82.

Sequitur tandem, genus vt iam cum differentia actu coniunctum in compositione rationem totius vniuersalis amittere: quia cum sit contractum, desinit esse abstractum, & consequenter desinit esse vniuersale: & rursus cum sit actu determinatum, desinit esse determinabile: si ergo neq; vniuersale est, neque determinabile, non erit totum potentiale, sed solũ actualis pars, non perfectibilis, vt sic, sed actu perfecta, per differentiam, per quam coarctatur, & limitatur, ambitumq; suæ potestatis, quam vt abstractum, & vniuersale habebat amittit. IV. sequela.

Ex quibus efficax hoc argumentum elicio ad probandum aduersus primam sententiam, genus, vt partem actualem Metaphysicam, non posse prædicari de specie: genus, vt actualis pars, sic est actu determinatum, per vnam differentiam, vt nulla in eo potestas ad alias relinquatur, solum ergo continet gradum naturæ actualem; simul cum differentia componentem speciem, non ergo continet totum, quod est in specie actu, nec potentia, sed partẽ dumtaxat: ad veritatem autem prædicationis necesse est, prædicatum continere actu, vel saltem actu simul, & potentia, quidquid continet subiectum, vt fatentur omnes, & sensus eiusdem prædicationis ostendit, ergo genus tanquam actualis pars nequit de specie prædicari. Probatur I. sententiã nõ esse verã. 83.

dicari. Minorem ostendo quantum ad veritatem prædicationis (nam de consensu omniũ dubitat nemo) quia prædicatio enunciat, hoc esse illud, quod verum nõ est, nisi totum, quod continet subiectum, prædicatum aliquo modo contineat, alioqui ex parte illius, quo superatur, non erit illud.

Reijcitur solutio. Nec sit satis argumento, dum dicitur ab aduersarijs, genus adhuc, vt coniunctum actu, cum differentia vna, retinere potentiam ad alias, sicut materia ex eo, quod actu coniungitur vni formæ, non amittit potentiam ad alias & propterea adhuc, vt pars actualis continet totum, quod species, cum contineat differentiam in potentia, poteritque prædicari de eadem specie, hoc inquam non satisfacit argumento, quia genus non continet potestate differentias eo modo, quo materia continet formas, sed longè diuerso iam exposito, materia

84. enim ex propria conditione puta potentia est & secundum hanc potentiam, & non secundũ essentialem actum ad compositionem concurrit cum forma, de eadem eius potentia educta, quo fit, vt tanquam pars compositi formam potestate cõtineat, genus verò cum à tota entitate rei sumatur, & vt abstractum, atque vniuersale significetur, ac per modum habentis, atque etiam perfectibilis per differentias, potius quam perfecti: ex quo habet differentias in potentia. Non igitur tanquam pars, vt materia, sed vt totum potentiale, cuius potẽtia cessat prorsus, per coniunctionem, cum differentia, sicut cessat ratio totius, & solum permanet tanquam pars, vtramque enim conditionem totius, & partis sub diuersa ratione sortitur, totius quidem potentialis, vt in quantum, vniuersale abstractum ab speciebus, & perfectibile, per vlteriores gradus differentiarum concipitur, partis verò in quantum iam perfectum, atque contractum per easdem differẽtias, & ecce quamuis materia coniuncta v-

Genus sortitur rationẽ totius & partis diuersimode.

85. ni formæ potentiam non amittat, eam tamen amittit genus, ac propterea non totam speciem continet, etiam in potentia, sed partem dumtaxat actu, vt sic prorsus expoliatum potentia, quocirca nequit de specie prædicari.

Probatur II Quod secundo probari potest, quia si genus, vt coniunctum cum differentia potentiam ad alias non amitteret, posset de quauis alia specie prædicari, animal ergo, vt coniunctum cum rationali posset prædicari de leone, quod satis absurdum est, cum animal, quod est in homine specie distinctum sit ab animali, quod est in leone, & à leone ipso consequenter, ex quo planè infertur, vt partem actualem non prædicari. 86

Probat. III Quod tandem probatur ex posteriori capite, nempe ex veritate, & proprietate prædicationis, nam qui enunciat hoc esse illud, enunciat plane esse quid completum, si prædicatum completum sit, vel incompletum, si sit incompletum, vt si verum esset enunciare, homo est materia, vel homo est caput, verum quoque ex consequenti foret, quod incompletum quippiam esset, & propterea vtraque prędicatio est falsa: si ergo genus tanquam pars prædicari potest de specie, cum tanquam pars sit quid incompletum, verum erit hominem esse quid incompletum, & patet quam sit falsum, ergo falsum quoque erit, quod tanquam pars prædicetur genus de specie. Et argumentum hoc, non solum contra primam sententiam probat, sed etiam aduersus secundã, quia non minus pars potentialis rationem habet incompleti, quam actualis, imò, & duo priora, pariter aduersus vtramque militant, nã cum genus, non nisi per modum totius perfectibilis potentiam habeat respectu specierum, ac differentiarum, falsum supponit secunda opinio, quod tanquam pars potentialis eas contineat in potentia non enim differt pars actualis à potentiali, nisi quia illa actualem dicit coniunctionem cum differentia, hęc vero prius quam actu coniungatur, concipitur sed in ordine ad actualem, ac determinatam coniunctionẽ; qui ordo, non minus tollit potestatem generis, quam actualis ipsa coniunctio, cum tollat rationem totius vniuersalis, ac potentialis.

Aduersus 2. sententiã idem concluditur. 87.

Probatur vltimo falsitas vtriusque sententia. Probatur tandem falsitas vtriusque sententiæ: quia differentia quantumlibet sumatur, à tota entitate rei, sub ratione tamẽ partis actualis accepta, nequit de specie prædicari, ergo nec genus acceptum, vt pars, etiamsi accipiatur à tota rei entitate prædicabitur: necessaria est consecutio propter omnimodam similitudinem, sed antecedens sic probo, differentia sumpta; vt pars non continet totum, quod species, adhuc in potentia: sed solum vnam partem, ergo non enunciatur de ea: patet antecedens, cum non contineat genus actu, nec potentia, etenim differentia cum sit pars speciei formalis, puram habet rationem actus, & nullam potentiam, ergo nec genus potestate continebit, sicut neque continet 88.

 actu

actu cum sit gradus perfectionis ab eo diuersus.

Occurritur solutioni. Et si fortè admittens differentiam, vt partem, non continere genus vllo modo, atque adeò nec totum, quod species dixeris, non requiri ad veritatem propositionis, quod prædicatum contineat quidquid continet subiectum, sed satis esse in eo includi, nec plus quā continentiam per propositionem designari,
89. aduertas necesse est, sensum propositionis, dū sic enunciamus, homo est animal, non esse, quod homo naturam animalis contineat, sed quod animal ipsum sit, inter quos sensus magnum adeò reperies discrimen, vt si primum sufficere dixeris ad veritatem propositionis, omnes profectò, in quibus pars Physica, aut integrans enunciatur de toto, veras esse tenearis concedere, vt homo est anima, homo est materia, atque etiam homo est caput, quod patet, quam sit absurdum apud omnes: nec minus clarè patet veras esse debere, cum totum quodlibet, suam partem contineat essentialiter, & pars quælibet includatur in suo toto, plus ergo quam continentia importatur, dum dicimus hoc esse illud, nempe esse, quidquid illud est, vno, aut alio modo, nam qui enunciat hominem esse animal, hunc profectò efficit sensum, nempe habens naturam sensitiuam, est ipsum, quod est humanitatem habens, non est autem humanitatem habens, quod nullo modo habet rationalitatem, cum vtroque humanitas constet: cum ergo iste sit posterior sensus iuxta quem probatum est, nec differentiam,
90. nec genus enunciari posse de specie, vt partes, sequitur falsam esse vtramlibet sententiam, id affirmantem: & vtriusque deceptio in eo planè consistit, quod diuersam putat esse rationem, quantum ad veritatem propositionis, inter Physicas partes, & Metaphysicas, cum eadem prorsus sit, licet non sit adeò clara in his atque in illis, cum illæ sint diuersæ entitates, istæ verò non nisi diuersi conceptus obiectiui, reales quidem, sed eiusdem rei, ac propterea sola ratione distincti, in quibus ob minorem distinctionem non est ita manifesta falsitas prædicationis, nihilominus incompleta ratio partis, non potentis claudere, vllo modo, quidquid continet totum, efficaciter satis eam probat: solum superest argumenta in oppositum soluere.

Dissoluuntur argumenta primæ opinionis.

Testimonium Aristotelis (vt argumenta diluere incipiamus) nihil aduersus nostram sententiam continet, nam dum vtramque partem definitionis prædicari per se de definito docet, id planè intelligit sub forma, & modo ad prædicationem requisito, totius nempè potentialis, vel actualis, cum sub modo partium prædicari repugnet, & hoc certè ad institutum Aristotelis nihil referebat, si quidem, eo loco intendebat, prædicationem ex quacunque parte definitionis, aut ex integra definitione, ac definito conflatam, primum modum perseitatis continere, quod eodem modo verum est, siue per modum partium, vel totius prædicentur, ergo ex tali regula non magis vnum, quam alterum deducere licebit, & in eodem sensu accipiendum est, testimonium ex Metaphysica allatum, vbi solum pro ratione talium prædicationum attulit, quod partes definitionis insunt quidditatiue definito, prædicationis modum iuxta proprias regulas iudicandum relinquens, quare absque fundamento elicere conantur aduersarij ex his locis Aristotelem de partibus Metaphysicis concessisse, quod vt tales prædicentur de toto, cum id expresse negauerit de partibus Physicis, atque integrantibus, alijs locis, neque enim modum prædicādi omnino tetigit, quare standum est decisioni vniuersali toties ab eo repetitæ, quòd partes non prædicentur de toto ob rationem incompletam, quæ cum nō minus in Metaphysicis, quam in cæteris locū habeat, nullam de illis exceptionem fecisse credendum est.

Ad testim. Aristot. 91. Explicatur II. testim. 92.

Ad I. argu. Primum argumentum modo tantum loquendi innititur, obijciens partes Metaphysicæ definitionis in recto designari, Physicas verò non nisi in obliquo, ex quo illas sub forma partium enunciari intulit, has verò minimè. Cui respondemus breuiter: partes quoque Physicas posse in recto designari, non solum verè, sed propriè, vt si dicamus, homo est corpus, & anima vnita, nihilominus in obliquo solent designari ob realem distinctionem, quam à toto habet quælibet, & omnes etiam simul, si simpliciter, hoc est absque vnione accipiantur, Metaphysicę, verò ob realem idētitatem, quam habent cum toto, & inter se se, designantur in recto, & ambæ simul, pro vt
93. definitionem componunt, enunciātur de definito: quia rationem totius complexi habent, sed quælibet per se non enunciatur sub forma ac modo partis, sed totius potentialis, vt expositum est.

Ad

Ad II. arg. Ad secundum dicimus: modum prædicandi,& veritatem prædicationis non esse exponendam ex eo, à quo res desumitur, sed ex eo, quod proximè, & formaliter significat, atque etiam ex modo, quo concipitur, & significatur, & cum genus conceptum, & significatum per modum partis, partem dumtaxat speciei significet, & nullo modo speciem integram, nequit de ea prædicari, modum habens planè incompletum quantumlibet à tota eius entitate accipiatur, quemadmodum differentia, etiam à tota entitate desumpta, quia solam partem significat, & nullo modo totum non prædicatur vt pars.

Ad III. arg. Tertium argumentum, hac distinctione soluendum est, prædicatio ex duobus pensari potest, & ex parte eius, quod prædicatur, & ex modo quo prædicatur: vt dum dicimus homo est animal, possumus prædicatum considerare ex parte naturæ sensitiuæ, quam enunciat,

94 & ex parte modi, quo eam significat, atque enunciat, videlicet per modum totius, aut partis, & prædicatio generis, ex vtroque censetur diuersa à prædicatione speciei, ex primo quidem, quia solum enunciat genus partem speciei, ex quo vocatur prædicatio eius incompleta, species verò enūciat totam essentiam, & propterea complete prædicari dicimus, at ex parte modi prædicandi, vtrumque prædicatur tanquam totum, diuersa tamen ratione, nam species per modum totius actualis, atque perfecti, genus per modū totius potentialis, atque adeò imperfecti, ex qua etiam parte quēadmodum incompleta vocari pōtest prædicatio generis, quia quod ex se tanquam perfectibile designatur, quodammodo incompletum est, præsertim comparatione totius perfecti, quale est species, ex quibus satis liquet, modum prædicandi generis non esse sic incompletum, vt tanquā pars prædicetur, quin potius modus hic prædicādi incompletus, impossibilis reputandus est.

Vltimum argumentum attendere debuit magnum discrimen inter partem substātiuo, & adiectiuo nomine designatam: quod illa modum partis retinet, hæc vero modum totius, vt in præfatis exemplis cernimus, nam materiale, vel aureum, materiam, vel aurum si-

95 gnificant per modum habentis, idem namque est materiale, quod habens materiam, & aureum, quod habens aurum, habens autem tanquam totū designatur, & ratio huius est, quia adiectiuum nomen significat rem, vt adiacētem, atque adeò, vt ab alio habetur, substantiuum vero significat rem, vt per se stantem, sicut vere per se stat, & ideò secundum eundem modum essendi, quem habet, vnde si sit pars per modum partis, & si totū per modum totius, vnde fit, vt cū animalitas, quę vere pars est hominis, aut forma animalis, vt talis significetur nomine substantiuo, necesse sit prædicari de toto, vt vniuersaliter verum sit, nullam partem prædicari, vt talem de suo toto, sed si quando prædicari cōtingit, per modum totius enuncietur.

Argumentum denique secundæ opinionis nihil efficit, quia discrimen illud inter partem potentialem, & actualem nihil refert, cum pars potentialis, etiam cum ordine actuali ad determinatam differentiam consideretur, licet nondum ei coniuncta, sufficit autem talis ordo, vt nullam possit habere potentiam ad reliquas differentias, sed ad illam quam respicit prorsus sit coarctata, quam constat, neque in potentia continere.

QVAESTIO SEXTA.

An modus prædicādi in quid prædicabile generis separet à differentia.

Differentiam prædicari in quid ex Aristotele, & ratione probatur.

CAETERIS huius descriptionis particulis examinatis: postrema superest proprium modum prædicandi generis continens exactè; per quem primum prædicabile à tribus posterioribus differentia, proprio, & accidenti distinguit Porphyrius: & quanquam sub dubium cadere non posit distinctio generis à proprio, & accidenti, per modum prædicandi in quid, cum notum sit eiusmodi duo vltima prædicabilia esse rei accidentia, ideoque non in quid, sed in quale de suis inferioribus enunciari, non est tamen de tertio prædicabili differentiæ vsquequaque certum. Nam cū differentia sit pars speciei essentialis, non minus quam genus, eundem modum prædicandi in quid sibi vendicare videtur, non erit igitur genus ab ea distinctum, hac posteriori particula definitionis, & iste est præsentis cōtrouersiæ 96.

Status quæstionis. ueritæ status, cuius affirmatiuam partem, nempè differentiam in quid prædicari, expressam esse apud Arist. in primis ostēdo ex lib. 1. post. text. 21. in fine: vbi vtramque definitionis

Affirmatiua pars probatur ex Arist. partem, genus videlicet ac differentiam in quid prædicari constituit: sed expressius eandem protulit sententiam 7. libro Topicorum. cap. 2 in explicatione loci. 3. his verbis: *Eorum, quæ sunt in assignata ratione, hoc quidem genus, illud autem differentia, & in eo quod quid est genus, & differentia prædicantur.* Et probatur hisce argumentis.

I. ratio. Primo, genus ideò prædicatur in quid de specie, quia essentiæ illius, vel quidditatis partē continet, sed nō minus differentia partē essentialem enūciat, dum de specie prædicatur, eundem igitur modū prædicandi in quid habebit. Nec discrimen in modo prædicandi sic à pluribus assignatum satisfacit argumento, differentiam partem quidem essentiæ enūciare de specie, sed per modum formæ, atque adeò ad similitudinem qualitatis, genus verò per modum substantiæ, etenim prædicatum quodcunque comparatione subiecti modum formæ sortitur, est autem genus prædicatum speciei, igitur de ea enunciatur secundum formæ modum, & id circo, vel in quale ex hac parte prædicabitur, vt differentia, vel si hęc ratio non sufficit, vt in quale prædicari dicatur, nec satis erit differentiam per modum formæ enunciari, vt eo modo prædicetur à genere distincto.

II. ratio. Secundo, modus prædicandi sequitur modum essendi, nam ab eo, quod res est, vel non est, vera aut falsa enunciatio dicitur, vt ex doctrina Arist. superius attulimus, sed differentia habet modum essendi perfectiorem comparatione generis, si quidem inter partes speciei essentiales similitudinem formæ, & actus tenet, genus vero tanquam totum potentiale materiæ simile est, ergo perfectior modus prędicandi differentiæ debetur, qualis est prædicari in quid propter similitudinem substan-

99 tiæ.

Vltimo: differentia subalterna prædicatur de vltimis prædicatione essentiali, dum sic enunciantes dicimus, rationale est sensibile, & tamen non in quale, cum vna differentia non sit alterius forma, ergo prædicatur in quid, quemadmodum genus, & id circo non erit à differentijs subalternis distinctum per finalem suæ definitionis particulam. Et certè, si completam definitionē inspiciamus, inueniemus in quid prædicari de specie, nam per contanti quid sit homo? propriissimè respondemus esse animal rationale: eundem igitur prædicandi modum quamlibet eius partem habere existimandum est, & ideò non erunt ratione illius distincta prædicabilia, genus, & differentia. Neque patrono hæc sententia destituta est Nam Laurentius Valla lib. 10. quæstionum Dialecticarum cap. 28. eam tuetur affirmans in quid etiam prædicari differētiam, & propterea immerito fuisse à Porphyrio, per eam definitionis particulam genus à differentia distinctum.

Exactè genus à differentia separatur per particulam in quid.

Iure tamē à Porphyrio separatum fuisse genus non solum à proprio, & accidenti, sed à differētia per particulam in quid, veritas est in doctrina Aristot. fundata à Diu. Thom. cæterisque vtriusque Philosophi interpretibus recepta, atque magni ponderis rationibus fulcita, & in primis Aristotel. 4. topicorum capite 6. in explicatione loci 81. genus à differentia ijs verbis distinguit. *Separandum est genus à differentia primum quidem, quoniam genus de pluribus, quam differentia, deinde quoniam secundum eius quod quid est assignationem, magis cōuenit genus quam differentiam dicere, nam qui animal dicit hominem, magis indicat quid est homo, quam qui gressibile, & quoniam differentia quidem qualitatem generis semper significat, genus autem differentiæ non, nam qui dicit gressibile, quiddam animal dicit, qui vero animal dicit, non dicit quale quiddam gressibile, differentia igitur à genere sic separanda.* Hæc Aristot. ex quibus merito Porphyrius particulam in quid huius definitionis accepit, ac per eam genus esse à differentia distinctum cōstituit: quem modum distinguendi approbat D. Thom. opuscul. 58. tractatu 1. capite 4. & cum eo vniuersa Dialecticorum schola in expositione huius capitis, ex præfatis autem verbis Aristo. duplicem rationem extrahit D. Thom. quibus eadem veritas efficaciter confirmatur, à priori vnam, à posteriori alteram.

Approbatur sētentia Porphyrii, simulq; cōfirmatur ex Arist. 100

Prior est, genus & species prædicantur de suis inferioribus per modum substantiæ, hoc est per se stantis, cuius illud est euidens signū, quod nominibus substantiuis significantur, vt homo, animal, sed substantia rei est eius quid- 101

quidditas, igitur in quid prædicantur hæc duo prædicabilia, differentia verò enunciatur de specie, aut de indiuiduis secũdum formam, cuius non est per se stare, considerata ratione formæ, sed alteri inesse (rationalis namque anima propter specialem rationem suæ perfectionis subsistens est, non propter communem formæ, alias quæcunque forma subsistens esset) vnde sequitur prædicari differentiam secundum modum inhærentis, seu informantis, atque adeo modificantis, ac determinantis aliud, qui qualitatis proprius est, ideò non in quid quemadmodum genus, sed in quale, nec tamen accidentale, cum essentialis sit speciei pars, sed in quale essentiale, & hoc est in quale quid. Hanc autem rationem D. Tho. sic explico, atq; confirmo.

Prædicta ratio alia confirmatur.

Ad Dialecticam res pertinent in quantum vocibus significantur, & conceptibus apprehenduntur ab intellectu, iuxta modum igitur, quo significantur, & concipiuntur, attribuitur eis, vnus vel alius modus prædicandi, sed ita se

102\. res habet, vt quanquam differentia partem essentiæ importet, & verè sit substantialis pars speciei, concipitur tamen tanquam forma determinans potentiam generis ad constitutionem speciei, quẽmadmodum qualitas per modum determinantis subiectum, referentisque ad proprium prædicamentum: ideo non substantiuo nomine, sed adiectiuo significatur, & ex vtroque sequitur modum prædicandi qualitati similem, & debitum esse, sed qui tanquam intrinseca forma concipitur, & significatur in quale quid prædicabilis esse profertur.

II. ratio à posteriori.

Secũda ratio à posteriori in priori fundatur, quam etiam Arist. 1. topicorum capit. 4. & Porphyrius c. præsenti tetigerunt: communis modus interrogandi, ac respondendi de re a-

103\. liqua similem modum concipiendi, & significandi eam ostendit, sed quæstioni de quidditate rei propositę assignatione generis non differentiæ: de qualitate verò, differentiæ assignatione, non generis, satis factum esse, censemus. Vt si percontetur quispiam, quis nam homo sit? satisfecisse omnes arbitrantur respondentes esse animal, si verò quale sit animal, proferentes esse rationale, ergo secundum modum concipiendi genus in quid prædicatur, differentia vero in quale quid.

Ad explicationem Aristotelis notandum.

Ad explica-

CAEterum vt diuersa loca Aristotelis,

quæ sibi inuicem aduersa videntur, in concordiam redigamus, adnotare oportet, duo esse consideranda in prædicatione ex parte prædicati, in primis res ipsa, quæ prædicatur de subiecto, & insuper modus ipse illam concipiendi, & significandi, secundum quem subiecto attribuitur; & quidem consideratio prior materialis est, quæ speciem prædicationi non confert, formalis posterior, à qua species accipitur. Quam doctrinam si prædicationi differentiæ de propria specie accõmodemus,

tione testimoniorum Arist. notabile.

reperiemus ex parte rei significatæ quidditatiuum esse prædicatum, quia res ipsa quam differentia significat, pars est specificæ quidditatis: si autem modum significandi, & se haben- 104

di in ordine ac speciem, propter maximam accidentalis formæ similitudinem à quidditatiuæ prædicationis dignitate degenerat, & in quale merito appellatur, non nudo sed particula, quid, vestito, propter illam differentiæ excellentiam, quæ licet sit forma, substantialis tamen, non accidentalis est.

Ex quibus, vtriusque loci Aristotel. sensus liquido constat, nam in priori, genus & differentias tanquam partes specificæ definitionis inspiciens, & rem potius significatam, secundum quam speciei quidditatem componunt, quam modum significationis, vel comparationis ad subiectum attendens, vtrumque prædicatum quidditatiuum vocat. Sed posteriori loco, vbi modos prædicandi distinguere oportebat, propter locorum diuersitatem, ex quibus argumenta eruenda sunt, proprium vtriusque prædicabilis modum ostendens, genus à differentia separat, modo prædicandi in quid, & in quale, primum generi tribuens, differentiæ postremum, & absoluta consideratione sic loquendum est. quem sensum Porphyrius tanquam proprium, & formalem in definitione generis tenuit: in quo autem sen-

su docuerit Aristoteles capite de substantia in prædicamentis, secundas substantias significare, quale quid, dicemus in eiusdem prædicamenti commentarijs, Non enim id eis attribuit, quia modum formæ proprium sortiantur, sicut differentia, sed communem, ac propterea improprium, quia prędicata sunt superiorum & inferiorum, & prædicatum communem rationem formæ habet. 105.

Satis fit argumentis supra positis.

Ad prim. sũ argum.

PRiori autem argumento occurrimus, negantes genus ideò prædicari in quid, quia partem

63. rentiæ est, ac demum conceptum siue gradum vtriusque naturæ considerans intellectus, simulque coniungens completam speciem Metaphysicam componit. Hæc autem doctrina veritatem desideratam ostendit: nam si diuersorum eiusdem naturæ graduum conceptus sunt genus, & differentia, consequens fit, neutrum alterum actu includere, quemadmodum in compositione reali Physica, neque corpus animam, neque è diuerso anima ipsa corpus includit: veruntamen, quia conceptus generis gradum illius naturæ continet, quæ per vlteriorem gradum perficitur, contrahibile est per conceptum differentiæ ad constitutionē perfectæ naturæ, quæ species appellatur, & hoc est potestatem generis speciem differentiamque comprehendere, neque alius continentiæ modus possibilis est.

II. notabil.
64. Secundo obseruandum est, vt plenius explicata veritas percipiatur, geminam habere cōsiderationem animal, & quodcunq; aliud genus: nam vel accipitur per modum partis speciem componentis, in quantum gradum viuentis sensibilis importat, à gradu rationali, cæterisque eiusdem generis differentialibus præcisum, atque condistinctum, & secundum modum totius, non quidem actualis (sola enim species totius actualis rationem habet) sed potentialis, hoc est à suis inferioribus abstracti, contrahibilis, seu determinabilis per differentias ad constitutionem specierum: & quidem sub consideratione priori absque controuersia est species, & differentias non claudere vllo modo, cum vna pars, neque partem aliam, cum qua totum constituit, sed neque totam ipsum constitutum claudere possit: sub

65. posteriori verò, cum potentiale sit totum, non actuale ex differentijs, vel speciebus compositum, eas dumtaxat claudit, tanquam totum potestatiuum, sub cuius ambitu comprehenduntur, in quantum contrahibile cum sit differentijs, species constituere potest, quod non est aliud, quam suæ potestatis partes esse. In eo igitur oppositæ sententiæ authores decepti sunt, nobiscum enim statuentes animal naturam sensitiuam per modum totius importare, intulerunt species, & differentias actu claudere, ea ratione ducti, quia habens naturam sensitiuam, non est nisi homo, vel equus, seu alia quæuis species animalis, & id quidem re ipsa verum est, cum animal extra suas existens species non detur, bene tamen in consideratione intellectus, per quam ab eis abstractum consideratur, in qua consideratione habens naturam sensitiuam, vt sic non est homo, neque leo actu, sed potestate tantum, in quantum per vtriusque differentiam determinabile est.

Argumentorum solutiones.

Quibus explicatis facilè est eorum rationes diluere, & vtrumque in primis testimonium Aristotel. secundum germanum sensum expositum reperio apud Sanctū Thomam in commentarijs Physicis, primum quidem 2. Physic. lect. 8. vbi illud esse discriminis inter vnitatem genericam, & specificam ait, quod hæc fundatur in vnitate specifica Physicæ formæ, generica verò non habet fundamentum tale, sed quæ diuersæ speciei sunt diuersam formam specificam habent, à quibus intellectus abstrahit vnitatem genericam, non considerata diuersitate, sed tantum gradu, in quo abstractis differentijs conuenire possunt. Vtriusque autem vnitatis exemplum in animali, & homine accipere possumus: etenim singulares homines rationalem animā communem habent, à qua tanquam à radice oritur communis ratio hominis ab intellectu abstracta, speciesque denominata, equi autem & leonis non est communis aliqua, vel eiusdem speciei forma, à qua genericam conuenientiam sumere intellectus possit, sed diuersis constituūtur formis, & solum intellectus cōmunem conceptum generis accipiens facit gradum superiorem, in quo, abstractis differētijs conueniunt. Ad testimonia Arist. respōdetur. 66. 67.

Quibus constitutis ait D. Thomas, sensus verborum Arist. satis perspicuus est, qui multa atque diuersa esse sub genere, quæ apparent æquiuoca, docet propter Physicam considerationem specierum: cæterum æquiuoca non esse propter vnitatem logicam abstractione intellectus constitutam, quæ ideò genus à ratione differentiarum secundum rationem actualem extrahit eas intra ambitum suæ potestatis relinquens, in quantum ab eisdem determinabile consideratur, pro specierum constitutione. Eundem esse sensum posterioris loci testatur Diuus Thomas primo Physicor. lectione prima de toto potentiali, cuius potestatiuæ partes appellantur species, 69.

in

in quantum differentijs modificatum eas constituere valet.

Illud autem, quod ipse D. Thomas docet, tantundem genus continere, ac species, de quibus prædicatur, ne tanquam partem, prædicabilem esse admittamus, verum est, eo tamen sensu accipiendum, vt id totum, quod species actu continet, genus ipsum iuxta propriam conditionem amplectatur. Quemadmodum ergo est speciei conditio, cum sit totum actuale, partes suæ compositionis actu claudere, simili ratione genus, cum totum sit potentiale, actu simul, & potentia spe-
70 cies, ac differentias continet, eam quidem speciei partem, in qua consistit propria natura, actu, quia secundum illam de specie enunciatur, differentiam vero, per quam contrahibile est potestate tantum: atque adeò speciem completam actu simul, & potestate, vt animal, si de eo sit sermo, naturam sensitiuam, quam de homine in hac prædicatione, homo est animal, enunciat, actu continet, rationalem verò, quæ ipsum ad hominis constitutionem contrahere potest, non nisi in potentia.

Ad I. arg.

Primum autem argumentum soluimus, negantes in solo expressionis modo discrimen esse constitutum à D. Thoma inter genus ex vna parte respectu differentiarum, ac specierum, atque inter speciem comparatione generis, & differentiæ ex altera; sed certe in modo etiam claudendi vtrasque partes, actuali, vel potestatiuo: nusquam enim admissum est apud D. Thom. genus actu etiam confuso eas includere, sed solum potestate, vt expressa eius testimonia à nobis relata ostendunt, cum tamen de specie notum sit apud ipsum, & cæteros.

Ad postremum arg.

Ad formam demum posterioris argumenti hoc modo respondendum est, genus prædicatur de specie tanquam totum, ita est, non tamen tanquam totum actuale ex differē-
71 tijs atq; speciebus compositum, sed vt totum potestatiuum, qua propter non bene infertur; ergo prædicatur tanquam pars, sed partem quidem de specie enunciat, non per modum partis, sed totius potentialis: vt in hac prædicatione, homo est animal, perspici potest, in qua naturam sensitiuam enunciat animal de homine, non modo partis, sed totius, hoc est, in concreto, & per modum habentis significatam, cuius talis est sensus, homo est naturam sensitiuam habens, & iuxta illum verissima

est, atque essentialis, ad primum prædicabile spectans. Cæterum de modo prædicandi generis de specie videlicet totius vel partis copiosior redibit sermo. q seq.

Dubium incidens.

In quo genere causæ genus species, & differentias complectatur.

Sed rebus iam compositis, circa potestatiuam generis continentiam, merito quispiam in dubium vocare poterit, in quo genere causæ species, & differentias complectatur, an videlicet vt efficiens causa, sua virtute, & eminentia eos continet effectus, quos producere valet: vel certe tanquam finis, cuius gratia differentiæ, genus ipsum contrahentes species constituunt: aut tanquam forma supe-
rior inferiores claudit, vt anima rationalis sen- 27.
sitiuam, atque vegetatiuam, vel denique secũdum materiæ similitudinem, sub cuius potentia, vniuersæ formæ quæ extrahi ab ea possunt, latitare dicuntur.

Authores. D.Thom. Alb.M.P. Tolet.

Respondetur communem esse consensum omnium fere Doctorum, quos in fauorem nostræ sentẽtiæ retulimus, præsertim Diu. Thom. Alberti Magni, Mag. Sot. Mercati, & Cardinalis Toleti in genere causæ materialis contentas esse species, & differentias sub potestate generis: & ita sentiendum est, propter maximam generis similitudinem cum materia: nam quemadmodum materia vniuersale formarum omnium susceptiuum est, quibus copulata varias rerum species, intra ordinem Physicum, ac naturalem constituit, eadem si multitudine genus susceptiuum est differentiarum, quibus coniunctum diuersas rerum species sub Metaphysico ordine componit, extrahuntur autem de potentia generis differentiæ, virtute intellectus ex vtriusque coniunctione speciem componentis. In quo autem sensu ac-
cipiendum sit vulgatum illud in schola Dialec- 73.
ticorum, genus desumitur à materia, & differentia à forma, cap. de differentia explicandum est.

QVAESTIO QVINTA.

Vtrùm genus enuntietur tanquam totum de specie, vel etiam vt pars illius.

Aperitur quæstionis sensus.

Præsup-

Quid præsupponat, quæstio.

PRæsupponit titulus quæstionis id, quod à nemine negatur, videlicet genus, rationem totius & partis habere, & vtramq; cõditionem habet dupliciter: nam si subalternum sit genus, & totum est actuale in se, cum sit natura completa ex genere, & differentia composita, vt animal ex natura viuentis, & differentia sensibilis: & totum etiam potentiale in quantum à singulis abstractum speciebus potest ad singulas quoq; determinari, sed magnum est discrimen inter rationem hanc totius potentialis, & illam totius actualis, quod hanc habet genus respectu specierum, nequaquam illam, sed solum vt consideratur natura quædam completa ex genere, & differentia, propterea sub consideratione hac non genus, sed metaphysica species, & subalterna vocatur sub illa verò propriè genus est, ad speciesque per differentias contrahitur. Rationem quoq; partis dupliciter habet, sed vtramq; in ordine ad species, quas cum differentijs componit, est enim pars actualis, dum consideratur actu coniunctum, cum differentia in definitione, aut in speciei compositione, & vocatur etiam à quibusdam pars potentialis in quantum consideratur, non vt actu componens speciem, sed vt potest componere. Controuersia igitur nõ versatur circa genus vt in se est totum actuale, cum sic non respiciat species, nec sit genus nisi quadam ratione nimis materiali, atq; adeò, nec possit prædicari de speciebus, sed solum iuxta alias considerationes totius potentialis, partis actualis, & potentialis, de quibus quærimus sub quanam earum intelligatur esse prædicabile de multis specie differentibus, vt descripsit Porphyrius.

Discrimen inter totum actuale, & potentiale.

74.

De quo sit controuersia.

Proponuntur diuersæ opiniones.

I. senten.

IVxta has tres acceptiones generis, tres quoque reperio sententias diuersorum authorum. Prima absque distinctione partis potentialis, & actualis tenet genus prædicari de speciebus non solum vt totum, sed etiam vt partem actualem metaphysicam, quæ simul cum differentia eam componit, prædicari autem, vt partem docet, non in abstracto significatam, quia falsa esset hæc prædicatio, homo est animalitas, sed in concreto, quo pacto ponitur in definitione, dum definitur homo, quod sit animal rationale. Hanc sequuntur sententiam Caietan. cap. præsenti, Paulus Venetus ad calcem capitis de specie Magist.

75.

Caietan.
Paul. Ven.

Ost. Ost. at. vltimo huius cap. & ex modernis nonnulli, qui eam probare in primis contendunt ex doctrina Arist. 1. lib. de posteriori resolutione cap. 4. expresse docentis integram definitionem, & singulas eius partes de definito, quod est species enunciari, vt animal per se, & rationale per se de homine, & huius rei rationem reddit, nõ solum eo loco, sed 5. Metaphysi. cap. 15. quia partes istæ insunt in ratione vniuscuiusque significante, hoc est, in definitione quidditatiua, & sunt id, ex quo substantia rei componitur, vbi illud obseruatione dignum esse censent, quod cum Aristotel. tam constanter negauerit alijs locis partem prædicari de toto, his tamen nõ solum admiserit, sed regulã præscripserit prædicationum per se cuiuslibet partis definitionis, de definito, atque specie, quã componit; ex quibus efficax argumentum deducitur probans de solis partibus Physicis, ac realibus, quales sunt essentiales, & materia, & forma, aut integrantes, vt manus, & caput, negare voluisse, quod de toto enuncientur, nequaquã de partibus Metaphysicis, quales sunt genus, & differentia, de quibus prædicari potius docuit.

I. Argum.
I. Senten.

Vnde primum argumentum, ad probandam suam sententiam desumunt ex differentia harum partium: nam partes Physicæ non ponuntur in definitione in recto, sed in obliquo, non enim dicimus hominem definientes esse corpus, & animam, sed constare corpore, & anima, cum tamen dicamus esse animal rationale Metaphysicæ eum definientes, & vtrãque partem in recto designantes, sequitur ergo singulas partes per se prædicari de specie, vt ponuntur in definitione, quia si homo est animal rationale, verum erit quod sit animal per se, atque etiam rationale per se, vnde enunciabitur genus, vt pars actualis definitionis de specie. Probant secundo: quia si genus, vt pars non enunciaretur de specie, ideirco esset, quia non continet totam speciem, sed alteram partem, prædicatũ vero, præsertim superius, quale est genus, continere debet, quidquid continet subiectum, sed genus vt pars continet quod est in specie, ergo vt sic acceptum de ea enunciabitur, probatur minor, quia genus non sumitur ab vna parte speciei, sed à tota entitate sub ratione determinabilis, sicut differentia sub ratione determinantis, ergo continebit genus vt pars speciei totam eius entitatem, ita quidem vt vnam partem Metaphysicæ compositionis actu contineat, alteram in potentia, nempe d.s.

II. argum.

pè differentiam, quod satis est, vt tanquam pars enuncietur de specie, non enim alio modo continet totam speciem idem genus, vt totum potentiale consideratum, quam actu vnā partem, & potestate alteram; vt animal actu naturam sensitiuam, sed potestate rationalem quod satis apertum videtur.

III. & vlti. argument. Extrema ratio est, quia si genus non prædicaretur de specie, vt pars, sequerentur duo satis falsa. Primum, quod eodem modo prædicarentur genus, & species de indiuiduis, hoc est, ita complete genus sicut species, cum vtrumq; prædicetur, vt totum, & proinde complete. Secundo: quod genus, & species non cōstituant diuersa prædicabilia, probatur, nam distinctio primi, & secundi prædicabilis (vt suo loco ostendetur) non tam ab his de quibus prædicantur desumenda est, videlicet, quia genus de differentibus specie, species verò de differentibus numero, quam ex modo diuerso prędicandi complete, & incomplete, sed nequit genus incomplete prædicari, nisi prædicetur, vt pars, ergo ita necessario tenendum est.

Aliud arg. adiūgitur. His argumentis, aliud adiungere possumus non infirmum: nam in partibus etiam Physicis, ita se res habet, vt licet in abstracto non prædicentur de toto, bene in concreto, quia & si non admittamus hominem esse materiā, vel corpus pro parte: vera tamen est hęc: homo est corporeus, aut homo est materialis, à fortiori ergo in partibus Metaphysicis admittendum erit, prędicari de toto in concreto, quanquam non in abstracto: vera igitur erit hęc: homo est animal, per modum partis prædicatum accipiendo, quanquam non sit vera, homo est animalitas.

Secunda opinio tenens genus, vt partē saltē potentialem prædicari de specie.

II. sentent. Canteri. Canterus ea præsenti, dubio 3. distinguit inter genus, vt partem actualem, & potentialem, negatq; sub ratione partis actualis enunciari de specie, admittit vero eandem prædicationem, si vt pars potentialis accipiatur, cuius potissimum fundamentum est

78. discrimen satis magnum apud ipsum, inter vtrumque modum partis respectu generis, nam

Fundamentum illius. cum constans sit prædicatum, præsertim superius, quale est genus, continere debet quidquid species, de qua prædicatur, continet, cum id enuncietur in prædicatione, dum dicitur hominem esse animal, necesse est animal saltem in potentia continere differentiam, *rationale*, sed genus vt pars actualis nullam dicit potentiam, ergo nec poterit continere vllo modo differentiam, cum notum sit, eam non continere actu, atque adeò, nec totum quod species, qua propter, nec de illa enunciabitur, minorem ita probat, dum genus est pars actualis contrahitur planè per vnam differentiam ad constitutionem vnius speciei, contrahi verò, non est aliud quam ad illam solam limitari, ergo contractio tollit vniuersalem ambitum genericę potestatis, & ex consequenti continentiam potestatiuam specierum, & differentiarum, & relinquit genus denudatum, & solum in pura ratione actualis partis condistinctæ ab altera, & nullo modo eam continentis. Quod exemplo animalis corroborare possumus, nam vt actu coniunctum cum rationali, non potest ad alias species se extendere, caretque vniuersalitate illa potestatiua, quam habebat vt abstractum, & solum continet præcisam naturam sensitiuam, non continentem rationalem, quia deficiente potestate eius, deficit etiam potestatiua continentia. Cæterum vt consideratur abstractum ab speciebus, & non actu componens, sed componere potens cum qualibet differentia speciem (quo pacto vocatur pars potentialis) non amittit potentiam generis, nec potestatiuam continentiam differentiarum, sed quidquid species actu continet genus ipsum continet actu & potentia, & ita verè, & propriè prædicatur de specie, vt pars potentialis, non minus, quam vt totum potentiale.

Confirmatur exemp.

79.

Communis sententia, adstruens genus neque vt partem actualem, neque vt potentialem prædicari de specie, sed solum vt totum potentiale, præfertur cæteris.

Sanctus Thomas in 1. libro sententiarum, distinct. 25 & opusculo de ente, & essentia, cap. 3 ait genus non prædicari, vt partem, sed vt totum, cuius verba sunt: *Si animal non esset totum, quod est homo, non prædicaretur de eo, cum nulla pars prædicetur de suo toto.* Quem sequuntur Boetius libro. de diuisionibus non longè à principio, Magist. Sot. qu. vnica, huius capitis artic. 2. imò & Caiet. qui pro prima opinio-

D.Tho & communis sententia vera.

80.

pinione refertur, tenet expresse, genus non vt partem, sed vt totum potentiale prædicari de specie in commentarijs illius, cap. 3. eiusdem opusculi de ente, & essentia, & nouissimè P. Franc. Suarez. tom. 1. suæ Metaphysicæ disp. 15. sect. 11. n. 16. & maior modernorum pars. Quã sententiam, ego, vt longè probabiliorem semper amplexus sum.

Eam verò ex duplici capite probare contendo, primum est, conditio propria generis, vt partis Metaphysicæ, & discrimen magnum inter idem met genus sumptum vt partem, & vt totum potentiale, etiam Metaphysicum. Postremum caput erit: veritas ac proprietas prædicationis vnius de altero ex qua (nisi ego fallor) efficaciter elicitur non solum partem physicam, sed nec metaphysicam prædicari posse de suo toto, quod constituit.

I. Probationis caput huius sententiæ. Venio igitur ad primum caput, in quo illud tanquam certum statuo, quod suo loco ostendam, nempe genus non ita sumi à materia Physica, quæ est pars physici compositi, vt hoc sit principium radicale generis, tum quia si ita esset, nequiret profectò genus prædicari de specie, cum totam speciem nullo modo contineret, sed partem dumtaxat sicut materia, à qua desumitur, solam partem rei Physicæ continet, tum etiam quia in rebus materia expertibus, quales sunt Angeli, verum genus reperitur, à materia hoc modo non desumptum: 81. sumi igitur à materia dicitur, non secundum proprietatem, sed secundum analogiam quãdam, ac similitudinem in eo consistentẽ, quod licet genus sumatur à tota entitate rei (vt verè sumitur) non certè, vt iam vltima ratione perfecta, sed vt perfectibili per differentiam, vt genus animalis, à tota entitate, & natura hominis, non vt perfecta per propriam differentiam, sed vt perfectibili per differentiam rationale, ac cæteras, nam genus cõmune esse debet cunctis speciebus, vnde eodem modo in cunctis accipiendum est. Desumitur itaq; genus à tota entitate speciei; vt imperfecta ac determinabili, sicut differentia ab eadem, vt perfecta, ac determinata. Vnde sequitur genus I. Sequela. seu nus secundum proprietatem generis significare naturam abstractam ab speciebus; & differẽtijs, hoc est sub gradu vniuersaliori, atq; imperfectiori conceptam, non conceptis gradib. specialibus differentiarum, per quos determinatur ad species, non enim posset alio modo significare naturam, vt imperfectã, & per speciales gradus perfectibilem.

Secundo sequitur, habere modum totius cuiusdam vniuersalis, quod potest esse totũ speciale, ac particulare singularum specierum, vt animal, ita abstractũ, potest esse homo, equus, & leo, vnde iure totum potestatiuum, vel potentiale vocatur respectu specierum. II.

Tertio, sequitur genus continere totũ quod continet species quælibet, diuersa tamen ratione, ac species. Nam hæc continet gradum genericum atque differentialem actu: genus verò solum genericum actu, differentialem verò in potentia. Diuerso tamen modo, ac materia continet in potentia formam, nam hæc continet illam, tanquam pars materialis realiter ab ea distincta, genus verò non ita continet differentiam, sed solum quia significat totam naturam speciei sub vniuersaliori gradu, atq; adeò sub ratione determinabilis per actiorem, qui differentialis dicitur: continet igitur differentiam, tanquam totum per eam determinabile, vnde non educuntur differentiæ de potentia generis vllo modo, sed sunt quidam gradus actuales extra rationem illius per quos determinatur. III. 82.

Sequitur tandem, genus vt iam cum differentia actu coniunctum in compositione rationem totius vniuersalis amittere: quia cum sit contractum, desinit esse abstractum, & consequenter desinit esse vniuersale: & rursus cum sit actu determinatum, desinit esse determinabile: si ergo neq; vniuersale est, neque determinabile, non erit totum potentiale, sed solũ actualis pars, non perfectibilis, vt sic, sed actu perfecta, per differentiam, per quam contrahatur, & limitatur, ambitumq; suæ potestatis, quam vt abstractum, & vniuersale habebat amittit. IV. sequela.

Ex quibus efficax hoc argumentum elicio ad probandum aduersus primam sententiam, genus, vt partem actualem Metaphysicam, non posse prædicari de specie: genus, vt actualis pars, sic est actu determinatum, per vnam differentiam, vt nulla in eo potestas ad alias relinquatur, solum ergo continet gradum naturæ actualem; simul cum differentia componentem speciem, non ergo continet totum, quod est in specie actu, nec potentia, sed partẽ dumtaxat: ad veritatem autem prædicationis necesse est, prædicatum continere actu, vel saltem actu simul, & potentia, quidquid continet subiectum, vt fatentur omnes, & sensus eiusdem prædicationis ostendit, ergo genus tanquam actualis pars nequit de specie prædicari. Probatur I. sententiã nõ esse verã. 83.

dicari.

dicari. Minorem ostendo quantum ad veritatem prædicationis (nam de consensu omniũ dubitat nemo) quia prædicatio enunciat, hoc esse illud, quod verum nõ est, nisi totum, quod continet subiectum, prædicatum aliquo modo contineat, alioqui ex parte illius, quo superatur, non erit illud.

Reijcitur solutio. Nec fit satis argumento, dum dicitur ab aduersariis, genus adhuc, vt coniunctum actu, cum differentia vna, retinere potentiam ad alias, sicut materia ex eo, quod actu coniungitur vni formæ, non amittit potentiam ad alias & propterea adhuc, vt pars actualis continet totum, quod species, cum contineat differentiam in potentia, poteritque prædicari de eadem specie, hoc inquam non satisfacit argumento, quia genus non continet potestate differentias eo modo, quo materia continet for-

84. mas, sed longè diuerso iam exposito, materia enim ex propria conditione puta potentia est & secundum hanc potentiam, & non secundũ essentialem actum ad compositionem concurrit cum forma, de eadem eius potentia educta, quo fit, vt tanquam pars compositi formam potestate cõtineat, genus verò cum à tota entitate rei sumatur, & vt abstractum, atque vniuersale significetur, ac per modum habentis, atque etiam perfectibilis per differentias, potius quam perfecti: ex quo habet differentias in potentia. Non igitur tanquam pars, vt materia, sed vt totum potentiale, cuius potẽtia cessat prorsus, per coniunctionem, cum differentia, sicut cessat ratio totius, & solum permanet

Genus sortitur ratione totius & partis diuersimode. tanquam pars, vtramque enim conditionem totius, & partis sub diuersa ratione sortitur, totius quidem potentialis, vt in quantum, vniuersale abstractum ab speciebus, & perfectibile, per vlteriores gradus differentiarum concipitur, partis verò in quantum iam perfectum, atque contractum per easdem differẽtias, & ecce quamuis materia coniuncta v-

85. ni formæ potentiam non amittat, eam tamen amittit genus, ac proptereà non totam speciem continet, etiam in potentia, sed partem dumtaxat actu, vt sic prorsus expoliatum potentia, quocirca nequit de specie prædicari.

Probatur II Quod secundo probari potest, quia si genus, vt coniunctum cum differentia potentiam ad alias non amitteret, posset de quauis alia specie prædicari, animal ergo, vt coniunctum cum rationali posset prædicari de leone, quod satis absurdum est, cum animal, quod est in homine specie distinctum sit ab animali, quod est in leone, & à leone ipso consequenter, ex quo planè infertur, vt partem actualem non prædicari. 86.

Probat. III. Quod tandem probatur ex posteriori capite, nempe ex veritate, & proprietate prædicationis, nam qui enunciat hoc esse illud, enunciat plane esse quid completum, si prædicatum completum sit, vel incompletum, si sit incompletum, vt si verum esset enunciare, homo est materia, vel homo est caput, verum quoque ex consequenti foret, quod incompletum quippiam esset, & propterea vtraque prędicatio est falsa: si ergo genus tanquam pars prædicari potest de specie, cum tanquam pars sit quid incompletum, verum erit hominem esse quid incompletum, & patet quam sit falsum, ergo falsum quoque erit, quod tanquam pars prædicetur genus de specie. Et argumentum hoc, non solum contra primam sententiam probat, sed etiam aduersus secundã, quia non minus pars potentialis rationem habet incompleti, quam actualis, imò, & duo priora, pariter aduersus vtramque militant, nã cum genus, non nisi per modum totius perfectibilis potentiam habeat respectu specierum, ac differentiarum, falsum supponit secunda opinio, quod tanquam pars potentialis eas contineat in potentia non enim differt pars actualis à potentiali, nisi quia illa actualem dicit coniunctionem cum differentia, hęc vero prius quam actu coniungatur, concipitur sed in ordine ad actualem, ac determinatam coniunctionẽ; qui ordo, non minus tollit potestatem generis, quam actualis ipsa coniunctio, cum tollat rationem totius vniuersalis, ac potentialis. Aduersus 3. sententiã idem concluditur. 87.

Probatur vltimo falsitas vtriusque sententiæ. Probatur tandem falsitas vtriusque sententiæ: quia differentia quantumlibet sumatur, à tota entitate rei, sub ratione tamẽ partis actualis accepta, nequit de specie prædicari, ergo nec genus acceptum, vt pars, etiamsi accipiatur à tota rei entitate prædicabitur: necessaria est consecutio propter omnimodam similitudinem, sed antecedens sic probo, differentia sumpta; vt pars non continet totum, 88. quod species, adhuc in potentia: sed solum vnam partem, ergo non enunciatur de ea: patet antecedens, cum non contineat genus actu, nec potentia, etenim differentia cum sit pars speciei formalis, puram habet rationem actus, & nullam potentiam, ergo nec genus potestate continebit, sicut neque continet actu

actu cum sit gradus perfectionis ab eo diuersus.

Occurritur solutioni.

Etsi fortè admittens differentiam, vt partem, non continere genus vllo modo, atque adcò nec totum, quod species dixeris, non re-
89. quiri ad veritatem propositionis, quod prædicatum contineat quidquid continet subiectum, sed satis esse in eo includi, nec plus quã continentiam per propositionem designari, aduertas necesse est, sensum propositionis, dũ sic enunciamus, homo est animal, non esse, quod homo naturam animalis contineat, sed quod animal ipsum sit, inter quos sensus magnum adeò reperies discrimen, vt si primum sufficere dixeris ad veritatem propositionis, omnes profectò, in quibus pars Physica, aut integrans enunciatur de toto, veras esse tenearis concedere, vt homo est anima, homo est materia, atque etiam homo est caput, quod patet, quam sit absurdum apud omnes: nec minus clarè patet veras esse debere, cum totum quodlibet, suam partem contineat essentialiter, & pars quælibet includatur in suo toto, plus ergo quam continentia importatur, dum dicimus hoc esse illud, nempe esse, quidquid illud est, vno, aut alio modo, nam qui enunciat hominem esse animal, hunc profectò efficit sensum, nempe habens naturam sensitiuam, est ipsum, quod est humanitatem habens, non est autem humanitatem habens, quod nullo modo habet rationalitatem, cum vtroque humanitas constet: cum ergo iste sit posterior sensus iuxta quem probatum est, nec differentiam,
90. nec genus enunciari posse de specie, vt partes, sequitur falsam esse vtramlibet sententiam, id affirmantem: & vtriusque deceptio in eo planè consistit, quod diuersam putat esse rationem, quantum ad veritatem propositionis, inter Physicas partes, & Metaphysicas, cum eadem prorsus sit, licet non sit adeò clara in his atque in illis, cum illæ sint diuersæ entitates, istæ verò non nisi diuersi conceptus obiectiui, reales quidem, sed eiusdem rei, ac propterea sola ratione distincti, in quibus ob minorem distinctionem non est ita manifesta falsitas prædicationis, nihilominus incompleta ratio partis, non potentis claudere, vllo modo, quid quid continet totum, efficaciter satis eam probat: solum superest argumenta in oppositum soluere.

Dissoluuntur argumenta primæ opinionis.

TEstimonium Aristotelis (vt argumenta diluere incipiamus) nihil aduersus nostram sententiam continet, nam dum vtramque partem definitionis prædicari per se de definito docet, id planè intelligit sub forma, & modo ad prædicationem requisito, totius nempè potentialis, vel actualis, cum sub modo partium prædicari repugnet, & hoc certè ad institutum Aristotelis nihil referebat, si quidem, eo loco intendebat, prædicationem ex quacunque parte definitionis, aut ex integra definitione, ac definito conflatam, primum modum perseitatis continere, quod eodem modo verum est, siue per modum partium, vel totius prædicentur, ergo ex tali regula non magis vnum, quam alterum deducere licebit, & in eodem sensu accipiendum est, testimonium ex Metaphysica allatum, vbi solum pro ratione talium prædicationum attulit, quod partes definitionis insunt quidditatiue definito, prædicationis modum iuxta proprias regulas iudicandum relinquens, quare absque fundamento elicere conantur aduersarij ex his locis Aristotelem de partibus Metaphysicis concessisse, quod vt tales prædicentur de toto, cum id expresè negauerit de partibus Physicis, atque integrantibus, alijs locis, neque enim modum prædicãdi omnino tetigit, quare standum est decisioni vniuersali toties ab eo repetitæ, quòd partes non prædicentur de toto ob rationem incompletam, quæ cum nõ minus in Metaphysicis, quam in cæteris locũ habeat, nullam de illis exceptionem fecisse credendum est.

Ad testim. Aristot. 91.

Explicatur II. testim. 92.

Primum argumentum modo tantum loquendi innititur, obijciens partes Metaphysicæ definitionis in recto designari, Physicas verò non nisi in obliquo, ex quo illas sub forma partium enunciari intulit, has verò minimè. Cui respondemus breuiter: partes quoque Physicas posse in recto designari, non solum verè, sed propriè, vt si dicamus, homo est corpus, & anima vnita, nihilominus in obliquo solent designari ob realem distinctionem, quam à toto habet quælibet, & omnes etiam simul, si simpliciter, hoc est absque vnione accipiantur, Metaphysicę, verò ob realem idẽtitatem, quam habent cum toto, & inter se, designantur in recto, & ambæ simul, pro vt
93. definitionem componunt, enunciãtur de definito: quia rationem totius complexi habent, sed quælibet per se non enunciatur sub forma ac modo partis, sed totius potentialis, vt expositum est.

Ad I. argu.

Ad

Ad II. arg. Ad secundum dicimus: modum prædicandi, & veritatem prædicationis non esse exponendam ex eo, à quo res desumitur, sed ex eo, quod proximè, & formaliter significat, atque etiam ex modo, quo concipitur, & significatur, & cum genus conceptum, & significatum per modum partis, partem dumtaxat speciei significet, & nullo modo speciem integram, nequit de ea prædicari, modum habens planè incompletum quantumlibet à tota eius entitate accipiatur, quemadmodum differentia, etiam à tota entitate desumpta, quia solam partem significat, & nullo modo totum non prædicatur vt pars.

Ad III. arg. Tertium argumentum, hac distinctione soluendum est, prædicatio ex duobus pensari potest, & ex parte eius, quod prædicatur, & ex modo quo prædicatur: vt dum dicimus homo est animal, possumus prædicatum considerare ex parte naturæ sensitiuæ, quam enunciat,
94 & ex parte modi, quo eam significat, atque enunciat, videlicet per modum totius, aut partis, & prædicatio generis, ex vtroque censetur diuersa à prædicatione speciei, ex primo quidem, quia solum enunciat genus partem speciei, ex quo vocatur prædicatio eius incompleta, species verò enũciat totam essentiam, & propterea complete prædicari dicimus, at ex parte modi prædicandi, vtrumque prædicatur tanquam totum, diuersa tamen ratione, nam species per modum totius actualis, atque perfecti, genus per modũ totius potentialis, atque adeò imperfecti, ex qua etiam parte quẽadmodum incompleta vocari pōtest prædicatio generis, quia quod ex se tanquam perfectibile designatur, quodammodo incompletum est, præsertim comparatione totius perfecti, quale est species, ex quibus satis liquet, modum prædicandi generis non esse sic incompletum, vt tanquã pars prædicetur, quin potius modus hic prædicãdi incompletus, impossibilis reputandus est.

Vltimum argumentum attendere debuit magnum discrimen inter partem substãtiuo, & adiectiuo nomine designatam: quod illa modum partis retinet, hæc vero modum totius, vt in præfatis exemplis cernimus, nam materiale, vel aureum, materiam, vel aurum significant per modum habentis, idem namque
95 est materiale, quod habens materiam, & aureum, quod habens aurum, habens autem tanquam totũ designatur, & ratio huius est, quia adiectiuum nomen significat rem, vt adiacẽtem, atque adeò, vt ab alio habetur, substantiuum vero significat rem, vt per se stantem, sicut vere per se stat, & ideò secundum eundem modum essendi, quem habet, vnde si sit pars per modum partis, & si totũ per modum totius, vnde fit, vt cũ animalitas, quę vere pars est hominis, aut forma animalis, vt talis significetur nomine substantiuo, necesse sit prædicari de toto, vt vniuersaliter verum sit, nullam partem prædicari, vt talem de suo toto, sed si quando prædicari cõtingit, per modum totius enuncietur.

Argumentum denique secundæ opinionis nihil efficit, quia discrimen illud inter partem potentialem, & actualem nihil refert, cum pars potentialis, etiam cum ordine actuali ad determinatam differentiam consideretur, licet nondum ei coniuncta, sufficit autem talis ordo, vt nullam possit habere potentiam ad reliquas differentias, sed ad illam quam respicit prorsus sit coarctata, quam constat, neque in potentia continere.

QVAESTIO SEXTA.

An modus prædicãdi in quid prædicabile generis separet à differentia.

Differentiam prædicari in quid ex Aristotele, & ratione probatur.

CAETERIS huius descriptionis particulis examinatis: postrema superest proprium modum prædicandi generis continens exactè; per quem primum prædicabile à tribus posterioribus differentia, proprio, & accidenti distinguit Porphyrius: & quanquam sub dubium cadere non possit distinctio generis à proprio, & accidenti, per modum prædicandi in quid, cum notum sit eiusmodi duo vltima prædicabilia esse rei accidentia, ideoque non in quid, sed in quale de suis inferioribus enunciari, non est tamen de tertio prædicabili differentiæ vsquequaque certum. Nam cũ differentia sit pars speciei essentialis, non minus quam genus, eundem modum prædicandi in quid sibi vendicare videtur, non erit igitur genus ab ea distinctum, hac posteriori particula definitionis, & iste est præsentis cõtrouersiæ 96

Status quæstionis. ueri fiat status, cuius affirmatiuam partem, nempè differentiam in quid prædicari, expressam esse apud Arist. in primis ostēdo ex lib. 1. post. text. 21. in fine: vbi vtramque definitionis partem, genus videlicet ac differentiam in quid prædicari constituit: sed expressius eandem protulit sententiam 7. libro Topicorum. cap. 2 in explicatione loci 5. his verbis: *Eorum, quæ sunt in assignata oratione, hoc quidem genus, illud autem differentia, & in eo quod quid est genus, & differentia prædicantur.* Et probatur hisce argumentis.

Affirmatiua pars probatur ex Arist.

I. ratio. Primo, genus ideò prædicatur in quid de specie, quia essentiæ illius, vel quidditatis partē continet, sed nō minus differentia partē essentialem enūciat, dum de specie prædicatur, eundem igitur modū prædicandi in quid habebit. Nec discrimen in modo prædicandi sic à pluribus assignatum satisfacit argumento, differentiam partem quidem essentiæ enūciare de specie, sed per modum formæ, atque adeò ad similitudinem qualitatis, genus verò per modum substantiæ, etenim prædicatum quodcunque comparatione subiecti modum formæ sortitur, est autem genus prædicatum speciei, igitur de ea enunciatur secundum formæ modum, & id circo, vel in quale ex hac parte prædicabitur, vt differentia, vel si hæc ratio non sufficit, vt in quale prædicari dicatur, nec satis erit differentiam per modum formæ enunciari, vt eo modo prædicetur à genere distincto.

II. ratio. Secundo, modus prædicandi sequitur modum essendi, nam ab eo, quod res est, vel non est, vera aut falsa enunciatio dicitur, vt ex doctrina Arist. superius attulimus, sed differentia habet modum essendi perfectiorem comparatione generis, si quidem inter partes speciei essentiales similitudinem formæ, & actus tenet, genus vero tanquam totum potentiale materiæ simile est, ergo perfectior modus prædicandi differentiæ debetur, qualis est prædicari in quid propter similitudinem substan-
99 tiæ.

Vltimo: differentia subalterna prædicatur de vltimis prædicatione essentiali, dum sic enunciantes dicimus, rationale est sensibile, & tamen non in quale, cum vna differentia non sit alterius forma, ergo prædicatur in quid, quemadmodum genus, & id circo non erit à differentijs subalternis distinctum per finalem suæ definitionis particulam. Et certè, si completam definitionē inspiciamus, inuenimus in quid prædicari de specie, nam per contanti quid sit homo? propriissimè respondemus esse animal rationale: eundem igitur prædicandi modum quamlibet eius partem habere existimandum est, & ideò non erunt ratione illius distincta prædicabilia, genus, & differentia. Neque patrono hæc sententia destituta est Nam Laurentius Valla lib. 10. quæstionum Dialecticarum cap. 28. eam tuetur affirmans in quid etiam prædicari differētiam, & propterea immerito fuisse à Porphyrio, per eam definitionis particulam genus à differentia distinctum.

Exactè genus à differentia separatur per particulam in quid.

IVre tamē à Porphyrio separatum fuisse genus non solum à proprio, & accidenti, sed à differētia per particulam in quid, veritas est in doctrina Aristot. fundata à Diu. Thom. cæterisque vtriusque Philosophi interpretibus recepta, atque magni ponderis rationibus fulcita, & in primis Aristotel. 4. topicorum capite 6. in explicatione loci 81. genus à differentia ijs verbis distinguit. *Separandum est genus à differentia primum quidem, quoniam genus de pluribus, quam differentia, deinde quoniam secundum eius quod quid est assignationem, magis cōuenit genus quam differentiam dicere, nam qui animal dicit hominem, magis indicat quid est homo, quam qui gressibile, & quoniam differentia quidem qualitatem generis semper significat, genus autem differentiæ non, nam qui dicit gressibile, quiddam animal dicit, qui vero animal dicit, non dicit quale quiddam gressibile, differentia igitur à genere sic separanda.* Hæc Aristot. ex quibus meritò Porphyrius particulam in quid huius definitionis accepit, ac per eam genus esse à differentia distinctum cōstituit: quem modum distinguendi approbat D. Thom. opuscul. 58. tractatu 1. capite 4. & cum eo vniuersa Dialecticorum schola in expositione huius capitis, ex præfatis autem verbis Aristo. duplicem rationem extrahit D. Thom. quibus eadem veritas efficaciter confirmatur, à priori vnam, à posteriori alteram.

Approbatur sētentia Porphyrii, simulq; cōfirmatur ex Arist.

100

Prior est, genus & species prædicantur de suis inferioribus per modum substantiæ, hoc est per se stantis, cuius illud est euidens signū, quod nominibus substantiuis significantur, vt homo, animal, sed substantia rei est eius quid- 101.

quidditas, igitur in quid prædicantur hæc duo prædicabilia, differentia verò enunciatur de specie, aut de indiuiduis secũdum formam, cuius non est per se stare, considerata ratione formæ, sed alteri inesse (rationalis namque anima propter specialem rationem suæ perfectionis subsistens est, non propter communem formæ, alias quæcunque forma subsistens esset) vnde sequitur prædicari differentiam secundum modum inhærentis, seu informantis, atque adeo modificantis, ac determinantis aliud, qui qualitatis proprius est, ideò non in quid quemadmodum genus, sed in quale, nec tamen accidentale, cum essentialis sit speciei pars, sed in quale essentiale, & hoc est in quale quid. Hanc autem rationem D. Tho. sic explico, atq; confirmo.

Prædicta ratio alia confirmatur.

Ad Dialecticam res pertinent in quantum vocibus significantur, & conceptibus apprehenduntur ab intellectu, iuxta modum igitur, quo significantur, & concipiuntur, attribuitur eis, vnus vel alius modus prædicandi, sed ita se
102 res habet, vt quanquam differentia partem essentiæ importet, & verè sit substantialis pars speciei, concipitur tamen tanquam forma determinans potentiam generis ad constitutionem speciei, quemadmodum qualitas per modum determinantis subiectum, referentisque ad proprium prædicamentum: ideo non substantiuo nomine, sed adiectiuo significatur, & ex vtroque sequitur modum prædicandi qualitati similem, & debitum esse, sed qui tanquam intrinseca forma concipitur, & significatur in quale quid prædicabilis esse profertur.

II. ratio à posteriori.

Secũda ratio à posteriori in priori fundatur, quam etiam Arist. 1. topicorum capit. 4. & Porphyrius c. præsenti tetigerant: communis modus interrogandi, ac respondendi de re a-
103 liqua similem modum concipiendi, & significandi eam ostendit, sed quæstioni de quidditate rei propositę assignatione generis non differentiæ: de qualitate verò, differentiæ assignatione, non generis, satisfactum esse, censemus. Vt si percontetur quispiam, quis nam homo sit? satisfecisse omnes arbitrantur respondentes esse animal, si verò quale sit animal, proferentes esse rationale, ergo secundum modum concipiendi genus in quid prædicatur, differentia vero in quale quid.

Ad explicationem Aristotelis notandum.

Ad explicationẽ testimoniorum Arist. notabile.

CAEterum vt diuersa loca Aristotelis, quæ sibi inuicem aduersa videntur, in concordiam redigamus, adnotare oportet, duo esse consideranda in prædicatione ex parte prædicati, in primis res ipsa, quæ prædicatur de subiecto, & insuper modus ipse illam concipiendi, & significandi, secundum quem subiecto attribuitur; & quidem consideratio prior materialis est, quæ speciem prædicationi non confert, formalis posterior, à qua species accipitur. Quam doctrinam si prædicationi differentiæ de propria specie accõmodemus, reperiemus ex parte rei significatæ quiddita-
tiuum esse prædicatum, quia res ipsa quam differentia significat, pars est specificæ quidditatis: si autem modum significandi, & se habendi in ordine ad speciem, propter maximam accidentalis formæ similitudinem à quidditatiuæ prædicationis dignitate degenerat, & in quale merito appellatur, non nudo sed particula, quid, vestito, propter illam differentiæ excellentiam, quæ licet sit forma, substantialis tamen, non accidentalis est. 104

Ex quibus, vtriusque loci Aristotel. sensus liquido constat, nam in priori, genus & differentias tanquam partes specificæ definitionis inspiciens, & rem potius significatam, secundum quam speciei quidditatem componunt, quam modum significationis, vel comparationis ad subiectum attendens, vtrumque prædicatum quidditatiuum vocat. Sed posteriori loco, vbi modos prædicandi distinguere oportebat, propter locorum diuersitatem, ex quibus argumenta eruenda sunt, proprium vtriusque prædicabilis modum ostendens, genus à differentia separat, modo prædicandi in quid, & in quale, primum generi tribuens, differentiæ postremum, & absoluta consideratione sic loquendum est. quem sensum Porphyrius tanquam proprium, & formalem in definitione generis tenuit: in quo autem sen-
su docuerit Aristoteles capite de substantia in prædicamentis, secundas substantias significare, quale quid, dicemus in eiusdem prædicamenti commentarijs, Non enim id eis attribuit, quia modum formæ proprium sortiantur, sicut differentia, sed communem, ac propterea improprium, quia prędicata sunt suorum inferiorum, & prædicatum communem rationem formæ habet. 105

Satis sit argumentis supra positis.

Ad primũ argum.

PRiori autem argumento occurrimus, negantes genus ideò prædicari in quid, quia

partem

partem essentiæ enunciat, non est enim adæquata ratio nisi modo significationis, & prædicationis adiuncto, eius ergo prædicatio propterea appellatur quidditatiua, quia partem quidditatis enunciat, per modum subsistentis, vel per se stantis, substantiæ proprium; eo autem modo differentia caret, vt vidimus, ideò non est prædicatio eius quidditatiua, licet res significata pars sit specificæ quidditatis
107.

Ad II. argumentum.

Secundum argumentum conuinceret quidem, si in prædicationibus nudus essendi modus attendendus foret, qui absque dubio perfectior est in differentia, quam in genere, quia in constitutione speciei officio formæ differētia fungitur, materiæ vero genus; sed cum statutum sit ad prædicationem pertinere rerum essentias, modo concipiendi, & significandi vestitas, iuxta rationem eius, prædicationum species distinguere debemus ratio autē essendi differentiæ, genere perfectior, modum habet suę significationis minus perfectum, cū gradus genericæ naturæ, vt per se subsistens significetur, differentialis verò vt determinans potius, & quasi qualificās speciem, ideò genus in quid differentiam, in quale quid, non immeritò prædicari dicimus: & ad formā argumēti hoc modo respondendum est: modum prædicandi ortum habere ex modo essendi, non re ipsa acceptum, sed iuxta modum quo concipitur, & significatur, sub quo prædicatum subiecto attribuitur, ac de eo enunciatur, qui cum perfectior sit in genere, quam in differentia, perfectior modus prædicandi generi debetur, non differentiæ.
108.

Ad vltimū argumentū

Vltimum argumentum, distinctionem generici gradus à differentiali postulat, qui sic sunt diuersi, præcisa cuiusque ratione considerata, vt neque vnus alium contineat, neque ab eo contineatur, vt in gradibus naturæ sensitiuæ, & rationalis compertum est, cum stare possit, naturam sensitiuam alijs duntaxat differentiarum gradibus coniunctam esse, cunctis hominibus deficientibus, & dum adhuc ei coniuncta est, ex diuersa radice vtrumq; oritur, nā gradus naturæ sensitiuæ ab anima sensitiua, à rationali differentialis, & esto in homine eadem sit vegetatiua, sensitiua atque rationalis anima, diuersa tamen ratione formali vtriusq; gradus radix est (vt copiosius in libris de anima, diuino fauēte numine explicabimus) itaque conceptus vtriusque gradus rationem generis, ac differentię fundans, diuersus est, neuter alterum claudens, cum tamen inter se ordinem seruent, ita vt prior sit per posteriorem determinabilis ad speciei constitutionem; ex quibus plane elicitur, quantum præsens consideratio postulat, quomodo se habeant subalterna differentia, & infima, de quibus argumētum procedit: etenim si formali atque pręcisa ratione accipiatur (quam receptionem abstracta nomina explicant) non prædicatur superior de inferiori, & longe minus è diuerso de superiori inferior; sed prædicationes istæ, rationalitas est sensibilitas, vel sensibilitas est rationalitas veritate carent, vt fusius capite de differentia ostendemus. Alio modo, materiali quidem accipiuntur, in quantum quælibet tātundem importat atque eius, quam constituit species, vt sensibile quidquid animal, rationale idem quod homo, & tunc superior de inferiori enunciatur prædicatione directa, sed materiali, quia veritas eius prædicationi generis de specie innititur, cum qua identificatur: idque verum esse apparet, eadem prædicatione sub nominibus concretis constituta: vt rationale est sensibile, quæ ab hac non est distincta, homo est animal, vt ex sensu vtriusque elici potest; illius namq;, rationale est sensibile, iste est sensus, rationale est naturam sensitiuam habens, & eundem esse sensum alterius, homo est animal, verba ipsa indicant. Ergo ad formam argumenti, dum dicitur differentia superior prædicatur de inferiori, distinguenda est propositio, nam in sensu formali falsa est, vera autem in sensu (vt aiunt) identico, hoc est propter identitatem extremorum cum genere, & specie, eiusmodi sunt differentiæ, vt expositum est: vnde sequitur prædicationem esse in quid ad primum prædicabile reductam, quia non tam est prædicatio differentiæ vnius, de alia, quam generis de specie, cum ostensum sit, secundum rationem formalem differentię esse disparatam.
109.

Illatum aliud. III.

Ex quibus infero: non esse admittendum, illud medium à quibusdam in his prædicationibus constitutum, vt neque disparatæ censendæ sint, neque quidditatiuæ, sed accidentales, & veræ, nam si formaliter accipiantur constat esse disparatas, propter formalem diuersitatem extremorum, quorum neutrum aliud includit & si materiali ratione secundum extremorum identitatem cum genere, & specie eūdem modum habent, eandem veritatem ac si genus de specie, enunciaretur, vbi modus accidentalis prædicationis locum non habet: illud denique quòd de definitione attulit confirmatio, difficul-

Ad confirmationem respõdetur. cultate caret, si in memoriam reuocetur, quod superius definitum est, nempè definitionem tanquam complexum prædicatum à ratione vniuersalis, atque prædicabilis exclusam esse.

112. Cæterum si modus prædicandi eius explicandus est, vtrumque continere existimo, in quid, & in quale quid: primum quidem ex parte generis, postremum ex parte differentiæ. Verum tamen, quia à perfectiori denominationem esse sumendam contingit, absoluta loquutione proferre possumus in quid prædicari, ex hoc tamen inferre non licet, eundem modum prædicandi habere quamlibet eius partem, si à se inuicem separentur.

CAPVT TERTIVM
De Specie.

Species autem dicitur quidem, & de vnius cuiusque forma, secũdum quã distinctum est. Priami quidem species digna est imperio.

EXPOSITIO TEXTVS.

Porphyrij intentio cõmen:. 1. *NATVRAM secundi prædicabilis explicaturus Porphyrius, vnam in primis acceptionem speciei realem, eamque communem affert, ex cuius similitudine propriam Dialecticæ considerationis venatur, statim eandem speciem iuxta illam duplici definitione notam efficit. Vtramque deinde illius habitudinem superiorum, inferiorumque comparatione ordinatione prædicamentali proposita, atque explicata varijs exemplis ostendit, rationem vero indiuidui, quod in posteriori speciei definitione tanquam proprium terminum suæ relationis collocarat, gemina descriptione exponit: ideo quatuor membris diuisio totius capitis, quod fusissimum est, summatim comprehenditur.*

Speciei. accept. *Species igitur vulgari significatione accipitur pro forma rei, quam acceptionem nemo intelliget, nisi prius, quid forma significet, ei ostendatur, est igitur forma quarta* 2 *species qualitatis, vt docet A[illegible]st. in 4. prædicamet.to his verbis:* Quartum verò genus qualitatis est forma, & circa aliquod constans figura: *Ex quibus facile deducitur non esse aliquid à figura rei distinctum, nisi sola ratione, figura autem vt colligitur ex doctrina eiusdem Arist. 5. Metaphys. cap. 14. text. 19. est illud, quod ex terminis quantitatis tali modo se habentibus resultat, & circularis figura dicitur, quæ ab angulis terminatur, triangularis, quæ tribus angulis constat, & vniuersali quidem ratione, quæ ex partibus substantiæ, hoc vel illo pacto terminatis secundum quantitatem coalescit, vel certè ex partibus ipsius quantitatis si abstracta à materia sensibili, mathematica consideratione accipiatur, vt si de triangulari figura sermo sit, ab ære, ferro, & argento abstracta. Figura autem forma appellatur, vt* D. Tho. *non obscure insinuat. 7. Physic. lect. 5. post medium in ordine ad artificialia, quibus eadem ipsa figura speciem confert, quemadmodum naturalibus substantialis forma, vel vniuersalius, vt Albertus Magnus libro prædicamentorum tractatu de qualitate cap. 9. similitudine formæ substantialis, quæ quasi terminus essentiam rei continet: & sic suo modo figura substantiam quãtitate terminatã cõplectitur, & ea propter forma eius appellatur: vel demũ, vt Aristot. acutè satu figura rei forma appellatur, quia formam eius subst.antialem aut accidentale planè indicat, ac innotescere facit. Sic enim loquitur lib. 1. de partibus animaliũ cap. 1. post medium:* Quasi sua ipse homo figura pateat: *Et iuxta hanc præsertim explicationem posteriorẽ, forma etiam species rei appellatur, quæ quo perfectior est maiorem venustatem, ac pulchritudinem homini & rei cuicunque confert (resultat enim pulchritudo corporis ex debita partium commensuratione, ac dispositione, secundũ quantitatem, colorem, figuram, atque formã) & rursus forma ipsa, atq. pulchritudo ex ea resultans maioris perfectionis indiuidualis hominis ipsius indicium est, ad quam pertinet ingenij acumen atque in rebus agendis dexteritas, & idcirco iuxta hanc acceptionem speciei communi voce profertur, præstantissimam speciem imperio dignam esse*

Illarum [illegible] liud. III

(vt Argyropoli translatio habet, seu vt Boetius transtulit, Priami, vt pote hominis eximiæ pulchritudinis speciem dignam esse imperio) atque ex his liquet acceptio prior realis, atq; communissima speciei.

Acceptio speciei logicæ.

Cum qua similitudinem habet logicæ speciei significatio non paruam, accipitur enim in Dialectica species iuxta ordinem, ac denominationem secundæ intentionis, pro
5. ea, quæ sub assignato genere collocatur, sub assignato autem genere idem est, vt Alberto Magno placuit lib. prædicabilium tract. 4. de specie c. 1. atque Caietano in expositione huius literæ, ac determinato, vel certo: neque enim species quælibet sub genere quocunque collocatur, sed quæ vnius generis sũt species sub determinato eiusdem ordinis genere, & non sub alio, vt quæ participant naturam sensitiuam sub genere animalis, vel certè quod litteræ contextui magis quadrat, sub assignato, hoc est sub iam explicato, atq; prædefinito genere cap. præcedenti, in eo autem similitudo vtriusq; acceptionis consistit, quia quemadmodum forma modo quidē accidentali essentiam rei claudit, pari ratione ea, quæ sub assignato genere collocatur integram essentiam rei, genere, sub quo est super addita differentia, compositam continet, & rursus nõ dissimili ratione, ac forma, seu species realis rei pulchritudinem infert species logica, quæ à secunda intentione denominatur talis, pulchritudinem rei essentialem cõplectitur, atque ostendit.

Definitio speciei logicæ.

Quam in secunda capitis parte tali definitione explicat. Species est, quæ subijcitur generi, & de qua genus, hoc ipso quid est prædicatur. Cuius explicationem reddens, ait, genus, & speciem mutuam ha-
6. bere correspondentiam relationis, cuius ea est intrinseca conditio, vt in quantum vnius extremi essentialis est per alterum in definitione positum explicetur: vt si quis relationẽ paternitatis, vel patrẽ ipsum ab ea talem denominatũ definire velit, non nisi filio in definitione posito præstare poterit, dicens, pater est habens filium, atque è diuerso filium sic definiet, vt sit patrem habens, id igitur contemplatus Porphyrius prædicabile generis, per aptitudinem prædicandi de speciebus ex-
posuit, & ex consequenti speciem compara- 7
tione generis definire oportuit, illud habitudine prædicandi, hanc vero habitudine subiecti, vel eius, quod sub alio collocatur, & hæc est ratio speciei præsenti definitione explicata, etenim species, vel subalterna est, vel infima, subalterna quidem ad inferiora comparata, cum sit de illis ac de differentibus specie in quid prædicabilis, non denominationem speciei, sed generis suscipit, ad primũ prædicabile, non ad secundum refertur, si vero cum superioribus, sub quibus ponitur, conferatur, species dicitur, non prædicabilis cum eiusmodi non sit prædicandi aptitudo: neq; enim inferius, de superiori iuxta rerum proprietatem prædicatur, sed è diuerso de inferiori superius, appellatur ergo species subijcibilis, & hæc sola est huius definitionis defi-
nitum. Infima vero species, genus se superius 8.
respiciens, eandem rationem speciei subijcibilis induit, simulque cum subalterna explicatur, inferiora autem illius propria, sunt indiuidua, ad quæ, prædicationis respectu ordinatur species, prædicabilis vocatur, & secundum prædicabile eorum cõparatione constituit, & idcirco noua alia definitione à Porphyrio describitur: Species est, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid: Quasi alia sit longè diuersa ratio ideò diuersam definitionem postulet: vtriusque autem exemplum nobis præbere possunt animal, & homo, subalterna enim species est animal, infima homo, & si vtraq; cum superiori genere conferatur species est subijcibilis, animal cum viuente, homo cum ipso animali, si vero cum suis inferioribus, animal cum equo, homine, & leone, homo cum Petro, & Ioanne, illud quidem genus est eorum, non species, homo
species est prædicabilis, ac iuxta posteriorem 9.
definitionem prædicabile secundum constituit.

Cæterum, vt vtraque speciei habitudo v-
na cum terminis earundem, ex quibus perfe- III. pars ca.
cta huius prædicabilis notitia pendet, quasi viuis quibusdam exemplis à cunctis inspiciatur, ordinationem prædicamentalem ocu-

lis ob-

lis obijcit pars capitis tertia, non in prædicamento quocunq; sed substantia, vt pote cæteris notiori, atq; præstantiori, cuius exemplar in textu ostenditur. Consistit autem prædicamētum ex tribus, genere supremo, atoma specie, atque intermedijs generibus, quæ subalterna species, vel genera idcirco appellantur, quia generis, atque speciei, vicissim rationem subeunt, indiuiduum autem sub atoma specie collocatum ad prædicamentalem constitutionem, tanquam pars illius non pertinet, sed tanquam fundamentum omnium generum, & specierum, quibus veluti partibus componitur. Duo igitur Porphyrius de his tribus docet: primum quid vnum quodq; illorum sit, ac deinde modum se habendi omniū in eadem prædicamentali ordinatione, & quidem à generalissimo incipiens, ait, eas habere conditiones, vt genus, cum sit species, esse nō possit, atq; etiam eatenus sit genus, vt supra ipsum genus aliud non constituatur, ambæ enim proprietates supremi generis dignitatem ostendunt, itaque cum superius se nullū respiciat, habitudine vnica inferiorum specierum comparatione constitutum est.

Extremum aliud prædicamenti est specialissima, vel ima (vt verbo Porphyrij vtar) species, cuius ea est natura, sic esse speciem, vt genus non sit, & infra se alias species non habeat atq; ex consequēti in species reliquas non est amplius diuisibilis, & ideo de pluribus solo numero differētibus in eo quod quid prædicabilis est.

Quid sint genera intermedia.

Intermedia vero, ex ipsa nominis significatione extremorum naturam participare necesse est, ea similitudine, qua medij colores extremos participant, vt viride, & rubrum permixtione quadam albi, & nigri consistunt, ergo genera sunt, non suprema, species etiam non infimæ, sed genera quidem propter ordinem ad inferiores species de quibus in eo quod quid prædicabilia sunt, & eo ipso quod suprema genera, non sunt, sed sub genere primo collocantur, eidem subiecta erunt, ideoquē sub consideratione eiusmodi genera esse non valent, sed subijcibiles denominantur species: duplici ergo habitudine constat intermedium, ad inferiores species vna, ratione cuius genus, ad superius genus, alia, à qua species denominatur. Quorum exemplum in familia esse accipiendum docet Porphyrius, in qua quidam, filiorum dumtaxat rationem habent, horum autem parentes superiorum simul filij sunt, cum tamen primus homo, à quo originem vniuersa familia ducit, solam dignitatem parentis habeat, & priores quidem infimarum specierum similitudinem continent, horum parentes intermedijs generibus assimilantur, totius familiæ caput generi supremo, vt Agamēnon, Atrides & Pelopides, & Tantalides, atque vltimum Iouis, his namquē vniuersa familia integratur quemadmodum prædicamentum, supremo genere, infimis speciebus, atq; generibus intermedijs. Et vnum pro omnibus in quocunque gradu exemplum nobis sit in prædicamento substantiæ, cuius caput est, tanquam supremum genus substantia, atoma species homo, intermedia genera, quæ subalterna etiam vocantur, animal, viuens, corpus, illud tamen esse discriminis adnotat Porphyrius inter familiarum seriem, ex vna parte, & prædicamentorū ex altera, quod familiæ omnes plerumque referuntur ad vnum principium, vt ad Iouem. v.g. (si commentitijs gentilium verbis vtamur.) Cæterum prædicamenta, ita singula suo genere supremo gaudent, vt non sit vnum supremū genus, in quod referantur, etenim ens capitibus prædicamentorum commune non est eorum genus, cum nec sit omnium comparatione vniuocum, sed potius substantiam, & participatione illius accidentia importans, analogum, & hoc sibi voluit æquiuocationis voce indicare Porphyrius, cùm analogiā speciem quandam sit æquiuocationis, vt suo loco explicabitur.

Ex quibus duo inferre licet. vnum decem esse ordinationum prædicamentalium capita, nempè substantiam quantitatem qualitatem, relationem, actionem, passionem, vbi, situm esse, quando, atque habere, à quibus decem prædicamenta, debitis generum, ac specierum coordinationibus constituta, deriuantur. Atoma verò species numero compre- I. Corollarium.

 prehen-

15. prehenduntur finito, & fortiori ratione intermedia genera: cæterum indiuidua in infinitum procedunt: non eo modo, vt actu sint infinita extra causas existentia, sed quibuscunq; datis noua alia desinentibus succedunt sub eisdem speciebus, & succedere in infinitum possunt: & hinc ortum habuit certa Platonis illa regula, descensum prædicamentalem à generalissimo cuiuscunq; prædicamenti in speciem atomam terminandũ esse, in qua quiescere oportet, ne si ad indiuidua protendatur, in infinitum procedat, & scientia prædicamẽtorum deficiat, quæ de rebus determinatis futura est.

Secundo infertur, quod cum minor sit su-
II. Corollarium. periorum generum numerus, inferiorũ specierum maior, indiuiduorum vero infinitus (quandoquidem multæ sunt sub eodem genere species, innumera eiusdem speciei indiuidua) hoc est inter descensum à generalissimo, & ascensum ab specie atoma, vsque ad illud idem discrimen, quod descensus fit per diuisionem vnius eiusdemq; in plura, ascensus vero multa in vnum colligit, vt dum descensum facimus, substantiam in plures species per corpoream, atq; incorpoream diffe-
16. rentias diuidimus sicq; de cæteris, vsq; ad indiuidua, ex opposito vero ascendẽtes multa in vnum colligimus, indiuidua in vnam eandemq; speciem, vnde vulgatum illud originem habuit, participatione speciei plures homines sunt vnus homo: varias item species sub vno genere vsque ad supremum sub quo continentur omnes, & in quo modum genericæ vnitatis habent, quapropter collectiuum vniuersale appellatur, singulare diuisiuum.

Regula quædam. Singulorum, quæ prædicamentum componunt rationibus ordine expositis modum se habendi eorum, quantum ad prædicationem explicans, talem constituit regulam. Genus semper de suis prædicatur speciebus, & vniuersaliter superiora de inferioribus, atq; æqualia de æqualibus: sed minora de maioribus, seu de superioribus inferiora nunquam
17. enunciantur (quod seruata rerum proprietate intelligendum, est, nam impropria quadã ratione notum est enunciari posse) substan-

tiam enim de corpore, corpus de viuenti, viuens de animali: animal de homine, ac de Petro hominem enunciamus, Petrum vero non de alio, cum non sit vltra indiuiduum in prædicationibus descendendum.

Indiuiduum autem omnium prædicatorũ fundamentum esse, & ratione suæ speciei ad prædicamentum spectare, ac etiam terminum esse specificæ relationis notum est, ideoque eo in posteriori definitione posito species explicata est à Porphyrio, quibus de causis extrema huius capitis pars in eo explicando versatur: triplex autem esse indiuiduum in primis docet, determinatum atq; potissimũ vnum, vt Petrus vel Ioannes, ex demonstratione aliud, quod communi voce pro nomine demonstratiuo adiuncto significatur, vt hic Indiuiduũ est omniũ prædicatorum fundamentum.
homo, hic Leo, ex conditione vero, aut suppo- 18
sitione postremum, vt Sophronisci filius, si solus sit ei Socrates filius. Indiuiduum autem vagum silẽtio pressit Porphyrius, quia vt nomen ipsum sonat, per plura vagatur singularia, quibus commune citra cõtrouersiam est, ideo inter indiuidua non annumeratur.

Qua diuisione præmissa, indiuiduum duplici explicatione notum facit (nam definitionem, si proprie loquendum est, haud quaquam habere potest.) Prior, indiuiduum est, quod de vno solo particulari prædicatur: quæ certè naturæ eiusdem indiuidui valde consentanea est, nam si ita est, vt Porphyrius docuit, & veritas ipsa testatur: atomã speciem non esse in vlteriores species diuisibilem (atomam namque idem, quod in eo ordine indiuisibile importat) necesse est quod- Duplex indiuidui definitio, vel explicatio.
libet eius indiuiduum in vlteriora indiuidua 19.
diuisibile nõ esse, alioquin cum sua specie coincideret, & à propria nominis significatione abhorreret, cum id sibi indiuiduum velit, ac sic appropriatum, vt in se indiuisum sit, & à quocunque alio sui ordinis separatũ: de alijs igitur a se prædicari repugnat, de se tantum enunciari potest, talis igitur erit definitionis sensus, indiuiduum est, quod de vno solo particulari, hoc est de se ipso duntaxat prædicabile est, prædicatione, quæ identica appellatur, vt dum sic enunciamus, Petrus est Petrus, Ioannes est Ioannes.

Alte-

20. Altera eiusdem indiuidui explicatio est e- 2. indiuidui explicatio.
iusmodi, indiuidua dicuntur, quoniā ex pro-
prietatibus consistit vnūquodq;, quarū colle-
ctio nunquam in alio eadem erit, etenim spe-
cificas proprietates cunctis indiuiduis com-
munes esse constat, vt risibile vniuersis ho-
minib. atq; etiam singulares si qualibet per
se accipiatur, pluribus conuenire possunt, si
tamen simul, quæ vnius sint indiuidui, impos-
sibile est in alio esse: itaque albedinem in tali
gradu, vel quamlibet aliam proprietatem
tali tempore, & loco, cæterisq; circumstan-
tijs vestitam, quam in Petro aspicis, in Ioan-
21. ne non reperies, & vt paucis definitionis sen
sum proferamus, possunt quidem vnius speci-
ei indiuidua in vna, vel altera proprietate
similia esse, et in multis etiam non raro, nun-
quam tamen in omnibus, quapropter omniū
aggregatio quodlibet indiuiduum à cæteris
distinctum facit, atq; adeò adæquata ratio-
ne illud explicat.

Illatio. Ex vniuersis à se in toto capite propositis
infert Porphyrius, indiuiduum sub specie cō-
tentum esse, speciem autem sub genere, vt sub
animali hominem, sub homine Petrum, &
Ioannem, & idcirco genus, species & indiui-
duū sic se habent, vt totū sit genus, pars indi-
uiduū, species verò totius, et partis rationem
habet diuersorum comparatione, totum est
genus, non quidem actuale, sed potestatiuum
vt in cap. superiori definitum est, cuius pote-
statiuæ partes sunt species, indiuidua etiam
partes sunt specificæ extensionis, nā vna cum
sit, ab omnibus indiuiduis participatur, non
quidem secundum partis modum, cum in o-
22. mnibus, & singulis completa speciei essentia
reperiatur, sed cum se extendat ad omnia,
extensionis pars iure quodlibet appellatur,
species verò si cum genere conferatur, pote-
statiua pars dicitur, si cum indiuiduis totum
actuale, non alterius, sed in alijs, si quidem
toti proprium est, in partibus esse, atq; his
complectimur textus Porphyrij expositio-
nem.

QVAESTIO PRIMA.

Quotnam sit definitionibus explicata species à Porphyrio.

Proponuntur rationes dubitandi.

Controuersia prima occurrit, circa nu- proponūtur rationes dubitandi.
merum definitionum speciei, sit ne dua
bus, tribusve definitionibus à Porphy-
rio explicata, varij enim autores sunt in enu-
merandis huiusmodi definitionibus, & in pri-
mis apparet non esse plures, sed omnes sub v- 23.
na comprehendi definitione necessario, nam
cum definitio in eum finem statuatur, vt rei
naturam, atq; essentiam explicet, nequit eius- I. ratio.
dem rei, quæ vnam duntaxat essentiam habet,
nisi vna definitio designari, at species vnicam
habet essentiam, ergo vna definitione, & non
multiplici explicanda est: quapropter licet
verbis videatur Porphyrius designare plures,
re tamen vera sub vna comprehendi necesse
est. & si fortè dixeris duplicem habere habitu-
dinem, nempe ad genus, & indiuidua, ratione
quarum duplici saltem definitione elucidari
posse, non sit satis argumento, quia ex duplici
hac habitudine, ea solùm, quæ indiuidua respi- 24.
cit, speciem efficit secundum prædicabile, quæ
vero ad genus eam ordinat, non est respectus
prædicabilis, sed subiecti, quare nec pertinet
ad præsentem considerationem, sed vna sola
explicatione definiri potuit, ac debuit, vt se-
cundum prædicabile est, & vnica erit eius de-
finitio.

Probatur tandem, quia aliæ explicationes, II. ratio.
præter vltimam non videntur hunc respectum
subijcibilitatis bene explicare, nam sub assig-
nato genere collocari, & eidem generi subijci,
non soli speciei, sed indiuiduis eius conuenit,
vt subijci animali, & sub eo esse, Petro, & Io-
anni. Et si dixeris speciem proximè sub eo esse,
indiuidua remote, obijcio tibi indiuidua gene
ris, vt hoc, & illud animal, proximè sub ani-
mali collocata, & non media specie, quib. pro-
inde integræ explicationes conueniunt, vitio-
sæ igitur erunt, & ideò definitionum, imò nec
explicationum nomen merentur.

Referuntur variæ sententiæ.

Omnes conueniunt duabus saltem esse In quo omnes conueniant.
explicatam, propter duos respectus ad
genus, & indiuidua, adeò diuersos,
vt nequeant vna, eademque definitione ex-
plicari, sed Magister Sotus non plures, quam
duas enumerat, quia vel prima, acceptio so-
lum speciei est, & non definitio, vel certè si
definitio appelletur, verbis duntaxat à se-
cunda

cunda distinguitur, quare non ponit in numerum cum ea. Secunda verò, non potest in duas distingui, quia eundem respectum explicant poni sub genere, & esse id de quo genus in quid prædicatur, nisi quod posteriora verba, distinctius eum, quam priora explicant. Cæteri omnes triplicem distinguunt, duas quidem explicantes habitudinem ad genus, & alteram explicantem habitudinem eiusdem ad Indiuidua, sed diuerso modo procedunt. Toletus namque primam, nempe quæ sub assignato genere collocatur, non definitionem, sed nudam acceptionem, vel nominis significatio-
26. nem esse vult, secundam verò in duas distinguit, quia diuersam rationem eiusdem habitudinis videtur explicare. Caiet. verò, & Cater. quos sequitur Oña, primam, non nudam acceptionem, sed definitionem esse volunt, secundam verò, pro vna eademque accipiendam esse censent, quia posteriora verba, *de qua genus hoc ipso quid est prædicatur*, eandem continent habitudinem ac priora, *quæ ponitur sub genere*, magis tamen explicatam.

Ex propria sententia dirimitur controuersia.

EGo verò cum his omnibus in primis censeo tribus fuisse explicationibus definitam speciem à Porphyrio, quod ex conte-
27. xtu literæ planè colligitur. nam assignata prima definitione, volens assignare secundam, ita loquitur, *Assignant ergo & sic speciem, species est, quæ ponitur sub genere, & de qua genus in eo quod quid est prædicatur*, indicat ergo se iam semel definisse speciem, & iterum se velle defi-
nire, & ratione probatur, quia habitudo speciei ad genus duplicem habet rationem formalem distinctam, priorem quidem, in quantum consideratur species, vt id in quo est genus, posteriorē verò, vt consideratur tanquā id de quo prædicatur, ergo duplici explicatione indiget, ꝙ vero rationes istæ sint diuersæ ex genere ipso, quod respicit elici potest, quod duplicem
28. quoq; habet conceptū diuersum ad species cōparatum vnū, quo vniuersale dicitur, hoc est vnum in multis speciebus existens, alterū quo dicitur de eisdem prędicabile, vniuersale enim & prædicabile distincti sunt conceptus, distinctæq; intentiones, cum prior sit tanquā essentia, posterior tanquam propria passio, ergo in inferioribus, quæ sunt species, duplex alia ratio correspondet diuersa, prior quidem tanq̃ in quibus est genus, posterior tanquam de qui-

Ratione probatur.

bus prædicari potest, cum esse sit prius prædicabilitate, vnde licet species sub vtraq; consideratione sit subiectum generis, diuersa tamē ratione, nam sub priori, est subiectum *in quo*, sub posteriori subiectum *de quo*. Has igitur duas rationes eiusdem habitudinis oportuit duabus explicationibus manifestas efficere: quibus si adiungamus alteram, quæ speciem, vt prædicabilem explicat, numerabuntur tres, sic autem tres esse definitiones arbitror, vt prima non sit nuda acceptio speciei, sed vera explicatio illius, per quam definitur species, vt respicit genus tanquam subiectum in quo est,
secunda verò non duplex, sed vna tantum ex- 29.
plicatio sit, primum videtur mihi ex Porphyrio apertè colligi, qui designata prima explicatione, *quæ sub assignato genere collocatur*, & prius quam secundam designaret, rationem reddidit ob quam, cum genus per speciem definierit, nunc speciem per genus explicauerit, quia relatiua cum sint (ait) vnum per alterum definire oportuit. testatur ergo se iam speciem definiisse, & rursus secundam definitionē tradēs (ait) *assignant ergo & sic speciem*. Quod verò secunda non sit duplex probatur, quia prima pars eisdem verbis designatur, ac prædicta explicatio, vt intuenti patebit, ergo non efficit distinctam explicationem, sed quasi repetitio eiusdem est, eandem prorsus rationem speciei
vt subiecti *in quo* explicans, pars verò secunda 30.
aliam rationem eiusdem habitudinis ad genus declarat, ac propterea distincta censetur explicatio.

Tres sunt definitiones speciei.

Quod secunda definitio non sit duplex probatur.

Diluuntur argumenta opposita.

SEd vt facilius argumenta soluantur obseruare illud in primis operæpretium est, cā dem rem plures habentem formales rationis diuersas, plures definitiones habere posse, quarum quælibet eandem sub determinata ratione explicet, cuius exemplum in albedine habemus: quæ cōparatione ad subiectum cui inhæret, qualitatis essentiam habet, ad aliam albedinem comparata similis appellatur, ad nigredinem dissimilis, visibilis ad visum, nec nō
qualitas passibilis; quæ formales sunt rationes 31.
sub quibus non solum ad diuersas eiusdē prædicamenti species, sed ad prædicamenta diuersa qualitatis, & relationis refertur, ac iuxta rationes singulas, definitiones etiam singulas habere potest: iuxta hanc igitur similitudinem & si res vna sit species logice sumpta, gemi-

nam

Nota.

Circa solutionem argumentorum.

Ad I.

nam tamen habitudinem habet, & earum alteram sub duplici ratione formali, non nihil diuersa considerabilem, vt expositum est, duplici ergo definitione explicari potuit, ac debuit, per quas perfectè nobis innotesceret.

Ad II. Quod vero secundum addit solutum erit, si attendamus speciem secundum totum ambitum logicæ considerationis prædicabilem esse de indiuiduis, & proprium generis subiectū & esto ex sola habitudine priori inter prædi-
32 cabilia annumeranda sit, ex posteriori tamen quasi reductiue ad eandem prædicabilium considerationem spectat, tanquam terminus relationis primi prædicabilis, à qua cum specie appellatur sub prædicabili secundo, ab eadē specie, vt prædicabili constituto merito reposita fuit, & in eodem capite iuxta eandem habitudinem alia definitione explicata, vt sic species, quæ est secundum prædicabile, iuxta vtranque eius habitudinem ad considerationem dialecticam expectantem, perfectè cognoscatur, cui etiam ratio illa accedit, opposita ad eandem facultatem pertinere, vt ex Aristotelis doctrina in schola recepta superius attulimus: sunt autem oppositæ speciei rationes prædicabilis, atque subiicibilis, vnde ad prædicabilia pertinente priori, merito erit posterior ad eandem scientiam, atque ad eiusdem scientiæ caput, vel partem referenda.

Appendix; Dubium circa solutionem postremi argumenti.

Ad vlt. VLtimum argumentum dubium excitat, an vtraque illa definitio, qua speciē in ordine ad genus explicuit Porphyrius exacta sit, circa quod tanquam certum sup-
33 ponēdum est, neutram esse perfectam definitionem, sed explicationem quandam, per quā vtcunq; declaratur respectus, seu habitudo speciei ad genus, ita tamen, vt ei duntaxat conueniat, & non indiuiduis, vt contendebat argumentum, quod vt melius capiatur, obseruandū est, genus ex propria conditione imperfectum quidpiam esse, per differentias tanquam per speciales gradus perfectionis natum perfici, & hinc processit communis sententia scholę, affirmans genus contrahibile esse per oppositas differentias, ab his namque trahitur ad constitutionem diuersarum specierum, vnde fit vt species sint primum subiectum generis, & quæ per se primo sub eo collocantur, vtpote ex propria compositione essentiali illud cōtinentes, ratione autem specierum ad earum indiuidua descendit, quæ proinde ratione specierum, & quasi ex consequenti dicuntur esse sub genere, sensus igitur vtriusq; definitionis talis est, species est, quæ per se primo, & ratio- 34
ne sui collocatur sub certo ac determinato genere, vt genus est, species est, quæ eisdem modis generi subiicitur, & de qua genus per se primo in quid enunciatur, & erunt exclusa vtraque indiuidua à definitione vtraque. specifica quidem, vt Petrus & Ioannes, quia non per se primo, nec ratione sui collocātur sub genere, aut ei subiiciuntur, sed ratione speciei, & quasi ex participatione eius, indiuidua verò generica ex eo exclusa censentur, quia licet proximè collocentur sub genere, aut ei subiiciantur, nō certè vt genus est, sed vt modum habet speciei etenim vt genus proximè respicit differentias & species, à quibus, & in quibus perficitur, indiuidua verò generica non per modum perfectibilis, sed iam essentialiter perfectum, atq; completum, & ideo habitudine potius speciei, vt animal hoc, & illud animal, quia per modū totius actualis ex genere, ac differentia consti- 35
tuti ad illa se habet, vt quæstione sexta huius capitis copiosè ostendetur. & his dubio satisfactum est, & vltimum argumentum, quod illud excitauit, solutum.

QVAESTIO SECVNDA.

An species subiicibilis, vt talis sit vniuersalis, vel quonam modo se habeant habitudines istæ speciei inter sese, vniuersalitas, prædicabilitas, & subiicibilitas.

Status controuersiæ aperitur, & refertur prima sententia Caietani.

VT statum controuersiæ ostendamus quædam præmittenda sunt, quę videntur certa. Primum, hos duos respectus 1. Tanq certū p
specificos subiicibilis, ac prædicabilis soli na- mittitu
turæ compositæ ex genere, & differentia conuenire, hæc est enim, quæ proximè naturā generis participat per differentiam contractam (nā indiuiduum nullum est ad cuius constitutionem proximè determinetur genus, vel differentia contractum descendat) hæc est sola, quæ speciei denominationes meretur, in qua 2.
etiam

etiam est certum vtranque denominationem, seu relationem sæpe concurrere, & neutrã suscipere, nisi in quantum abstracta ab vno, vel à multis indiuiduis consideratur: *Ab vno, vel à multis* dico propter naturas Angelorum, de quibus, si verum esset, nullo modo posse multiplicari (vt opinantur nonnulli) nequeunt à multis indiuiduis abstrahi, nihilominus, vt subijcibiles species dicantur, sic ab vno illo indiuiduo abstrahi debent, vt differentia specifica, quæ simul est realiter indiuidualis, consideretur vt specifica, genus contrahens, non considerata vt indiuiduali: hoc est enim speciem quodammodo ab vno illo indiuiduo abstrahere; esse autem possibilem talem abstractionem non oportet nunc ostendere, sed tanquam certum supponere, quia cũ duo habeat officia realis differentia Gabrielis, nempe diuidere genus constituendo cum eo speciem, & rursus efficere eundem Gabrielem indiuiduum, considerari potest sub primo nõ considerata sub secundo; & hoc est considerari speciem, non considerato indiuiduo. Hunc autem abstractionis modum necessarium esse, vt ei tribuat intellectus denominationem speciei subijcibilis, aperte probatur, quia secundũ modum indiuidui non componitur ex genere, & differentia, sed resultare intelligitur ex natura specifica iam composita, & differentia, eadem specifica considerata, vt indiuiduali, ergo nec est capax denominationis speciei subijcibilis, nisi sub priori modo compositionis intelligatur, non considerata sub posteriori. Etenim cum vtranq; compositionem, vtpote Metaphysicam efficiat intellectus, distinguere eam potest, quanquam à parte rei non distinguantur.

Species subijcibilis est natura abstracta.

2

II. Tanquã certum supponitur.

Secundò, certum est hos duos respectus speciei diuersos esse, & quasi oppositos, cum conueniant speciei respectu diuersorum, & quasi oppositorum terminorum: respectus quidem subijcibilis, ex comparatione ad superius genus, & respectus prædicabilis, ex comparatione ad inferiora indiuidua: accipiens enim intellectus naturam abstractam, eamque comparans ad genus, speciem subijcibilem denominat, & comparatam ad plura indiuidua (si ea habere potest) denominat prædicabilem.

3

III. Tanquam certum.

Cæterum est tertio, ex his duobus respectibus, seu denominationibus, posteriorem conuenire naturæ, vt vniuersali: nam vt in superioribus constitutum est, vniuersalitas se habet tanquam essentia vniuersalis, prædicabilitas vero, vt propria passio ab ea emanans, vnde sicut verum est hominem esse risibilem, in quantum homo est, pari ratione naturam esse prædicabilem, in quantum vniuersalem: an vero eidem naturæ, vt vniuersali conueniat quoque esse subijcibilem, ita vt propria eius passio sit, vel adeò sit ei intrinsecum, vt ad eius essentiam spectet (vtroque enim modo verum erit, quod sit subijcibilis in quantum vniuersalis) hoc est quod in controuersiam vocatur, & in eo consistit status quæstionis.

Circa quam duas reperio sententias, priorem tenuit Caiet. cap. præsent. vbi sic esse connexas has duas rationes speciei, nempe vniuersalitatem, & prædicabilitatem cum tertia, quæ appellatur subijcibilitas, ait vt hæc se habeat tanquam essentia, à qua illæ tãquam propriæ passiones oriantur. Et si ita est, verum absque dubio erit, speciem vt subijcibilem esse vniuersalem, sicut verum est hominem esse risibilem, in quantum est homo, quia risibilitas adæquatè oritur ex rationalitate.

I. Caiet. sententia.

4

Secunda sententia, eiusq; fundamenta.

Secunda sententia in ordine est P. Tolet. q. 1. huius capitis circa solutionem primi argumenti, vbi eam hoc modo declarat. Vniuersale, vt tale est, neque prædicabile, neque subijcibile esse potest, sed id tantum quod propria eius definitio explicat, nempe vnum in multis: hoc enim duntaxat essentia illius est, ex qua duæ prodeunt passiones, altera est prædicabile de multis esse, alia, esse comparatione superioris subijcibile. Quæ si ad speciem applicentur, inueniemus rationem illius essentialem esse vniuersalitatem, proprietates vero esse prædicabilem de indiuiduis, & subijcibilẽ generi, & ex consequenti in quantũ generi subijcitur subijcibile quoddam est, sed vniuersale, & in quantum indiuidua respicit, prædicabile quoddã vniuersale Quemadmodũ ergo homo vt risibilis est, dicitur esse homo aptus ad ridendum, simili ratione species vt genus respicit, dicitur vniuersale subijcibile, vt autem comparatur ad indiuidua, vniuersale prædicabile. Et vt quid hæc sententia teneat, vno verbo proferamus, sic affirmat speciem esse vniuersalem, in quantum subijcibilis est, quemadmodum in quantum prædicabilis. Et hoc est plane affirmatiuam partem quæstionis statuere, quod species vt subijcibilis sit vniuersalis. Quam probat Toletus duplici argumento.

2. sententia Toleti.

5

Primo,

Probatur I. Primo, quia vniuersale est genus ad quinque prædicabilia, sicut animal ad hominem, & leonem, ergo quodlibet prædicabile respicit illud tanquam proprium genus, sed respectu generis quælibet species est subijcibilis, ergo vt subijcibiles species sunt vniuersales, quod præsertim de secundo prædicabili,
6. quod est species, verum est, quia non subjicitur vniuersali, vt indiuidua respicit, sed vt respicit vniuersale tanquam proprium genus: quo pacto constat esse subijcibilem, & vniuersalem.

Probatur II. Probat secundo, quia species vt subijcibilis non solum refertur ad genus, sed proximè ad illud refertur, sed illud, quod immediate ad genus refertur: est vniuersale: cum certum sit genus, vt primum prædicabile est de speciebus, & non de indiuiduis, propriè prædicari, ergo species vt ad genus refertur, est vniuersalis, & de ratione illius est esse vniuersalem.

Probat. III. His duabus rationibus, duas alias adiungere placet, sit igitur in ordine tertia. Quælibet natura communis est, statim ac intelligitur à suis inferioribus abstracta (hoc enim commune secundum sermonis proprietatem appellatur, quod nulli est appropiatum) sed species, in quantum subijcibilis, non est singularis, sed ab eis abstracta, ergo communem esse censendū
7. est: commune autem, & vniuersale eodem referuntur, vt voces ipsę ostendunt, ergo vniuersalis est in quantum subijcibilis.

Probat. IV. Postrema ratio, species in quantum talis, pluribus speciebus subijcibilibus cōmunis est, de quibus enunciari in his prædicationibus potest, hęc species subijcibilis nempe humana in quantum generi animalis subijcitur, est species subijcibilis, hæc species subijcibilis, nēpe equina, vt talis est species subijcibilis, in quibus absque dubio, *subijcibilis species*, in quantum talis, à particularibus abstracta, commune prædicatum est, atq; adeo formali ratione vniuersalis.

Duæ istæ sententiæ refutantur.

Exploditur vtraque opinio. Vtraque hæc sententia videtur mihi plane falsa, quod ostendam, si semel probauero vniuersalitatem non se habere respectu subijcibilitatis, tanquam passionem propriam, aduersus Caietanum, nec tanquam essentiam, ex qua eadem subijcibilitas, vt pro-
8. pria passio oriatur aduersus Toletum, vtrumq; autem simul ostendo hoc argumento.

Vniuersale est vnum in multis, ac de multis 1. Argum. ergo tam vniuersalitas, quam prædicabilitas sunt respectus naturæ ad inferiora, at subjicibilitas est respectus ad superius, ergo sunt relationes non solum diuersæ, ac disparatæ, sed quasi oppositæ, repugnat igitur, quod hæc ex illis oriatur, atq; etiam quod illę oriātur ex hac, quare nec subijcibilitas potest esse passio vniuersalitatis, neq; vniuersalitas passio subijcibilitatis nec vllo ex his modis, quos opiniones istæ ponunt, verum esse potest, quod species subijcibilis sit vniuersalis.

Quod secundo probatur exemplo paternitatis, & filiationis, ita enim se habet species, 2. Argum. quæ est simul subijcibilis comparatione generis, & prædicabilis comparatione indiuiduorū sicut idem homo, qui simul est filius respectu patris, à quo genitus est: & pater respectu filij à se geniti, illum namque tanquam superiorē, hunc verò tanquam inferiorem respicit. Sed in homine isto, nec paternitas oritur ex filiatione, nec filiatio ex paternitate, vnde nec verum est, vt patrem esse filium, aut vt filium patrem, ergo nec in eadem specie vniuersalitas, aut prædicabilitas oriuntur ex subijcibilitate, neq; ex illis hæc, quare nec erit species ipsa vt subijcibilis vniuersalis.

Probatur tertio, nam essentia cum passione, 3. Argum. & passio cum essentia, tam necessariam connexionem habet, vt nequeat alicui conuenire vna, quin etiam conueniat altera, at vniuersalitas, & subjicibilitas non solum separari possunt, sed separatæ reperiuntur, tùm in speciebus subalternis, tùm etiam in Angelicis, quæ si plura indiuidua habere nequeunt, ita subijciuntur generibus, vt vniuersales nō sint, ergo subijcibilitas non habet talem ordinem, cum vniuersalitate, vt passio eius sit, & longè minus essentia, à qua eadem vniuersalitas oriatur, & ex consequēti, nec vllo modo erit species vniuersalis, in quantum subijcibilis.

Quod demum hoc argumento conuincitur, nam sicut euidens est consecutio, homo Vltimum argum. in quantum homo est rationalis, atque risibilis, ergo omnis homo est rationalis, atq; risibilis, pariter erit consecutio necessaria, species vt subijcibilis est vniuersalis, ergo omnis species subijcibilis est vniuersalis: consequens autem probatum est esse falsum, ergo falsum quoque erit speciem subijcibilem, vt talem, esse vniuersalem. Et ecce ostendi falsitatem vtriusque sententiæ.

Stabilitur propria sententia, & iuxta eam controuersia dirimitur.

Vera sententia.

IN hac re illud videtur magis cum natura harum intentionum, & veritate coniunctum, vt vniuersalitas, & subiicibilitas sint rationes non solum diuersæ, sed disparatæ,
9. & quasi oppositæ, ita vt neutra oriatur ex altera, nec passio eius sit, quod sic explico, & ostendo.

Probatur.

Denominatio subiicibilis speciei vniuersalis, ac prædicabilis conuenit naturæ abstractæ ab speciebus, vel indiuiduis, & conuenit quidem non ex virtute abstractionis, sed ex eo, quod abstracta iam ab intellectu, comparatur cum genere, aut cum indiuiduis, nam cum subiicibilitas, vniuersalitas, & prædicabilitas sint relationes rationis, conuenire nequeunt naturæ, nisi per comparationē, cum aliquo alio, quia relatio comparatio est, & cum sint relationes diuersæ, vtpote ad terminos non solum diuersos, sed quasi oppositos eandē naturā ordinantes, non possunt naturæ conuenire, nisi per diuersas cōparationes intellectus, quia repugnat per eandem ad superiora, & inferiora simul comparari.

Confirmatur exemplo.

Vlterius, cum superiora, & inferiora sub his rationibus formalibus adeò diuersa sint, ac disparata, non minus repugnat ex eo, quod comparatur ad vnum, ortum habere relationem ad
10. aliud: sicut repugnat ex eo, quod filius ad patrem comparatur, oriri relationem paternitatis in eo ad filium, à se genitum: ex quibus tandem sequitur vniuersalitatem, non oriri ex subiicibilitate, aut hanc ex illa, nec habere hos respectus necessariam connexionem, quia licet in eadem specie concurrere soleant, cōcursus non solum materialis est, sed rerum, aut rationum disparatarum, quarum vna non sequitur vllo modo ex alia formaliter, nec proinde vllam inter sese connexionem formalem habent, quam inter vniuersalitatem, & prædicabilitatem necesse est ponere, quia eundem terminum respiciunt, & prædicabilitas formaliter ex vniuersalitate ortum habet. Et quod hoc discursu probatum est, conuincunt planè argumenta, quibus vtramq; sententiam relatam refutauimus: Ex quo etiam per locum ab intrinseco sequitur, neque speciem subiicibilem, vt talem esse vniuersalem; sed subiectum commune, atque proximum generis, bene tamen,

vt prædicabilem esse vniuersalem.

Dissoluuntur argumenta secundæ opinionis.

Diluitur primū arg. secundæ opinionis.

NEc difficilè est argumenta secundæ opinionis dissoluere, nam primum admisso, quod vniuersale genus sit respectu prædicabilium, negamus illa esse vniuersalia quatenus ei subiiciuntur, sed genus quidem ad illa est secundum proprias naturas, & conditiones accepta, ex eo vero, quod hoc modo sumpta illud pro genere habent, resultat in sin-
11. gulis denominatio, seu relatio subiicibilitatis, quod hoc exemplo fit manifestum, animal genus est hominis, & leonis, secūdum proprias naturas sensitiuas, ex quo in eis resultat, vt species subiicibiles denominentur, sed accidētali absq; dubio denominatione, propria autē natura, prædicabilium est, vt quodlibet sit secunda quædam intentio denominans naturā vniuersalem in multis specie, aut numero diuersis, aliove modo iuxta propriam conditionem, vt natura primi prædicabilis est, esse secundam intentionem denominantem naturā in multis speciebus in quid, natura speciei esse secundā intentionem denominantē naturam in multis differentibus numero, & sic de reliquis iuxta propriam definitionem cuiusq; prædicabilis, & cum hoc modo vniuersale sit genus ad illa, sequitur hoc etiam modo quodlibet eorum esse vniuersale, ex eo autem, quod hoc modo vniuersale pro genere habeant, sequitur in eis denominatio specierum subiicibilium, accidentalis quidem, & ideò secundum illam non sunt vniuersalia. Itaque vniuersale genus est prædicabilium, non vt subiicibiles sunt species, sed vt secundum propriam naturam sunt vniuersalia, quanquam ex eo, quod generis est eorum, accidentalem denominationem subiicibilium specierum assequātur, quo fit, vt in quantum subiicibiles species, non sint vniuersalia, nec prædicabilia, sed quędam eius subiecta.

Diluitur secundum.

Secundo argumento damus speciem proximè ad genus referri, negamus tamen omne illud, quod ad genus proximè refertur esse v-
12. niuersale sub tali ratione, qua refertur ad genus, quia non comparatur ad multa, nec ad inferiora, sed ad vnum supremum genus respectu cuius repugnat esse vniuersale, sed solum est commune subiectum.

Soluitur tertium.

Tertio quoque argumento duo concedimus,

rius, nempe speciem subijcibilem esse naturam abstractam à singularibus, atque etiam ex consequenti esse commune quid, hoc est, nulli singularium appropriatam, negamus tamen esse vniuersalem, nam commune duobus modis accipitur, negatiuè quidem pro eo, quod nulli appropriatum est, & positiuè pro eo, quod cum nulli sit appropriatum, multa respicit respectu positiuo, & hoc vltimo modo acceptum reciprocatur cum vniuersali, nequaquam modo primo, sed indifferens est, vt sit subiectum commune, si ad superius prædicatum comparetur, & sic se habet species subijcibilis, vel vt sit vniuersale, si comparetur ad inferiora, quæ cum species subijcibiles non respiciat, vniuersale non est, sed cõmune subiectum.

Soluitur quartum. Vltimum argumentum solum probat speciem subijcibilem retento nomine subijcibilis prædicari de hac, & illa specie subijcibili, sed re ipsa vera, non vt subijcibilis prædicatur, sed vt vniuersalis, & prædicabilis, quia non habet sic prædicari ex comparatione ad genus respectu cuius est subijcibilis, sed ex comparatione ad indiuidua, ex qua est vniuersalis.

Appendix dubium.

Quatuor explicantur. COmplementum huius doctrinæ, de specie subijcibili, ac prædicabili postulat, vt quatuor breuissimè explicemus. Primum, à quanam ex hac duplici habitudine,
13 seu respectu primò dicatur talis species, à prædicabilitate, an à subijcibilitate, secundum, à qua dicatur talis simpliciter, tertium, quæ sit nobilior, postremum, an speciei nomen vniuocè dicatur de specie subijcibili, ac prædicabili, vel analogicè, seu æquiuocè.

Primum an sit prius speciē esse subijcibilem, vel prædicabilem. Vt intelligatur primum, obseruandum est primam constitutionem speciei ex genere, ac differentia tanquam ex partibus essentialibus constare, ex quibus primum esse eius coalescit. Quocirca si speciei natura spectanda est, prius est comparabilis cum genere, & differentia, quam cum indiuiduis extra prædicata illius essentialia, atque adeò extra essentialem eius compositionem consistentibus, sed ex comparatione ad genus consequitur denominationem speciei subijcibilis, ergo hæc est prima denominatio, quam nata est suscipere, &

prima, à qua nata est denominari species. quod his rationibus conuincitur. Prima, nam prius I. ratio.
est rem esse in se, quam comparari ad alia, sed per comparationem ad genus species habet esse in se, ergo habitudo hæc prius ei nata est
conuenire, quam habitudo ad indiuidua, quæ 14.
eam absque dubio constitutam ex genere, ac differentia præsupponunt. Secunda, in quocũ- II. ratio.
que rerum genere priora sunt communia, quam particularia, vt docet Arist in post prædicamentis cap. de priori, sed denominatio subijcibilis communis est cunctis speciebus, at denominatio prædicabilis est particularis, quibusdam tantum speciebus competens, nẽpe atomis, & adhuc non omnibus, ergo prius illa nata est conuenire speciei, & ab ea prius denominabitur: quod absq; dubio sensit Porphyrius, dum logicam speciei acceptionem, in qua Physicæ speciei assimilatur, per comparationem ad genus tradidit dicens: *Speciem vocari logicam, quæ sub assignato genere collocatur*, prius quoque speciem per habitudinem subijcibilitatis definit, quam per prædicabilitatem, & certè si comparatio speciei, vt natura eius postulat, fiat, prius intelligi debet ex genere, vt differentia composita, priusque cum his conferri, quam cum indiuiduis, ac prius denominari subijcibilis, quam prædicabilis. Et ita sentit Caietan. cap. præsenti in expositione secundæ definitionis dub. 2.

II. à quo species dicatur talis. Secundum verò, à qua nam habitudine dicatur species simpliciter talis, non est explicatu difficile, nam etsi subijcibilitas nata sit prius ei conuenire, cum non oriatur ex ea prædicabilitas, nec attributionem ad illam habeat, nec denique sit minus nobilis, vt mox ostenditur, non minus denominat speciem simpliciter talem, vna, quam altera.

Tertiũ quæ sit nobilior species. Ad tertium igitur explicandum, de nobilitate sermonem transferentes, si de his respectibus subijcibilitatis, & prædicabilitatis formaliter loquendum est (vt oportet) censeo habitudinem, seu respectum prædicabilitatis nobiliorẽ esse, quod ita probo Prędicatũ se habet
Probatur. in propositione tanquam forma, subiectũ verò
15. tanquā materia, ergo nobilius est prædicatũ subiecto, sed esse prædicatum est actus huius potentiæ, quæ appellatur prædicabilitas, sicut esse subiectum, est actus subijcibilitatis, at potentiæ capiunt ex actibus nobilitatem, & perfectionem, ergo prædicabilitas nobilior

est subiicibilitate, & ex consequēti, species, vt prædicabilis nobilior est subiicibili, vt tali: & si fortè dixeris relationes capere speciem, & perfectionem ex terminis, ac propterea perfectiorem esse subiicibilitatem, nobiliorem terminum habentem, nempe genus prædicabilitate, qua refertur species ad indiuidua.

Occurritur solutioni.

I. solutio. Respondeo primo, genus imperfectissimū quid esse, cum sit potentiale, indiuidua verò perfectiora, quia perfectionem speciei participant actualem, atque completam, ac proinde prædicabilitatem, per quam ad illa ordinatur species, nobiliorem esse.

II. solutio. Sed adhuc, si daremus nobilius esse genus indiuiduis, respondetur secundo, relationem non tam ex termino, quam ex modo illum respiciendi, perfectionem capere, relatio autem prædicabilitatis respicit indiuidua, tanquam
16. relatio prædicati, & formæ, subiicibilitas verò respicit genus tāquam relatio subiecti, ac propterea perfectiorem modum habet respiciendi terminum, & ex consequenti perfectior est.

Exemplum. Exemplo nobis esse potest relatio paternitatis, quam constat perfectiorem esse filiatione, cū sit relatio principij effectiui, illa verò quasi passiui, aut relatio effectus, cum paternitas sit relatio causæ, & tamen filiatio perfectiorem habet terminum, sed imperfectiori modo illū respicit.

Quartum et vltimū exponitur. Superest vltimum, an speciei nomen vniuoce dicatur de specie subiicibili, & prędicabili, cui respondeo nihil esse vtriq; rationi sub nomine speciei commune prẹter nomen ipsū cum sint diuersissimi respectus, & quasi disparati, & propterea, neq; vniuocum est, neq; analogum, sed planè æquiuocum, dixi autē nihil esse vtriq; habitudini commune, *sub nomine speciei*, quia sub alio conuenire possunt, vt sub nomine relationis rationis, aut entis rationis: hoc autem non tollit, quin sub nomine speciei æquiuoce solum conueniant, sicut significata huius nominis, *canis*, sub nomine *corporis*, aut *substantiæ* vniuocè conueniunt.

QVAESTIO TERTIA.

Possitne species in vnico indiuiduo conseruari, atq; etiam genus in specie vna.

Quædam ad quæstionis enodationem spectantia.

QVidnam sentire videantur Aristotel. & D. Thom. quasi pro ratione dubitandi proponitur, Arist. 4. Topic. cap. 3. inter explicandum secundum locum, genus intrinseca ratione plures species postulare testatur, adeò, vt genus non supersit, si vnica duntaxat species residua sit in rerum natura, verba illius eiusmodi sunt: *Quoniam inspiciendum autem omnis generis plures species, inspiciendum si non cōtingit alteram speciem esse dicti generis, nam si non est manifestum quoniam non erit genus omnino*, eandem repetit sententiam 3. Metap. text. 10. in fine, sic inquiens: *Impossibile verò est genus absque suis speciebus*, idq; D. Thom. confirmat in commentarijs secundi libri de posteriori resolutione, lectione 12. cuius etiam verba referre placuit: *Non est possibile inuenire aliquod genus, cuius vna tantum sit species, genus enim diuiditur in species per oppositas differentias, oportet autem si vnum contrariorum inuenitur in natura, & reliquum inueniri, vt patet per Philosophum 2. lib. de cælo & mundo, &c.* De specie verò eodem loco multiplicari affirmat in diuersis indiuiduis per diuisionem materiæ, ita loquens: *Quapropter plura etiam indiuidua in natura corruptibili ad sui conseruationem exposcit, contingit autem in vnico indiuiduo saluari, si incorruptibilis sit species, quoniam illud vnum totam materiā possibilem suæ speciei continet, vt corpora cælestia manifestant.* Quibus verbis sentire videtur, æqualem esse, vt plurimum speciei, ac generis conditionem, quantum ad necessitatem plurium inferiorum, sed expressius speciem generi æquiparat in 1. lib. sententiarum dist. 19. q. 4. a. 2. in corpore sic loquens: *Vniuersale exigit pluralitatem, in his, quæ sub ipso continentur, vel in actu vel in potentia, in actu sicut est in genere, quod semper habet plures species, in potentia sicut est in aliquibus speciebus, quarum forma quantum est de se possibilis, est inueniri in multis, cum omnis forma sit de se communicabilis, sed quod inueniatur tantū in vno, est ex parte materiæ debitæ illi speciei, quæ tota adunatur in vno indiuiduo, vt patet in sole.* hæc D. Tho. quibus quantum ad possibilitatē æqualem esse vtriusque rationem profitetur, solum discrimine inuento quantum ad modum actualem, quod aliquando species nō habet actu plura indiuidua, idque per accidens hoc est, ex parte materiæ contingit, ad conseruationem autem horum prædicabilium in suis inferioribus, non tam actualis eorundem existentia inspicienda est, quam ex parte principiorū ipsius naturæ possibilitas, ita vt vnū actu plura

17.

18.

plura potentia sint, cum ratio prædicabilis atque contrahibilis, potentiam, non actum importet, ergo paria illa D. Thomas constituit, atque adeo sentire videtur, speciem non posse in
19. vno indiuiduo conseruari, quemadmodum neque in vna sola specie genus; quam sententiam tam vniuersalis definitio vtriq; communis, quam singulorum propria ostendunt: etenim vniuersale vnum in multis esse dicitur, genus de pluribus specie differentibus in quid prædicabile, species vero de pluribus differentibus numero, par igitur est vtriusque ratio, quantum ad plurium inferiorum necessitatem, nam relationes sine suis terminis, neque esse possūt, neq; intelligi, relatio autem speciei non minus plura pro termino adæquato indiuidua, quam relatio generis plures species postulat, ergo æquali vtrumque pluralitate ad sui conseruationem indiget.

I. Notab. Obseruandum est genus, atque speciem cōsiderationem triplicem valde diuersam habere posse, nam vel accipiuntur secundum Physi-
20. cam, vel realem, quæ entitatem dumtaxat genericæ, atq; specificæ naturæ, cum prædicatis essentialibus in ea fundatis respicit, iuxta quam salua erit vtriusq; essentia vbi hęc reperiantur, apertū autem est, non solū in specie quacunq;, sed in singulis eius indiuiduis integram genericæ naturæ entitatem, ac prædicata eiusdem essentialia esse inclusa, atque ex consequēti esse specificum, cum suo genere, & differentia cunctisque superioribus prædicatis quidditatiuis, quæ in Petro, & Iohanne reperies; nam in singulis tota entitas naturæ sensitiuæ, & rationalis, in quibus intentiones generis, & speciei fundantur, inuenietur, quisque vere substantia est, corpus, viuens, animal, atque homo, in quolibet igitur tota entitas cum vniuersis prædicatis essentialibus generis, atque speciei, & hoc est genus, & speciem, sub Physica, aut reali consideratione in vno solo indiuiduo saluari: ac propterea æqualia esse quantum ad conseruationem, quod ita certum, & euidens est, vt nemo vnquam de hac re dubitauerit.

II. Notab. Consideratio secunda, dialecticæ propria, est generis, & speciei in quantum vniuersalia sunt, atque prædicabilia, illud quidem de pluribus differentibus specie, hęc vero de pluribus differentibus numero in quid, secūdum quam illud certum esse, eiusmodi definitiones testātur, non conseruari genus, nisi in multis speciebus, neque speciem, nisi in pluribus indiuiduis, nam relatiuum vtrumque est, plura pro termino habens, ergo vtriusque essentia plura petit, à quibus speciem sortitur, quapropter respectu vnius non saluabitur, idque omnes vnanimi consensu tenent, duo hæc prædicabilia quantum ad hoc æqualia constituentes. 21

Quarta opinio refertur, & improbatur.

Cæterum an plura postulent inferiora actu existentia, vel satis sit vnum habere actu, cætera in potentia, vt vtriusque essentia conseruetur, non est apud omnes vsquequaque certum, nam Tolet. quæst. vnica huius cap. inter soluendum argumentum tertium tenet, postremum sufficere ad cōseruationem speciei, cum ab omnibus Sol, & Luna species logicæ appellentur, & quidem prædicabiles sub præsenti speciei definitione comprehensæ, si quidem prædicabile non actum, sed aptitudinem importat, prędicari autem secundum potentiam proximam censetur species, si plura habeat in potentia indiuidua, de quibus, sicut possibilia sunt, sic etiam prædicari potest, sicut potentia quælibet talis dicitur, etiam si actui non sit coniuncta, quia coniungi potest. Difficul. quæstio. Sententia Toleti. 22

De genere autem logico diuersum esse ferendum iudicium arbitratur, quòd plures petit species actu existentes ad essentialem sui conseruationem, adeò, vt si ex duabus actu existentibus destruatur altera, genus logicum in vna non conseruabitur, vt solo homine in natura rerum existente, non erit genus logicū animal, quod Aristotel. locis, ac verbis superius relatis sentire videtur, vbi genus non extare in casu, quod ex duplici, quam habet specie periret, altera affirmat: idemque hac ratione probat, genus contrahitur ad speciem 23 per differentiam, sed differentia non constituit speciem, nisi simul distinguens eam ab alijs, ergo genus extare non potest, nisi in pluribus speciebus actu existentibus, cui illud addit, generis naturam non esse in vna specie perfectā, atque in hac fuisse sententia D. Tho. 1. lib. sententiar. distin. 19. quæst. 4. art. 2. Boetium in libro de diuisionibus, & Albert. Magnum tract. 4. prædicabilium c. 6. putat.

Cæterum modum dicendi eiusmodi à veritate esse remotum arbitror, vt hoc argumentum conuincit. Genus logicè consideratum, nō est aliud quam vniuersale, & prædicabile de Reijcitur hæc sententia.

pluribus differentibus specie in quid, vt definitio illius à Porphyrio tradita ostendit, sed prædicabile non importat actualem prædicationem, sed prædicandi potentiam, atque aptitudinem, quam certissimè habet genus in vna tantùm existens specie, ad plures tamen possibiles relatum, satis igitur erit plures, hoc modo habeat species, vt verè secundum logicam considerationem conseruetur, & confirmo argumento ad hominem, species Solis, & Lunæ ea propter in vno conseruantur indiuiduo secundum dignitatem prædicabilis, quia plura sunt possibilia, ad quæ, secundum aptitudinem prædicandi referuntur, ergo etiam si genus vnam tantùm habeat actu speciē, & in potentia plures, verè erit comparatione omnium prædicabile, & vniuersale; verum etiam genus secundum logicam considerationem.

25 Et ita constanter tenendum est, vt tenuerunt Iauellus tract. 4 prædicabiliū cap. 2. paulò ante medium, quæstione vnica huius prædicabilis inter soluendū confirmationem priorem secundi argumenti. Canterus 1. part. huius cap. 3 dub. vnico,

26 æqualia igitur esse hæc duo prædicabilia generis, & speciei sub logica consideratione quantùm ad pluriū inferiorum necessitatem pro sui conseruatione censendum est: ita vt pluribus in potentia existentibus vnum actu existens sufficienter vtrumque conseruet.

Exponitur Arist. Neque Arist. contrarium vllo pacto docuit loco illo à nobis in principio quæstionis allato, nam quod asserit vna ex duabus deficiente specie genus deficere, sic accipiendum est, vt si in apprehensione, vel intellectu concipiente genus, illudque cum inferioribus comparante vna ex duabus speciebus deficiat, altera tantum remanente, non erit genus logicum, cum terminus suæ relationis deficiat, qui plures sunt species: termino autem deficiente, à quo relatio specificatur, conseruari non potest relatio ipsa, neq; proinde genus logicum, quod ab ea intrinseca denominatione tale vocatur:

27 altera autē deficiente specie à parte rei, genus non deficit, quia defectus illius potētiam proximam generis, vt de pluribus speciebus in quid prædicatur, non adimit, illud duntaxat tollit, vt in vna sola specie prædicatio generis actualis exerceatur.

II. solutio circa Arist. Vel secundo respondetur, & fortè non minus ad mentem Arist. seruato communi ordine vniuersi semper genus in pluribus speciebus reperiri, cæterum vt præcisa generis essentia simpliciter saluetur in rebus non est necessarium, vt ostēdimus, affirmat igitur Arist. deficiente vna specie ex duabus nō conseruari in vna sola genus, secundum eam perfectionem, quā comparatione totius vniuersi habiturum est, secundum essentiam tamen non negat conseruari, nā perfectio illa actualis extensiua non est generi essentialis, & iuxta sensum huius secundæ solutionis loquutum esse D. Tho. verba illius ex loco vtroque à nobis in principio quæst. illata ostendunt. 28

Responsio ad argum. Sed neq; argumētum, quidpiam nostræ sententiæ aduersum probat, concedimus namque ad formam illius respondentes, genus ad speciem constituendam media differentia descēdere, atq; etiam hanc non cōstituere vnam speciem nisi distinguendo ab alijs, negamus tamē eam quā constituit non distinguere ab alijs nō existentibus, quia existentia non pertinet ad essentiam speciei, sed prædicata duntaxat essentialia, quæ per differentiam actu constituētem separari intelligimus, respectu earum specierū, de quibus certo constat, esse possibiles, quod 29 autem adducitur, non esse perfectam generis naturam in vna specie, verum est de perfectione extensiua, quæ ad speciei essentiam non pertinet, quemadmodum non est perfecta potentia, quæ omnibus modis sibi possibilibus actui proprio non coniungitur. tantum igitur est de perfectione essentiali logici generis, quam in vna specie comparatione earum possibilium habere, efficaciter probauimus, neque D. Tho. 30 oppositum tenuit, vt ex verbis illius loci, à nobis relatis constare potest, sed neque Boetius vel Albert. Magn. eo loco, vbi id asserere refertur, de ea re loquitur, tractatu autem 3. de genere c. 2. plures species genus ad sui conseruationē poscere docet, nō distinguens de actuali, vel potentiali earum existētia, qua propter explicari eius sententia potest, ac sane intellectā nostræ accommodari.

Consideratio Metaphys. generis, & speciei.

Cōsideratio Metaphysica generis. SVperest igitur extrema generis, & speciei consideratio metaphysica, sub qua generis essentia est, totum quodam potentiale, atque imperfectum esse per oppositas differētias diuisibile, quibus veluti formis determinatur ad diuersarum specierum constitutionem. Etenim genus metaphysico acceptum ordine, conceptus quidam informis, est materiæ valde similis, perfectibilis quidem quemadmodū mate-

materia per actum, vel formam eiusdem ordinis, talis est autem conceptus differentialis formæ physicæ etiam similis, ex vtriusque igitur coniunctione species etiam metaphysica resultat ex eisdē genere, ac differentia, tāquam partibus composita. Itaque genus intra hunc ordinem per modum totius potentialis consideratur, atque etiam per modum partis actualis, dū iam in definitione, & actuali speciei compositione differentiæ copulatur, species vero vt totum actuale ex vtroq; conflatum.

Duo circa cōseruationem generis certa. Eiusmodi autem consideratio duo alia continet certa, & quæ ab vniuersis recipiuntur, circa generis conseruationem: vnum est genus sub totius potentialis consideratione, nunquam in duplici specie saluari non posse, cuius ea est ratio conuincens, quia ab intrinseco est per oppositas differētias diuisibile, ergo essentialis ei est ordo ad plures species, saluari igitur in vna non erit possibile, quod non de pluribus speciebus necessario actu existentibus, sed actu, vel potentia accipiendum est, ita vt si vna tantum actu existat, in potentia vero reliquæ, conseruatam esse generis metaphysici essentiam censendum sit, quemadmodum de genere Logico diximus.

32.

II. Certum corollar. Certum 2. est, genus sub modo partis actualis in vna sola specie conseruari posse, etenim hoc pacto cōsideratum ad eam speciem quam componit, sic limitatur, vt nullum ad cæteras ordinem potentialitatis habeat, nec enim iam vt contrahibile, sed vt contractum, neque etiam vt totum ad omnes species indifferenter ordinatum, sed vt ad talem componendam determinatum consideratur, in qua, compositio actualis metaphysica ex gradu generico, ac differentiali reperitur, atque adeò genus secundum rationem partis actualis, quę gradum genericæ naturæ speciem actu componentem solum importat.

33.

Dubium. Sed vnum est in eiusmodi consideratione circa speciem, in quo non omnes consentiunt, postulet ne simili modo species metaphysica plura indiuidua, vnum videlicet actu & aliud, vel alia in potentia, vt essentialiter cōseruetur, vel in vno solo salua sit eius essentia, quanquā non sit aliud possibile?

Opinio quædam de hac re proponitur, & reijcitur.

Sent. Mag. Oña. Tenuit affirmatiuam partem Magist. Oña q. 2. huius capitis, art. 2. vbi duo habere speciem Metaphysicam adnotat generis similitudine, est namque totum actuale ex partibus generis, ac differentiæ constitutum, est etiam totum potentiale indiuiduorum comparatione, etenim sicut genus per differentias oppositas, hoc est, in eadem specie incomposibiles, determinabile est ad constituendas species diuersas, ita species contrahibilis est per differentias indiuiduales oppositas; id est in eodem indiuiduo incomposibiles, ad diuersorum indiuiduorum compositionem, neque enim minus ex natura specifica, & indiuiduali differentia, vnum per se indiuiduum conflatur, quàm ex genere, & differentia vna species, cum differentia indiuidualis sit substantialis. Vnde sequitur, ait, substantialem esse hanc potentiam metaphysicam speciei, similemq; potentiæ generis: sed huius ratione constitutum est ab omnibus, genus non posse conseruari in vna specie, nisi plures sint saltem possibiles, 35
ergo tantundem censendum erit de specie secundum modum totius potentialis accepta, in priori verò totius actualis consideratione, plura indiuidua ex necessitate non postulat, sed in vno solo suis partibus actualibus genericæ, atque differentialis completa reperitur, quanquàm nullum aliud sit possibile, in quo non nihil discriminis inter genus, & speciem apparet, cùm genus ratione totius actualis careat, atque ex consequenti semper sub modo totius, plures species pro sui conseruatione exposcat, species solum vt totum potentiale plura indiuidua.

Reijcitur hæc sententia. Eiusmodi autem sententiam non approbāt Doctores antiqui, sed neque ego approbare possum, cū illud sit inter genus, & species metaphysicæ consideratam apertum discrimen, si vtriusque naturam perpendamus, quod genus ad plures species descendit per differentias formales, atq; essentiales, vnde illius diuisio per oppositas differentias, formalis est, & essentialis, formales autem differentiæ specificæ iure appellantur, quia gradum formalis perfectionis à generico distinctum importāt, 36
& qui cum generico copulatus totum essentiale, atque perfectum constituit, & quidem secūdum vltimam perfectionem essentialem, si de speciebus atomis sermo sit, quibus, si illud, quod in potentijs naturale est, ex proprijs actibus speciem sumere adijciamus, inueniemus, non vtcumque substantialem esse potētiam generis, sed essentialem, ac formalem, atque in hoc genere perfectissimam, vt pote ad actum

actum perfectum speciei sua ratione ordinatam, & si ita se res habet, non saluabitur generis essentia metaphysica, absque ordine ad plures species saltem possibiles, cum ex alia, quã habet ratione partis actualis, non sit verè ac propriè genus, vt superius fuit à nobis statutum. Hæc autem in specie valde dissimilia sũt,
37. nam si de atoma loquamur, quæ speciei statũ, ac perfectionem habet, per talem differentiam generi additam constituta est, quæ vltima ea propter appellatur, quia extremum perfectionis gradum continet, & eius ratione vltima etiam appellatur species, quia, vt benè Porphyrius docuit, non est amplius per differẽtias essentiales diuisibilis. Vnde sequitur, differentias indiuiduales non continere nouum aliquẽ perfectionis gradum, neque formales appellari posse, sed vt communis modus loquendi totius scholæ protulit, semper materiales, vel quia à materia radicaliter accipiuntur, vel certe à forma simul per diuisionem materiæ multiplicata, & quocunque modo se res habeat,
38 (quod modo non discutimus) extra essentiam esse specificam nullus vnquàm dubitauit, sed nec dubitandum est, cùm integra sit, atque perfecta speciei definitio generica, ac differentiali parte, absq; indiuidualibus differentijs, quæ modi quidam dumtaxat sunt, specificam essentiam in vltima perfectione essentiali constitutam determinantes ad constitutionem indiuiduorum.

I. Illatio. Ex quibus illud inferre licet, speciem non esse quoddam totum potentiale, & formale, imo non esse totum potentiale absoluta loquutione appellandum, sed actuale duntaxat, quia cum potentia illius non ordinetur ad actum essentialem, atque formalem, talis esse non potest: imo nec substantialis in eo sensu appellanda est, quo substantiam rei pro essentia accipimus, sed solum secundum quid substantialis, quemadmodum actus ipsi indiuidualium differentiarum materiales in primis, ratione explicata iure vocantur, & ea solùm ratione substantiales, quia modi quidam sunt eidem essentiæ specificæ superadditi pro indiuiduis substantialibus constituendis.

II. Illatio. Secundò infero, ad essentiam speciei Metaphysicæ non pertinere huiusmodi potentiam, quemadmodum ad essentiam generis propriã illius potentiam pertinere diximus, cuius ea est ratio iam insinuata, quia potentia generis ad nouum perfectionis essentialis gradum per quem essentialiter perficitur ordinata est, species vero non ad nouum essentialis perfectionis gradum ordinatur: cum nullus talis supersit, vltra atomam differentiam, per quam constituitur, sed solùm ad modum quendam, absque dubio extra essentiam constitutum, quasi singularizantem, & indiuiduantem vniuersos gradus perfectionis specificæ naturæ. 40

Tertiò sequitur illud, quòd benè ex Auicẽna retulit Magister. Soto vbi suprà, speciem, si propriè loquendum est, non contrahi per differentias indiuiduales ad indiuiduorum constitutionem, quemadmodum genus per differentias specificas, sed multiplicari potius ratione huius, vel illius materiæ, & quidem per accidens, non per se, & huius differentiæ ratio est, quia genus incompletam naturam, atque essentialiter perfectibilem importat, completur autem in specie per differentiam, ideò diuidi, atque contrahi propriè dicitur, species autem, vltima perfectione essentiali completa est & ideò, sicut non est vlterius perfectibilis essentialiter, ita non diuiditur, neque contrahitur, sed per indiuiduales modos, quasi modificatur, ac multiplicatur, ex qua multiplicatione modalem perfectionem tantùm acquirit. III. Illatio.

Probabilior sententia statuitur.

INfertur quarto, conclusio vnica nostram explicans sententiam, atq; oppositam excludens, essentia speciei Metaphysicæ in vnico indiuiduo saluatur, etiam si aliud non sit possibile, quàm conclusionem non solùm explicat, sed efficaciter confirmat doctrina nuper exposita, atque etiam Angelorum natura, quę etiam si talis sit (vt multis placet) cui indiuiduorum pluralitas sub eadem specie omnibus modis repugnat, nihilominus in ea proprijssima generis, atque speciei metaphysicæ constitutio reperitur, nam spiritualis substantia creata secundum hanc vniuersalem abstractionẽ genus est per plures differentias contrahibile, ad constitutionem singularium specierum, qua propter proprias esse sub genere tali species necessarium est, absque potentia quidem Metaphysica respectu plurium indiuiduorum. Hoc etiam euidẽter (nisi ego fallor) conuincit species quælibet subalterna, ita cõpleta per genus, & differentiam, ex quibus componitur, vt nulla ei, vt tali, supersit potentia, neque ad specificas differentias, neque ad indiuiduales, vnde infero nullam potentiam conuenire speciei, vt species est, quę si sic ei conueniret, omnibus IV. Illatio, & vera sententia. 41 42.

nibus necessario inesset, imo neque, vt infimæ conuenit, cum Angelicis (supposita illa opinione) repugnet, quod igitur materialibus cõueniat speciebus, essentiale non est, sed extra essentiam earum, vnde apertè colligitur nullã potentiam ad plura, ei esse essentialem, & ex consequenti in vno posse saluari indiuiduo. Hæc igitur non est speciei metaphysicæ essentialis, & ideò verum est completam speciei metaphysicæ essentiam in vnico saluari indiuiduo, quæ in eo tantùm sita est, vt ex gradu genericæ naturæ, atque differentiali sit composita, ideò totum actuale voce totius scholæ appellatur, quia non claudit aliquam essentialẽ potentiam, sed per modum completi actus indiuiduis communicatur.

Hæc nostra sententia sic exposita, fuit mens Aristotelis satis declarata locis, ac verbis principio huius quæstionis allatis, vbi plures species genus intrinsecè respicere docet. Quam
43 expressius profitetur D. Thomas in eam sententiam inclinans, quòd nec sit, nec esse possit, nisi vnicum indiuiduum sub singulis Angelorum naturis, quæ tamen verè sunt metaphysicæ species ex genere, ac differentia compositæ, eandem quoque expressis tenuit verbis Albertus Magnus tractatu 3. prædicabilium, cap. 2. ex modernis verò eandem sequuntur Sotus quæstione vnica, huius prædicabilis, inter soluendam confirmationem primam secundi argumenti, Canterus dubio vnico circa tertiam huius capitis partem, Doctor Toletus in solutione ad tertium.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrùm definitio postrema hisce speciebus conueniat, quæ vnicum dumtaxat indiuiduum habere possunt?

Status quæstionis.

Aliquæ species vnũ tantum habent indiuiduũ Phœnix.

VIX speciem vllam inueniemus, de qua certo sit in schola definitum, plura non posse vno, vel alio modo habere indiuidua. Phænix in primis vt testantur plures, qui continua obseruatione id accepisse videntur, in vno dumtaxat singulari conseruatur, sed in multis esse successiuè certum est.
44 Sol, & Luna, & si quæ sũt alia huiusmodi astra singularia, cœlestium corporum quibus affixa sunt, partes esse, maior philosophorum pars pro constanti tenet, & rursus cœlestia ipsa corpora solo numero esse diuersa, à pluribus, & quidem non indoctis viris probabiliter asseritur. Quanquam plures sint, qui specie sic esse diuersa censeant, vt neque diuina potentia absoluta, duo corpora cœlestia solo numero diuersa fieri possint, ex quibus, nec tamquàm certum esse affirmandum colligitur, speciem in his multis carere indiuiduis. Angelos demum vniuersos specie differre, vel speciem quamlibet eorum, in pluribus singularibus esse multiplicatam, nec certum est, nec minùs probabile postremum, apud sanctos Patres, & scholasticos Doctores, & inter eos, qui primum docent, sub iudice adhuc lis est, possintne secundum potentiam Dei absolutam, multi sub qualibet specie produci, necne, qua propter quam maluerit quisquam partem, tutò sustinere potest. De illis igitur speciebus, quæ vel multa habent indiuidua, vel citra controuersiam habere possunt, non est ambigendi locus, quin præsens speciei definitio eis adaptari queat, cũ necesse non sit, de multis actu enũciari indiuiduis, sed satis est enunciari posse, vt species sit prædicabilis quælibet natura, sed neque de alijs iuxta eorum sententiam, qui multiplicari posse affirmant. Conditionalis igitur est controuersia, an eorum admissa sententia, qui nec habere plura indiuidua, neque habere vllo modo posse quamlibet Angelorum, vel corporum cœlestium specificam naturam crediderunt, conuenire eis definitio speciei valeat. & priusquam 46
varias Doctorum sententias referamus, depellendam esse censemus quorundam positionem, qui absque aliquo rationis fundamento, eo modo sub definitione comprehendi volunt, vt non positiuè, sed per quandam, non repugnantiam vniuersales sint, atque prædicabiles, quia & si vt tales sunt naturæ non multiplicabiles, prædicari posse de pluribus repugnet, conuenire tamen eis potest, in quantum sub communi conceptu speciei apprehenduntur, cùm species in quantùm talis, prædicabilis sit de pluribus differentibus numero in quid. Depellenda igitur est positio hæc, quia non solùm veritate, sed omni prorsus probabilitate destituta est, nàm si eiusmodi non repugnantia sufficeret, vt his speciebus definitio 47
quadraret, euidenter sequitur, indiuiduis etiam conuenire posse, quinimo cuicunque spe-

Refellitur opinio quorundam.

speciei atomæ generis definitionem: nam licet Petro, in quantum singulari homini, de pluribus prædicari repugnet, enunciabitur tamen sub communi conceptu hominis consideratus, & rursus, homo non potest de pluribus specie differentibus, vt talis enunciari, possibile tamen erit, si eum sub communi conceptu animalis concipias. Quæ tamen absurditate plena sunt. Cuius ea est ratio, quia, cum definitio rei essentiam explicet, positiue conuenire oportet, non minus, ac essentiam, quam habere nullo pacto existimandum est illud, cui sub communi aliquo cōceptu non repugnat, cum negatio dumtaxat sit eiusmodi non repugnantia, non essentia positiua, ergo, nec sufficere existimādum est, vt definitio cōuenire dicatur, nec verum est speciem sub cōmuni conceptu speciei prædicabilem esse de
48. pluribus, alioquin omnis species esset sic prædicabilis, quod falsum esse ostendunt species subalternæ de quibus notum est, non prædicari vt species, nec etiam species infima, sub ratione talis, prædicabilis est de multis, quia si ita esset omnis species infima, esset prædicabilis, quod species istæ, de quibus cōtrouersia est non habēt, cum non sint positiue prædicabiles vt fatentur isti, & nos statim ostendemus.

Affirmatiua sententia cum fundamentis proponitur.

Modus Caietani.

EO igitur dicendi modo excluso Caietanus 1 part. quæst. 3. art. 9. opusculo de ente & essentia cap. 5. & expressius in præ-
49. senti capite dub. 3 circa postremam speciei definitionem excitato, censet vniuersales esse, atque prædicabiles huiusmodi species, cuius fundamentum tale est. Esse vniuersalem, vel prædicabilem non conuenit naturæ iuxta conditionem propriæ entitatis, vel essentiæ, vt superius ex doctrina D. Thom. statutum est, sed in quantum obijcitur vel concipitur ab intellectu, similem denominationem tribuente vn-
50. de sequitur aptitudinem realem, vel physicam in multis essendi, indiuiduis non esse ad denominationem vniuersalis vel prædicabilis requisitam, sed eam dumtaxat sufficere, quam natura consequitur ex tali modo, quo ab intellectu concipitur, cum modus cognoscendi naturam sit fundamentum realis denominationis, quæ aptitudo, vel potentia logica iure appellatur, quia sub tali modo ad logicā scientiam pertinere dicitur, sed ita se res habet, vt quamquam in his naturis deficiat realis atq; physica aptitudo respiciendi plura indiuidua, adest tamen logica, ergo satis est vt prædicabiles species sint appellandæ, minorem ostendit, quia natura Michaelis v.g. obijci potest intellectui nostro abstracta à propria singularitate, explicatur. sub tali autem abstractione intelligitur, vt indifferens ad plura, non minus quam quælibet alia natura materialis, illam habens, quia non intelligitur vt singularizata, vel appropriata alicui determinato singulari, sufficit autem eiusmodi indifferentia ad multa, vt apta de eisdem prædicari denominetur logica aptitudine, ergo vere censetur de multis prædicabilis, quantum præsens definitio, quæ logica appellanda est, postulare intelligitur.

Vt autem Caietani fundamentum plenius 51.
capiatur, illud adnotare oportet, apud eos, qui Notādum. tenēt repugnare ijs naturis multiplicationem, duo esse certa, alterum re ipsa eandem esse specificam earum differentiam, atque indiuidualem, itaque essentialis ipsa differentia Michaelis, per quam constituitur in esse specifico, ac distinguitur specie à cæteris Angelis, est etiam indiuidualis, per quam habet indistinctum esse in se, & à quolibet alio indiuiduo distinctum, quod est esse differentiam indiuidualem, etenim quilibet Angelus, iuxta hanc sententiam, simul est species, indiuiduum, atque suppositum, cum determinatas habeat operationes intelligendi, & amandi, atque earum virtute mouendi corpora, aliud est etiam certum distinctam esse eandem naturam secundum specificam, atque indiuidualem differentiam, in quantum eadem cum sit res, diuersa obire munera intelligimus. Cōponit quidem 52.
speciem Michaelis simul cum conceptu communi atque generico spiritus, differentia eius eundem essentialiter distinguens à cæteris aliorum Angelorum speciebus, & sic considerata specifica appellatur, & rursus eundem Michaelem constituit in esse determinato, atq; indiuiduali, quemadmodum singularitas Petri singularem hominem eum constituit, si quidem nō minus singularis est Angel⁹ Michael, quam Petrus singularis homo, & in quantum Michael singularis est Angelus, sicut Petrus est singularis homo. tale exequitur officium non est specifica differentia, sed indiuidualis, essentiam, ac diffinitionem non ingreditur, sed extra illam esse intelligitur aliarum indiuidualium differentiarum similitudine, & hinc prouenit posse nos speciem Michaelis à sua singularitate abstrahere, quod nō est aliud, quam eum cōsiderare

rare vt genere, & differentia compositum, nõ considerata eadem differentia secundum indiuidualis officium, quemadmodum à Petro abstrahimus naturam humanam, non considerata eius indiuiduali differentia, sed sola specifica, quæ vna cum genere speciem componit, nisi enim ratione saltem in Angelis distincta esset eadem differentia specifica à se ipsa, vt indiuiduali, eam sub vna ratione considerare, & non sub alia, repugnaret prorsus, atque adeò specificam naturam à sua singularitate abstrahere, hoc igitur modo abstractam Angeli naturam indifferentem esse ad plura indiuidua affirmat Caiet. atque adeò vniuersalem & prædicabilem.

Confirmatio huius sententiæ. Cuius sententiam videtur confirmare Porphyrius, dum statuit postremam hanc definitionem speciei omnibus, & solis atomis speciebus conuenire, sed eiusmodi sunt species atomæ, cũ proximè sint sub genere positæ, neque in alias species amplius diuisibiles, cum denique ita sint species, vt non sint genera, ergo sub definitione comprehenduntur, Aristoteles etiam in prædicamento substantiæ, proprium esse secundarum substãtiarum prędicari de primis docet, primas autem substantias indiuidua vocat: sed angelorum species sunt secundæ substantiæ, cum sint ex genere, & differentia compositæ, ergo prædicabiles sunt de primis, & ita vniuersales.

55. Quòd ratio ipsa ostendit, nam anima nostra secundum præsentem statum corporis, non valet res cognoscere nisi sensuum ministerio, atque adeò per species à phantasmatibus abstractas, quæ cum corporeæ sint species, non possunt imprimere in intellectu, nisi species alias, spirituales quidem, propter intellectum agentem, qui tanquam principalis caussa eas producit, & propter intellectum possibilem etiam, in quo recipiuntur, qui spirituales sunt potentiæ: repræsentantes tamen corporea obiecta, à quibus accipiuntur: vnde vulgatum illud in schola emanauit, quidditatem rei materialis proprium, esse obiectum nostri intellectus pro statu præsenti, & si ita se res habet, euidenter sequitur spiritualia non esse à nobis nunc intelligibilia, per propriam speciem, sed per speciem, ac similitudinem rerum materialium, vnde corporeas etiam similitudines depingimus, ad excellentiam, atque pulchritudinem Angelorum intelligendam, conditionem igitur, & modum rerum materialium induunt Angeli, in quantum à nobis percipiuntur, atque adeò tanquam ad plura indiuidua indifferentes eorum species accipimus, quemadmodum species materiales, verè illa habentes, quapropter secundum potentiam Logicam æqualis est omnino ratio æqualis indifferentia, æqualis demum vniuersalitatis, ac prædicabilitatis denominatio, in Angelicis naturis, ac in speciebus materialibus, per quarum similitudines à nobis percipiuntur. Idque efficaciter confirmat, quod Deum ipsum singularissimum termino communi significamus, vox namque Deus, communis terminus est, vt in materia terminorum dicitur, voces autem sunt signa conceptuum, vt docet Aristoteles 1. de interpretatione capite 1. ergo Deum communi conceptu apprehendimus, non alia de caussa, nisi quia per similitudinem rerum materialium, eodem igitur modo Angelum concipientes, vniuersalis, & prædicabilis denominationem tribuimus, quanquam in se considera- tus, non sit multiplicabilis, quod Diuus Thomas, non obscurè insinuat opusculo 42. de natura generis cap. 5. *Sub ijs verbis, non formamus intentiones Logicas in Angelis per aliquid conceptum à parte eorum, sed per id, quod concipimus in rebus nobis notis propter communitatem, quam habent cum Angelis, in hoc, quod omnes sunt ab vno primo, & ideo formamus intentiones, quæ vniformiter istis, & illis conueniunt.* Et quæstione vnica de spiritualibus creaturis in disputatis, articulo 8. ad 4. Angelo non esse prohibitam multiplicationem, ex parte specierum docet, sed ex parte indiuiduationis, vnde colligi posse videtur, speciem eius ab indiuiduo abstractam, posse intentionem vniuersalis suscipere, cum in ordine ad multa indiuidua intelligi possit.

56.

Confirma.

57.

Vltimo. Ad extremum, natura Michaelis vnum habens indiuiduum, prædicabilis est de eo, si quidem ab eo participatur, & in illo est, non secus, ac si plura alia haberet, sed non prædicatur prædicatione identica (cum non sint prorsus idem, sed ratione saltem distincta, & certè distinctione habente in re ipsa fundamentum, atque adeò maiori, quam Petrus à se ipso) neque etiam prædicatione æquali, quemadmodum rationale de homine: nam contractior est essentia, vt in indiuiduo consideratur, quam vt abstracta ab illo enunciatur, igitur prædicatione superioris, ac proinde prædicatione vniuersalis de singulari, aptitudinem ergo habet talis natura suscipiendi denomi-

58.

nominationem vniuersalis, & prædicabilis. In hanc sententiam Caietan. inclinasse, in primis videtur. Iauellus. 12. Metaphysicorum, quęstione 24. vbi similes species, si vt in se sunt, intelligantur, quemadmodum vnus Angelus, ab altero Angelo, non esse prædicabiles tenet nec Porphyrium, postrema hac definitione vniuersas species comprehendere voluisse, sed eas dumtaxat, quæ in materia sunt sensibili nobis notiori; cæterum, si vt à nobis intelliguntur, similitudine rerum materialium accipiantur, vniuersales, atque prædicabiles vocat: eodem modo loquitur Soncinas. 12. Metaphysicor. quæstio 51. quamuis pro opposita sententia à nonnullis referatur: nam in solutione primi argumenti negat esse prædicabiles, quoniam de illis secundum propriam conditionem acceptis loquitur. Cæterum in solutione vltimi argumenti, in quantum à nobis intellectas formatum corporalium similitudine, vniuersales ac prædicabiles esse vult. Ex modernis verò, eandem planè recipiunt Doctor Canterus dub. 2. circa secundam huius capitis partem excitato, Mercatus quæstione vnica, articulo. 2.

Caietan. Iauellus. 59. Soncinas. 60 Canterus. Mercatus.

Ad quæstionis solutionem spectantia statuuntur.

Quædam notantur,

SI ita se res habet, vt controuersia hæc præsupponit, quamlibet angelorum speciem non esse vllo modo multiplicabilem, tanquam certum statuendum erit, secundum Physicam potentiam non esse de pluribus prędicabilem. Vt igitur quantum probabilitatis habeat proposita sententia, quæ prædicabilem esse ponit hanc naturam secundum potētiam Logicam, per modum quo à nobis intelligitur ostendere possimus, atque etiam quid sit in præsenti quæstione tenendum, modum, quo spirituales substantias in statu præsenti intelligimus, accuratius expendere oportebit.

61.

Pendet nunc operatio nostri intellectus à phantasmatibus, iuxta vulgatum illud Arist. 3. de anima tex 39. in schola receptissimū: *Oportet intelligentem phantasmata speculari:* Quidquid autem phantasmatum ministerio cognoscitur, corporeum esse nemo ambigit, cū & phantasmata ipsa corporea sint, & phantasiæ potentia, in qua resident, organo corporeo alligata; quapropter species quæcunque intelligibilis in intellectu nostro producta non potest nisi corpoream quidditatem repræsentare, quam iure adæquatum, & per se obiectum eius appellatur, vnde sequitur spiritualia non esse à nobis, per propriam speciem intelligibilia, sed per alienam rei materialis, secundum modum similitudinis, vel remotionis. Etenim, materialium rerum explorata natura, corpoream, vel materialem conditionem remouentes, vel certè similia prædicata (altioris tamen longe ordinis) excogitantes spiritualium rerum conditionem, vtcumque percipimus. Remoto corpore ab Angelo intelligimus substantiam esse spiritualem, depulsis ab operatione illius corporeis imperfectionibus, successione, videlicet, defatigatione, corporearumque imaginum necessitate, ac similibus, & immunem esse ab eis inspicientes, purissimam illius substantiam, à qua oriuntur isthæc (& si non adeò distinctè) concipimus.

Nota 1. Aristot. 62

63 Secundum est, etiam in hac re summopere obseruandum, per alienam nos speciem spiritualia intelligentes, proprium eorum conceptum formare, proprium quidem non comprehensiuum, conuertibilem tamen cum re ipsa intellecta, vt in se est, ac distinctum ab alijs, ea demum ratione proprium, quod cum conditione propriæ naturæ non pugnet, sed ei soli conueniat. Exemplis veritas hæc illustrabitur, per speciem rei corporeæ, imperfectionem corporis ab ea remouentes intelligimus Deum purum esse spiritum: & rursus certis esse limitibus generis, ac differentiæ clausam creaturæ essentiam, & perfectionem inspicientes, his carere diuinam substantiam agnoscimus, atque adeò infinitam esse concipimus, ac demum ex effectis infinitam esse illius potentiam. Ecce proprios conceptus de Deo formatos, qui ei soli conuenire possint, & qui conditioni illius consentanei sunt. Itaque Deum, quanquam per speciem rei materialis, & finitæ cognitum, non materialem, non finitum, sed puram substantiam, infinitam, immensęque virtutis esse cognoscimus, conceptibus quidem imperfectis, quantum exigua intellectus nostri virtus attingere ipsū valet, similis est nobis modus intelligendi Angelos, per viam remotionis, earum imperfectionum, quas cum corpore contrahimus, quibus depulsis, digniorem longè virtutem eorū excogitātes, proprium conceptum formamus, quamuis non omnino distinctum: proprium quidem, qui ei soli conueniat, & non naturæ corporeæ: vt per speciem rei corruptibilis, remouea-

Nota. 2. Exempla.

mouentes corruptibilitatem intelligimus esse incorruptibilem, & per speciem corporei motus eidem non esse subditum, vti res materialis, sicque de cæteris conceptibus angelo proprijs, & pari ratione per speciem materialis, ac multiplicabilis naturæ intelligimus non esse multiplicabilem, sed ad vnum indiuiduum prorsus determinatam, iuxta opinionem, quã nunc præsupponimus ita sentientem: iste autem modus intelligendi Deum, & angelos per species rerum materialium non fit notitijs, aut cognitionibus simplicibus, sed discursu, & collatione rerum similium, vel dissimilium, neque alio modo intelligi à nobis possunt pro statu præsenti.

Ex quibus illud inferre licet, modum intelligendi spiritualia per alienam speciem rei corporeæ, à propria natura eam alienam non efficere in mente nostra, sed neque conditionibus materialibus, vel propriæ conditioni repugnantibus afficere, alioqui non solum imperfectus esset talis modus cognoscendi, sed essentiæ eorum repugnans, & qui alienos ab eorum notitia nos constitueret. Verum igitur modum essendi, ac proprium rerum spiritualium percipimus, licet imperfectè.

II. Corollarium.

Secundo infero, eum, qui Angelicam naturam per alienam speciem concipit intelligens, non esse multiplicabilem per indiuidua iuxta sententiam, quam præsupponimus, talẽ
65 de illa formare conceptum, vt ad vnum sit determinata indiuiduum, nam quemadmodum per speciem rei corporeæ, incorpoream, vt verè est, naturam concipit, ac materiæ expertem, ita etiam non diuisibilem per conditiones materiales, atq; adeò pluribus indiuiduis incommunicabilem. eiusmodi namque proprius cõceptus illius est. Itaque, sicut species rei materialis, per quam cognoscitur, eam tanquam materialitate, vel corpore affectam in conceptu nostro repræsentari non facit, quia aliena sunt hæc, à propria dignitate, quam de illa cõcipimus, pari ratione similitudinem possibilis multiplicationis non confert.

III. Corollarium.

Infertur tertio, potentiam logicam respectu plurium indiuiduorum, quam Caietanus in eiusmodi speciebus, vt à nobis conceptis ponit, nullum habere in veritate fundamentũ,
66 sed in sola imaginatione, nam intellectui esse obiectam spiritualem naturam, ad vnum indiuiduum prorsus determinatam, eoque ab intelligente cognito, ac præsupposito, hoc inquã nullam ei in conceptu illius indifferentiam ad plura conferre valet, quemadmodum per speciem rei materialis ac motu subiectæ oblata, non adquirit vllum ordinem ad materiam, vel motum, etiam in conceptu sic eam intelligentis, cuius ea est ratio, quia vtraque conditio nõ 67
solum eidem naturæ in se repugnat, sed in conceptu, quem de illa formamus, postquam sentire nos profitemur (opinione illa admissa, quã quæstio præsupponit) non minus ei repugnare indiuiduorum multitudinem, quam corpus vel materiam, atque adeò materiales conditiones. Stare quidem posset in conceptu nostro, si multiplicabilem esse re ipsa crederemus, vel saltem vtrumque esset à nobis ignoratum, ordinem habere ad plura indiuidua, similitudine naturæ corporeæ, per cuius speciem intelligitur, sed cum oppositum præsupponamus, possibile nullo pacto esse potest. Idque præsertim verum est, cum potentia logica in physica, ac reali fundetur, si vera est: Physica autem potentia, ea esse intelligitur, quam natura in nostro saltem intellectu habet: etenim si cum proprijs eius principijs, etiam à nobis intellectis pugnat, vana & absque fundamento erit, non 68
secus, ac si rei singulari eam tribueret intellectus: cum igitur intentiones logicæ vniuersales, ac prædicabiles super veram fundentur logicam potẽtiam, sequitur eiusmodi speciebus, quibus multiplicationem repugnare præsupponimus, & intelligimus, conuenire non posse potentiam quidem logicam non negamus in cognitione nostra fundatam, sed vt vera sit, conuenire naturæ, vt à nobis saltem concipitur, necessarium esse arbitramur: quam conditionem non habere eam, quam in ijs speciebus vt à nobis conceptis, inuenit Caietanus, profitemur.

Opinio vera refertur, & comprobatur.

Vera sententia.

Nostra igitur sententia Caietano opposita tribus assertionibus explicatur. Prima est.

I. Assertio.

Angelicæ naturæ non sunt vniuersales, neque prædicabiles species, nec posterior speciei definitio adaptari eis potest, quam in primis 69
efficaciter confirmat præfatus discursus, quo continetur, & explicatur modus, quo à nobis

Probatur.

eiusmodi naturæ intelliguntur. Atque insuper probatur: vniuersalitas, & prædicabilitas sunt positiuæ ad plura indiuidua relationes, sed Michaelis natura, etiam intellectui nostro per speciem rei materialis obiecta, plura habere

indiuidua, non intelligitur, imo intelligitur plura ei repugnare, cum nos ipsi dum eam intelligimus, non esse multiplicabilem præsupponamus, quemadmodum non esse materialem, vel corpoream, igitur denominationem vniuersalis, vel prædicabilis non tribuimus.

II. argum. 70. Secundo, Deum optimum, & maximum per speciem rei materialis intelligentes vniuersalem non denominamus, ea quidem de causa, quia talem intentionem cum singularitate illius pugnare præsupponimus, quam nos ipsi cognoscimus, sed ea apud nos statuta sententia, quam præsupponit quæstio, sic est singularis, angelus in conceptu nostro, vt ad vnum sit indiuiduum prorsus determinatus, ergo non conueniunt illi similes intentiones, vt à nobis concipitur natura angelica, nec ei attribui possunt.

Solutio insufficiens prædicti argumenti. 71. Nodum tamen argumenti soluere nituntur aduersarij, illud assignantes discrimen inter Deum, & Angelum, quòd angelica natura ex genere, & differentia sit composita, quā tamen compositionem, à diuina esse simplicitate alienam cognoscimus, & ea propter illam quidem non sine fundamento prædicabilem de pluribus denominamus, haud quaquam verò Deum eo deficiente fundamento.

Reijcitur dicta solu. Verum quidem discrimen, sed quod argumentum non infringit, quia compositam esse naturam ex genere, & differentia, non est sufficiens fundamentum vniuersalitatis, eam namque compositionem ex propria natura fundatā in compositione alia priori, actus & potentiæ intelligimus, cum qua stare potest, vt verè nullo pacto sit multiplicabilis, vt opinio, quam præsupponimus tenet, ergo talis compositio nō infert, posse eam intentionem vniuersalis fundare, sed certè remotum fundamentum est, & requisitum quidem, insufficiens tamen: proximum vero, atque sufficiens

72. est, cognitam esse naturam, tanquā multiplicabilem, ad pluraq; indiuidua, quę habere posse intelligitur comparatam esse ab intellectu, quo fundamento carere angelicam naturam ostendimus, ergo vniuersalem, vel prædicabilem denominari, non est possibile.

II. Conclusio. Probatio conclusionis secundæ. Assertio secunda, licet similes species non sint vniuersales, neque prædicabiles, verè tamen sunt subijcibiles, quam euidens hęc ratio veram esse ostendit. Plures sunt angelorum species, siue in vno, vel pluribus indiuiduis quælibet subsistat, & quidem omnes sub genere substantiæ collocatas esse notissimū est, 73. illud igitur commune genus habent, cui in recta prædicamenti linea subijciuntur, & præter illud, communem conceptum spiritualis naturę de vniuersis in quid prędicabilem, quibus generibus subijci, quamlibet angelorum speciem necesse est, atque adeò speciem eius subijcibilem esse.

III. Conclusio. Tertia & postrema assertio est, in sensu præsentis controuersiæ, non omnis species subijcibilis, est prædicabilis, sed plures sunt priorem habentes denominationem absque posteriori, id autem esse possibile, ex vtriusque relationis natura probatur: eiusmodi respectus nō solum diuersi sunt, cum ad superiora prior terminetur, ad inferiora posterior, sed vicissim independentes, vt in intermedijs videre licet, quæ subijcibiles sunt species, relatione vero prædicabilis carent, cum ad inferiora comparatæ, nequaquam species, sed genera appellentur, relatio igitur subijcibilis speciei 74. non necessario concurrit in eodem cum relatione speciei prædicabilis, non igitur mirum est in quibusdam infimis speciebus ab ea esse separatam. Hanc nostram sententiam moderni omnes fere Doctores probant.

A qua neque Porphyrius, neque Aristoteles dissentiunt, vt argumenta soluere incipiamus: in primis enim neuter Philosophus angelorum naturam exploratam habuit, dæmones quidem Porphyrius rationales posuit, atque praeditos corpore, ideò plures in quacunque specie, non secus, ac in cæteris corporeæ naturæ speciebus, an vero conditi ne essent ab alio, vel infecti prorsus non videtur certò apud se statuisse Aristoteles, atque eam ob rem, an specie essent omnes diuersi, vel solo numero plures non decreuit, apud eos igitur præsens controuersia locum habere non potuit, sed neque adhuc vniuersalis eorum doctrina in argumento opposito, nostræ sententiæ aduersatur, Porphyrius namque solis speciebus infimis posteriorem definitionem conuenire ait, vt subalternas excluderet, an vero omnes comprehendat, non determinat, sed quasi casus omissus ab eo fuisse videtur, sit ne atoma aliqua species, sic ad vnum determinata indiuiduum, vt neque vniuersalis sit, neque de multis prædicabilis.

Reijcitur quorundam dicendi modus iuxta nostram sententiam.

Testā

Quorundā dicēdi modus.

TEstimonio Aristotelis, satisfacere vo-
lentes moderni quidam Doctores, qui
nostram sequuntur sententiam, omni-
nò negant Angelos esse secundas substantias,
nam cum ea sit ratione quisque illorum spe-
75. cies, vt etiam sit intrinsece, & essentialiter sin-
gularis, ad prædicamentum pertinet tanquam
prima substantia, non vt secunda, atque id cir
co necessarium non est prædicabilem esse de
primis substantijs.

Reijcitur iste modus dicendi.

Hic tamen modus dicendi tria continet à
veritate aliena: primum est angelos esse es-
sentialiter singulares, atque adeò primas sub-
stantias; singularem namque esse naturā crea-
tam, pluribusque indiuiduis incommunica-
bilem, non potest esse prædicatum eius essen-
76. tiale, cum ad genus, vel differentiam illius
formali ratione nō spectet, sed modus quidam
sit substantialis, constituens essentiam incom-
municabilem, quam ideò ex genere, & diffe-
rentia constitutam, secundum rationem præ-
supponit. Etenim si prædicatum essentiale es-
set, statim fieret, angelos in quantum indiui-
dua essentialiter differre; atque ex consequen-
ti, non esse atomas species; sed in hos gradus
essentiales diuisibiles, & insuper solius diui-
næ essentiæ proprium non erit, sua esse ratio-
ne essentiali singularem, quæ à veritate ab-
horrent; sic igitur accipiendum est illud, quod
ab eis dicitur, qui ex propria conditione in-
terdictam esse multiplicationem angelicis
77. speciebus ponunt, videlicet eadem sua diffe-
rentia specifica esse singulares, vt non sit res
alia in eis indiuidualis differentia, ab specifi-
ca, neq; in ordine ad rem aliam extrinsecam
accipiatur, cuius ratione multiplicabiles sint.
Illud namque extat discrimen inter animam
rationalem, & quamuis aliā formam, ex vna
parte, & angelum ex altera, quòd anima qui-
dem rationalis, licet subsistens forma sit, in-
78. completæ tamen naturæ est, quæ simul cum
corpore completam hominis constituit; ideò
non sine ordine ad corpus per materialem di-
uisionem multiplicabile indiuiduatur; qua
propter anima ipsa multiplicationem indiui-
dualem suscipit, atque ex consequenti huma-
na natura, angelica verò, forma est, sed in suo
ordine essentiali completa, neque ad aliud or-
dinata, vnde eius differentia indiuidualis or-
dine ad extrinsecum caret, ac proinde multi-
plicationis necessitate, imo & possibilitate,
iuxta eiusdem sententiæ præscriptum, & hinc
apparet, quam certum sit ratione formali di-
stingui, iuxta eandem sententiam, in angelis
indiuidualem differentiam ab specifica: ac
proinde singulare, vel indiuiduum ab specie.

Alterum, quod continet, falsum est, an-
gelorum species non esse secundas substan-
tias, sed primas dumtaxat, nam cum substan-
tiæ dicantur, tam prima, quam secunda, quia
accidentibus, aut etiam prædicatis quiddita-
tiuis substant, & ideo prima posterior substan- 79.
tia, quā secunda, quia pluribus substat, atq; sui
ratione, paucioribus vero secunda, ijsq; virtu-
te primæ, vt expressa verba Aristotelis capi-
te de substantia testantur: sequitur quamli-
bet angelorum speciem esse secundam sub-
stantiam, si quidem supremis generibus subij-
citur, eisque atque accidentibus substat, non
minus quam alia quæcunque materialis spe-
cies, eis autem substat virtute eiusdem vnius
singularis, ratione formali à se distincti, in
quo subsistit: ex quibus sequitur euidenter,
quemuis angelum non solum esse primam 80.
substantiam, sed etiam secundam, cum &
singularis sit, & vera species subijcibilis, atque
etiam in prædicamento collocatum esse pri-
mo, & per se propter speciei rationem po-
tius, quam propter singularem, cum certum
sit compositionem ex genere, & differentia
ex ratione specifica, non ex singulari habere:
idque adeò verum est, vt eo impossibili ad-
misso, quod species non esset, sed singula-
ris dumtaxat, ad prædicamentum directè,
& per se non pertineret. Deus autem Opti-

Deus non habet compositionē ex genere & differentia.

mus, & maximus non solum propter suam
infinitatem ad prædicamentum non spectat,
sed quia compositionem generis, & diffe-
rentiæ ad prædicamentalem ordinem intrin-
sece requisitam non admittit, eius igitur ra-
tione angelorū species prædicamentales sunt, 81.
nō propter singularitatem, & ex consequenti,
quia vt secundæ sunt substantiæ, per se primo
collocantur in prædicamento, vt primæ vero
tanquam fundamentum omnium prædicato-
rū essentialium, & hoc est tertium, in quo fal-
sa deprehenditur illorum autorū sententia, qui
secundas esse substantias angelos negant.

Responsio ad testimonium Aristotel.

Aristoteles, igitur (vt testimonio illius
satisfaciamus) nihil certum de his substantijs
quantum ad prædicamentalem ordinem per-
tinet, statuisse videtur; qua propter sub defi-
nitione, vel proprietate illa secundarum sub-
stantiarum eas non comprehendit, sed cæte-
ras

ras tantum, quarum naturam exploratam habuit, vel si de vniuersis proprietas illa secundarum substantiarum accipiatur, vt de primis prædicentur, eisdem adaptari potest: neque enim Aristot. quamlibet secundam substantiam de multis, ait, prædicari primis, sed vniuersalior est loquutio, ac sensus, secundis substantiis proprium esse de primis prædicari, ita vt si plures sub se habeat, de omnibus, de vna verò si in ea duntaxat subsistat, satis est ergo angelicam speciem, de vno illo indiuiduo ratione formali à se distincto prædicari posse, vt proprietas secundarum substantiarum ei accõmodetur.

Oppositæ sententiæ argumentis occurritur.

VT autem argumentis oppositæ sententiæ fiat satis, explicandum in primis est, quo genere prædicationis Michael, sub essentiali ratione acceptus, de se ipso, vt singulari enuncietur, dicendum est autem prædicatione in primis æquali, atque ex hac parte
83. differentiali prædicationi simili enunciari,
in quid tamen, cum completam subiecti quidditatem enunciet prædicatum, & propterea ad prædicationem speciei referendam esse suo modo censemus: non est igitur identica cum subiectum, & prædicatum ratione formali sint distincta, & vnum formaliter in alio includatur, nec superioris prædicatio, quia eiusmodi natura, etiamsi à propria singularitate abstracta sit, non habet maiorem ambitum quam ei coniuncta, si quidem ad eam tãtùm comparari potest. Nec demum sequitur, habet indiuiduum, ergo est species prædicabilis: quia terminus specificæ relationis non est vnum, sed plura indiuidua. Subijcibilis igitur species est, non tamen prædicabilis, neque vniuersalis: cum de vno solo indiuiduo enunciabilis sit, & hæc est solutio postremi argumenti.

Ad primũ arg. patet ex præcedẽtibus dictis solutio. Primum autem solutum est, ex doctrina
superius adnotata, quæ per alienam speciem
corporeæ naturæ, ac multiplic. [illegible] angelum
à nobis intelligi admittit, negat tamen ex
tali modo intelligendi multiplicabilem conditionem acquirere, vt in eodem exemplo argumenti intelligi potest: depingimus enim
84. pulcherrimi iuuenis effigiem, vt angeli pul-
chritudinem, & capiamus, & ostendamus, nec propterea intelligimus corpoream esse, sed

maiorem longè in ordine spirituali, pulchritudine illius effigiei sub corporali ordine. Sic ergo accipiendum est de multiplicationis proprietate, quam in angelicam naturam non transfert intellectus, dum per speciem multiplicabilis naturæ eam concipit. quemadmodum nec transfert alias proprietates naturæ materialis, per cuius speciem, eam intelligit, repugnantia remouendo, & ita hac proprietate remota, sicut cæteris, proprium illius conceptum format, naturæ videlicet ad vnum indiuiduum omnibus modis determinatæ, sicut incorporea, immaterialis, indiuisibilis.

Nomen autem, Deus (vt secundum argu- II. argum.
mentum, quod superest, soluamus) iuxta sen- 85.
tentiam Diui Thomæ 1. parte. quæstion. 39 articulo 4. ad 1 ex parte cum termino communi conuenit, atque etiam ex parte cum singulari, significat quidem diuinam naturam singularem ex propria excellentia, cum illud sub nomine Dei intelligamus, quo maius excogitari non potest, & hoc ex propria conditione vnicum sit, atque adeò singulare, vt benè adnotat idem Diu. Thomas 1. par. quæ. 2. art. 2 ad 2. nam eo ipso, quod plura essent, neutrum haberet eam excellentiam: termino autem communi assimilatur ex ea parte, qua forma singularis significata pluribus suppositis communis est. Ad formam igitur argumenti negandum est, ex ea parte Deum esse communem terminum, quia ab impositore, vel cæteris ad significandam naturam diuinam, sed communi conceptu intellectam, sit institutum, sed quia licet singularem, & non multiplicabilem atque, vt talem conceptam, pluribus tamen (non indiuiduis, sed personis) communem: angelica verò natura proprio à nobis conceptu cognita, ad vnum tantum singularem angelum determinata intelligitur, neq; adhuc multis suppositis, aut personis communicabilem.

Similes denique intentiones angelicæ, Similes in-
atque corporeæ naturæ attribuimus, vbi in tentiones
cognitione nostra similem habent fundandi attribuun-
rationem, vt si ex similitudine corporeæ natu- tur angeli-
ræ abstrahamus conceptum spiritus, à pluribus cæ naturæ
angelorum speciebus, genus eundem denominamus. 86.
Quemadmodum quemuis alium conceptum corporeæ naturæ, à pluribus speciebus sui ordinis abstractum: cæterum, si eadem ratio fundandi ex parte naturæ angelicæ à nobis cognitæ deficiat, similitudo intentionis cessat, quia ei attribui non potest intentio,

tio, corporeæ naturæ conueniens, vt verè in proposito contingit, cùm intentio vniuersalis speciei, naturam plura indiuidua modo aliquo respicientem pro fundamēto exigat, angelica vero etiam, vt à nobis cognita, talem aptitudinem non habeat, quæ tamen in natura materiali inuenitur; & eiusmodi sensum tenuit D. Thom. in priori loco.

Exponitur D. Thom. 87. Posterior verò, aliò tendit, videlicet, vt naturæ angelicæ multiplicatio sit interdicta, nō ex communi conceptu rei spiritualis, sed ex particulari talis formæ completæ, non habentis ordinem ad materiam extrinsecam, in qua sceptibilis sit, vt nuper à nobis expositū est, idque cùm intelligamus proprio conceptu de eadem natura formato, ei attribuere intentionem vniuersalitatis, possibile non est.

QVAESTIO QVINTA.

Separetur ne sufficienter species, à genere, ea particula definitionis, prædicari de pluribus differētibus numero in eo quod quid.

Aperitur controuersia difficultas.

De prædicabilium distinctione in genere differentes, postrema vniuersalium quæstione constitutū reliquimus, modo prædicandi in quid per modum totius, & partis, distiucta esse prædicabilia generis, & speciei.

88. Nunc autem specialius naturam secundi prædicabilis, præsenti definitione explicatam inuestigantes, inquirimus merito, an adeò sit proprium illius, de pluribus numero differentibus prædicari, vt eo sufficienter à genere distinctum censeatur. Maximam autem occasionem huic controuersiæ prębuit in primis Porphyrius idem, qui sibi videtur aperte contrarius: nam ex vna parte non potest genus à pręsenti definitione excludere, nisi per illam particulam: *de pluribus differentibus numero*, cum in cæteris notum sit conueñire, vnde sequitur apud ipsum, non prædicari genus de differentibus numero sed solū de speciebus, alioquin si de indiuiduis quoque enuncietur, nō excludetur à definitione, sed coincident duo hæc prædicabilia, quod non admittit Porphyrius: ex alia vero parte asserit cap. præsenti, genus non solum de speciebus, sed etiam de indiuiduis prædicari, quia cum sit superius prædicatū comparatione speciei, necesse est, de omnibus enunciari, quæ sub ea continentur, & hæc sunt indiuidua, quod rursus asseruit cap. prædicab. vltimo, dum peculiares modos prædicandi singulorum exponeret, affirmans, genus, & de pluribus specie differentibus, ac etiam de differentibus solo numero enunciari, hisce verbis: *Genus quidem de omnibus sub se speciebus, & indiuiduis, namque animal de equo, & de boue prædicatur, quæ sunt species, & de hoc equo, & de hoc boue, quæ sunt indiuidua.* Aristot. etiam de essentiali rerum distinctione agens. 5. Metaphysic. cap. 9 & 10. & expressius. cap. 6. text. 12. & lib. 10. cap. vltimo, duo statuit, vnum quidem genericam differentiam longè maiorem esse specifica, atque specificam maiorem indiuiduali; aliud, quod ex eo euidenter infertur; quæcunque genera diuersa sunt, specificum habere discrimen, &, quæ specie distinguuntur, numero ex cōsequenti distincta esse, vtrumq; autem rationi consonat, primum quidem, nam species differentijs distinctæ commune genus habent, cum tamē diuersa genere in nullo communicent, vt equus, & leo ex vna parte, homo, & albedo ex alia ostendunt. Postremum vero, quia maior differentia minorē claudit, ex quibus illud infero, eo ipso genus de differentibus numero esse prædicabile, quòd de specie diuersis prædicari aptum est, post quam numeralis differentia, sub specifica continetur, & si ita se res habet, commune erit generi, & speciei de pluribus differentibus numero prædicari, vt etiam prædicationes istæ indicant, Petrus est animal, Ioannes est animal: quapropter non censetur ea particula definitionis sufficienter separatū ab specie. Nec satisfit si dicatur, proximè prædicari speciem de indiuiduis, quasi remote vero genus, cum non nisi ea mediante enuncietur, nā idcircò verum esse intelligitur, Petrum esse animal, quia verus est homo, etenim si specifica differentia tanquam superior eminenti ratione indiuidualē claudit, planè sequitur, quæ specie distincta sunt, proxima ratione numero differre, tunc ergo si proxima prædicatione genus enunciatur de speciebus, eo etiam modo dicetur de indiuiduis.

Margin: 89. Porphyr. — Aristot. — 90.

Confirmatur. 91. Sed aperta etiam ratio idem cōuincit, nam quemadmodum natura specifica in singularibus est indiuidua, pari ratione generica; propter hanc enim humanitatem, appellatur Pe-

trus hic homo, distinctus numero à Ioanne, qui alia humanitate distincta numero constituitur, nec dissimili ratione, Petrus idem est hoc animal, habens eiusmodi naturam sensitiuam, Ioannes vero aliud hoc animal numero distinctum, ratione alterius naturæ sensitiuæ: est igitur accipere, Petrum & Ioannem, in quantum sunt isti homines, & in quantum sunt hoc, & illud animal, & quanquam sub prima consideratione, remota quadam prædicatione homine mediante, de vtroque animal enuncietur, sub postrema verò absque vllo medio, vt dum sic enunciamus hoc animal, designato Petro, est animal, & illud animal, designato Ioanne, est animal, cum inter animal, & hoc animal nullum sit prædicatum
92. medium, quemadmodum inter hominem, & hunc hominem, prædicato naturam sensitiuam, communi conceptu significatam importante, subiecto item eandem sub conceptu singulari.

Solutio confirmationis. Sed neque rationem hanc sufficienter soluere possunt, respondentes nomine tenus proximam esse eam prædicationem, hoc animal est animal, & similes, re autem ipsa remotam, quia si rem significatã nomine huius animalis attendamus, specifica natura est, cum nullum sit, hoc animal in rebus subsistens, nisi sub determinata aliqua specie animalis eiusdem, vel si indiuiduum esse contendas, non certè aliud à Petro, aut Ioanne, quia præter indiuidua atomæ alicuius speciei; non sunt alia, de quibus animal enunciari possit: esto igitur proximam esse prædicationem nomina ostendant, res tamen significata, quæ principaliter in enunciationibus consideratur, medium ponit.

Hæc solutio non probatur. Hæc inquam solutio argumentum non lædit, nam res ipsa vtroque termino significata, atque etiam conceptus, quo mediante significatur, medium nõ admittunt, vtrumq; enim
93. conceptum naturæ sensitiuæ importat, prædicatum quidem communem, subiectum vero, singularem, non secus ac subiectum, & prædicatum huius immediatæ enunciationis, hic homo est homo, naturam humanam, sub vniuersali, ac singulari conceptu apprehensam, igitur non solo nomine, sed re ipsa proxima censetur prædicatio, hoc animal est animal, sicut immediata est hæc, hic homo est homo, vt breue hoc argumentum efficaciter ostendit.

II. Probatur. Anima rationalis constituens hominem, & est forma rationalis, & sensitiua, & est hæc forma rationalis, & hæc forma sensitiua, vnde infertur gradum hujus hominis, & huius animalis in Petro ratione formali esse distinctos, quanquam eadẽ res sint, quapropter hic 94.
homo. & hoc animal diuersos conceptus eiusdem Petri important, sed conceptus huius hominis absque vllo medio continetur, sub homine in communi, ergo conceptus huius animalis sub conceptu animalis generico, atque adeò non solo nomine immediata est prædicatio animalis, sed etiam secundum conceptũ nomine ipso significatum, quemadmodum hominis de eodem Petro sub consideratione huius hominis.

Ad extremum relationes sunt distinctæ per comparationem ad diuersos terminos, à quibus specificantur, vt relatio paternitatis, & similitudinis ostendunt, sed species, & indiuidua sunt termini formali ratione diuersi, ergo relatio, quæ genus ad species indiuiduaque refertur, tanquam de vtrisque prædicabile, di- 95.
uersa est secundum speciem, sed comparatione specierum est relatio generis, ergo comparatione indiuiduorum est relatio speciei, præsertim cum proxime, & in quid de illis enuncietur: communicat igitur cum specie in ea particula definitionis, de pluribus differentibus numero in quid, aduersus expressam Porphyrij sententiam, qui speciem per illam à genere separauit, & capite præcedenti, genus à specie per prædicationem de pluribus differentibus specie, quibus accedit, quod relatio generis, & speciei ad indiuidua eiusdem rationis est, postquam eundem habet vtraque formalem terminum, nempè indiuidua.

Variæ sententiæ expenduntur, & reprobantur.

Argumenta hæc proculdubio ostendunt, controuersiam hanc non esse ita facilem, vt primo aspectu apparet, atque ea propter circa decisionem illius non consentiunt Porphyrij interpretes; & in primis Albertus Magnus capite 1. in fine tenet, sic esse accipiendam eam particulam, de pluribus differentibus numero in definitione speciei, quasi species per se ipsam de indiuiduis enuncietur, in quo sensu generi non potest adaptari, quod de indiuiduis prædicatur, non per se ipsum, sed per participationẽ speciei; nam idcirco indiuidua naturam generis participant, quia species, sub qua proximè collocantur, ge-

Difficultas controuersiæ ostenditur. Albertus Magn. 96.

geie

niete eodem, ac differentia componitur, Petrus namq; (gratia exempli) ideo est hoc animal, quia speciei humanæ indiuiduum est, quæ natura sensitiua, & rationali constat. Hunc modum dicendi approbant Caiet. lib. prædicabilium, capite de specie, dubio 3. circa hanc definitionem speciei vltimam, ex citato in fine P. Tolet. cap præsenti, quæst. vnica Mag. Oña q. 2. art. 2. Cæterum. 1. atque. 2. argumento insufficientiæ conuincitur, quibus efficaciter satis probatur, formaliter accipiendo indiuidua sub ratione genericæ naturæ dumtaxat immediata esse generi, esto re ipsa nō nisi mediante specie naturam generis participent, & cum prædicationes sint quidem de rebus ipsis principaliter, sed in quantū medijs conceptibus significantur, fit, vt simpliciter, & formaliter proximè prædicetur genus de indiuiduis, in quantum nomine eodem generico significantur, vt dum sic enunciamus hoc animal designato Petro, est animal: quod efficaciter corroboratur, quia anima rationalis cuiusque indiuidui; sicut per se est rationalis, sic per se est sensitiua, ergo sicut quodlibet indiuiduum per se, & proximè est rationale, per se, & proximè est animal.

Caietan.

P. Tolet.

Oña.

97.

Secunda opinio proponitur.

II. sentent.

IDeò secunda sententia tenet definitionem speciei sub duplici moderamine esse accipiendam, ita vt dum dicitur speciem prædicari de pluribus differentibus numero in quid, sensus sit, de his, quæ solo numero distincta sunt, enunciari, & rursus de his duntaxat, & non de alijs, quæ maiori differentia distinguuntur: & hoc modo exposita dedefinitio generi nō quadrat, quod & si de pluribus differentibus numero proximè prædicatur, at nō de his, quæ solo numero sunt distincta, cùm de speciebus sit prædicabile, quæ plus quam numero differunt; atq; adeò non de solis numero differētibus, hęc fuit Auicēnæ sententia cap. 9. suę Dialecticæ, & 5. Metaphysi. cap. de diuerso, benigne interpretata iuxta mentē Caiet. vbi supra, nec enim credendum est cum prima solū limitatione eam intellexisse, nempè de pluribus solo numero differentibus, vt Albertus docet loco proximè designato: cum apertum sit, etiam genus de eisdem prædicari vt animal de Petro, & Paulo, qui solo numero sunt diuersi, sed cum secunda etiam limitatione, vt sit integer illius sensus, speciem de

98.

Auicenna.

Caietan.

99.

pluribus solo numero differentibus, & non de alijs prædicari. Hanc modum dicendi approbant idem Caiet. & Magist. Soto, quæstione vnica huius capitis in solutione secundæ confirmationis.

Cæterum, neque sententia hæc sufficiens constituit discrimen inter genus, & speciem, quale à Porphyrio constitutum censetur hac eadem particula suæ definitionis: nam si ita est, vt ab his Doctoribus ponitur; sequitur in primis, non distingui hæc duo prædicabilia generis, & speciei nisi sola negatione, nempe, quia vnum de his, & non de alijs, aliud vero de his, & alijs prædicatur, differentia autē essentialis duarū specierū, aut etiam propria passio eas distinguens, positiua entitas, vel formalis ratio futura est, vt sufficiens discrimen constituat, exactamq; definitionem compleat. II. Sententia insufficientiæ arguitur.

Secundo, si semel admittatur generi conuenire, de pluribus differentibus numero prædicari, eodem pacto, ac speciei, spectata ratione positiua, esto in negatione illa, vel exclusiua distinguantur, incunctanter sequitur genus quidē esse speciem, cęterū non solum speciem, sed etiam genus, quemadmodum homo, qui animal est: Nec solum animal, sed etiam rationalis: nec tamen idcirco verum esse absoluta loquutione definit, ipsum esse animal, ad duo igitur prædicabilia spectabit, secundum totum suum ambitum, consideratione diuersa, quod absque primi, & secundi prædicabilis confusione stare non potest: positiuum igitur discrimen statuere oportet, ac iuxta illud hanc particulā definitionis exponere, secundum Porphyrij sensum, qui generi conuenire omnino negat, vt de pluribus numero differentibus prædicetur. 100.

Tertia sententia alia via incedens.

TErtia opinio tenet, genus quidem proximè prædicari de indiuiduis (quæ generica vocantur) vt animal de hoc, & illo animali, diuerso tamen modo prædicari, ac speciem: nam cum genus siue de speciebus, vel indiuiduis enuncietur, partē duntaxat enunciet, hoc est, naturam sensitiuam contrahibilem per differentias, semper prædicatur modo incompleto, ex parte eius quod enunciat, licet ex modo totius potētialis prędicetur cōpletè, at species ex parte vtriusq; prædicatur cōpletè: nempe ex parte eius quod enunciat, completum quidem ex genere, & differentia, & ex III. Sent. 101.

 modo

modo totius actualis, atque completi, quē habet, conueniunt ergo genus, & species, in eo, quod est proximè prædicari de indiuiduis: sed distinguuntur in modo prędicandi completo, & incōpleto, quē satis esse vidimus ad distinguenda prædicabilia, & propter eundem modum prædicandi completum, quem genus retinet, siue de speciebus, vel indiuiduis enunciefur: inferi hęc sententia eadem prorsus relatione referri genus ad speciem, & indiuidua: quia
102. licet sint termini diuersi, materialis est hęc diuersitas: formaliter vero pro eodem termino genericæ relationis accipiuntur: Cum sint ea, de quibus eodem modo incompleto enunciatur genus. Porphyrium vero genus ab hac definitione speciei exclusisse (ait) non per prædicationem de indiuiduis nude cōsideratam, sed proprio modo prædicandi speciei vestitam, completo quidem, non solum ex parte eius quod enunciat, sed totius completi atque perfecti: cum tamen genus partem dumtaxat essentiæ enuncians, incōpletè prædicetur, quanquam totū sit potentiale, & ex hac parte quodam modo completum.

Expenditur hæc sententia, probabilisq; iudicatur, sed tandem reijcitur.

Quid de hac senten. sentiēdū.

OPinio hæc, quam moderni quidam sequuntur, probabilitate non caret, præsertim iuxta mentem Porphyrij, qui nō solum docuit genus prædicari de indiuiduis, sed tanquam genus, vt ex ratione ab eodē designata intelligitur, nam idcirco de indiuiduis
103. enunciari affirmat, quia prædicatum superius est comparatione speciei, superius autem prædicatum, sicut necesse est prædicari de inferiori, pariter de quibuscunque contentis sub illo, vt Arist. cap. 3. prædicamentorum his verbis docet: *Quando alterum de altero prædicatur, vt de subiecto quæcunq; de eo, quod prædicatur, dicuntur omnia, etiam de subiecto dicentur, vt homo de homine quodam prædicatur, animal vero de homine: ergo & de quodam homine animal prædicabitur, quidam enim homo, & homo est, & animal.* Sed animal prædicatur tanquam genus de homine, ergo prædicabitur, tanquam genus de indiuiduis sub eo contentis, probatur planè consecutio: quia indiuidua nō continet sub se genus, nisi in quantū continet sub se speciem, sed hanc continet tanquam genus, & idcirco de illa tanquā genus enunciatur, ergo pari ratione continebit sub se indiuidua tanquā genus, & propterea prædicatione generis, etiam de illis enunciabitur.

Quæ si vera sint, efficax ex eis sumitur argumentum, in fauorē huius sententiæ; etenim si de indiuiduis enunciatur genus tanquā genus, ergo prædicatione incompleta, quæ ex modo prædicandi separatur, à prædicatione speciei de eisdem indiuiduis: vnde licet conueniant, duo hæc prędicabilia in his, de quibus prædicantur, materialis dumtaxat conuenientia hæc iudicanda est, non secus atque conuenientia generis, cum differentia subalterna, in eo quod vtrumque prædicabile enunciatur, de pluribus specie differentibus. Cęterum quia in modo prędicandi differunt, formaliter differre censentur, ac distincta prædicabilia constituere, pari ergo ratione modus prædicandi generis & speciei de eisdem indiuiduis, adeò diuersus separabit sufficienter, vtrumque prædicabile. Illustratio. 104.

Quibus tamen non obstantibus huic sententiæ non acquiesco: quia falsum reputo genus prędicari modo incompleto de indiuiduis (quæ generica appellantur) vt animal de hoc, & illo animali, quod sic ostendo: animal de hoc animali prædicat viuens sensibile, hoc est, naturam animalis ex genere viuentis, & differentia sensibilis compositam, ergo enunciat quid in se completum, quia completum est, quod ex genere, & differētia componitur, nec solum in se est completum, quod enunciat (nā hoc negari nullo modo potest) sed etiam est quid completum respectu huius animalis, de quo enunciatur, nam hoc animal sub præciso conceptu huius animalis, nihil aliud præter naturam sensitiuam importat: ergo prædicatum non partem subiecti vt sic concepti enunciat, sed integram eius essentiam, & subiectum tanquam completum eius indiuiduum designatur, licet re ipsa vera coniunctum sit cum Petro, aut Ioanne, quod omnino per accidens est, respectu huius prædicationis: *Hoc animal est animal*: in qua ita se habet, ac si separatum esset ab specie, & eius indiuiduis, & per se existens in sola natura sensitiua: quod secundo probo: nam generica natura solum habet rationem incompleti, vt comparatur ad differentias specificas, per quas perficitur essentialiter, at vt prædicatur de his indiuiduis genericis, non concipitur in ordine ad differentias essentiales, & species, quas per eas contracta constituit, sed vt intra eundem gradum sensitiuum, ex proprio genere, propriaque differentia

Prædicta sententia nō probatur. I. ratio. 105. II. ratio. 106.

rentia compositum proximè, ad indiuidua sub eodem gradu concepta determinatur, quę determinatio generi non congruit, sed speciei propria est, ergo tanquam species, & completum quid ad illa comparatur. Ex quibus infero, vt completa significari sub his nominibus, animal, & hoc animal, & ex consequenti non modo incompleto prædicari genus de indiuiduis genericis, sed completo, non secus atque speciem de proprijs indiuiduis, quo circa per modum prædicandi non separabuntur, sed de eisdem indiuiduis, atque eodem modo cōpleto prædicantur: coincidit proinde genus cū specie in hac particula definitionis, & in definitione integra, cum per alteram particulam separari nequeat.

Explicatur & corroboratur propria sententia, & iuxta eam controuersia dirimitur.

Duo obseruanda. VT quid in hac re statuendum sit, quod propius ad mentem Porphyrij, & rei veritatem accedat, assequamur, duo sunt apprimè obseruanda, primum naturam generis, præsertim subalterni triplicem considerationem habere, nam primo confertur, cum superiori genere, ex quo simul cum differentia componitur, sub qua consideratione notum est, esse speciem compositam ex genere, & differentia Metaphysicè loquendo, & sub consideratione Logicæ, esse speciem, non prædicabilem, sed subijcibilem, secunda consideratio eiusdem genericæ naturæ est, vt contrahibilis per oppositas differentias, quo pacto metaphysicum genus appellatur, & si ab intellectu abstractum, ad species, quas cum differentijs componit, comparetur, denominabitur genus Logicum, hoc est prædicabile de pluribus differentibus specie in quid, & consequenter de omnibus indiuiduis, sub eisdem speciebus contentis. Tertio conferri potest eadem natura generica, in communi considerata, cum indiuiduis proprijs, atque immediatis (quæ appellatur generica) nam licet hæc non dentur separata realiter ab indiuiduis specierum, nec per se subsistere possint, sed in eis sint, ab intellectu tamen concipiuntur, vt indiuidua talis naturæ genericæ, non consideratis vltimis indiuiduationibus, per quas contrahunt species atomas, & ad illas immediate pertinent, gratia exempli: natura animalis in communi considerata, potest ad hoc,

107.

vel illud animal comparari, quæ sunt indiuidua eius propria, nam licet non sint separata à Petro, vel Ioanne, siue ab hoc Leone, & hoc equo, sed in intellectu ea considerante non accipiuntur, vt eis coniuncta, sed ita se habent, ac si separata forent, ac per se existentia, & non in præfatis indiuiduis specierum, vnde ita se habet natura generica, hoc modo sumpta, ad hæc indiuidua comparata, ac si esset atoma species, veluti homo, equus, aut leo, cum ad indiuidua proximè comparetur, itaque sub consideratione hac, non comparatur vllo modo ad species, sed ita se habet, ac si eas non haberet, quare nec concipitur, vt contrahibilis, seu perfectibilis per differentias, nec proinde, vt incompleta, sed vt completa natura, & specifica ex genere, & differentia composita, non est ergo, vt sic accepta genus, sed vera species, vel si vera species non sit, vt in supremis generibus ad propria indiuidua proximè comparatis, per modum atomæ speciei concipitur.

Exemplum 108.

Ex quibus planè infertur, naturæ genericæ cum proprijs indiuiduis comparatæ non tribuere intellectum intentionem, aut denominationem generis, sed speciei, quia non vt prędicabilem de speciebus eam concipit, sed proximè, & in quid completum de indiuiduis, attribuit, ergo illi integram definitionem speciei intelligens esse prædicabilem de pluribus differentibus numero in eo, quod quid.

Denominatio speciei tribuitur naturæ genericæ respectu propriorum indiuiduorum.

Secundum, obseruare oportet, duplicia esse indiuidua, quædam sub atomis speciebus proximè contenta, quorum naturam proximè participant, & idcirco specifica indiuidua iure appellantur, vt Petrus, & Iohannes: hic Leo, & hic equus, & alia huius conditionis: alia sunt indiuidua generica propterea sic nuncupata, quia nomine genericæ naturæ gaudent, vt hoc animal, hæc planta, hic color, & similia; & quia vere eandem naturam genericam participant sub tali nomine, nam hoc animal idem formaliter significat, quod habens hanc naturam sensitiuam; & naturam genericam non participant media aliqua specie, sed immediate; qua re ab ea suscipiunt denominationem, & non ab aliqua specie, cæterum non dicũtur generica indiuidua, quia naturam genericam participent, vt contrahibilē per oppositas differentias, nec proinde, vt genus est, sed vt completam per proprium genus & propriam differentiam; ac propterea per modum speciei, sed quia eademmet natura re

110. Secundum obseruandum. Duo indiuiduorum genera.

111.

 ipsa

Quare dicũtur indiuidua generica. ipsa vera, generica est, per differentias perfectibilis, licet non vt talis consideretur, dum comparatur ad propria indiuidua, propterea nomen eius retinēt, & generica indiuidua vocantur, hoc est ergo discrimen inter hęc, & illa indiuidua, quòd illa naturam generis, non im-
112. mediate participant, sed medijs speciebus, & ideò vt genericam participant, sicut species, hoc est, vt per differentias specificas contractã, generica verò indiuidua non participant eam media aliqua specie, neque vt sic concepta continentur sub atomis speciebus, sed proximè sub eadem natura generica, conceptu tamen completo, tanquam sub specie, quare nec participatur ab eis, vt imperfecta, vel incompleta, nec vt perfectibilis per vlteriores differentias, sed vt iam perfectam per propriam, quo pacto concipitur natura generica, dum comparatione superioris generis denominatur species subijcibilis, vt sic enim non vt imperfecta, vel vlterius perfectibilis consideratur, quanquam re ipsa vera perfectibilis sit, sed vt in se com-
Nota. pleta: & ex hoc discrimine sequitur euidenter aliud valde notandum inter vtraque indiuidua, nempe de specificis prædicari genus prædicatione generis, quanquam non immediata,
113. sed specie media. Probatur planè, nam ad illa
Probatio. deriuatur media specie, ergo eodem modo ac deriuatur ad speciem, videlicet tanquam contractum per differentias, quod generi propriũ est, prædicabitur ergo de indiuiduis eodē modo incompleto, & hoc est, prædicatione generis prædicari. Cæterum ad generica indiuidua vt sic in mente concepta, non media specie aliqua deriuatur, sed per immediatas differentias indiuiduales huius, & illius animalis, huius & illius plantæ, & vt completum quid, nō vt per vlteriores differentias perfectibile, non vt genus, sed vt species, quare non prædicatur de illis prædicatione generis, sed speciei perti-
114. nentis ad secundum prædicabile.

Corollaria superioris doctrinæ quibus propria sententia explicatur.

Ex tota hac doctrina triplicem assertionē deducimus, quibus propriam sententi-
I. Assertio. am explicamus: prima est genus, vt genus, prædicatur de indiuiduis specificis, non quidem proximè, nec eodem genere prædicationis, atque species, sed diuerso: ostendo primum, quia ad talia indiuidua non descendit genus nisi media specie, ergo nō proximè, sed
I. ratio. remotè eadem specie media enunciatur de illis, necessaria est consecutio: antecedens vero simul explico, & probo hunc in modum: per indiuiduales differentias Petri, & Ioannis proximè determinatur humana natura ad hæc indiuidua, ergo tali determinationi, vel contractioni præsupponitur iam constituta ex genere animalis, & differentia rationalis, animal igitur per se primo ad hominem, & Leonem descendit, & quia species istæ, iam ex eo, & differentijs constitutæ per indiuiduales differentias determinantur, & quasi contrahuntur ad constituenda indiuidua, necesse est, vt 115.
genus, quod de speciebus per se primo enunciatur, de his etiam indiuiduis, ex consequenti prædicetur: non ergo per se primo, non immediate, sed remote.

Quod autem non secundum eundem modum prædicandi, aut eodem genere prædicationis probatur planè: quia genus deriuatur ad indiuidua medijs speciebus, sed ad has deriuatur, vt genus, ergo etiam ad indiuidua: tunc vltra genus deriuatur ad species tanquam pars, simul cum differentia eas componens, ad indiuidua vero descendit, quia est pars speciei, ergo quemadmodum enunciatum de speciebus, solam partem enunciat, licet per modum totius potentialis prædicetur: pari ratione partē dumtaxat enunciabit de indiuiduis, & hoc est prædicari de illis modo incompleto, generi proprio, sicut de speciebus, sed species enunciantur de indiuiduis modo completo, hoc est habentis rationem totius actualis, atque completi respectu eorum, ergo diuerso modo enūciatur genus, de indiuiduis specierum, ac species ipsæ, propterea species à genere separatur in definitione Porphyrij, per illam particulam *de pluribus differentibus specie*, quæ intellecta de proxima, atque completa prædicatione, aperte excludit genus, neutro modo de eisdem indiuiduis prædicabile. Probatur II. pars. 116.

Assertio secunda, genus prædicatur proximè de indiuiduis genericis, vt animal de hoc, & illo animali, sed non vt genus, nec prædicatione generis, aut primi prædicabilis, sed per modum speciei, quare in hoc modo prędicandi non distinguitur ab specie, nec ab eius definitione excludi potest: vniuersa, quæ in hac assertione continentur, satis corroborauit adnotata doctrina, nihilominus hoc discursu explicanda sunt, & probanda. Et primo quod proximè de his indiuiduis enuncietur, conuincūt argumenta in principio quæstionis prædicta: quia hoc animal solum dicit hanc naturam II. Assertio. 117. I. ratio.

spe-

sensitiuam, sicut hic homo solum dicit hanc naturam humanam, sed natura sensitiua in communi accepta, proximè, & absque vllo medio prædicatur de hac natura sensitiua, facta hæc, per differentiam indiuidualem, quo pacto significatur nomine huius animalis, sicut homo in communi enunciatur proximè de hoc, & illo homine: ergo genus proximè enunciatur de hisce indiuiduis genericis, quod verò non enuncietur, vt genus, euidenter sequitur (nisi ego fallor) nam genus, vt genus nō
118. descendit immediate, nisi ad species, determinatum per differentias specificas, ad indiuidua verò, si proximè descendit, non erit certè vt ge
I. nus, sed vt species, propter duo. Primum, quia proximè contractum per indiuiduales differentias descendit, sic enim concipitur per hæc indiuidua, vt animal per hoc, & illud animal, sed quod proximè contractum concipitur, & significatur per indiuiduales differentias, nō concipitur, & significatur vt genus, ergo nec de his indiuiduis tanquam genus enunciabi-
II. tur. Secundum, quia quod concipitur vt proximè contractum, per differentias indiuiduales, tanquam perfectum iam, & completum in propria natura concipitur, & significatur, non ergo vt genus, quod ex propria conditione cō-
119. cipitur, vt imperfectum in natura essentiali, & perfectibile per essentiales gradus differentiarum, natura ergo generica comparata ad hæc indiuidua, vt totum completum, & actuale cōcipitur, & vt tale de illis enunciatur, vt species igitur, & non vt genus: quare sub tali modo prædicandi ad prædicabile speciei pertinebit, sub cuius definitione comprehenditur: & hæc erat vltima pars assertionis nostræ. Ex qua intelligitur genus, vt prædicatur de indiuiduis genericis, non excludi à Porphyrio à definitione præsenti, cum non vt genus enuncietur, sed solum excludi censetur, in quantum de indiuiduis prædicatur specificis, vt assertio prima docuit.

III. Assertio Postrema assertio, genus eadem relatione secundum speciem refertur ad species, & earū indiuidua, non tamen eadem secundum speciem, sed diuersa refertur ad species, & ad in-
120. diuidua generica. Priorem partem huius assertionis sic probo. Genus vt genus prædicatur eodem modo de speciebus, & earum indiuiduis, nempe incompletè, vt iam ostendi, ergo sub eadem ratione formali ad vtraq; refertur, & propterea eadem relatione, nam licet diuersæ sint species ab indiuiduis, eodem modo genus participant, eodem modo de illis enunciatur, solam partem enuncians, ergo diuersitas hæc materialis est, quæ cum identitate formali stare optimè potest.

Neque aliquid refert, quod species proximè, indiuidua vero remota quadam ratione Occurritur dubio.
respiciat, cum eundem modum incompletum generi proprium retineat semper: ex quo ratio 121.
formalis prædicandi, & respiciendi subiecta pensatur, & non ex propinquitate.

Posterior verò pars eiusdem assertionis, ex præiactis fundamentis manifesta est, nam ge- Probatur
nus, vt incompletum quid respicit species, ac II. pars.
de illis enunciatur, indiuidua vero generica sub modo totius actualis, atque completi, sub quo de illis enunciari ostendi, ergo sunt termi 122.
ni genericæ relationis formaliter diuersi, ab speciebus, sed relationes distinguūtur specie per terminos formaliter diuersos, ergo distincta erit secundum speciem relatio, qua genus respicit proprias species, & propria indiuidua generica, de quibus ostendimus non medijs speciebus à genere respici, sed proximè, & absque vllo medio, sicut quælibet species atoma, respicit propria indiuidua.

Et si quispiam scire velit, an genus eadem relatione, non solum secundum speciem, sed etiam secundum numerum referatur ad omnia indiuidua generica, & pariter eadem nu- 123.
mero relatione referatur ad omnes species, & ad omnia earum indiuidua. Respondeo, dubiū hoc non esse præsentis instituti, sed ad prædicamentum *ad aliquid* spectare, vbi differetur, an relatiuum eadem numero relatione referatur ad plures terminos eiusdem conditionis, vt pater eadem numero relatione, vel diuersis refe- 124.
ratur ad plures filios, quos genuit. Sed ex his, quæ circa hanc quæstionem statuta à nobis sunt in commentarijs illius capitis, vno verbo respondere possumus, eadem numero relatione referri genus ad omnia indiuidua generica, & rursus per aliam numero relationem respicere species omnes, & omnia illarum indiuidua, cuius rationem vsque ad prædicamentum, *ad aliquid*, expectandam censemus.

(∴)

QVAE-

QVAESTIO SEXTA.

An vna sit realis indiuiduorum ratio, per secundam definitionem indiuidui à Porphyrio explicata.

INtentionis secundæ fundamentum natura realis est, quæ ab ea denominatur in cūctis prædicabilibus, atque suo etiam modo tantundem in indiuiduo reperitur, quod cum terminus sit specificæ relationis, meritò Porphyrius conditionem illius explicare in calce præsentis capitis constituit, & quidem explicatione duplici, vt realem eius naturam, atque etiam secundam intentionem denominantem vtcunque capere possimus. Libet autem ordinem illius non nihil inuertere, & secundam definitionem primo loco examinare vt reali fundamento exposito, melius secundā intentionem intelligamus.

Bona est definitio indiuidui à Porphyrio designata.

Duo extrema reijciēda. SED prius quam ad rem veniamus, duo explodenda sunt singularia extrema, definitioni ipsi, atque explanationi eius planè aduersa. Aduersatur in primis definitioni illud, quod moderni quidam contendunt, vitio non carere, quia dum indiuiduum esse, ait, il-
n6. lud, cuius proprietatum collectio in vno reperta, non inuenitur in alio, non satis cuiusq; indiuidui vltimam rationem attingit, cum exploratum sit, omnes vnius indiuidui proprietates in alio esse, licet casu contingat, aliquam ei deesse, ergo nec repugnabit eam definitionē pluribus conuenire, quod profectò vitio, ac non leui adscribendum est.

Vniuersa tamen Dialecticorum schola eiusmodi Porphyrij definitionem probat, & recepit, neque vllus est illius interpres, his exceptis, qui similem defectum ei imponant, etenim licet quidditatiua, vel essentialis non sit, neq; talis definitionis capax sit indiuiduum, vtcunque tamen eius naturam ita explicat, vt exacta in suo ordine, atque genere censenda sit: possi-
n7. bile est proprietates omnes indiuidui in communi consideratas, pluribus alijs conuenire, cæterùm, si sub tali gradu, modo, cæterisque circumstantijs considerentur, ac simul accipiantur, impossibile est vniuersam congeriem pluribus esse communem, & cum propria sit indiuidualis differentia nobis sæpe occulta, proprietatibus innotescit, quemadmodum in speciebus contingit, quas frequenter Aristot. per proprietates definit, quæ essentiales differentias indicant, iuuant enim accidentia non parum ad cognoscendam substantiæ quidditatem, vt testatur ipse 1. libro de anima textu 11. hisce verbis: *Accidentia conferunt, secundum magnam partem ad cognoscendum ipsum quid est.* Nō est igitur vitio vertendum Porphyrio, quod indiuidui naturam per proprietates explicuerit, quæ, si vt expositum est accipiantur, propriam cuiusque indiuidui differentiam constituentem, ac distinguentem ipsum ab alijs ostendunt.

Ab ea igitur calumnia liberata indiuidui explicatione, extat secundo loco Magister Soto, quæstione vnica huius capitis, in solutione ad secundum argumentum affirmans, definitum eius non esse naturam indiuidui realem, sed secundam intentionem formale definitū esse, reale verò indiuiduum, tanquam substratum atque denominatum ab ea, non secus, ac in prima definitione, in qua dicitur esse prædicabile de vno, nec secus, ac in vniuersis prædicabilium definitionibus explicatur secunda intentio, tanquam formale definitum, prima vero vt materiale.

Singularis tamen est huiusmodi prædicatio & à posterioribus meritò expulsa, cum verba omnia in definitione posita proprietates reales indiuidui contineant, quæ absque dubio ei conueniunt, citra operationem intellectus, & non in quantum secundæ intentioni substat, realis igitur natura indiuidui definitū est, & nullatenus secunda intentio denominans. Reijcitur prædicta sententia.

Quo ex communi omnium interpretum consensu statuto, illud controuersiæ locum habet, circa præsentem definitionem, sit ne aliquid reale cunctis indiuiduis commune, atq; vniuocum per eam explicatum, vel quodlibet indiuiduum determinatum dumtaxat explicetur, nempè Petrus, Ioannes, Franciscus, ac cæ- 129.
tera, cuiuscunque speciei illa sint. Vbi etiam tanquam certum constituendum est, nemine dissentiente, indiuidua accidentium, vt hoc album, illud quantum, non esse, hac explicatione definita, sed indiuidua dumtaxat specierū substantiæ comprehendere, eiusmodi namque sunt, quæ plures, ac diuersas proprietates habent,

habent, his carminibus frequenter explicatas.

Forma, figura, locus, tempus, cum nomine sanguis.

Patria, sunt septem, quæ non habet vnus & alter.

Ita, vt formæ nomine singularis complexio intelligatur. Figuræ, partium proportio, locus vero eam terrę, vrbis, vel etiam domus partem indicet, in qua quispiam in lucem editur, tempus vero ipsius generationis momentum, vbi etiam clauditur certa constellatio, sub qua natus est, nomen, quod ei impositum est, parentem indicare solet, prosapiam vero sanguis. Patria non habet eandem significationem ac locus, vt putat Magister Oña, qui ideò postremum versiculum redundare arbitratur,
130. & primum sufficere: vniuersalior enim est Patriæ significatio, quæ regionem, prouinciam atque etiam vrbem, vel oppidum importat, loci vero contractior: cum determinatam ac singularem non solum regionis, vel vrbis, sed etiam domus partem propriè significet.

Rationes in vtramq; partem referuntur.

HVC igitur cōtrouersia refertur, an singularia substantiæ, sub vna aliqua ratione reali, atque vniuoca indiuidui cō ueniant, quam significat indiuiduum vagum, vt quidam homo, sub qua præsenti sunt explicatione definita. Ex vtraque enim parte non leuis militat dubitandi ratio: ex affirmatiua quidem, nam definitio non solum communis est cunctis singularibus substantiæ, sed æque illis conuenit, illud ergo quod definitur, commune erit, atque ęquè conueniet vniuersis, & ex consequenti omnium comparatione vniuocum, nisi fortè velis, definitionem, nomen duntaxat indiuidui realis explicare, vt nominales posuere, quod iam diu ab scholis relegatum est, constitutumque de rebus ipsis traditas esse definitiones: circa quas formæ versantur, aliquid igitur reale explicatur, idque commune erit, & vniuo-
132. cum: definitio etenim vna est, & non plures, vnum igitur erit adæquatum definitum, vt in cæteris definitionibus contingit, præsertim cum singulares proprietates in particulari, quibus indiuiduali ratione differunt indiuidua, non explicet definitio, sed in communi indicet non esse in alijs, quæ in vno reperiuntur, & certè, si quodlibet singulare in particulari explicandum esset, non solum non esset vna definitio, sed tot, quot sunt singularia, & cum sint infinita, vt ex Platone Porphyrius attulit, non nisi infinitæ sufficerent definitiones.

Ex negatiua vero parte extat alia, non minus efficax dubitandi ratio: definitio explicat naturam rei singularis, ergo non potest conuenire alicui rationi vniuersali, cum oppositæ sint rationes vniuersalis, & singularis, vel saltem diuersæ adeò, vt non valeant vnica definitione comprehendi. Idque manifestum efficietur, si verba definitionis pensemus, col- 131.
lectio enim proprietatum singularium, quæ in vno reperitur, cæteris non conuenit, proprietates item singulares non conueniunt vniuersalibus, vni etiam hanc proprietatum collectionem, & non alijs conuenire, de rebus dumtaxat singularibus verificatur, nam communis ratio omnia singularia comprehendit, à nullo distinguitur, tam ergo repugnat commune aliquid esse definitum, quam definitionem ipsam definito non posse adaptari.

Sententia negans dari aliquid reale commune indiuiduis.

PArtem negantem tenuere Magister Soto in primis, qui idcirco ad secundam intentionem declinasse videtur, ne conuinceretur commune aliquid reale esse dandum, in quo indiuidua conueniant, & Magister Oña quæst. 2. articul. 4. & 5. atque alij ex modernis non pauci, cuius sententiæ hæc sunt argumenta. Cōmunis sententia.

Primum differentiæ indiuiduales, quibus constituuntur, ac diuiduntur, sunt vltimæ, cùm indiuiduum non sit amplius diuisibile in inferiora, nec secundum differentiam formalem, neq; materialē, igitur sunt vltimò distinctiuę, atq; adeò primo diuersæ, hoc est ex se, ac se totis diuersæ, quare sequitur euidenter, neque in aliquo posse conuenire, & longè minus esse rationes, quibus indiuidua ipsa, quæ constituūt, conueniant, ac tandem indiuidua, vt talia sunt, hoc est per differentias indiuiduales constituta, ac distincta (sic enim explicantur præsenti definitione) non conueniunt in ratione vna, quæ definiatur, qua propter quodcunque nomen indiuidua significans, siue communissimum, quale est quædam substantia, siue particulare, vt quidā homo, æquiuocū Argum. I.

 est,

est, eorum comparatione cùm multa significet, quæ sub illo conuenire repugnat, nisi solo nomine.

II. Arg. Secundò. Indiuidua duo tantum habent & naturam vniuersalem, seu specificam, in qua conueniunt, & indiuidualem differētiam, qua distinguuntur, vt in Petro solum consideramus naturam humanam, in qua cum Ioanne conuenit, & singulares eius proprietates, quibus indicatur propria differētia indiuidualis, eum constituens in esse talis indiuidui, ac distinguens à cæteris alijs: ratione naturæ cōmunis, nomine etiam communi ipsius speciei significantur, non proprijs, vel singularibus, qua propter sub definitione hominis comprehenduntur, at in quantum suis proprijs differentijs distincta sunt, nominibus signantur proprijs, nihil igitur cōmune habere possunt, in quo conueniant, nisi velis in quantum diuersa sunt, conuenire, quòd planè repugnat,
134. qua propter non possunt communi aliqua definitione explicari, communi inquam, quæ realis sit, nam sub secunda intentione conuenire possunt, vt de primis generibus cap. præcedenti constitutum est, & quæstione sequenti videbimus de eisdem indiuiduis. Idq; confirmare possumus exemplo specierum, plures (Confirmatur exēplo.) etenim species eiusdem generis cōuenire possunt in natura reali generica, quàm participant, in ratione etiam secundæ intentionis, à qua sub secundo prædicabili denominantur, at in quantum suis atomis differentijs distinguūtur, nihil commune habere possunt, vnde neque commune nomen reperitur, quo significentur, vt de homine, & leone constat, qui in natura reali animalis conueniunt, & sub secunda intentione speciei eadem ratione deno-
135. minantur, at in quantùm per proprias differētias species sunt diuersæ, non possunt vniuocam conuenientiam habere, nec per vnam definitionem explicari. Maiori igitur ratione de indiuiduis idem censendum erit, in quibus earundem specierum materialis diuisio sistit. Vnde sequitur, si aliquo nomine communi significantur vniuersa indiuidua substantiæ, vel particulari singulares homines, æquiuocum esse plura significans penitus diuersa, non secus ac nomen canis.

Postremo, si species secundùm vltimas rationes differentiarum, quibus distinguūtur, (Vltima rat.) atque etiam indiuidua sub aliqua vna ratione conuenirent, sequitur procedendū esse in in-
136. finitum, atq; adeò præter vltimas differentias alias esse ponendas eis inferiores, quorum vtrumq; satis absurdum est, sequela autem inde probatur quia si sub ratione, qua diuersa sunt, conuenire admittis, sequitur alijs differentijs esse distincta, cùm notum sit commune prædicatum particularibus esse differentijs in inferiores rationes distinguendum, tunc ergo tales differentiæ infimis erunt inferiores, ac rursus in quantum eædem species, vel indiuidua eisdem sunt differentijs distincta, necessa- 137.
rium est conuenire, alijsque differentijs respectu eiusdem conuenientiæ differre, & ita in infinitum abeundum erit: constituendū etiā erit, inter quascunq; species, & suū proximum genus medium quoddā prædicatū, commune quidem eisdem speciebus, in quantum suis differentijs sunt diuersæ, & si hoc verum sit, verū esse non potest illud, quod Porphyrius ex Platone attulit, diuisionem prædicamentalem sistere in atoma specie, neque ad indiuidua procedere, sed tanquàm infinita esse relinquenda: (Probant ab inconuenienti.) etenim si vnam habent communem rationem, in qua conueniunt, vsque ad illam diuisio procedere poterit: hæc item poterit propria definitione explicari, & cum vniuocum sit indiuiduorum prædicatū, aliud constituendum erit pro illo prædicabile: cū exploratū sit, nec genericum esse, vel specificum, sed ab ijs, alijsque tribus postremis longe diuersum, quæ omnino absurda satis esse constat.

Vera opinio admittens aliquid reale vniuocum indiuiduum.

OPpositam sententiam asseuerantem, aliquid reale commune, atque vniuocum comparatione indiuiduorum substantiæ, definitum esse formale præsentis definitionis, constanter defendit Diuus Thomas quæstion. 9. de potentia, articulo. 2. ad primum, & prima part. quæst. 29. art. 1. ad primū, (Opposita sententia probabilior)
atque expressius quæst. 30. art. 4. quibus in lo- 138
cis indiuidua substantiæ conuenire ait, in modo particulari essendi, & hoc esse definitum à Porphyrio, & Arist. cap. de substātia, dum primam substantiam explicans, ait, esse, quæ neque in subiecto est, neque de subiecto dicitur, (Porphyrius Arist.) hoc demum in definitione personæ explicari, eandem sententiam sequitur Caietanus dubio 2. circa definitionem indiuidui excitato, & in prædicamento substantiæ inter exponendam definitionem primæ substantiæ, & 1. part. quæstio, 29. articul. 1. atq; etiam Doctor Can-

terus

terus cap. præſenti in expoſitione huius definitionis, & cap. de ſubſtantia circa expoſitionem definitionis primæ ſubſtantiæ, & multis modernis placuit, quam ego tanquam dialecticæ, & metaphyſicæ principijs valde conſentaneam libenter amplector.

Reſoluitur quæſtio.

139. Nota. Pro vera ſẽtentia. Prius tamen à nobis explicanda erit, & rurſus rationibus confirmanda. Adnotare igitur oportet, ex doctrina D. Thomæ eiſdem locis: hæc nomina prima ſubſtantia, ſuppoſitum, perſona, ſingulare, atque etiam indiuiduum realiter acceptum, eandem protſus rem ſignificare ad ſubſtantiæ prædicamentum ſpectantem, videlicet ſingularem, atque incommunicabilem, quæ prima ſubſtãtia dicitur, in quantum per ſe ſtat, in ſe ſuſtentatur, non in alio, ſuppoſitum vero, ſeu Græcè hypoſtaſis, ratione ſubſiſtentiæ, quę eſt vltimus terminus, ac perfectio ſubſtantialis naturæ, perſona vero in quantum hanc ſubſtantiam habet in natura rationali, vel intellectuali, quę omnium perfectiſſima eſt: ſingulare appellatur in quantum naturam vniuerſalem contractam, atque appropriatam denotat, ac tandem
140. indiuiduum, vt eſt vna numero, hoc eſt in ſe indiſtincta, & à quocunque alio ſeparata, omnibus autem his nominibus nominamus Petrum, vel Ioannem iuxta prædictas conſiderationes. Conueniunt autem omnia hæc, in quantum de natura communi non dicuntur, ſed rem determinatam particularem modum eſſendi habentem denotant: vnde ſequitur eandem prorſus eſſe controuerſiam, an in definitione primæ ſubſtantiæ ab Ariſt. deſignata in eo prædicamento, ſi realiter accipiatur, in
Boetius. definitione perſonæ à Boetio conſtituta lib. de duabus naturis, perſona eſt rationalis na-
141. turæ indiuidua ſubſtantia, quæ à Diuo Thomam explicatur, & recipitur, atque ab vniuerſa theologorum ſchola, ac demum in præſenti definitione indiuidui à Porphyrio propoſita aliquid reale commune, atque vniuocum vniuerſis ſingularibus definiatur, negat ſententia prima, affirmat ſecunda, fulci-
I. Ratio huius ſẽtentię naturæ. tur autem ijs rationibus. Indiuiduum, vel ſingulare realiter acceptum non eſt aliud, iuxta omnium ſententiam, quam indiſtinctum in ſe, & à quocunque alio diſtinctum, cum ſit quidpiam reale, vtrumque autem cunctis indiuiduis eſt commune, æquè illis conueniens, ergo vnicam habent rationẽ, vnica definitione explicabilem, iuxta quam eiuſmodi prædicationes verificantur, Petrus eſt reale indiuiduum, vel ſingulare, Ioannes eſt indiuiduum reale.

Et ſi forte oppoſueris, definitionem æquiuocorum ab Ariſtotele deſignatam in antepradicamentis, ęquiuoca ſunt, quorum nomen eſt commune, ratio vero ſubſtantiæ nomini accõmodata penitus diuerſa, quæ videtur indiuiduo vago conuenire: cum plura ſingularia ſignificet, vt diuerſa ſunt per indiuiduales differentias: quare nihil commune vniuocum ſub tali nomine habere poterunt, ſed in ſolo ipſo nomine conuenient. Reſpondeo, diuerſa quidem eſſe ſingularia ab indiuiduo vago ſignificata, vt Petrus, & Ioãnes, à quodã homine, ſed non ſignificantur, vt diuerſa, imò potius, vt conueniunt in modo eſſendi ſingulari, à qua conuenientia abſtrahitur cõmunis conceptus, quem formaliter ſignificat indiuiduum vagum, quare negãdum eſt, quod ei conueniat definitio æquiuocorum. 142.

Secundò, definitio perſonæ communis eſt, atque etiam æquè conueniens cunctis indiuiduis ſubſtantiæ, & ideò perſona ipſa, non ſolo nomine, ſed etiam conceptu, vel ratione eadem de illis enunciatur, vt in his prædicationibus Petrus eſt perſona, Paulus eſt perſona, & ſimilibus conſtat: quod vſque adeò verum eſt vt Auguſt. & nomen perſona, & rem ipſam eodem nomine ſignificatam, cõmunẽ eſſe Patri, & Filio, & Spiritui ſancto in diuinis conſtanter docuerit lib. 7. de Trinitate cap. 4. his verbis, *propterea dicimus tres perſonas diuinas, quia commune eſt eis, id quod perſona eſt,* eiuſque ſententiam D. Thomas, ſuperius recenſitis locis, & ſequitur, & veram eſſe egregie oſtendit, ſi igitur res ſingulares in ratione perſonæ vniuoce conueniunt, plane ſequitur in ratione etiam reali indiuidui, vel ſingularis vniuoce conuenire, ſub qua eadem definitione à Porphyrio poſſunt explicari. Idemque efficaciter confirmat verbum illud in definitione perſonæ collocatum, ſubſtantia indiuidua, quæ idem prorſus ſignificat cũ indiuiduo, vel ſingulari ſubſtantia, commune autem eſſe cunctis ſingularibus, non ſecus ac perſonam, ſatis conſtat. non ergo repugnat indiuidua ſubſtantiæ realiter accepta eadem definitione explicari. ſcio quoſdam, Perſonam, ac definitionem prædictam illius, iuxta rationem, & modum ſecundarum intentionum eſſe accipiendas affirmare, non modo reali, vt pri-

II. ratio. 143.

prima part. quæst 30. art. 4. retulit D. Thom. quorum sententiam efficaciter ibidem repellit, cum notum sit realem esse rationem personæ, & citra operationem intellectus rebus conuenire, tantundemq; de singulari, vel indiuidua substantia exploratum est.

Vltima rat. Postremo, quodlibet indiuiduum substantię importat naturam specificam, modo particulari subsistendi determinatam, ex his namq; duobus completur propria ratio, & conceptus Petri, & Ioannis, cæterorumque indiuiduorum substantiæ, quemadmodum ergo ab hac natura substantiæ, vel hominis abstrahibilis est conceptus communis naturæ substantialis, aut humanæ, pari ratione, à tali modo subsistendi particulari, huius, & illius indiuidui abstrahibilis erit cōmunis conceptus par-
144. ticularis, vel singularis modi subsistendi, qui vniuersis indiuiduis communis erit, sub quo præsenti definitione explicantur, cum proprietatum collectio, talem modum, vel differentiā indiuidualem denotet.

Idque confirmari efficaciter potest, nam eiusmodi syllogismus optimus est, vt pote in darij constitutus, omne indiuiduum est incōmunicabile, Petrus est indiuiduū, ergo est incommunicabilis, vna autem ex syllogismi legibus est, vt medium non sit æquiuocum, ergo indiuiduum, quod est medium, nō est ęquiuocum comparatione omnium indiuiduorum, sed vniuocam habet rationem, vel vitiosus est talis syllogismus, in quo sicut accipitur tanquàm medium ad inferendam incommunicabilitatem Petri, potest indifferenter sumi ad inferendam incommunicabilitatem cuiusuis alterius ac tandem rationes dubitandi in fauorem huius partis præiactæ videntur conuincere: nam cum definitio sit realis, per reales proprietates assignata, aliquid reale explicare debet, non singula indiuidua, quia communis est, ergo vel communem rationem realem, vel nihil, hoc non potest concedi, ergo illud erit necessario admittendum.

Obseruationes ad prædictam sententiam, & solutionem rationis negatiuæ partis in principio positæ.

CAeterum inter conceptum abstractum ab indiuiduis ratione naturæ, ex vna parte, & conceptum singularis modi subsistendi ab eisdem abstractum, ex alia, illud est discriminis (vt viam ad argumenta oppositæ sententiæ soluenda aperire incipiamus) Nota. quod communis conceptus prior est naturæ completæ ex genere, ac differentia compositæ, atque idcirco conceptus speciei merito appellatur, vt si conceptum hominis à Petro, & Ioanne abstractum accipiamus, con- 145. ceptus vero posterior non est naturæ, sed modi: qua propter quasi incompletus, & modalis appellatur: etenim indiuiduationis principium, quodlibet illud sit, & quælibet indiuidualis differentia, nō sunt nisi modus quidam naturæ, cui adiunguntur. vnde infero pri Sententia mo, eiusmodi rationem communem indiui- & illatio. dui substantialis, vel etiam specialem indiuiduorum naturæ humanæ, aut cuiusuis alterius quæ his nominibus, hic homo, vel quidā homo, significatur, non constituere aliud prædicabile a quinque distinctum, licet vniuersalis sit, & prædicabilis de pluribus vniuoce, & licet verè, & propiè non prædicetur tanquam genus, species, differentia proprium, vel accidens, vt optimè docet D. Tho. 1. p. q. 30. art. 2. ad 3. cuius ea est ratio, quia prædicabilia sunt capita quædam, ad quæ prædicationes naturæ completæ conficiendis demonstrationibus aptæ referuntur (eiusmodi enim est finis, 146. ad quem prædicabilia, & prædicamenta ordinantur) illæ igitur prædicationes prædicabilia constituunt, ac distinguunt iuxta modos prædicandi diuersos, quæ ex subiectis, & prædicatis naturæ complete proprietatum, vel accidentium illius constituuntur, quæ vero ex modis, non per se, sed quasi reductiue ad prædicabilia spectant, & talis cum sit eiusmodi cōmunis ratio particulariter essendi, vel existendi, indiuiduis conueniens de eisdem indiuiduis enunciatur, non valens distinctum prædicabile constituere, sed ad prædicabile speciei, aut differentiæ referenda est ob maximam cum prædicationibus horum prædicabilium similitudinem.

Secundo infero, perperam Caietanum asseuerasse sextum prædicabile pro his, ac similibus prædicationibus constituendum fore, Secunda illatio cōtra quia modum distinctum prædicandi sortiun- Caietanū. tur, non enim in quid, neque in quale enunciatur prædicatum de subiecto, sed in cuiusmodi, nec vitio(ait) vertēdum esse Porphyrio, quod de vniuersis prædicabilibus non disseruit, si 147. quidem ipse tantum promisit, se acturum de illis quanquam numeratis. Hæc inquam sententia Caiet. tanquam singularis, & minus vera, ac necessaria explodēda est, nam præter designæ-

signatam à nobis rationem extat alia non minus efficax.

Ratio efficax contra eundem. Modus rei, vt in quibuscunque constat ad eam speciem refertur, quam res ipsa, cuius est, constituit, sed eiusmodi ratio singulariter existendi, non est aliud quam modus ipsius naturæ ab ipsis singularibus participatus, ergo non constituit distinctum modum prædicandi ab eadem natura, sed ad eandem refertur, atque ex consequenti, nec distinctum prædicabile, cum notum sit prædicabilia distingui specie per distinctum modum prædicandi.

Obseruandum secundò. D. Thom. Obseruare secundò oportet ex doctrina eiusdem D. Thomæ 9. de potentia articulo secundo ad primum; quodlibet particulare indiuiduum duobus modis posse considerari, primo quidem sub particulari, ac determinata

148. ratione indiuiduali, quo pacto, proprio nomine differentiam illius indiuidualem denotante, significatur, & eiusmodi est materialis illius consideratio, vt si Petrum, & Ioannẽ, in quantum his nominibus significantur, consideremus. alia est formalis eorundem consideratio in quantum particulari modo existunt, & isti homines sunt per differentias indiuiduales; & sub consideratione priori, ait D. Thom. non possunt in vna eademque ratione conuenire, neque vna eademque definitione explicari,

Exemplũ. sed penitus diuersi sunt. Exemplum accipere possumus valde simile in speciebus, nam si hominem, & leonem, in quantum quilibet constituitur in determinata specie per propriam differentiam specificam consideres, non conueniunt in natura aliqua, nec eadem defini-

149. tione explicãtur; secus vero, si sub natura animalis, quam participant: iuxta hanc ergo distinctionem definitio indiuidui aptanda est rebus singularibus, in quibus id in primis consideramus, quod indiuidua, aut singularia sunt, & hæc ratio communis est eis, sub qua per determinatas singularitates separantur: vtrumque cernimus in Petro, & Ioanne, quibus commune est naturam humanam singularem habere, distinguuntur vero, quia Petrus hanc naturam humanam habet, hoc est determinatam hac singularitate, Ioannes vero aliam, hoc est diuersa singularitate determinatam: & quemadmodum ratio prior communis est eis, ita communi definitione eam explicante definiri possunt: ratio vero posterior primo diuersa in vtroque ac propterea nequit communi definitione explicari, id ergo, quod definitur, erit singulare, vt sic, sub quo comprehenduntur

Quomodo indiuidui definitio sit aptanda.

omnia singularia, sicut sub homine singulares homines. Atque his plane soluitur ratio dubitandi proposita, soluitur etiam secundum illius argumentũ in eo deficiens, quod quidem vnam dumtaxat considerationem indiuiduorum expressit, quam nos sub priori membro præfatæ distinctionis comprehendimus, sub qua libenter admittimus nihil commune posse habere indiuidua, ratione cuius vna, eademque definitione explicentur. Secundam vero prætermisit, & iuxta illam negamus, solo nomine conuenire indiuidua, sed in conceptu etiam reali, non quidem naturæ, sed modi particulariter existendi vniuersis communis, sub qua consideratione indiuidua substantiæ appellantur, de quibus verificatur, vt talia sint, quia collectio proprietatum, quæ reperitur in vno, in alio nequit inueniri.

Ratio dubitandi soluitur.

Secundum argumentũ soluitur.

150.

Argumentorum solutiones.

PRimo autem argumento sic occurrendũ est, principia indiuiduationis, seu differentiæ indiuiduales, quæ ab eis accipiuntur, sunt quidem primo diuersæ, quia secundũ proprios conceptus non conueniunt, cęterum in officio constituendi, ac distinguendi indiuidua conuenire necesse est, si quidem commune est omnibus, facere indiuiduum à se indistinctum, & à quocunq; alio diuisum, commune est eis specificam naturam contrahere, vt particularem modum subsistendi habeat, atque re ipsa incommunicabilis sit, cum tamẽ ab his differentijs abstracta pluribus sit communicabilis, ex eiusmodi autem conuenientia in officio cõstituendi, ac distinguendi abstrahibilis est conceptus modalis, vniuersis indiuiduis communis, qui formaliter appellatur conceptus indiuidui, vt sic, & iste est, qui tanquã ratio communis definitur, à quo singularia omnia talia appellantur, atq; idem reperitur in differentijs specificis, quæ licet sint conceptus primo diuersi, ex diuersis perfectionis gradibus desumpti, officio tamen conueniunt, cum commune omnibus sit, diuidere genus, & constituere speciem. Vnde Porphyrius capite de differentia, sub communi isto officio eas definit, dicens, *proprijssima differentia est, quæ diuidit genus, & constituit speciem*, & rursus *proprijssima differentia est, quæ facit aliud*, id est specie distinctum; itaque speciem diuersam constituit, quæcumque differentia specifica, sed modus constituendi, genus essentialiter di-

Solutio ad primum argumentũ.

151.

152.

Porphyr.

ter diuidendo communis est, atque adeò conceptus vniuocus cõmunis abstrahi ab eis potest; non quidem naturæ, vel alicuius gradus perfectionis, sed modi, atque officij, qua propter conceptus modalis appellatur, esse autem talem notissimum est, cum tale sit differentiarum munus, talis sit actus in ordine metaphysico genus diuidere ac species constituere, esto enim species secundæ intentionaliter sumpta, formaliter sit ens rationis, fundamentum autem, quod denominatur à secunda intentione

Conceptus modalis dicitur conceptus indiuidualis.

153. logica, metaphysica species est, composita ex conceptibus realibus obiectiuis generis & differentiæ, qui ex diuersis perfectionis gradibus physicis formantur, ac distinguũtur ab intellectu. Ex his plane intelligitur eiusmodi conceptum modalem, non esse medium inter species, & proximum eorum genus; quia diuisio prædicamentalis, & metaphysica generis, in suas species, ad quas constituendas per differentias contrahitur, prædicatorum dumtaxat est, diuersos naturæ gradus continẽtium; commune igitur modale prædicatum, medium inter genus, & proprias species nullum constituit. Hæc autem adeò vera sunt, & necessaria, vt in modis intrinsecis prædicamẽtorum, quibus primo diuersa constituuntur, eadem conuenientia officij reperta sit, cum similem modum omnes habeant constituendi reale prædicamentum, primo diuersum ab alijs, atque adeò similis conceptus modalis vniuocus sit, sub eiusmodi consideratione ab vniuersis abstrahibilis, absque præiudicio analogiæ, quæ in gradu entitatis ponitur, non in modo, vel officio ipsorum modorum. Nisi forte quis vellet analogicam esse hanc conuenientiam, ad huc in modis, postquam vnus eorum substantiam, accidentium genera alij constituunt: quod tamen, vt verum fatear, minus cum ratione coniunctũ mihi videtur, nam & si quædam genera sint accidentia, atque adeò entia secundum quid, cum primo genere substantię collata, cæterum modus constituendi prima genera seipsis diuersa, ex æquo conuenit accidentium, & substantiæ modis, neque enim esse in alio minus diuersum constituit accidens à substantia, quam esse per se substantiam ab accidenti, cùm esse primo diuersum vnum ab alio in eò situm sit, quòd nihil commune vniuocum gradum entitatis, vel perfectionis importans, habere valeant, eiusq; sint rationes, aut naturæ entitates ipsę.

Nota.

154.

155.

Ad vltimũ resp. Neque tamen infertur ex tali differentiarum indiuidualium conuenientia, vt postremo argumento fiat satis, procedendum esse in infinitum, nam cum modalis sit, atque officij potius quam naturæ, vel gradus perfectionis, non eget alia differentia diuidente, sed ab eisdem differentijs iuxta proprios conceptus consideratis sufficienter diuisa censetur, atque 156.
indiuidua ipsa, vltima distinctione separata, in eisdem igitur proprijs conceptibus indiuiduorum, ita acceptis diuisio sistit, neque vltra procedit, cum expositum sit differentias indiuiduales, vel specificas, ex propria ratione formali esse primo diuersas, in officio tamen conuenire, quod ad distinctam speciem, vel indiuiduum efficiendum determinatur, atque ex tali determinatione, modalis conceptus communis vltima ratione diuiditur, ex diuerso etenim conceptu differentiæ, res ipsa constituta diuersa est specifice, vel indiuidualiter, atque etiam modus, qui in communi consideratur ab eis abstractus, particularis fit.

Illud autem, quod Porphyrius ex Platone attulit, *diuisionem prædicamentalem in atomis speciebus sistere, ad indiuidua verò non procedere*, ex adnotatis expositũ est, accipitur enim de indiuiduis secundum proprios conceptus, in qua 157.
acceptione infinita sunt, atq; adeò relinquenda, & excludenda ab arte prædicamentali; hoc autem nõ tollit modalem eorum conuenientiam: quanquàm, vt verum fatear, neque ad eiusmodi modale prædicatum eis commune descendere oportet, cum prædicamentalis diuisio, vt nuper dicebam, eorum sit prædicatorum dumtaxat, quæ naturæ, vel perfectionis gradũ important, ea vero, quæ modalia sunt, nõ per se prædicamentalia sunt, sed per quandam reductionem, in quantum modus rei ad idem prædicamentum, ad eandemq; speciem 158.
cum ipsa re refertur, sistere igitur omnibus modis oportebit dum prædicamentum diuidimus in speciebus atomis, nec vlterius ad indiuidua procedere, ac tandẽ cum modale hoc prædicatum indiuiduorum, non importet naturæ vel perfectionis gradum, nec proinde in specie per se constituatur, non habebit veram, ac propriam definitionem, sed explicationem quandam: sextum autem prædicabile non esse pro illo constituendum, sed ad vnũ ex quinque referendum satis est explicatum.

Solutio ad Platonem.

Ex quibus tandem infertur, ex quatuor indiuiduis, nempe determinato, vt Petro vel Ioanne, ex suppositione, vt Mariæ filio, ex demonstra-

Infertur vltimo. monstratione, vt hæc substantia vel hoc homine; ac vago, vt aliquo homine, postremum communem conceptum modalem, atque vni-
159. uocum importare, quem de pluribus indiuiduis enunciat in his prædicationibus, ac similibus, Petrus est quidam homo, Paulus est quidam homo, esse autem incomplexa prædicata notissimũ est, nam licet plures sint voces, quidam homo, aut quædam substantia, modum tamen particularem important, qui naturæ coniunctus, rem singularem incomplexam cũ ea constituit, atque idcirco res significata incomplexa est, vnde infero refellendã esse sententiam Magistri Oña vbi supra affirmantis, complexa esse huiusmodi prædicata, quod adhuc iuxta summularũ regulas falsum esse con-
160. stat, de alijs autem rebus constat, nõ commune significatum, vel conceptũ habere, sed singularem, ac determinatum.

Sententia Oña refellitur.

QVAESTIO SEPTIMA.

Sit ne secunda intentio indiuidua denominans vna, per primã definitionem indiuidui explicata?

Exponitur sensus quæstionis.

Quid præsupponat.

TAnquàm certum præsupponit quæstio hæc postrema, formale definitũ præsen-
161. tis definitionis, non aliquid reale, quod prima intentio appellatur, sed quid rationis, nempe secundã intentionem indiuidua denominans. formale definitum dixi, nam substratum, & quasi materiale, reale indiuiduũ comprehendit, etenim, quemadmodum in definitione generis, ac cæterorũ prædicabilium statuimus, quasi materiale definitũ esse naturam denominatam à secunda intentione, quæ substantiam, atq; accidentia non solum realia, sed rationis complectitur, cum æque hæc & illa
162. genera, vel species denominentur, formale vero definitum, & vt quo esse secundã intentionem denominãtem, non dissimili ratione intelligendum est materiale, & quasi substratum in præsenti explicatione esse reale indiuiduũ; in quantũ denominatur à secunda intentione prædicabile, de se ipso, vel de vno, sub quo comprehenduntur indiuidua substantiæ, & accidentis, non solũ realis, sed rationis; commune est enim cunctis indiuiduis cuiusuis prædicamenti, de se ipsis prædicari, id autem habere, in quantum à secunda intentione indiuidui denominantur, citra dubium est. Nec tamen commune hoc subiectum reale est, licet realia indiuidua complectatur, sed concretum secundæ intentionis, non secus, ac album concretum albedinis, atque idcirco vniuoce indiuidua vniuersa complectitur; quemadmodum natura generis à secunda intentione denominata, quæcunque genera, siue prædicamenti substantiæ sint, siue prædicamentorum accidentium: constat autem præsuppositum hoc ex verbis ipsius definitionis, quæ cum prædicationis sint, secundam intentionem sonant.

Sensus quęstionis, & de quo sit controuersia.

Reuocatur autem in dubium an secunda intentio indiuidui in communi, à particularibus abstracta intẽtionibus, sit formale definitum, vel quælibet particularis intentio definiatur: singula etenim indiuidua (vt res hæc percipiatur melius) denominantur à suis intentioni-
bus singularibus, prædicabilia de vno, vt Pe- 163.
trus ab vna, Ioannes ab alia, cum certum sit vniuersalem intentionem non esse rationem prædicandi de vno, sed de pluribus, posset igitur cogitare quispiam definitum esse quamlibet intentionem singularem: postquam conuenit ei definitio formaliter, quę indiuiduum esse prædicabile de vno importat. Cæterùm omnes istæ intentiones singulares in eo conueniunt, quod quælibet est ratio prędicandi de vno, non secus, ac intentiones prædicabilium rationes sunt prædicandi de pluribus. Quem-
admodũ ergo ab vniuersis abstrahitur cõmu- 164.
nis ratio prædicandi de pluribus, quã appellamus vniuersale, pari ratione à singularibus intentionibus indiuiduorũ abstrahibilis est communis ratio prędicãdi de vno, & eiusmodi vocatur secunda intentio indiuidui in communi, de qua quęstionis titulus sciscitatur, sit ne formale definitum eadẽ similitudine qua quęsitum est pręcedenti controuersia, an communis ratio indiuiduorum realis esset in posteriori definitione indiuidui explicata.

Rationes dubitandi proponuntur.

Prima ratio dubitandi.

APparet autem impossibile; nam siue secundã intentionem indiuidui in communi accipias, in abstracto, vel in concreto vniuersalis est, ac de pluribus prędicabilis: ergo neque vt rationi prędicandi, neq; tan-

quàm

quam ei quod prædicatur, potest definitio adaptari prædicationem de vno tantum continens. prior antecedentis pars ostenditur, cum
165. primis quidem, quia si à singulis indiuiduorũ intentionibus abstracta est, de vniuersis erit prædicabilis, vt constat in his prædicationibus, ac similibus, hæc secunda intentio indiuidui denominans Petrum prædicabilẽ de vno, est secunda intentio indiuidui, & illa secunda intentio denominans Ioannẽ est secunda intẽtio indiuidui, repugnat igitur ei esse rationẽ prædicãdi de vno, vel de vno vt quod p̃dicari.

Confirmatur. Idque rursus corroboratur, quia si eiusmodi vniuersalis intentio prædicatur de pluribus differentibus numero in quid, non secus ac enunciatur homo de hoc, & illo homine, erit species pertinens ad secundum prædicabile, cui indiuiduum opponitur, atq; ex consequenti eius definitio.

II. Ratio. Probatur hoc idem secundo, quia indiuiduum vagum, atq; ex demonstratione, vt quidam homo, vel hic homo prædicantur de pluribus vniuoce, vt in superiori quæstione stabilitum est, ergo dabitur secunda intentio indiuidui, quæ sit eis ratio prædicandi de pluribus, nam cum indiuidua sint, à tali secunda intentione apta sunt denominari.

Illatio. Vnde elicitur, non omnem intentionem indiuidui esse rationem prædicandi de vno, sed quandam de pluribus, nõ est igitur abstrahibilis vna ratio communis singularũ inten-
166. tionum, quæ sit ratio prædicandi de vno, & præsenti definitione explicetur.

Confirmatio. Et confirmatur, quia hoc album est indiuiduum, & tamẽ prædicabile de pluribus vt istæ prædicationes ostẽdunt, Petrus est hoc album, Ioannes est hoc album; ergo erit etiam secunda intentio illud denominans, ratio prædicandi de pluribus: infertur etiam ex his omnibus præsentem definitionem nõ posse accommodari cunctis indiuiduis realibus, vt quod, cum plura sint de multis prædicabilia, neq; etiam cunctis secundis intentionibus indiuidui, vt quo, cum plures sint rationes prædicandi de pluribus, qua propter, ex vtraque parte vitiosa erit.

Sed probatur iam secunda pars antecedentis, nempe secundam intentionem indiuidui in concreto nõ esse præsenti definitione explicatam, hoc namque modo significata prædi-
167. catur de plurib⁹ differentib⁹ numero in quid, atque etiam in quale, ergo aliena est à præsenti definitione, ostendunt primum eiusmodi enunciationes, hoc indiuiduum est indiuiduum, illud indiuiduum est indiuiduum, quæ quidditatiuæ sunt, postremum vero istæ, Petrus est indiuiduum, Ioannes est indiuiduum, I. Pars antecedentis probatur.
quæ sunt accidentales, non secus, ac Petrus est hoc album, Ioannes est hoc album, infertur ergo, secundam intentionẽ indiuidui in communi, siue in abstracto, siue in concreto significetur, non pertinere ad præsentem definitionem, quæ indiuiduum esse indicat illud, quod de vno solo enunciatur.

Si autem quispiam his rationibus conuictus, Obiectio.
ex opposito contendat, non explicare præsentem definitionem quidquam commune reale, vel rationis, sed determinata singularia, in 168.
quantum à singularibus intentionibus denominantur de se ipsis prædicabilia, atque adeò easdem intentiones denominantes, vt Petrum vel Ioannem, propriasq; eorum intentiones, meminerit in primis, eiusmodi explicationẽ ex æquo conuenire vniuersis indiuiduis vt *quod*, atque etiam secundis intentionibus vt Diluitur
quo, vnde eliciet, cunctis esse communem, ac obiectio.
propterea quid commune vtrisque esse adæquatè definitum, & rursus vnam esse definitionem; & vnum proinde habere definitum; ac tandem, si proxime explicarentur singularia, non sub ratione aliqua vniuersis communi, tot profecto definitiones esse oporteret, quot sunt singularia, atque etiam quot sunt secundæ intentiones singula denominantes de se ipsis prædicabilia.

Aperitur huius controuersiæ ratio.

Difficultas huius controuersiæ, non tam Ratio controuersiæ.
in sententiarum diuersitate sita est, quã profecto reperio nullam, quemadmodum, neque vllus est Porphyrij interpres, qui 169.
ex professo eam discutiat, sed in explicatione definitionis, ac definiti, ex qua solutio argumentorum vtriusq; partis pendet, & eiusdem definitionis elucidatio, atque intelligentia.

Illud igitur erit adnotandum, duplex esse Nota.
definitum huius explicationis, vnũ, quod, cui definitio conuenit, aliud, quo, hoc est rationẽ formalem, cuius virtute conuenit; quemadmodum in definitione generis adnotauimus, cæterum vtrumque est duplex, proximum & remotum, atque in primis definitum, *quod*, sunt singularia ipsa quibus conuenit, de se ipsis prædicari, definitum, *quo*, est secunda intentio indiuidui, ratione cuius prædicabilia sunt de vno.

vno. Illud autem duobus modis consideratur, nam, vel singularia accipimus in quantũ commune est eis denominari à secunda intentione prædicabilia de vno, vel in quantum quodlibet, vt tale est indiuiduum, videlicet, Petrus, vel Ioannes, de se ipso prædicatur, & pariter de secunda intentione sentiendum est, nam vel accipimus singulares intentiones, in quantum
170. commune est eis, esse rationes prædicandi de vno, abstrahendo à Petro, & à Ioanne, aut in quantũ quælibet denominat tale indiuiduum prædicabile de se ipso, & quidem sub consideratione priori, tam fundamenta, quam intentiones communem quendam conceptum, & rationẽ habent æque in omnibus repertam, illa quidem prædicabilem de vno, istæ vero rationis prædicandi de vno, sub posteriori vero distinctæ sunt eorum rationes, in quibus prædicationis actus exercetur, nã Petrus, & Ioan-
171. nes sunt, qui de se ipsis actu prædicantur, & singulares eorum intentiones, quæ actu exercito eos denominant. proximum igitur definitum adæquatum, vt *quod*, est prædicabile de vno vt sic, in quo conueniunt cuncta singularia, proximũ item definitum, *quo*, est ratio prędicandi de vno, in quo conueniunt intẽtiones singulares, nã virtute illius rationis, determinata singularia denominantur de se ipsis prædicabilia; remotũ autẽ definitum, & inadęquatum, tanquàm *quod*, erit singulare quodlibet determinatũ, vt Petrus, vel Ioannes. Ac tandem remotũ definitũ tanquàm *quo*, erunt singulares intentiones, in quibus exercetur prędicandi officium, eiusmodi itẽ sunt, quasi definita in actu (vt aiunt) exercito, illa verò in actu signato, hoc est, quę ab ipsa definitione sunt designata, & quasi per illã formaliter, & adæquatè explicata, adequatũ namq; definitũ est illud, quòd cùm definitione dicitur ad conuertentiam, inadæquatũ verò, cui definitio quidem conuenit, nõ tamen cùm eo conuertitur, sed se extendit ad alia, & cùm ad communẽ rationẽ prædicabilis ac rationis prædicandi de vno, iuxta modũ priorem explicatio præsens comparetur; ad determinata verò singularia, sin-
172. gularesque intentiones iuxta modum posteriorem merito adæquate illa, atque adeò proxime explicata inadæquate, atque idcirco remote hæc affirmamus, & hæc est conclusio responsiua quæstionis.

Proximũ definitum adæquatũ *quod* & *quo*.

Remotum, & inadæquatum.

Cõcl. quæstionis.

Explicatur.

Quam vt magis explicemus, adnotare libet secundò, prædicationẽ duplicem esse, vna est quæ arti, vel scientiæ, deseruit, in quantum veritatem cõtinet ex comparatione vnius rei ad aliam; tali enim prędicationũ genere innotescit, quæ sit alicuius rei natura, quæ itẽ proprietates ei conueniant, circa quorũ ostensionẽ scientia versatur, & talis est prædicatio, in 173.
qua prædicatũ re quidem, vel saltem ratione à subiecto, de quo enunciatur distinctũ est, quæ communi vocabulo artificialis appellari consueuit, vel certè ad disciplinas accommodata: alia est prędicatio, per quã id solũm innotescit, quod est rẽ quampiam non esse aliud à semetipsa, & veritas hæc adeò naturalis est, atque omnibus peruia, vt nulla penitus sit forma necessaria, imò neque explicatio aliqua pro illius ostensione, sed quemadmodũ res ipsa proprio innotescit nomine, ita etiam, quod de se ipsa prædicatur; nec reperitur alia distinctio inter subiectum, & prædicatum eiusmodi prædicationis, cum eandem rem importent, nisi quã intellectus cõstituit, quasi duo extrema, ex eadem re conficiens, nempe subiectum, & prędicatum absq; aliquo fundamẽto in ea inuento, quapropter naturalis prędicatio à pluribus vo- 174.
catur. De enunciationibus primi generis protulit Arist. in prædicamento substantiæ à prima substantia nullam esse prędicationem, hoc est, singularem substantiam non prædicari de aliquo, & dum Porphyrius indiuiduum definit dicens, esse prædicabile de vno, posteriorem prædicationis modum insinuat; stat igitur de nullo prædicari indiuiduum prædicatione doctrinali, & de vno prædicari, hoc est de se ipso prædicatione naturali, quę etiam appellatur identica, vt Petrus est Petrus, quapropter nulla est inter hos Philosophos dissensio, licèt in verbis appareat.

Ex quibus primo infero, prædicationem indiuidui de seipso non pertinere ad prædicabilia, quæ capita sunt, atq; principia quædam, ad quæ omnis, & sola refertur prędicatio demon- 175.
strationi, vel syllogismo deseruiens, cuiusmodi nõ est identica, vel naturalis, quapropter dũ in definitione dicitur indiuiduũ esse prædicabile, seu id, quod prædicatur (quę eodem referuntur, cùm verba in definitione non actum, sed aptitudinem importent) analogicè, & non vniuocè prædicabile accipitur, quia non alio modo communem rationem importat respectu prędicabilium, atq; indiuidui, cùm proprie illa, improprijssimè hoc prædicetur, non ergo sub prædicabilibus comprehenduntur similes prædicationes, sed per quandam reductionem ad ea spectare quodam modo censetur.

Primum Corollarium.

II. Corollarium. Infertur secundò, singulares intentiones à quibus determinata indiuidua, vt Petrus, & Ioannes denominãtur prædicabilia de seipsis, aut de vno, non proprie spectare ad prędicabilia; idq; ostendo; quia qualis est prędicatio, talis est modus prędicandi, atque è diuerso, illud quidem à posteriori, hoc verò à priori, postquàm actualis prędicatio ex ratione prędicãdi speciem capit, tanquàm ex causa formali, illiusque effectus est, sed impropriissima est prędicatio eiusdem de seipso, ergo talis erit modus prædicandi; nec dissimilis prædicandi ratio, & forma, quæ sunt conditionis singularium intentionum, de quibus loquimur, propter quandam igitur analogiam, & similitudinem ad prædicabile speciei referuntur, in quantũ indiuiduum, cui modum prædicandi conferunt, terminus est specificæ relationis.

Idẽ ostenditur.

176.

Vltimum Corollarium. Et si res ita se habet, infertur postremò, communem intentionem indiuidui abstractam à singularibus intentionibus, siue in concreto, vel abstracto acceptam non proprie esse speciem denominatiue spectantem ad secundum prędicabile, vt homo, leo, &c. quemadmodum à multis passim dictitatur, nam si intentiones singulares impropriissimæ sunt rationes prædicãdi, & vt diminuta, & incompleta quędam in hoc genere excluduntur à prędicabilibus, quę naturam completam in ordine prędicandi important, sequitur euidenter communem conceptum intentionis indiuidui ab eis abstractum; incompletum esse, atq; diminutum, cùm ex earum ratione coalescat, & idcirco nõ propriè spectare ad prędicabilia; sed per quandam tantùm analogiam, & similitudinem esse ad ea referendum. Idque assertis in quæstione precedenti consentaneum est, vbi conceptum realem, à rationibus singularium proprijs abstractum, non pertingere perfectionem prædicabilium constituimus, sed modalem esse, & ideò ad prędicabile speciei per similitudinem referendum, erit igitur idem censendũ de intentione indiuidui communi in eo fundata.

177.

178.

Satisfit rationibus in contrarium adductis.

Ad primũ argumentum. EX quibus primo argumento sic occurrendum est, secunda intentio indiuidui abstracta à singularibus intentionibus predicatur de illis, vt quod est tamen communis ratio predicandi de vno, vnde licèt definitio ei repugnet vt quod, vt quo aptari potest, cum verum sit esse rationem prædicandi de vno, licet vt quod de multis enuncietur similibus intentionibus, quemadmodum superius diximus, de ratione reali cunctis indiuiduis communi, exercetur enim prædicatio de vno in singularibus, propter communẽ rationem prædicandi, à qua indiuidua denominantur: eiusmodi autem communis intentio indiuidui esset quidem species accidentali ratione, à secundo prædicabili denominata, si spectatur, in quantum de prædictis intentionibus prædicatur: cæterùm, cùm sit ratio incompleta, ac diminuta, à perfectione speciei excludenda est, & reductiuè solum sub ea, nec sub eiusmodi consideratione ei quadrat præsens indiuidui explicatio, sed vt est ratio prædicandi de vno, poterit ei, vt quo, conuenire. 179.

Circa secundi argumenti solutionem variæ autorũ sententiæ. Circa solutionem secundi argumenti huius ordinis, diuersi auctores diuerso modo loquuntur: Magistr. Oña. q. 2. art. 4. & 5. tenet singulare vagum, atque ex demonstratione iuxta communem modum concipiendi, & loquendi, vt aliquis homo, vel hic homo, complexa esse, si quidẽ signa illa hic vel aliquis, tanquam categoremata accipiuntur, & idcirco rẽ aliquam significant, quæ homini addita quid complexum constituit, quemadmodũ eidem homini albedinẽ adiungimus, proferentes hominem album. Excluduntur ergo à prædicabilium ratione, atque adeò à definitione indiuidui, quæ de vno esse prædicabile indiuiduum importat, si quidem complexa, neq; de vno, neque de pluribus prædicabilia sunt appellanda, cùm notum sit prędicabile in primis incomplexum esse oportere, nihil ergo refert ea de pluribus enunciari, quàmquàm æquiuocè etiam enuncientur, iuxta sententiam huius Doctoris. 180.

Quidã indiuiduum vagum excludunt à ratione prędicabilis. Plerique etiam ex modernis, à ratione prædicabilis indiuiduum vagum excludendum esse censent, ac proindè à definitione indiuidui; quia rem determinatam nõ significat, sed per vniuersa vagatur singularia, vnum, vel alterũ importans, determinatè verò neutrum, vt aliquis homo, nõ Petrum, vel Ioannem, sed vnum, vel alterum denotat quasi sub disiunctione, cuius signum est ad veritatem propositionis ex eo constitutæ sufficere, vt in hoc vel illo verificari possit. 181.

Diui Thomæ, & vera sententia.

Sententia autoris. EGo vero cum D. Thoma, 1. p. q. 30. art. 4. in corpore, & Caiet. ibidem sentio, indiuiduum vagum in primis rem incom- 182.

plexam

plexam importare, aduersus modũ priorem, nempe naturã cùm modo particulari existendi, quem habet in singularibus, atq; adeò conceptum determinatum cunctis communẽ aduersus secundum, vnde elicitur illud fore verè, ac propriè inter prædicabilia recensendum, si id tantũ ratio prædicabilium postularet, nempe conceptum simplicem ac determinatum: sed cùm hæc non sufficiant, nisi conceptus talis, naturæ completæ sit, ea propter indiuiduum vagum non est verè, & propriè prædicabile, nam, esto specificam indiuiduorum naturam denotet, non nisi in quantùm stat sub modo particulariter existendi cunctis communi, vnde fit, vt conceptus illius modalis sit, formali modo loquendo, atque idcirco incompletus, & perfectionem essentialem prædicabilium, non pertingens.

Responsio ad fundamentum prioris sententiæ.

Etenim signum, aliquis (vt fundamento prioris sententiæ fiat satis) in communi modo loquendi, ac concipiendi, termino categorematico adiunctum, tanquàm sincategorema accipitur, modum eiusdem rei, cui adiungitur denotans,
183. res autem cum suo modo essendi, vel existendi incomplexum conceptum constituit, qua propter indiuiduum vagum quid incomplexum est, vt vniuersa summulistarũ turba planè fatetur, nec singularia proxime significat sub disiunctione, vt secundus dicendi modus tenet, sed vt D. Thomas docet, communem conceptum modalem, à particulari modo existendi singularium abstractum, singularia ve-
184. rò ipsa remota quadam ratione, cæterùm cum communis iste conceptus in cunctis singularibus reperiatur, sufficit in vno, vel altero verificetur propositio ex eo constituta, vt absoluta loquutione vera esse censeatur.

Ad formã argumenti.

Ad formam igitur argumenti dicimus indiuiduum vagum, vt aliquis homo, cùm communem conceptum indiuiduorum importet, terminum esse communem simpliciter, singularem verò secundum quid, ea solùm ratione quia pro vno, vel altero singulari in propositione stare potest, propter particularem modum existendi in communi; atque idcirco ad definitionem indiuidui non pertinet, per quã determinata dumtaxat singularia explicantur, quæ absoluta loquutione appellantur indiuidua, atque idem censendum est de quodam albo, dum de Petro, & Ioanne enunciatur, vt confirmatio eiusdem argumenti solu-
185. ta censeatur, est enim indiuiduum vagum albedinis, quod prædicatione accidentali enunciatur, ad quintum prædicabile referendum, non secus, ac species de homine, & de animali genus.

Ad confirmationem.

Respondetur ad secundũ argumentũ secundi ordinis.

Argumentum secundi ordinis soluitur hac distinctione, secunda intentio indiuidui, siue in concreto, siue in abstracto significetur, duobus modis cõsideratur, vno quidem, in quantum comparatur ad inferiora, à quibus abstrahitur tanquàm id, quod de eis enunciatur, alio verò modo ad indiuidua, non de quibus prædicatur, sed quibus est ratio prædicãdi de vno. 186.
Probat absque dubio argumentum, sub consideratione priori non explicari præsenti definitione, explicatur tamen sub posteriori, actualis autem prædicatio in ipsis singularibus à se denominatis exercetur, ideò de illis enunciatur definitio, nõ de secunda intentione, quia vt *quo*, tantùm explicatur.

CAPVT QVARTVM De Differentia.

Textus Porphyrij.

Differentia vero, & communiter, & proprie, & proprijssime dicitur, &c.

EXPOSITIO TEXTVS.

Intentum Porphyrij in præsenti capite non est aliud, quam differentiæ naturam, quæ tertium prædicabile constituit, explicare: innotescit autem res qualibet propria definitione, idcirco vniuersa, quæ affert eò tendunt, vt definitionem illius statuat, nouit quidem præceptum illud ab Arist. traditum primo post. cap. 8. à textu 17. vsque ad 22. & 7. met. text. 41. diuisionibus vtendum esse ad inuestigandum proprium genus, & differentiam, ex quibus constituenda est definitio, & huius rei gratia varijs differentiæ diuisionibus præmissis definitionem illius elicit. Bimembris igitur est diuisio totius capitis, prior illius pars differentiam diuidit, quinque diuisionibus, totidemq; definitionibus eandem explicat posterior.

Intentum Porphyrij. 1.

Primum membrũ.

Diuisa est in primis differentia à Porphyrio in eam, quæ communis est, propria atq; pro-

prima diuisio differentiæ.

propriissima; communis differentia appellatur ea, quæ in communi modo loquendi tanquàm discrimen inter aliqua assignatur, ex aliquo quidem accidenti, vel dispositione eorum vniuersis noto, vt dum albedine differre Petrum à Ioanne, vel eundem iuuenem, aut quidem sedentem à semetipso iam viro, vel stante dictitamus passim. Propria differentia ex accidenti aliquo inseparabili capitur, quæ cùm non omnibus contingat, eius quodammodo proprium dicitur, in quo est; huius conditionis sunt, oculorum cæcitas, quæ cæruleum colorẽ importat, cicatrix ex vulnere relicta, nimiùq; radicata, aut etiam simitas, hoc est nasi curuitas: cõstat namq; huiusmodi proprietates in cunctis non reperiri

2\. *indiuiduis. Propriissima tandem differentia non ab accidenti communi, vel proprio accipitur, sed essentialis est, atq; specifica vocatur, qualis est rationalis, hominem ab equo, & Leone distinguens.*

II. Diuisio differentiæ.

Diuiditur item differentia, ea quidem ratione, vt cum officium illius sit, diuersum vnũ ab alio efficere, quædam sit diuersum per accidens constituens, alia vero diuersum per se, vel vt Argyropili habet translatio, vna sit differentia alterum, vel alteratum faciens, alia faciens aliud, eunde namq; sensum verba

3\. *vtriusq; translationis continent, nam alterum, vel alteratum accidentale discrimen important, atq; adeò accidenti aliquo constitutum, quod per accidens merito appellatur (vt si hola verbo vtamur) alteratũ autem appellatur, quia alterationes si communi ratione accipiantur, motus circa accidentia designant, si vero propria motum circa qualitatem: aliud item substantiam rei, vel essentiam denotat, vnde ide est differentiam aliud efficere, ac essentiali ratione diuersum: essentialis autem differentia appellatur per se, atq; adeò per se diuersum constituere dicitur. Cæterum vt bene adnotat Albertus Magnus, atq; etiam eũ sequutus Caietanus particula per se in hac parte non accipitur à Porphyrio secundum eam extensionem, secundum quam*

Arist.

Arist. modos per se statuit. 1. lib. de posteriore solutione cap. 4. sub quibus, non solum modum prædicandi essentialem comprehendit, sed etiam eos, quibus vel propria passio de subiecto, vel de causa effectus proprius enunciatur: sed contractior est præsens loquendi modus, differentiam per se pro essentiali dumtaxat accipiens: eiusmodi autem secunda diuisio non habet minorem ambitum, quàm prima, nam differentiam in tota sua latitudine diuidit, sed duo membra prioris, nempe communem, & propriam differentiam sub vno complectitur, cum earũ vtraq; diuersum per accidens, vel alterum efficiat. Vnde fit, vt eisdem exemplis, quibus explicata sunt illius diuisionis membra, expositũ sufficienter sit huius secundæ vtrumq; membrum. Subijcit tamen Porphyrius triplex inter ea discrimen, quibus magis innotescunt, alterum est, differentiam per accidens vocari differẽtiam simpliciter, vel simpliciter diuersum efficere, ea vero, quæ est per se, vel quæ facit aliud specificam, id autẽ licet diuerso modo, à diuersis interpretibus explicetur, ego sic explicandum censeo, vt simpliciter diuersum non sit idem, quod absoluta loqutione, vel sine addito, quemadmodum communi modo loquendi illud dicitur simpliciter tale, quod absq; aliquo diminuẽte addito nuncupatur, & ideò quasi perfectum in illo genere quod vero cum tali addito, non simpliciter, sed secundum quid, vt hominẽ viuum absq; addito appellamus hominem, non nisi cum eo diminuente addito effigies eius homo pictus vocatur, sed simpliciter diuersum appellat Porphyrius illud, quod non nisi diuersum est, hoc est non maiori ratione, vel perfectione, quàm communis fert diuersitatis ratio. communis namq; loquendi modus obtinuit vt species, quæ nihil ferè perfectionis supra genus addit, commune item generis nomen, absq; vllo perfectionis addito retineat vt in speciebus animalis pluribus homine inferioribus liquet, quas modo animalis nomine nuncupamus, hominem vero (nisi iniuria afficere volentes) nudo generis nomine non appellamus: in hoc igitur sensu Porphyrius communẽ propriamq; differentiam diuersum simpliciter efficere docet, hoc est diuersum dumtaxat sub communi ratione, non sub alia perfectiori in hoc genere,

4\.

5\.

Autoris explicatio.

6\.

I. Discrimẽ inter differentiam, quæ facit

aliud, & Quæ facit alterum. nere, ut sic à differentia propriissima valde distare intelligantur, quæ non diuersum nuda, atque communi ratione, sed tali modo,
7. perfectissimo illo quidem, hoc est essentialiter specieque diuersum, vnum, ab alio constituit. Sequor autem in explicatione huius literæ Albertum Magnum lib. prædicab. tractatu 5 de differẽtia ca. 1. Caiet. & Magist. Sotum in commentarijs eiusdem.

II. Secundum discrimen in eo consistit, quod differentiæ per se, vel quæ faciunt aliud, diuidunt genus, & constituunt species, ut rationale, differentia vero per accidens, vel quæ facit alterum, nec diuidit genus, neq; speciẽ constituit, sed genus iam diuisum, & speciem constitutam præsupponit, ut album, vel nigrum, ex quo postremo elicitur differentiam per se simul cum genere definitionem componere, differentiam verò per accidens extra
8. definitionem vagari, & secundum eam permutationes, vel auersiones fieri, ut si Petrũ quiescentem modò, mox ambulantem consideremus, vel calidum, cùm paulo ante esset frigidus.

III. Diuisio Differẽtia diuiditur tertio vniuersaliter, ut vna separabilis sit, inseparabilis alia, illa quidem ut ægrum esse, vel sanum, hæc vero ut simum, vel disciplinæ capacẽ, atq; hæc etiam diuisio sub posteriori membro duo membra etiam posteriora prioris diuisionis claudit: nam propria, & propriissima differentia sub inseparabilis ratione conueniunt, quapropter licèt bimembris sit, non minorem ambitum habet, quàm trimembru prima.

Nota. Ab ea autem extensione deficit diuisio differentiæ quarta, cum subdiuisio sit vnius membri præcedentis, nempe differentiæ inse-
9. parabilis, atq; ea propter duntaxat primæ diuisionis ambitum complectatur, nempe propriam differentiam, & propriissimam: alia est, inquit Porphyrius inseparabilis per se, ut rationale, alia inseparabilis per accidens, ut aquilinum, vel simum, esse per se inseparabilis illa vocatur, quia ad essentiam rei pertinet, vnde ex eodem habet, esse differentiam per se, ac per se inseparabilem: atq; ex opposito, cum differentia propria accidens sit, ex

eodem habet esse inseparabilem, & per accidens inseparabilem, nam etsi insit semper, tã 10.
quàm accidens quidem, non tanquam essentia, vel substantiæ pars, & hinc ortum habet discrimen triplex inter vtrunque membrũ à Porphyrio designatum, ut differentia per se inseparabilis intra essentiam rei sit, atque adeò aliud constituens, inseparabilis verò per accidens, neq; in essentia clauditur neque aliud efficit, sed alterum duntaxat, vel per accidens diuersum, & rursus cum rerum essentiæ non minus in indiuisibili consistant,
quàm numeri, ut docet Arist. 8. met. text 10 Arist.
sit ut quemadmodum numerus ex quacunq; additione vnitatis variatur secundum essentiam, pari ratione, variato quocumque prædicato essentiali soluatur species, si ergo ita est, quod differentia inseparabilis per se ad speciei essentiam spectat, sequitur sic in indiuisibili consistere, ut mutationem aliquam intentionis, vel remissionis suscipere nequeat neque enim magis rationalem esse vnum hominem alio dicimus, atq; inseparabilis per ac
cidens differentia cùm accidens sit, & sæpe 11.
ex his, quæ contrarium habent, magis, & minus participari à subiecto contingit ex maiori, vel minori eiusdem contrarij admixtione, intensior namque esse potest albedo, vel nigredo etiam in his, à quibus inseparabilis est.

Strictior demum differentiæ diuisio postrema est, cùm sit subdiuisio quædam vnius membri præcedentis diuisionis, quæ Porphyrius inseparabilem per se differentiam partitur in eam, quæ genus diuidit, & speciem constituit, huius diuisionis exemplum in animali ponit, cuius constitutiua differentia est sensitiuum, diuisiua vero rationale, & irrationale, animal namq; species viuentis cùm sit, genus est hominis, equi, & leonis, atque idcirco differentiam habet, per quàm cõstituitur, tanquàm species generis superioris, alias itẽ, per quas in inferiores species diuiditur, omnes tamen specificas esse, & vocari, ait Porphyrius, cuius ea est ratio, quia ex fine accipitur cuiuscunque rei conditio, atque denomi-
natio, sed differentiæ, omnes etiam diuisiuæ 12.
in eum finem ordinantur, ut species constituant,

Postrema diuisio differentiæ.

tuant, nam huius rei gratia genus diuidunt, vna cum illo definitionem speciemque compleant, merito ergo specifica vocantur, & his manet explicata prima capitis pars.

Secundum membrum cap. Prima definitio differentiæ. 13.

Diuisa ergo differentia ad eandem procedit Porphyrius definiendam in secunda parte totidem explicationibus, quarum prima sic assignatur, differentia est, qua species excedit genus, *continet animal, quod genus est hominis, naturam dumtaxat sensitiuam, cui adiuncta differentia rationale, constituitur species hominis, & ideo superatur animal ab homine differentia, rationale: bene igitur differentia explicatur id esse, quo species, genus superat.*

Obiectio.

Obijcit tamen Porphyrius aduersus prædictam definitionem, nam vel species habet differentiam, per quam excedit genus à se, vel ab ipso genere acceptam, aut certè ex nihilo: repugnat postremum, quia ex nihilo nihil fit, iuxta Porphyrij sententiam, à se autem habere non potest, nam species cum sit aliquid compositum & factum, nec à seipsa componitur, neque ex seipsa fit, sed ex alio fieri oportebit, igitur à se non habet principalem suæ compositionis partem, quæ est differentia, superest igitur vt eam à genere recipiat, & si ita se res habet, sequitur in genere esse differentiam, non ergo superabitur ab speciebus differentia, nec bene erit hoc modo differentia explicata, ex alia verò parte, si genus differentias continet, cùm sint opposita, vt rationale, & irrationale, corporeum, & incorporeum ostendunt, infertur opposita inesse eidem, quod plane repugnat.

Responsio.

Respondet tamen Porphyrius speciem, neque à se habere differentiam, nec ex nihilo, sed à genere, in quo continentur omnes, non quidem actu, sed in potentia, quemadmodum in materia latent omnes formæ, nec tamen repugnat opposita in eodem esse secundum potentiam, quia neque esse in potentia est esse simpliciter, nec potentialis repugnantia absolute talis appellatur, sed vtrumq; secundum quid. exacta igitur est prima hæc explicatio, quæ sic intelligitur, differentia est, quæ species superat genus, si quidem eam actu capit in po--tus verò dumtaxat in potentia.

II. Definitio.

Definitur rursus differẽtia vt sit id, quod de pluribus differentibus specie, *hoc ipso* qua quid est prædicatur, *vt rationale respectu hominum, ac Deorum, cæterùm cum differentia sit pars essentialis speciei, nõ minus quam genus, apparet in quid, non in quale prædicari, cum præsertim modus prædicandi in quale accidentis sit, non substantiæ, hac igitur particula dumtaxat in tota definitione difficilis posset alicui videri: ideò eam ex duobus explicat Porphyrius: primo quidem ex communi modo concipiendi, & loquendi, nam si interrogamur, ait, quid sit homo, accommodate respondemus esse animal, si verò quale sit animal, accommodatissime, assignantes differentiam, dicentesque esse rationale, genus igitur explicat quid sit species, differentia verò qualis sit, & ea propter illud in quid, hæc verò in quale prædicatur.* Explicatur primo à Porphyrio. 16. *Secundò, quia similis est compositio speciei ex genere, & differentia, compositioni statuæ ex ære, vel ligno, quod se habet, vt subiectum, vel materia, & ex figura, vel forma artificiali in ære ipso sculpta, cum genus tanquam per formam determinatur ad compositionem speciei, forma autem, vel figura qualitatem statuæ importat, differentia igitur, quæ ei assimilatur, modũ item qualitatis habebit, quapropter in quale prædicabitur.* Explicatur secundo. *Cæterum, quia essentialis est speciei forma, vel pars, ex hac parte quid sit species denotat, & si vtrumque simul copulemus in quale quid prædicari reperiemus, itaque in esse partis essentialis cum genere conuenit, in modo se habendi ab eo distinguitur, quia illud habet modum potentialis, & contrahibilis: differentia vero modum formæ contrahentis, in quo valde assimilatur formæ accidentali, præsertim qualitati & cum ex modo se habendi desumatur formalis modus prædicandi, non in quid, vt genus, sed in quale supra quid prædicatur.* 17.

III. Definitio.

Tertiam differentiæ explicationem hoc modo designat Porphyrius. Differentia est, quæ separat ea, quæ sub eodem genere conueniunt, *vt rationale, hominem ab equo,*

quo, cum quo sub animalis genere conuenit, & vniuersaliter species eiusdem generis: describitur etiam quarto differentia, quæ
18. differunt à se singula, *vt eodem constat exemplo. Habet namque differentia duplicem actum, vel considerationem duplicem eiusdem actus in constitutione speciei, nam generi in primis adiuncta, eam componit, & quasi primum esse tribuit. Cæterùm, quia ad completum esse cuiuscumque rei pertinet, vt ab alijs sit distincta, eadem differentia, quæ esse tribuit speciei, confert etiam distinctionem ab alijs, nec tamen est idem separare ea, quæ sub eodem genere sũt, & species distinguere, sed diuersum quid secundum rationem, nam illud pertinet ad diuisionem generis, hoc verò ad completam speciei constitutionem, quapropter, diuersam considerationem differentiæ explicant tertia, & quarta definitio.*

Postrema definitio.

Postrema definitio, quatuor præcedentibus exactior est, Differentia confert ad substantiam rei, & est pars essentiæ, ac definitionis eius. *Vniuersa in rationali reperies hominis comparatione, nam simul*
19. *cùm animali substantiam illius constituit, confert ergo maxime ad substantiam: item constituit eum tanquam pars illius essentialis, & quidem formalis, & quasi vltimum complementum eiusdem speciei, ac definitionis illius, completa est enim cuiusuis speciei definitio differentia generi superaddita, iure ergo dicitur, quòd sit pars esse eiusdem speciei, eiusmodi autem definitionem exactam appellat Porphyrius, non vt insufficientiæ præcedentes arguat, sed quia clarius potissimam differentiæ rationem explicat, ex intima eius conditione procedit, neque supplemento, vel explicatione indiget.*

Circa explicatum Porphyrij textum notabile vnicum.

Physicè, metaphysicè, & logicè consideratur differentia.

POST *prædicabilia generis, & speciei proximum locum tenere differentiam nemo est, qui ambigat, cùm prædicatum sit essentiale, ideoque nobilius accidenti proprio, sed adnotandum in primis est, circa Porphyrij textum, triplicem considera-*
tionem habere differẽtiam, nam physicè, metaphysicè aut logicè cõsideratur, iuxta ordinem physicũ non est aliud, quàm forma physica essentialis propria, vel communis, per quam res naturaliter dicuntur differre, vt per rationalem animam differt homo à leone, castitate, vel cæruleo oculorum colore, Petrus à Paulo, motu locali, Petrus idem à se ipso, vel altero quiescente. Metaphysicè verò accepta differentia non est forma naturalis, sed conceptus obiectiuus realis, quem ex alio gradu essendi essentiali format intellectus, vt ex gradu corporeitatis, quem intra naturæ ordinem rationalis anima corpori tribuit, format intellectus conceptum corporeæ substantiæ, quo hominem ab Angelo distinguit sub genere substantiæ, in quo conueniunt, atq; ex gradu vltimo ratiocinandi (vt intermedios omittam) format intellectus conceptum rationalitatis, quo tanquam propria differentia eundem hominem à leone separat. Lo- 20.
gica autem consideratio est per comparationem ad secundam intentionem, à qua denominatur differentia, quemadmodum natura generis, & speciei: itaq; differentia secundum ordinem physicum fundamentum est eiusdem metaphysicè acceptæ: sub metaphysica autem consideratione fundamẽtum est logicæ considerationis, cum metaphysicus conceptus differentiæ prædicabilis deno- 21.
minetur, ac de primo ad vltimum differentia physica, logicæ etiam fundamentum est, remotum tamen, proximum verò Metaphysica, nam à secundis intentionibus non denominantur res consideratione dialectica, nisi in quantum tali modo concipiuntur. 22.

Porphyr.

Porphyrius igitur capite præsenti in his diuisionibus, ac definitionibus, modò physicè pro rebus, vel formis, aliquandò metaphysicè pro conceptibus, logicè tandem pro intentionibus differentiam accipit. Primam, & secundam

cundam considerationem indicant exempla illius, ex naturali ordine à metaphysico petita. Postremam secunda definitio differentiæ, ostendens eam de pluribus specie differentibus in qualequid prædicari. Duæ tamen priores considerationes ad tertiam absque dubia ordinantur, nam eò tendunt, vt naturam differẽtiæ realis agnoscamus, quæ secundæ intentionis fundamẽtum est, vt perspecto fundamento, rationẽ secundæ intẽtionis perspiciamus, melius & verum semper sit commune illud proloquium, dialecticam agere de se
23. *cundis intentionibus, adiunctis primis: vnde elicitur realem considerationem differentiæ à dialectico instituto non esse alienam.*

Dubium vnicum.

VNiuersale oritur dubium circa omnes, ac singulas diuisiones, & definitiones, quot nam ex his pro rebus, quot item pro secundis intentionibus accipiantur.

Quidam in antiqua illa sententia perseuerantes de obiecto dialecticæ reali, res esse principaliter consideratas sentiunt, intentiones vero, aut nullo modo, aut certè non per se, sed peraccidens, tam in diuisionibus, quam definitionibus vniuersis: quibus fauent exempla à Porphyrio designata in rebus quidem, non in intentionibus Caiet. verò diuisionem primã, ac definitionem secundam, pro intentionibus accipiendas esse arbitratur in earum expositione. Quam sententiam ad cæteras diuisiones,
24. ac definitiones, aliqui ex modernis expositoribus extendunt. Quibus pro sufficienti ratione esse poterit constituta superius doctrina, ens rationis obiectum esse dialecticæ, ea quidẽ consideratione, vt quidquid reale claudit in quantum intentioni substat accipiatur, sed prædicabilia per se pertinent ad considerationem dialecticam, ergo quidquid in eis affertur, vel est ens rationis, vel certè in quantum ab eo denominationem suscipit, consideratur. Vnde sequitur eiusmodi omnes diuisiones, ac definitiones, iuxta ordinem secundarum intentionum esse accipiendas Quod præsertim confirmatur, quia genus & differentiam realiter cõsiderare, ad metaphysicum pertinet, cuius est quidditates rerum, in quantùm à materia abstrahunt, inuestigare, ergo actus reales differẽtiæ atque illius officia explicare, non est dialecticæ considerationis, sed metaphysicæ, nam solam intentionem denominantem dialecticа considerat.

Pater Toletus quasi medium tenens inter hæc extrema, ait, in his diuisionibus, ac definitionibus admiscere Porphyrium res, vt melius intentiones cognoscantur: atque idcirco accipiendas esse semper in ordine ad secundas intentiones. Ego vero distinctione opus esse censeo ad veritatem rei explicandam, eo prius statuto, quod superius ex professo ostendimus, nihil reale ad dialecticam pertinere posse à cõsideratione secundarum intentionum absolutum, sed principaliter denominationem ab illis susceptam attendendam esse, qua propter, neque vllam ex ijs diuisionibus, ac definitionibus, absq; tali ordine à Porphyrio esse consideratam aduersus primum extremum sentiendũ est. Cæterùm sub ordine ad secundas intentiones, duobus modis res considerantur, vno quidem quasi reduplicatiue, hoc est, nihil in re ipsa inspiciendo, nisi talem ordinem, & denominationem, alio vero quasi specificatiue natura ipsa reali, vel aliqua eius proprietate inuestigata, non tamen vt ibi consideratio sistat, sed vt in secundam intentionem ordinetur, in quantum conditione reali inspecta, melius cognoscitur, qualiter secundam intentionem fundare possit. Vtrumque quidem necessarium est in dialectica, quia aliquando non facile constat modus se habendi ipsius naturæ realis in ordine ad intentionem, vel denominationem logicam, nisi aliquid reale eius expendatur, quare oportet terminis realibus in diuisione, vel definitione vti ad illum explicandum, vtrumque Porphyrius præstitit in his prædicabilibus, in primo quidem & secundo afferens reales acceptiones vtriusque, in 4. & 5. reales definitiones ex Aristot. depromptas, quæ suis locis patent, vt modum prædicandi eorum melius declarare possit, eo autem constituto definitiones secundarum intentionum attulit. Itaque ex proprijs terminis diuisionũ, vel definitionum explorandum est, quo nam modo accipiantur, nam si reales sint modo item reali desumentur, vel (vt aiunt) primæ intentionaliter, si vero sunt termini secundarum intentionum, iuxta eundem ordinem. Et habita ratione præfatæ distinctionis: si priorem sortiantur modum conditio, vel proprietas naturæ realis, consideratur, vt melius percipiatur, qualiter talem secundam intentionem fundare possit, si vero postremum, nihil

Opinio patris Toleti.

26.

27.

117.

nihil reale attenditur, sed nuda ac præcisa ratio fundandi, quia satis iam explorata est rei
28. natura, quantum pertinet ad rationem suscipiendi similem denominationem, &iuxta priorem modum realis natura, vel proprietas cadit sub ordinem secundæ intentionis specificatiue, reduplicatiue iuxta posteriorē. Porphyrius ergo attendens cognitu esse difficilem naturam huius prędicabilis, opus esse censuit fundamentum illius copiosius explicare, & eà propter realibus diuisionibus vtens, plures modos reales differentiarum attulit, vt eam differentiam, quæ secundam intentionem tertij prædicabilis fundat, eliceret, cuius etiam actus diuersos, reales quidem indicare oportuit, eosque certis descriptionibus explanare, vt plane constaret, quale esset fundamentum, atque adeò qualis secunda intentio, à qua denominatur prædicabilis His autem adhibitis, explicatione propria ex terminis secundæ intentionis constituta, differentiam descripsit dicens, esse prædicabilem de pluribus differentibus specie in quale quid, quam ex definitionibus, ac diuisionibus realiter acceptis satis commode intelligimus. Ex quibus elicimus propositi dubij solutionem, quæ talis est.

Dubij solutio. Omnes diuisiones differentiæ accipiuntur primę intentionaliter, omnes item definitiones, secunda excepta: in cunctis tamen claudi-
29. tur ordo ad secundam intentionem, vel denominationem eius, reduplicatiue quidem in secunda definitione dumtaxat, specificatiue in cæteris, in vniuersisque diuisionibus, constat vtrumque ex terminis primæ intentionis, qui in cunctis diuisionibus, ac definitionibus, præter secundam afferuntur, atq; etiam ex allatis à Porphyrio exemplis, quæ naturam realem differentiæ, actus item reales explicant, & id solum conuincit argumentum primæ sententiæ.

Primum autem secundæ opinionis sufficienter soluit distinctio, à nobis allata, satis est enim, vt intelligamus formale obiectum dialecticæ esse ens rationis, quasi materiale, & substratum, quæcunq; ad naturam realem spectantia in dialectica afferuntur complectens, ad ipsum ordinari, denominationemq; suscipere, ex hoc enim fit, vt specificatiue, vel reduplicatiuè sub secundis intentionibus considerentur, ab eisque denominationem accipiant.

Postremo argumento, hoc modo fit satis, naturam realem differentiæ, actusque illius, atque officia considerare, pertinet quidem ad Metaphysicam, nec non ad Dialecticam, diuersa tamen ratione, ad illam in quantum sunt partes essentiales quidditatis abstrahentis à materia, Dialectica vero eadem spectat in ordine ad prædicationem, hoc est, in quantum differentiam constituunt aptum fundamentum denominationis tertij prædicabilis. Medium autem à Doctore Toleto constitutum, iuxta nostræ distinctionis præscriptum accipere oportet, vt verum censeatur.

QVAESTIO PRIMA.

Sufficiens ne sit prima diuisio differentiæ, in communem, propriam, & proprijssimam.

Dubitandi rationes.

MINVS autem bona in primis apparet diuisio differentiæ, in communē, propriam, & proprijssimam: nam ex vna quidem parte, duo membra superuacanea cōtinere videtur, ex altera vero diminuta est: ostendo illud, nam differentia communis, & propria, accidentia sunt, quæ ad quartum, quintum ve prædicabile spectare cernuntur, vt exempla Porphyrij clare indicant, ergo male ad tertium prædicabile reuocantur, cum non sint confundenda prædicabilia: idque efficaciter confirmatur, quia tertium prædicabile sola differentia proprijssima constituit, quæ sola de pluribus differentibus specie in quale quid prædicatur, communis, 2. vero, & propria, nequaquam in quale quid enunciari de aliquo possunt, cum sint accidentales, ergo ad prædicabile differentiæ non pertinent, neq; à secunda intentione illius denominantur, vnde minus bene diuiditur differentia in hæc membra. Quod reddit probat.

Ex opposito vero, diuisionem esse diminutam, duabus rationibus confirmo, prima, quia differentia indiuidualis non est communis, neque propria, cùm non sit accidentalis, & cum essentialis non sit, non est proprijssima quia non est specifica, eiusmodi enim dumtaxat proprijssima vocatur, vt verba hæc Porphyrii docent: *Proprijssimè autem differre alterum, ab altero dicitur, quando specifica differentia differt,* Quod sit diminuta probat. 1. Porphyr.

differt, quemadmodum homo, ab equo specifica differentia rationalis. Ad nullum igitur ex tribus membris diuisionis refertur.

Probat. II. Secundo, proprietates specificæ, vt risibile, admiratiuum, & cæteræ, faciunt differre species accidenti inseparabili, & tamen non sunt differentiæ propriæ: nam, vt Porphyrius explicans membra quartæ diuisionis asserit, differentiæ inseparabiles per accidens, quales vocat proprias, intensionem & remissionem suscipiunt, quod non conuenit proprijs passionibus specierum, non enim dicere possumus vnum hominem magis esse risibilem, quam alterum, nam cum propria passio, cum essentia conuertatur, vt pote ab ea proueniens, si intensionem susciperet eadem ipsa essentia, eandem haberet conditionem, quod repugnat, cum in indiuisibili consistat.

Ab omnibus iudicatur sufficiens diuisio.

NEMO tamen insufficientiæ arguit huiusmodi diuisionem, quæ si recte intelligatur, neque vllam differentiam à se excludit, neque quidquam complectitur, quod non sit ad eam merito referendum. Communis namque differentia, & propria (vt primo argumento fiat satis) duobus considerantur modis, primo quidem in quantum sunt quædam accidentia propria, vel communia, sicque ad quartum, vel quintum prædicabile, pertinere conuincit argumentum: secundo, in quantum differre faciunt vnum ab alio, in qua consideratione sub nomine differentiæ comprehenduntur, habentque similitudinem, atque analogiam cum essentiali differentia, non paruam, & ea propter ad tertium prædicabile referuntur, non ea ratione, vt a secunda intentione differentiæ illud constituentis denominentur, vel directè, & propriè sub eo collocentur, sed per quandam tantum similitudinem, quam considerare in hac parte oportuit, vt melius rationem proprijssimæ differentiæ possemus percipere: & solum huius rei gratia in præsenti diuisione eas connumerauit Porphyrius, quod absque prædicabilium confusione effici potuit, si quidem res eadem sub considerationibus diuersis ad diuersa prædicabilia referri contingit.

Dubiolum de differentia indiuiduali.

De differentia indiuiduali. CIRCA indiuidualem differentiam, quam tangit secundum argumentum Magister Oña, quæstione prima, huius capitis articulo 1. ad quartum, quem nonnulli ex moderníoribus sequuntur, in sua illa persistit sententia, asserente verè, & propriè vnum indiuiduum essentialiter ab alio differre vnde infert, esse proprijssimam differentiam, idque denuo cōfirmat ex doctrina, Diu. Thomæ in 1. distinctione 15. quæstione 1. articulo 2. vbi, cum de diuinis personis sermonem constitueret, ait, filium non esse aliud à Patre, quia vna numero essentia est in vtroque, cæterum in humanis aliud est à Patre filius, propter diuersam materiam, eiusmodi autem diuersitatem naturæ indiuidualis efficit differentia, ergo apud Diuum Thomam facit aliud, & si ita se res habet, erit proprijssima, Porphyrio id planè asserente in secūda diuisione. Nihilominus fuisse à Porphyrio prætermissas credit, qui differentias dumtaxat specificas afferre, atque explicare voluit, indiuidualibus, quasi ad communes scientias non pertinentibus, omissis.

Hanc tamen sententiam ego probare non possum, nam vt præcedenti capite ostendi, essentialia, propriè ea solum appellantur, quæ prædicata, sunt ex aliquo essendi gradu desumpta, nam ex his essendi gradibus completur essentia: at indiuidualis differentia, non accipitur ex gradu essendi, cum vltimus sit ille, à quo capimus differentiam specificam atomam, ergo differentia indiuidualis verè est extra essentiam, verè non est prædicatum essentiale, sed cum modus sit substantialis essentiam, vel naturam specificam determinans ad particularem modum subsistendi in indiuiduo, prædicatum est, non essentiale, sed substantiale, nec substantiale naturæ, sed modale. Falsum est enim, quod ab his authoribus dicitur, indiuidua eiusdem speciei essentialiter differre, non tamen specifice, sed indiuidualiter, non est enim diuersa, sed eadē essentia in indiuiduis, diuerso tamen modo substantiali determinata, ratione cuius alia natura indiuidualis est in vno, & in alio, intra eandem essentiam, modaliter, ergo dumtaxat differre possunt, modalis autem differentia, non est essentialis. Nec aliquid probat argumentum, quo confirmatur, indiuidualis differentia est de essentia indiuidui, vt indiuiduum

duum est, quia sine illa neque esse, neque intelligi potest, ergo est essentialis. Falsum est enim antecedens, atque etiam consequens ex eo illatum: indiuiduum namque, absoluta consideratione duobus constituitur, essentia videlicet, & modo eam determinante, intrinsecus igitur est modus, non tanquam essentia, sed tanquam essentiam determinans, in quantum intelligi non potest res determinata, sine determinante, & hinc prouenit, non posse intelligi indiuiduum, vt tale, sine differētia indiuiduali; aliud tamen requiritur, vt de essentia sit, vel essentiale praedicatum indiuidui, nempè ex gradu essendi, esse desumptum, illud autem, à quo accipiuntur differentiae indiuiduales, non est gradus essendi, sed principium, & radix determinandi essentiam ad modum particulariter existendi, quod appellatur in Metaphysica, vel Philosophia principium indiuiduationis (de quo suo loco Deo fauente sermonē instituemus.) Sed verba Diu. Thomae obiecta tali distinctione explicanda censeo, vnum esse aliud ab altero, duplicem habet acceptionem: strictam vnam, latiorem aliam, iuxta primam diuersum essentialiter, atque adeò specificè importat, quod tale non est, nisi ratione alicuius praedicati essentialis, in secunda vero acceptione aliam essentiam, quocunque modo distinctam significat: habent, quidem indiuidua distinctam essentiam, vel naturam non distinctam essentialiter, sed indiuidualiter, quapropter vnum est aliud, ab altero in secunda significatione, non in prima, & cum in diuinis personis, non solum non sit essentialis distinctio, sed neque essentiarum numerica, non est vllo modo admittendum, filium esse aliud à Patre, cum tamen in humanis in secunda significatione, verum sit, propter alietatem naturae indiuidualis. Strictam autem significationem Porphyrius tenuit in secunda diuisione differentiae, specificam dumtaxat aliud efficere, docens: quapropter indiuidualis differentia, vt ad formam argumenti respondeamus, non est communis, vel propria, sed neque differentia proprijssima, habet nihilo minus, cum ea similitudinem, propter quam, quasi reductiue ad illam pertinet, sicut reducitur etiam ea praedicatio, in qua de indiuiduo a se constituto enunciatur ad tertium praedicabile, nec oportuit expressam illius mentionem a Porphyrio effici, nā indiuidua neque ad sciendam, neque ad artem syllogisticam, ad quam praedicabilia ordinantur, per se spectant, neque adeò longè minus, praedicationes ex his confectae ad scientiam pertinere valent.

Variae sententiae circa proprietatem specificam.

De proprietate tamen specifica, non omnes vno modo sentiunt, Magister Soto, in primis in expositione literae censet ad praesentem diuisionem, non pertinere, quem sequuti sunt postea, Mercatus, & Cantetus membra huius diuisionis explicantes, & Doctor Toletus, notabili 2. in eandem, cum Boetio, quem refert, inclinare videtur, nam maximè esset in secundo membro, propriae differentiae comprehensa, at Porphyrius de proprietatibus indiuiduorum dumtaxat loquitur, quibus indiuidua differunt accidenti inseparabili, vt exempla eius vniuersa indicant, & propositum argumentum in principio confirmat: nō enim suscipiunt magis, & minus similes proprietates, quam tamen proprietatem proprijs differentijs conuenire docet, & rursus in quarta diuisione Porphyrius, differentias proprias, simul cum communibus vocat inseparabiles per accidens, at propriae passiones sunt per se inseparabiles, vt Aristoteles 1. post c. 4. docet, statuens in secundo modo per se de subiecto enunciari, ergo nō comprehenduntur à Porphyrio sub proprijs differentijs.

II. Solutio Soti.

Arist.

Hic tamen modus dicendi minus probabilis videtur, nam si proprietates indiuiduales, idcirco sub differentia propria constituuntur, quia indiuidua differre efficiunt inseparabili accidenti, longè melius propriae passiones id habent specierum comparatione, ergo verè eis quadrat ratio differentiae, quapropter si sub nullo membro clauduntur, insufficiens sanè erit diuisio, post quam membra diuidētia minus, quam diuisum continent, & absque dubio, vitio daretur Porphyrio, quòd potissimam, inter proprias differentias omiserit, hac igitur exclusa sententia.

Alij ad differentiam proprijssimam referendas esse proprias passiones tenent, id namque Porphyrius insinuare videtur, nam differentias proprias appellat accidentia inseparabilia, quae à proprijs passionibus valde diuersa ostenduntur, cum illa ad quintum praedicabile pertinere statuat, proprietates verò spe-

ſpecierum ad quartum, ergo ad diuerſa membra præſentis diuiſionis referenda ſunt, illa ad ſecundum, iſtæ vero ad tertium proprijſſimæ differentiæ. In quarta etiam diuiſione dum exempla differentiarum ſeparabilium per ſe (quas conſtat eſſe proprias) appoſuiſſet, ait, vt rationale, mortale, & ſuſceptiuum diſciplinæ, eſt autem illud eſſentialis differentia, hoc vero proprietas ſpecifica, cenſet igitur vtramque contineri ſub proprijſſima differentia. Vltimam demum definitionem differentiæ deſignans, ait: *Exactius autem quæ ad differentiam pertinent pertractantes, differentiam, inquiunt, non quoduis eorum quæ ſeparant ea, quæ ſub*
15 *eodem genere collocantur, ſed id, quod ad ſubſtantiam, rationemque confert, non enim aptum eſſe ad nauigandum, hominis eſt differentia; & ſi eius proprium ſit, &c.* Quibus verbis apertè Porphyrius docet vniuerſa de proprijſſima differentia in ſuperioribus tradita diuiſionibus, propriæ paſſioni poſſe accommodari, ſolam vltimã definitionem, eam à differentia ſpecifica ſeparare, fuit igitur ſub proprijſſima differentia in diuiſione prima comprehenſa, vt hęc ratio efficacior cõuincit, propria paſſio infert per euidentem conſecutionem differentiam ſpecificam, ergo verum eſt eſſentialiter differre, quæ propria paſſione differunt, vtraque igitur ad differentiam proprijſſimam refertur, nempe eſſentialis differentia, & ſpecifica proprietas, principalius, ac formalius illa, quaſi virtualiter, & conſecutiuè hæc.

Verior dicendi modus, & communis.

Vera ſententia.

16. **Albertus Magn. Iauell. Caietan. Oña.**

EGO verò cum communi ferè omnium interpretum Porphyrij ſententia teneo, ſub differentia propria eſſe ab eo collocatam, ſic cenſent Albertus Magnus tractat. 5. capite 10. ad finem, Iauellus, tractat. 4 prædicabilium capit. 4. Caietanus in explicatione præſentis diuiſionis, Magiſter Oña, quæſtione 1. articulo 1. & moderni ferè omnes. Idque à ſufficienti diuiſione probo: notum eſt, proprietatem ſpecificam, non eſſe communem differentiam, ſed nec proprijſſima eſſe poteſt, erit igitur propria, minorem expreſſit Porphyrius in ſecunda diuiſione, his verbis: *Vniuerſaliter ergo omnis differentia addita alicui, alteratum facit, ſed hæc quidẽ, quæ communiter, & propriæ ſunt, alteratum faciunt, quæ vero proprijſſimæ, aliud.* Sed propria paſſio non facit aliud, cum nõ pertineat ad ſubſtantiam, vel eſſentiã rei, ſed extra illam ſit, ergo non eſt differentia proprijſſima: & cum certiſſimè faciat alteratum, tanquam verum prædicatum accidentale, & ex alia parte ſit inſeparabilis, euidenter infertur eſſe differentiam propriam, ſtatim etiam Porphyrius, poſt recenſita verba, quæ ſequuntur, ſubiecit: *Quæ quidem igitur aliud faciunt, ſpecificæ vocantur:* & paucis interpoſitis, *ſecundum igitur aliud facientes differentias,*

Porphyr.

diuiſiones generum ſunt in ſpecies, & definitiones 17.
aſſignantur, quæ ſunt ex genere, & huiuſmodi differentijs. Hæc Porphyrius, quibus triplicem exprimit conditionem proprijſſimæ differentiæ, planè repugnantem propriæ paſſioni. Vna eſt, proprijſſimam differentiam ſpecificam eſſe, altera, ſecundum eam genus diuidi in ſpecies, poſtrema, definitionem quidditatiuam ex genere, & eiuſmodi differentia cõſtitui, cum tamen notum ſit proprietatem ſpecificam præſupponere diuiſionem generis in ſpecies, oppoſitis differentijs factam, ſpecies ipſas conſtitutas, à quibus naturaliter promanat, ac tandem conſtitutas definitiones. Pugnat igitur cum ſententia Porphyrij eſſe differentiam proprijſſimam, atque etiam cum aperta ratione: nam differentia proprijſſima, apicem differẽtiarum tenet, intima eſt ei, quod
componit, tertium conſtituit prædicabile, ne- 18.
mine diſſentiente: at propria paſſio non eſt ſuprema differentia, cum non ſit eſſentialis, non eſt intima, comparata ad ſpeciem, nec pertinet ad tertium prædicabile, cum non prædicetur in quale quid, igitur abſque fundamento rationis ponitur ſub differentia proprijſſima, ſed dubio procul ſub propria eſt collocanda, cum ſit accidens inſeparabile, quo ſpecies à ſe inuicem differunt.

Notandum ad argumenta contraria ſoluenda.

ETENIM accidens inſeparabile, (vt hinc argumenta oppoſita ſoluere incipiamus) duplex eſt, vnum ex natura indiuidui, nempè ex tali diſpoſitione, vel complexione
ortum, aut certè conſuetudine, vel obduratio- 19.
ne nimis radicatum, & idcirco inſeparabile factum, talis eſt cicatrix, talis cæruleus oculorum color. Aliud eſt inſeparabile ex natura ipſius ſpeciei, à qua naturaliter oritur, & tales ſunt propriæ paſſiones, ſub propria autem differentia, vtrumque comprehendit Porphyrius, quia certè eundem modum habent

habent faciendi differre, hæc, species, illud, indiuidua, qua tamen postea in quarto, & quinto prædicabili percomparationem ad subiectum, ex qua distinctum modum prædicandi sortiuntur, distinguuntur, exempla autem propriæ differentiæ in proprietatibus dumtaxat indiuidualibus posuit, quia nobis sunt notiores; vt potè proximiores sensitiuæ cognitioni,
20. ex quibus patet sensus primæ diuisionis, in qua Porphyrius non distinguit accidentia inseparabilia, à proprijs passionibus, sed omnes ad propriam differentiam pertinere sentit. quamuis alia ratione, iam explicata postea ab ipso distinguantur; susceptiuum autem disciplinæ, pro potentia, vel aptitudine sumi potest, & sic est propria passio hominis, vel certè pro radice, vnde oritur, & sic est eadem essentialis differentia rationalitatis, alio modo, aliaque voce designata, hoc igitur posteriori modo à Porphyrio accipitur in exemplo quartæ diuisionis, vel si priori modo, loco propriæ differentiæ hominis posita est, quam & si Porphyrius posuisset, sic locutus: *vt rationale, mortale, & susceptiuum disciplinæ*, vt tamen explicatior esset, passionem nobis notiorem addidit. Postremam autem definitionem magis
Porphyr. exactam Porphyrius vocat, vt expendit Caietanus, in eius explicatione, non quod priores
21. sint diminutæ, sed quia aliquo subintellecto indigent, vt completæ sint atque cum differentia specifica conuertantur, vt de trib' nempè 1. 3. & 4. constat, quas sic oportet intelligi, differentia est: *Qua species primo abundat genere, qua primo diuiduntur ea, quæ sub eodem genere sunt, & qua primo differunt à se singula.* Vltima vero per se, absque aliquo subintellecto patet, vnde explicatius ostendit naturam proprijssimæ differentiæ, atque etiam intimius, cum potissimum illius actum, vel officium indicet, quapropter non bene infertur propriam passionem alijs esse comprehensam definitionibus, sed ab vltima clarius excludi. Neque infertur benè (vt argumento fiat satis) propriam
22. passionem esse differentiam essentialem adhuc virtualiter, quia per euidentē consequentiam conuincit essentiale specierū discrimen, aut etiam, quia quæcunque propria passione differunt, proprijssima differentia distincta sunt: eiusmodi namque argumentum à posteriori tenet, atque adeò ex eo accipitur, quod est extra earundem specierum essentiam, quemadmodū igitur non bene sequitur propria passio infert essentiam, ergo, pertinet ad illam, pari ratione non tenet, infert specificam differentiam, vel in his dumtaxat reperitur, quæ essentiali differentia distinguuntur, ergo est differentia specifica, vel essentialis, satis est enim, vt hæc præstare possit propriam esse differentiam, ex natura speciei, naturali emanatione prodeuntem, vt affirmat nostra sententia.

Argumentum autem primæ opinionis contendens probare propriam passionem, non esse differentiam propriam, quia intensionem, 23.
& remissionem non suscipit, eam controuersiam agitandam postulabat: an proprijs passionibus talis conueniat proprietas, atq; ex consequenti: an proprijssimæ differentiæ magis minusue suscipere possint; hæc tamen vna est ex grauioribus controuersijs statim agitandis. Quidquid autem circa eiusmodi controuersiam tenendum sit, sic est soluendū argumentum, quantū ad præsens pertinet institutum, propriam differentiam vniuersali modo loquendo, & vt aiunt à toto genere, intentionē, & remissionem suscipere posse, vt autem hoc verum sit, satis est pluribus competere posse, 24.
non tamen requiritur, vt omnibus in particulari conueniat, vel vt Caietanus docet permissiue, esse accipiendam, hoc est, permissum esse, vt hoc pluribus conueniat, & si alijs repugnet.

Soluitur autem secundum, ex his, quæ ex- Ad II.
plicantes Porphyrij textum, circa secundam diuisionem attingere cæpimus, videlicet particulam, per se, acceptam esse à Porphyrio, dū affirmat differentiam proprijssimā facere diuersum, per se, in secunda diuisione, & rursus esse per se inseparabilem in quarta, nō quidem in ea extensione, qua accipitur ab Aristot. modos per se enumerante 1. post. capit. 4 sed strictius, prout illud dumtaxat importat, quod ad essentiam rei spectat. In quo sensu notum est propriam passionem non facere diuersum per 25.
se, sed per accidens, nec facere aliud, sed alterum, neque esse per se inseparabilem, sed cum sit extra essentiam rei, verumq; illius accidens, inseparabilem etiam per accidens.

QVAESTIO SECVNDA.

Qualis nā sit præfacta diuisio, vniuoca, vel analoga.

Illud tanquam certum præsupponit quæstio, quod ab vniuersis recipitur interpreti- Certum in hac re.
tibus

prima diuisio differentiæ.

proprijssima; communis differentia appellatur ea, quæ in communi modo loquendi tanquàm discrimen inter aliqua assignatur, ex aliquo quidem accidenti, vel dispositione eorum vniuersis noto, vt dum albedine differre Petrum à Ioanne, vel eundem iuuenem, aut quidem sedentem à semetipso iam viro, vel stante dicimus passim. Propria differentia ex accidenti aliquo inseparabili capitur, quæ cùm non omnibus contingat, eius quodammodo proprium dicitur, in quo est. huius conditionis sunt, oculorum cæcitas, quæ cæruleum colore importat, cicatrix ex vulnere relicta, nimisq; radicata, aut etiam simitas, hoc est nasi curuitas: cōstat namq; huiusmodi proprietates in cunctis non reperiri
2. indiuiduis. Proprijssima tandem differentia non ab accidenti communi, vel proprio accipitur, sed essentialis est, atq; specifica vocatur, qualis est rationalis, hominem ab equo, & Leone distinguens.

II. Diuisio differentiæ.

Diuiditur item differentia, ea quidem ratione, vt cum officium illius sit, diuersum vnū ab alio efficere, quædam sit diuersum per accidens constituens, alia vero diuersum per se, vel vt Argyropili habet translatio, vna sit differentia alterum, vel alteratum faciens, alia faciens aliud, eunde namq; sensum ver-
3. ba vtriusq; translationis continent, nam alterum, vel alteratum accidentale discrimen important, atq; adeò accidenti aliquo constitutum, quod per accidens merito appellatur (vt schola verbo vtamur) alteratū autem appellatur, quia alterationes si communi ratione accipiantur, motus circa accidentia designant, si vero propria motum circa qualitatem. aliud item substantiam rei, vel essentiam denotat, vnde idē est differentiam aliud efficere, ac essentiali ratione diuersum: essentialis autem differentia appellatur per se, atq; adeò per se diuersum constituere dicitur. Cæterum vt bene adnotat Albertus Magnus, atq; etiam eū sequutus Caietanus particula per se in hac parte non accipitur à Porphyrio secundum eam extensionem, secundum quam Arist. modos per se statuit. 1. (Arist.) lib. de posteriore solutione cap. 4. sub quibus, non solum modum prædicandi essentialem comprehendit, sed etiam eos, quibus vel propria passio de subiecto, vel de causa effectus 4.
proprius eunnciatur. sed contractior est præsens loquendi modus, differentiam per se pro essentiali dumtaxat accipiens: eiusmodi autem secunda diuisio non habet minorem ambitum, quàm prima, nam differentiam in tota sua latitudine diuidit, sed duo membra prioris, nempe communem, & propriam differentiam sub vno complectitur, cum earū vtraq; diuersum per accidens, vel alterum efficiat. Vnde fit, vt eisdem exemplis, quibus explicata sunt illius diuisionis membra, ex- 5.
positū sufficienter sit huius secundæ vtrumq; membrum. Subijcit tamen Porphyrius triplex inter ea discrimen, quibus magis innotescunt, alterum est, differentiam per accidens vocari differētiam simpliciter, vel simpliciter diuersum efficere, ea vero, quæ est per se, vel quæ facit aliud specificam, id autē licet diuerso modo, à diuersis interpretibus explicetur, ego sic explicandum censeo, vt simpliciter diuersum non sit idem, quod absoluta loquutione, vel sine addito, quemadmodum communi modo loquendi illud dicitur simpliciter tale, quod absq; aliquo diminuēte addito nuncupatur, & ideò quasi perfectum in illo genere quod vero cum tali addito, non simpliciter, sed secundum quid, vt hominē viuum absq; addito appellamus hominem, non nisi cum eo diminuente addito effigies eius homo pictus vocatur, sed simpliciter diuersum appellat Porphyrius illud, quod non nisi diuersum est, hoc est non maio- 6.
ri ratione, vel perfectione, quàm communis fert diuersitatis ratio. communis namq; loquendi modus obtinuit vt species, quæ nihil ferè perfectionis supra genus addit, commune item generis nomen, absq; vllo perfectionis addito retineat vt in speciebus animalis pluribus homine inferioribus liquet, quas modo animalis nomine nuncupamus, hominem vero (nisi iniuria afficere volentes) nudo generis nomine non appellamus: in hoc igitur sensu Porphyrius communē propriamq; differentiam diuersum simpliciter efficere docet, hoc est diuersum dumtaxat sub communi ratione, non sub alia perfectiori in hoc genere,

Autoris explicatio.

I. Discrimē inter differentiam, quæ facit

aliud, & Quæ facit alterum.

nere, vt sic à differentia propriissima valde distare intelligantur, quæ non diuersum nuda, atque communi ratione, sed tali modo, 7. perfectissimo illo quidem, hoc est essentialiter specieque diuersum, vnum, ab alio constituit. Sequor autem in explicatione huius literæ Albertum Magnum lib. prædicab. tractatu 5 de differẽtia ca. 1. Caiet. & Magist. Sotum in commentarijs eiusdem.

II. Secundum discrimen in eo consistit, quod differentiæ per se, vel quæ faciunt aliud, diuidunt genus, & constituunt species, vt rationale, differentia vero per accidens, vel quæ facit alterum, nec diuidit genus, neq; speciẽ constituit, sed genus iam diuisum, & speciem constitutam præsupponit, vt album, vel nigrum. ex quo postremo elicitur differentiam per se simul cum genere definitionem componere, differentiam verò per accidens extra 8. definitionem vagari, & secundum eam permutationes, vel auersiones fieri, vt si Petrũ quiescentem modò, mox ambulantem consideremus, vel calidum, cùm paulo ante esset frigidus.

III. Diuisio Differẽtia diuiditur tertio vniuersaliter, vt vna separabilis sit, inseparabilis alia, illa quidem vt ægrum esse, vel sanum, hæc vero vt simum, vel disciplinæ capacẽ, atq; hæc etiam diuisio sub posteriori membro duo membra etiam posteriora prioris diuisionis claudit: nam propria, & propriissima differentia sub inseparabilis ratione conueniunt, quapropter licèt bimembris sit, non minorem ambitum habet, quàm trimembris prima.

Nota. Ab ea autem extensione deficit diuisio differentiæ quarta, cum subdiuisio sit vnius 9. membri præcedentis, nempe differentiæ inseparabilis, atq; ea propter duntaxat primæ diuisionis ambitum complectatur, nempe propriam differentiam, & propriissimam: alia est, inquit Porphyrius inseparabilis per se, vt rationale, alia inseparabilis per accidens, vt aquilinum, vel simum, esse per se inseparabilis illa vocatur, quia ad essentiam rei pertinet, vnde ex eodem habet, esse differentiam per se, ac per se inseparabilem: atq; ex opposito, cum differentia propria accidens sit, ex eodem habet esse inseparabilem. & per accidens inseparabilem, nam etsi insit semper, tã 10. quàm accidens quidem, non tanquam essentia, vel substantiæ pars, & hinc ortum habet discrimen triplex inter vtrunque membrũ à Porphyrio designatum, vt differentia per se inseparabilis intra essentiam rei sit, atque adeò aliud constituens, inseparabilis verò per accidens, neq; in essentia clauditur neque aliud efficit, sed alterum duntaxat, vel per accidens diuersum, & rursus cum rerum essentia non minus in indiuisibili consistant, quàm numeri, vt docet Arist. 8. met. text 10 Arist. fit vt quemadmodum numerus ex quacunq; additione vnitatis variatur secundum essentiam, pari ratione, variato quocumque prædicato essentiali soluatur species, si ergo ita est, quod differentia inseparabilis per se ad speciei essentiam spectat, sequitur sic in indiuisibili consistere, vt mutationem aliquam intentionis, vel remissionis suscipere nequeat neque enim magis rationalem esse vnum hominem alio dicimus, atq; inseparabilis per accidens differentia cùm accidens sit, & sæpe 11. ex his, quæ contrarium habent, magis, & minus participari à subiecto contingit ex maiori, vel minori eiusdem contrarij admixtione, intensior namque esse potest albedo, vel nigredo etiam in his, à quibus inseparabilis est.

Strictior demum differentiæ diuisio postrema est, cùm sit subdiuisio quædam vnius membri præcedentis diuisionis, qua Porphyrius inseparabilem per se differentiam partitur in eam, quæ genus diuidit, & speciem constituit, huius diuisionis exemplum in animali ponit, cuius constitutiua differentia est sensitiuum, diuisiua vero rationale, & irrationale, animal namq; species viuentis cùm sit, genus est hominis, equi, & leonis, atque idcirco differentiam habet, per quàm cõstituitur, tanquàm species generis superioris, alias itẽ, per quas in inferiores species diuiditur, omnes tamen specificas esse, & vocari, ait Porphyrius, cuius ea est ratio, quia ex fine accipitur cuiuscunque rei conditio, atque denominatio, sed differentiæ, omnes etiam diuisiuæ 12. in eum finem ordinantur, vt species constituant,

Postrema diuisio differentiæ.

tuant, nam huius rei gratia genus diuidunt, vna cum illo definitionem speciemque compleant, merito ergo specifica vocantur, & his manet explicata prima capitis pars.

Secundum membrum cap. Prima definitio differentiæ. 13. Diuisa ergo differentia ad eandem procedit Porphyrius definiendam in secunda parte totidem explicationibus, quarum prima sic assignatur, differentia est, qua species excedit genus, continet animal, quod genus est hominis, naturam dumtaxat sensitiuam, cui adiuncta differentia rationale, constituitur species hominis, & ideo superatur animal ab homine differentia, rationale: bene igitur differentia explicatur id esse, quo species, genus superat.

Obiectio. Obijcit tamen Porphyrius aduersus prædictam definitionem, nam vel species habet differentiam, per quam excedit genus à se, vel ab ipso genere acceptam, aut certè ex nihilo: repugnat postremum, quia ex nihilo nihil fit, iuxta Porphyrij sententiam, à se autem habere non potest, nam species cum sit aliquid compositum & factum, nec à seipsa componitur, neque ex seipsa fit, sed ex alio fieri oportebit, igitur à se non habet principalem suæ compositionis partem, quæ est differentia, superest igitur vt eam à genere recipiat, & si ita se res habet, sequitur in genere esse differentiam, non ergo superabitur ab speciebus differentia, nec bene erit hoc modo differentia explicata, ex alia verò parte, si genus differentias continet, cùm sint opposita, vt rationale, & irrationale, corporeum, & incorporeum ostendunt, infertur opposita inesse eidem, quod plane repugnat.

Responsio. Respondet tamen Porphyrius speciem, neque à se habere differentiam, nec ex nihilo, sed à genere, in quo continentur omnes, non quidem actu, sed in potentia, quemadmodum in materia latent omnes formæ, nec tamen repugnat opposita in eodem esse secundum potentiam, quia neque esse in potentia est esse simpliciter, nec potentialis repugnantia absolute talis appellatur, sed vtrumq; secundum quid. exacta igitur est prima hæc explicatio, quæ sic intelligitur, differentia est, qua species superat genus, si quidem eam actu continet, genus verò dumtaxat in potentia.

II. Definitio. Definitur rursus differẽtia vt sit id, quod de pluribus differentibus specie, hoc ipso qua quid est prædicatur, vt rationale respectu hominum, ac Deorum, cæterùm cum differentia sit pars essentialis speciei, nõ minus quam genus, apparet in quid, non in quale prædicari, cum præsertim modus prædicandi in quale accidentis sit, non substantiæ, hæc igitur particula dumtaxat in tota definitione difficilis posset alicui videri: ideò eam ex duobus explicat Porphyrius: primo quidem ex communi modo concipiendi, & loquendi, nam si interrogamur, ait, quid sit homo, accommodate respondemus esse animal, si verò quale sit animal, accommodatissime, assignantes differentiam, dicentesque esse rationale, genus igitur explicat quid sit species, differentia verò qualis sit, & ea propter illud in quid, hæc verò in quale prædicatur. Secundò, quia similis est compositio speciei ex genere, & differentia, compositioni statuæ ex ære, vel ligno, quod se habet, vt subiectum, vel materia, & ex figura, vel forma artificiali in ære ipso sculpta, cum genus tanquam per formam determinatur ad compositionem speciei, forma autem, vel figura qualitatem statuæ importat, differentia igitur, quæ ei assimilatur, modũ item qualitatis habebit, quapropter in quale prædicabitur. Cæterum, quia essentialis est speciei forma, vel pars, ex hac parte quid sit species denotat, & si vtrumque simul copulemus in quale quid prædicari reperiemus, itaque in esse partis essentialis cum genere conuenit, in modo se habendi ab eo distinguitur, quia illud habet modum potentialis, & contrahibilis: differentia vero modum formæ contrahentis, in quo valde assimilatur formæ accidentali, præsertim qualitati & cum ex modo se habendi desumatur formalis modus prædicandi, non in quid, vt genus, sed in quale supra quid prædicatur.

Explicatur primo à Porphyrio. 16. Explicatur secundo. 17.

III. Definitio. Tertiam differentiæ explicationem hoc modo designat Porphyrius. Differentia est, quæ separat ea, quæ sub eodem genere conueniunt, vt rationale, hominem ab equo,

quo, cum quo sub animalis genere conuenit, & vniuersaliter species eiusdem generis: describitur etiam quarto differentia, qua
18. differunt à se singula, vt eodem constat exemplo. Habet namque differentia duplicem actum, vel considerationem duplicem eiusdem actus in constitutione speciei, nam generi in primis adiuncta, eam componit, & quasi primum esse tribuit. Cæterùm, quia ad completum esse cuiuscumque rei pertinet, vt ab alijs sit distincta, eadem differentia, quæ esse tribuit speciei, confert etiam distinctionem ab alijs, nec tamen est idem separare ea, quæ sub eodem genere sũt, & species distinguere, sed diuersum quid secundum rationem, nam illud pertinet ad diuisionem generis, hoc verò ad completam speciei constitutionem, quapropter, diuersam considerationem differentiæ explicant tertia, & quarta definitio.

Postrema definitio. Postrema definitio, quatuor præcedentibus exactior est, Differentia confert ad substantiam rei, & est pars essentiæ, ac definitionis eius. Vniuersa in rationali reperies hominis comparatione, nam simul
19. cùm animali substantiam illius constituit, confert ergo maxime ad substantiam: item constituit eum tanquam pars illius essentialis, & quidem formalis, & quasi vltimum complementum eiusdem speciei, ac definitionis illius, completa est enim cuiusuis speciei definitio differentia generi superaddita, iure ergo dicitur, quòd sit pars esse eiusdem speciei, eiusmodi autem definitionem exactam appellat Porphyrius, non vt insufficientia præcedentes arguat, sed quia clarius potissimam differentiæ rationem explicat, ex intima eius conditione procedit, neque supplemento, vel explicatione indiget.

Circa explicatum Porphyrij textum notabile vnicum.

POST prædicabilia generis, & speciei proximum locum tenere differentiam nemo est, qui ambigat, cùm prædicatum sit essentiale, ideoque nobilius accidenti proprio, sed adnotandum in primis est, circa Porphyrij textum, triplicem considerationem habere differẽtiam, nam physicè, metaphysicè aut logicè cõsideratur, iuxta ordinem physicũ non est aliud, quàm forma physica essentialis propria, vel communis, per quam res naturaliter dicuntur differre, vt per rationalem animam differt homo à leone, castitate, vel cæruleo oculorum colore, Petrus à Paulo, motu locali, Petrus idem à se ipso, vel altero quiescente. Metaphysice verò accepta differentia non est forma naturalis, sed conceptus obiectiuus realis, quem ex alio gradu essendi essentiali format intellectus, vt ex gradu corporeitatis, quem intra naturæ ordinem rationalis anima corpori tribuit, format intellectus conceptum corporeæ substantiæ, quo hominem ab Angelo distinguit sub genere substantiæ, in quo conueniunt, atq; ex gradu vltimo ratiocinandi (vt intermedios omittam) format intellectus conceptum rationalitatis, quo tanquam propria differentia eundem hominem à leone separat. Logica autem consideratio est per comparationem ad secundam intentionem, à qua denominatur differentia, quemadmodum natura generis, & speciei: itaq; differentia secundum ordinem physicum fundamentum est eiusdem metaphysicè acceptæ: sub metaphysica autem consideratione fundamẽtum est logicæ considerationis, cum metaphysicus conceptus differentiæ prædicabilis denominetur, ac de primo ad vltimum differentia physica, logicæ etiam fundamentum est, remotum tamen, proximum verò Metaphysica, nam à secundis intentionibus non denominantur res consideratione dialectica, nisi in quantum tali modo concipiuntur. Porphyrius igitur capite præsenti in his diuisionibus, ac definitionibus, modò physicè pro rebus, vel formis, aliquandò metaphysicè pro conceptibus, logicè tandem pro intentionibus differentiam accipit. Primam, & secundam

Physice, metaphysicè, & logicè consideratur differentia. 20.
21.
22.
Porphyr.

cundam considerationem indicant exempla illius, ex naturali ordine à metaphysico petita. Postremam secunda definitio differentiæ, ostendens eam de pluribus specie differentibus in qualequid prædicari. Duæ tamen priores considerationes ad tertiam absque dubio ordinantur, nam eò tendunt, vt naturam differētiæ realis agnoscamus, quæ secundæ intentionis fundamētum est, vt perspecto fundamento, rationē secundæ intētionis perspiciamus, melius & verum semper sit commune illud proloquium, dialecticam agere de secundis intentionibus, adiunctis primis: vnde elicitur realem considerationem differentiæ à dialectico instituto non esse alienam. 23.

Dubium vnicum.

VNiuersale oritur dubium circa omnes, ac singulas diuisiones, & definitiones, quot nam ex his pro rebus, quot item pro secundis intentionibus accipiantur.

Quidam in antiqua illa sententia perseuerantes de obiecto dialecticæ reali, res esse principaliter consideratas sentiunt, intentiones vero, aut nullo modo, aut certè non per se, sed per accidens, tam in diuisionibus, quam definitionibus vniuersis: quibus fauent exempla à Porphyrio designata in rebus quidem, non in intentionibus Caiet. verò diuisionem primā, ac definitionem secundam, pro intentionibus accipiendas esse arbitratur in earum expositione. Quam sententiam ad cæteras diuisiones,
24. ac definitiones, aliqui ex modernis expositoribus extendunt. Quibus pro sufficienti ratione esse poterit constituta superius doctrina, ens rationis obiectum esse dialecticæ, ea quidē consideratione, vt quidquid reale claudit in quantum intentioni substat accipiatur, sed prædicabilia per se pertinent ad considerationem dialecticam, ergo quidquid in eis affertur, vel est ens rationis, vel certè in quantum ab eo denominationem suscipit, consideratur. Vnde sequitur eiusmodi omnes diuisiones, ac definitiones, iuxta ordinem secundarum intentionum esse accipiendas Quod præsertim confirmatur, quia genus & differentiam realiter cōsiderare, ad metaphysicum pertinet, cuius est quidditates rerum, in quantùm à materia abstrahunt, inuestigare, ergo actus reales differētiæ atque illius officia explicare, non est dialecticæ considerationis, sed metaphysicæ, nam solam intentionem denominantem dialectica considerat.

Pater Toletus quasi medium tenens inter hæc extrema, ait, in his diuisionibus, ac definitionibus admiscere Porphyrium res, vt melius intentiones cognoscantur: atque idcirco accipiendas esse semper in ordine ad secundas intentiones. Ego vero distinctione opus esse censeo ad veritatem rei explicandam, eo prius statuto, quod superius ex professo ostendimus, nihil reale ad dialecticam pertinere posse à cōsideratione secundarum intentionum absolutum, sed principaliter denominationem ab illis susceptam attendendam esse, quapropter, neque vllam ex ijs diuisionibus, ac definitionibus, absq; tali ordine à Porphyrio esse consideratam aduersus primum extremum sentiendū est. Cæterùm sub ordine ad secundas intentiones, duobus modis res considerantur, vno quidem quasi reduplicatiue, hoc est, nihil in re ipsa inspiciendo, nisi talem ordinem, & denominationem, alio vero quasi specificatiue natura ipsa reali, vel aliqua eius proprietate inuestigata, non tamen vt ibi consideratio sistat, sed vt in secundam intentionem ordinetur, in quantum conditione reali inspecta, melius cognoscitur, qualiter secundam intentionem fundare possit. Vtrumque quidem necessarium est in dialectica, quia aliquando non facile constat modus se habendi ipsius naturæ realis in ordine ad intentionem, vel denominationem logicam, nisi aliquid reale eius expendatur, quare oportet terminis realibus in diuisione, vel definitione vti ad illum explicandum, vtrumque Porphyrius præstitit in his prædicabilibus, in primo quidem & secundo afferens reales acceptiones vtriusque, in 4. & 5. reales definitiones ex Aristot. depromptas, quæ suis locis patent, vt modum prædicandi eorum melius declarare posset, eo autem constituto definitiones secundarum intentionum attulit. Itaque ex proprijs terminis diuisionū, vel definitionum explorandum est, quo nam modo accipiantur, nam si reales sint modo item reali desumentur, vel (vt aiunt) primæ intentionaliter, si vero sunt termini secundarum intentionum, iuxta eundem ordinem. Et habita ratione præfatæ distinctionis: si priorem sortiantur modum conditio, vel proprietas naturæ realis, consideratur, vt melius percipiatur, qualiter talem secundam intentionem fundare possit, si vero postremum, nihil

Opinio patris Toleti.

26.

27.

117.

nihil reale attenditur, sed nuda ac præcisa ratio fundandi, quia satis iam explorata est rei
28. natura, quantum pertinet ad rationem suscipiendi similem denominationem, & iuxta priorem modum realis natura, vel proprietas cadit sub ordinem secundæ intentionis specificatiue, reduplicatiue iuxta posteriorẽ. Porphyrius ergo attendens cognitu esse difficilem naturam huius prędicabilis, opus esse censuit fundamentum illius copiosius explicare, & eã propter realibus diuisionibus vtens, plures modos reales differentiarum attulit, vt eam differentiam, quæ secundam intentionem tertij prædicabilis fundat, eliceret, cuius etiam actus diuersos, reales quidem indicare oportuit, eosque certis descriptionibus explanare, vt plane constaret, quale esset fundamentum, atque adeò qualis secunda intentio, à qua denominatur prædicabilis His autem adhibitis, explicatione propria ex terminis secundæ intentionis constituta, differentiam descripsit dicens, esse prædicabilem de pluribus differentibus specie in quale quid, quam ex definitionibus, ac diuisionibus realiter acceptis satis commode intelligimus. Ex quibus elicimus propositi dubij solutionem, quæ talis est.

Dubij solutio. Omnes diuisiones differentiæ accipiuntur primę intentionaliter, omnes item definitiones, secunda excepta: in cunctis tamen clauditur ordo ad secundam intentionem, vel deno-
29. minationem eius, reduplicatiue quidem in secunda definitione dumtaxat, specificatiue in cæteris, in vniuersisque diuisionibus, constat vtrumque ex terminis primæ intentionis, qui in cunctis diuisionibus, ac definitionibus, præter secundam afferuntur, atq; etiam ex allatis à Porphyrio exemplis, quæ naturam realem differentiæ, actus item reales explicant, & id solum conuincit argumentum primæ sententiæ.

Primum autem secundæ opinionis sufficienter soluit distinctio, à nobis allata, satis est enim, vt intelligamus formale obiectum dialecticæ esse ens rationis, quasi materiale, & substratum, quæcunq; ad naturam realem spectantia in dialectica afferuntur complectens, ad ipsum ordinari, denominationemq; suscipere, ex hoc enim fit, vt specificatiue, vel reduplicatiuè sub secundis intentionibus considerentur, ab eisque denominationem accipiant.

Postremo argumento, hoc modo fit satis, naturam realem differentiæ, actusque illius, atque officia considerare, pertinet quidem ad Metaphysicam, nec non ad Dialecticam, diuersa tamen ratione, ad illam in quantum sunt partes essentiales quidditatis abstrahentis à materia, Dialectica vero eadem spectat in ordine ad prædicationem, hoc est, in quantum differentiam constituunt aptum fundamentum denominationis tertij prædicabilis. Medium autem à Doctore Toleto constitutum, iuxta nostræ distinctionis præscriptum accipere oportet, vt verum censeatur.

QVAESTIO PRIMA.

Sufficiens ne sit prima diuisio differentiæ, in communem, propriam, & proprijssimam.

Dubitandi rationes.

Quod redd[a]t probã. MINVS autem bona in primis apparet diuisio differentiæ, in communẽ, propriam, & proprijssimam: nam ex vna quidem parte, duo membra superuacanea cõtinere videtur, ex altera vero diminuta est: ostendo illud, nam differentia communis, & propria, accidentia sunt, quæ ad quartum, quintum ve prædicabile spectare cernuntur, vt exempla Porphyrij clare indicant, ergo male ad tertium prædicabile reuocantur, cum non sint confundenda prædicabilia: idque efficaciter confirmatur, quia tertium prædicabile sola differentia proprijssima constituit, quæ sola de pluribus differentibus spe-
cie in quale quid prædicatur, communis, 2.
vero, & propria, nequaquam in quale quid enunciari de aliquo possunt, cum sint accidentales, ergo ad prædicabile differentiæ non pertinent, neq; à secunda intentione illius denominantur, vnde minus bene diuiditur differentia in hæc membra.

Ex opposito vero, diuisionem esse diminutam, duabus rationibus confirmo, prima, quia differentia indiuidualis non est communis, neque propria, cum non sit accidentalis, & cum essentialis non sit, non est proprijssima quia non est specifica, eiusmodi enim dumtaxat proprijssima vocatur, vt verba hæc Porphyrii docent: *Proprijssimè autem differre alterum, ab altero dicitur, quando specifica differentia* differt, Quod sit diminuta probat. 1. Porphyr.

differt, quemadmodum homo, ab equo specifica differentia rationalis. Ad nullum igitur ex tribus membris diuisionis refertur.

Probat. II. Secundo, proprietates specificæ, vt risibile, admiratiuum, & cæteræ, faciunt differre species accidenti inseparabili, & tamen non sunt differentiæ propriæ: nam, vt Porphyrius explicans membra quartæ diuisionis asserit, differentiæ inseparabiles per accidens, quales vocat proprias, intensionem & remissionem suscipiunt, quod non conuenit proprijs passionibus specierum, non enim dicere possumus vnum nominem magis esse risibilem, quam alterum, nam cum propria passio, cum essentia conuertatur, vt pote ab ea proueniens, si intensionem susciperet eadem ipsa essentia, eandem haberet conditionem, quod repugnat, cum in indiuisibili consistat.

Ab omnibus iudicatur sufficiens diuisio.

NEMO tamen insufficientiæ arguit huiusmodi diuisionem, quæ si recte intelligatur, neque vllam differentiam à se excludit, neque quidquam complectitur, quod non sit ad eam merito referendum. Communis namque differentia, & propria (vt primo argumento fiat satis) duobus considerantur modis, primo quidem in quantum sunt quædam accidentia propria, vel communia, sicque ad quartum, vel quintum prædicabile, pertinere conuincit argumentum: secundo, in quantum differre faciunt vnum ab alio, in qua consideratione sub nomine differentiæ comprehenduntur, habentque similitudinem, atque analogiam cum essentiali differentia, non paruam, & ea propter ad tertium prædicabile referuntur, non ea ratione, vt a secunda intentione differentiæ illud constituentis denominentur, vel directè, & propriè sub eo collocentur, sed per quandam tantum similitudinem, quam considerare in hac parte oportuit, vt melius rationem propriissimæ differentiæ possemus percipere: & solum huius rei gratia in præsenti diuisione eas connumerauit Porphyrius, quod absque prædicabilium confusione effici potuit, si quidem res eadem sub considerationibus diuersis ad diuersa prædicabilia referri contingit.

Dubiolum de differentia indiuiduali.

CIRCA indiuidualem differentiam, quam tangit secundum argumentum Magister Oña, quæstione prima, huius capitis articulo 1. ad quartum, quem nonnulli ex modernioribus sequuntur, in sua illa persistit sententia, asserente verè, & propriè vnum indiuiduum essentialiter ab alio differre vnde infert, esse propriissimam differentiam, idque denuo cõfirmat ex doctrina, Diu. Thomæ in 1. distinctione 15. quæstione 1. articulo 2. vbi, cum de diuinis personis sermonem constitueret, ait, filium non esse aliud à Patre, quia vna numero essentia est in vtroque, cæterum in humanis aliud est à Patre filius, propter diuersam materiam, eiusmodi autem diuersitatem naturæ indiuidualis efficit differentia, ergo apud Diuum Thomam facit aliud, & si ita se res habet, erit propriissima, Porphyrio id planè asserente in secũda diuisione. Nihilominus fuisse à Porphyrio prætermissas credit, qui differentias dumtaxat specificas asserere, atque explicare voluit, indiuidualibus, quasi ad communes scientias non pertinentibus, omissis. De differentia indiuiduali.

Hanc tamen sententiam ego probare non possum, nam vt præcedenti capite ostendi, essentialia, propriè ea solum appellantur, quæ prædicata, sunt ex aliquo essendi gradu desumpta, nam ex his essendi gradibus complectur essentia: at indiuidualis differentia, non accipitur ex gradu essendi, cum vltimus sit ille, à quo capimus differentiam specificam atomam, ergo differentia indiuidualis verè est extra essentiam, verè non est prædicatum essentiale, sed cum modus sit substantialis essentiam, vel naturam specificam determinans ad particularem modum subsistendi in indiuiduo, prædicatum est, non essentiale, sed substantiale, nec substantiale naturæ, sed modale. Falsum est enim, quod ab his authoribus dicitur, indiuidua eiusdem speciei essentialiter differre, non tamen specificè, sed indiuidualiter, non est enim diuersa, sed eadẽ essentia in indiuiduis, diuerso tamen modo substantiali determinata, ratione cuius alia natura indiuidualis est in vno, & in alio, intra eandem essentiam, modaliter, ergo dumtaxat differre possunt, modalis autem differentia, non est essentialis. Nec aliquid probat argumentum, quo confirmatur, indiuidualis differentia est de essentia indiuidui, vt indiui-

duum

duum est, quia sine illa neque esse, neque intelligi potest, ergo est essentialis. Falsum est enim antecedens, atque etiam consequens ex eo illatum: indiuiduum namque, absoluta consideratione duobus constituitur, essentia videlicet, & modo eam determinante, intrinsecus igitur est modus, non tanquam essentia, sed tanquam essentiam determinans, in quantum intelligi non potest res determinata, sine determinante, & hinc prouenit, non posse intelligi indiuiduum, vt tale, sine differētia indiuiduali, aliud tamen requiritur, vt de essentia sit, vel essentiale prædicatum indiuidui, nempè ex gradu essendi, esse desumptum, illud autem, à quo accipiuntur differentiæ indiuiduales, non est gradus essendi; sed principium, & radix determinandi essentiam ad modum particulariter existendi, quod appellatur in Metaphysica, vel Philosophia principium indiuiduationis (de quo suo loco Deo fauente sermonē instituemus.) Sed verba Diu. Thomæ obiecta tali distinctione explicanda censeo, vnum esse aliud ab altero, duplicem habet acceptionem: strictam vnam, latiorem aliam, iuxta primam diuersum essentialiter, atque adeò specificè importat, quod tale non est, nisi ratione alicuius prædicati essentialis, in secunda vero acceptione aliam essentiam, quocunque modo distinctam significat: habent, quidem indiuidua distinctam essentiam, vel naturam non distinctam essentialiter, sed indiuidualiter, quæ propter vnum est aliud, ab altero in secunda significatione, non in prima, & cum in diuinis personis, non solum non sit essentialis distinctio, sed neque essentiarum numerica, non est vllo modo admittendum, filium esse aliud à Patre, cum tamen in humanis in secunda significatione, verum sit, propter alietatem naturæ indiuidualis. Strictam autem significationem Porphyrius tenuit in secunda diuisione differentiæ, specificam dumtaxat aliud efficere, docens: quapropter indiuidualis differentia, vt ad formam argumenti respondeamus, non est communis, vel propria, sed neque differentia proprijssima, habet nihilominus, cum ea similitudinem, propter quam, quasi reductiue ad illam pertinet, sicut reducitur etiam ea prædicatio, in qua de indiuiduo à se constituto enunciatur ad tertium prædicabile, nec oportuit expressam illius mentionem a Porphyrio effici, nā indiuidua neque ad scientiam, neque ad artem syllogisticam, ad quam prædicabilia ordinantur, per se spectant, neque adeò longè minus, prædicationes ex his confectæ ad scientiam pertinere valent.

Variæ sententiæ circa proprietatem specificam.

DE proprietate tamen specifica, non omnes vno modo sentiunt, Magister Soto, in primis in expositione literæ censet ad præsentem diuisionem, non pertinere, quem sequuti sunt postea, Mercatus, & Cantetus membra huius diuisionis explicantes, & Doctor Toletus, notabili 2. in eandem, cum Boetio, quem refert, inclinare videtur, nam maximè esset in secundo membro, propriæ differentiæ comprehensa, at Porphyrius de proprietatibus indiuiduorum dumtaxat loquitur, quibus indiuidua differunt accidenti inseparabili, vt exempla eius vniuersa indicant, & propositum argumentum in principio confirmat: nō enim suscipiunt magis, & minus similes proprietates, quam tamen proprietatem proprijs differentijs conuenire docet, & rursus in quarta diuisione Porphyrius, differentias proprias, simul cum communibus vocat inseparabiles per accidens, at propriæ passiones sunt per se inseparabiles, vt Aristoteles 1. post c. 4. docet, statuens in secundo modo per se de subiecto enunciari, ergo nō comprehenduntur à Porphyrio sub proprijs differentijs.

II Solutio Soti.

Arist.

Hæc tamen modus dicendi minus probabilis videtur, nam si proprietates indiuiduales, idcirco sub differentia propria constituuntur, quia indiuidua differre efficiunt inseparabili accidenti, longè melius propriæ passiones id habent specierum comparatione, ergo verè eis quadrat ratio differentiæ, quapropter si sub nullo membro clauduntur, insufficiens sanè erit diuisio, post quam membra diuidētia minus, quam diuisum continent, & absque dubio, vitio daretur Porphyrio, quòd potissimam, inter proprias differentias omiserit, hac igitur exclusa sententia.

Alij ad differentiam proprijssimam referendas esse proprias passiones tenent, id namque Porphyrius insinuare videtur, nam differentias proprias appellat accidentia inseparabilia, quæ à proprijs passionibus valde diuersa ostenduntur, cum illa ad quintum prædicabile pertinere statuat, proprietates verò

specierum ad quartum, ergo ad diuersa membra præsentis diuisionis referenda sunt, illa ad secundum, istæ vero ad tertium proprijssimæ differentiæ. In quarta etiam diuisione dum exempla differentiarum separabilium per se (quas constat esse proprias) apposuisset, ait, vt rationale, mortale, & susceptiuum disciplinæ, est autem illud essentialis differentia, hoc vero proprietas specifica, censet igitur vtramque contineri sub proprijssima differentia. Vltimam demum definitionem differentiæ designans, ait: *Exactius autem quæ ad differentiam pertinent pertractantes differentiam, inquiunt, non quoduis eorum quæ separant ea, quæ sub*
15 *eodem genere collocantur, sed id, quod ad substantiam, rationemque confert, non enim aptum esse ad nauigandum, hominis est differentia, & si eius proprium sit, &c.* Quibus verbis aperte Porphyrius docet vniuersa de proprijssima differentia in superioribus tradita diuisionibus, propriæ passioni posse accommodari, solam vltimã definitionem, eam à differentia specifica separare, fuit igitur sub proprijssima differentia in diuisione prima comprehensa, vt hęc ratio efficacior cõuincit, propria passio infert per euidentem consecutionem differentiam specificam, ergo verum est essentialiter, differre, quæ propria passione differunt, vtraque igitur ad differentiam proprijssimam refertur, nempe essentialis differentia, & specifica proprietas, principalius, ac formalius illa, quasi virtualiter, & consecutiuè hæc.

Verior dicendi modus, & communis.

Vera sententia.

EGO verò cum communi ferè omnium interpretum Porphyrij sententia teneo, sub differentia propria esse ab eo collocatam, sic censent Albertus Magnus tractat. 5.
16. capite 10. ad finem, Iauellus, tractat. 4. prædicabilium capit. 4. Caietanus in explicatione præsentis diuisionis, Magister Oña, quæstione 1. articulo 1. & moderni ferè omnes. Idque à sufficienti diuisione probo: notum est, proprietatem specificam, non esse communem differentiam, sed nec proprijssima esse potest, erit igitur propria, minorem expressit Porphyrius in secunda diuisione, his verbis: *Vniuersaliter ergo omnis differentia addita alicui, alteratum facit, sed hæc quidẽ, quæ communiter, & propriæ sunt alteratum faciunt, quæ vero proprijssimæ, aliud.* Sed propria passio non facit aliud, cum nõ pertineat ad substantiam, vel essentiã

Albertus Magn. Iauell. Caietan. Ona.

Porphyr.

rei, sed extra illam fit, ergo non est differentia proprijssima: & cum certissimè faciat alteratum, tanquam verum prædicatum accidentale, & ex alia parte sit inseparabilis, euidenter infertur esse differentiam propriam, statim etiam Porphyrius, post recensita verba, quæ sequuntur, subiecit: *Quæ quidem igitur aliud faciunt, specificæ vocantur:* & paucis interpositis, *secundum igitur aliud facientes differentias,*
diuisiones generum fiunt in species, & definitiones 17.
assignantur, quæ sunt ex genere, & huiusmodi differentijs. Hæc Porphyrius, quibus triplicem exprimit conditionem proprijssimæ differentiæ, planè repugnantem propriæ passioni. Vna est, proprijssimam differentiam specificam esse, altera, secundum eam genus diuidi in species, postrema, definitionem quidditatiuam ex genere, & eiusmodi differentia cõstitui, cum tamen notum sit proprietatem specificam præsupponere diuisionem generis in species, oppositis differentijs factam, species ipsas constitutas, à quibus naturaliter promanat, ac tandem constitutas definitiones. Pugnat igitur cum sententia Porphyrij esse differentiam proprijssimam, atque etiam cum aperta ratione: nam differentia proprijssima, apicem differẽtiarum tenet, intima est ei, quod
componit, tertium constituit prædicabile, ne- 18.
mine dissentiente: at propria passio non est suprema differentia, cum non sit essentialis, non est intima, comparata ad speciem, nec pertinet ad tertium prædicabile, cum non prædicetur in quale quid, igitur absque fundamento rationis ponitur sub differentia proprijssima, sed dubio procul sub propria est collocanda, cum sit accidens inseparabile, quo species à se inuicem differunt.

Notandum ad argumenta contraria soluenda.

ETENIM accidens inseparabile, (vt hinc argumenta opposita soluere incipiamus) duplex est, vnum ex natura indiuidui, nempè ex tali dispositione, vel complexione
ortum, aut certè consuetudine, vel obduratio- 19.
ne nimis radicatum, & idcirco inseparabile factum, talis est cicatrix, talis cæruleus oculorum color. Aliud est inseparabile ex natura ipsius speciei, à qua naturaliter oritur, & tales sunt propriæ passiones, sub propria autem differentia, vtrumque comprehendit Porphyrius, quia certe eundem modum

habent faciendi differre, hæc, species, illud, indiuidua, qua tamen postea in quarto, & quinto prædicabili per comparationem ad subiectum, ex qua distinctum modum prædicandi sortiuntur, distinguuntur, exempla autem propriæ differentiæ in proprietatibus dumtaxat indiuidualibus posuit, quia nobis sunt notio-
20. res; vt potè proximiores sensitiuæ cognitioni, ex quibus patet sensus primæ diuisionis, in qua Porphyrius non distinguit accidentia inseparabilia, à propriis passionibus, sed omnes ad propriam differentiam pertinere sentit. quamuis alia ratione, iam explicata postea ab ipso distinguantur; susceptiuum autem disciplinæ, pro potentia, vel aptitudine sumi potest, & sic est propria passio hominis, vel certè pro radice, vnde oritur, & sic est eadem essentialis differentia rationalitatis, alio modo, aliaque voce designata, hoc igitur posteriori modo à Porphyrio accipitur in exemplo quartæ diuisionis, vel si priori modo, loco propriæ differentiæ hominis posita est, quam & si Porphyrius posuisset, sic locutus: *vt rationale, mortale, & susceptiuum disciplinæ*, vt tamen explicatior esset, passionem nobis notiorem addidit. Postremam autem definitionem magis
Porphyr. exactam Porphyrius vocat, vt expendit Caietanus, in eius explicatione, non quod priores
21. sint diminutæ, sed quia aliquo subintellecto indigeat, vt completæ sint atque cum differentia specifica conuertantur, vt de trib' nempè 1. 3. & 4. constat, quas sic oportet intelligi, differentia est: *Quæ species primo abundat genere, quæ primo diuiduntur ea, quæ sub eodem genere sunt, & quæ primo differunt à se singula.* Vltima vero per se, absque aliquo subintellecto patet, vnde explicatius ostendit naturam proprijssimæ differentiæ, atque etiam intimius, cum potissimum illius actum, vel officium indicet, quapropter non bene infertur propriam passionem alijs esse comprehensam definitionibus, sed ab vltima clarius excludi. Neque infertur benè (vt argumento fiat satis) propriam
22. passionem esse differentiam essentialem adhuc virtualiter, quia per euidentẽ consequentiam conuincit essentiale specierũ discrimen, aut etiam, quia quæcunque propria passione differunt, proprijssima differentia distincta sunt: eiusmodi namque argumentum à posteri tenet, atque adeò ex eo accipitur, quod est extra earundem specierum essentiam, quemadmodũ igitur non bene sequitur propria passio infert essentiam, ergo, pertinet ad illam, pari ratione non tenet, infert specificam differentiam, vel in his dumtaxat reperitur, quæ essentiali differentia distinguuntur, ergo est differentia specifica, vel essentialis, satis est enim, vt hæc præstare possit propriam esse differentiam, ex natura speciei, naturali emanatione prodeuntem, vt affirmat nostra sententia.

Argumentum autem primæ opinionis contendens probare propriam passionem, non esse differentiam propriam, quia intensionem, 23.
& remissionem non suscipit, eam controuersiam agitandam postulabat: an proprijs passionibus talis conueniat proprietas, atq; ex consequenti: an proprijssimæ differentiæ magis minusue suscipere possint; hæc tamen vna est ex grauioribus controuersijs statim agitandis. Quidquid autem circa eiusmodi controuersiam tenendum sit, sic est soluendũ argumentum, quantũ ad præsens pertinet institutum, propriam differentiam vniuersali modo loquendo, & vt aiunt à toto genere, intentionẽ, & remissionem suscipere posse, vt autem hoc verum sit, satis est pluribus competere posse, 24.
non tamen requiritur, vt omnibus in particulari conueniat, vel vt Caietanus docet permissiue, esse accipiendam, hoc est, permissum esse, vt hoc pluribus conueniat, & si alijs repugnet.

Soluitur autem secundam, ex his, quæ ex- Ad II.
plicantes Porphyrij textum, circa secundam diuisionem attingere cæpimus, videlicet particulam, per se, acceptam esse à Porphyrio, dũ affirmat differentiam proprijssimã facere diuersum, per se, in secunda diuisione, & rursus esse per se inseparabilem in quarta, nõ quidem in ea extensione, qua accipitur ab Aristot. modos per se enumerante 1. post. capit. 4 sed strictius, prout illud dumtaxat importat, quod ad essentiam rei spectat. In quo sensu notum est propriam passionem non facere diuersum per 25.
se, sed per accidens, nec facere aliud, sed alterum, neque esse per se inseparabilem, sed cum sit extra essentiam rei, verumq; illius accidens, inseparabilem etiam per accidens.

QVAESTIO SECVNDA.

Qualis nã sit præfacta diuisio, vniuoca, vel analoga.

Illud tanquam certum præsupponit quæ- Certum in
stio, quod ab vniuersis recipitur interpreti- hac re.

bus, membra huius diuisionis non esse adeò diuersa, quin quadam ratione conueniant, nō solum in ratione substantiæ, & accidentis, sed etiam in quantum membra sunt huius diuisio-
26. nis, sub ea ratione, qua differre faciunt vnum ab alio, vnde fit citra controuersiam esse huiusmodi diuisionem, non esse æquiuocam, sed vniuocam, vel analogam; vtra autem harū sit, tota controuersia, in hoc posita est.

Consistit autem in duabus; primum est, quonam pacto accipiatur diuisio, nempè primo intentionaliter, siue pro differētijs facientibus differre, hoc, aut illo modo, aut secundo intentionaliter, hoc est, pro secundis intentionibus denominantibus easdem differen-
27. tias, seu, quod idem est, pro eisdem differentijs, vel fundamentis, vt denominatis à secundis intentionibus, ex modo enim accipiendi diuisionem, qualitas eius dependere videtur, quæ, secundum est, ac præcipuè modo in controuersia posituro.

Refertur prima opinio.

I Sententia Oñ. CIrca primum, Magister Oña, quatuor modis considerari posse diuisionem ait: primo, vt tam diuisum, quam membra accipiantur pro differentijs secundum actum, & officium faciendi differre, quod est primę intentionaliter considerari. Secundo, ita vt, membra simul cum diuiso accipiantur, pro secundis intentionibus denominantibus, aut pro differentijs, vt ab eisdem denominatis, quod est secundæ intentionaliter capi. Tertio ita vt diuisum pro differentijs, membra vero pro secundis intentionibus, aut pro eisdem differentijs, vt denominatis. Aut quarto ex opposito diuisum secundæ intentionaliter, & membra, primæ intentionaliter, ex his autem modis tanquam magis instituto prædicabilium accommodatum, ipse secundum eli-
Caietan. git, in quo Caietanum videtur secutus, qui sic accipi docet, vt penitus sit impossibile, pro ipsis differentis, aut primis intentionibus sumi; quia sequeretur, ait, membra coincidere, nec vllo modo distingui aliquando posse; cum contingat eandem rem esse proprijs-
28. simam, propriam, atque communem differentiam respectu diuersorum, vt differentia albedinis respectu sui, proprijssima est, propria respectu cigni, à quo inseparabilis est albedo, & communis respectu hominis. Alijs etiam modernis placuit hic modus dicendi, qui hac ratione illum probant. Diuisum huius diuisionis, est differentia formaliter, & in communi accepta, & membra etiam sunt differentiæ particulares, formaliter consideratæ, sed differentia formaliter est ens rationis, non secus ac genus, & species, & particulares differentiæ sunt determinata entia rationis, ergo omni ex parte accipienda est secundę intentionaliter diuisio; & iuxta hunc sensum diuisionis decernunt, quid sit tenendum circa secundum, de qualitate eius, nempè esse diuisionem generis in suas species, ita vt differentia, in communi differre faciens, prout substat secundæ intentioni tertij prædicabilis, genus quoddam sit diuisum, in differentias communem, propriam, & proprijssimam, vt substant secundis intentionibus, tanquam in species diuersas. Et assentiunt præfati omnes authores, præter Caietanum, qui adhuc sic ac- 29.
ceptam diuisionem analogam esse docet, & præter modernos quosdam, qui sic sentiunt esse diuisionem generis in species, vt duobus dumtaxat membris, aut speciebus constet, nempè differentia essentiali, & accidentali, sub qua comprehendantur communis, & propria, & sensus sit; differentia in communi vna est essentialis, accidentalis altera; id autem necessario dicendum esse arbitrantur, quoniam Inconueniens.
si differentia communis, & propria, pro diuersis membris accipiantur, nequeunt vllo modo distingui specie, cum solum differant, sicut separabile, & inseparabile accidens, de quibus constat non distingui specie, sed identice esse separabile, & inseparabile accidens, vt de albedine constat respectu cigni, & hominis. Probantque ex Porphyrio, qui statim Ex Porphyrio probat.
post hanc diuisionem posuit alteram solo nomine diuersam, nempè differentiam omnem diuersum facere, sed propriam, & communem, diuersum in accidentis; at proprijssimam, diuersum in essentia: in qua diuisione pro vno dumtaxat membro ponuntur communis, & propria, quia solum considerantur, in quantum faciunt differre accidentaliter, quod commune est eis: ergo eodem modo considerantur in diuisione prima; ac propterea vnum tantum membrum efficient accidentalis differentiæ, vnamque speciem distinctam à differētia proprijssima, aut essen- 30.
tiali: nam quod separabilis sit vna, inseparabilis altera (qua ratione diuersæ censentur) non pertinet ad hanc diuisionem, sed ad aliam, qua diuiditur differentia in eam, quæ facit differre

differre accidenti inſeparabili, & aliam quæ facit differre accidenti ſeparabili, in præſenti igitur diuiſione diuiditur differentia in communi, tanquam genus in duas tantum ſpecies, eſſentialis, & accidentalis differentiæ. Probant igitur, hanc eſſe diuiſionem generis in ſpecies omnes iſti authores. Primo ex Porphyrio, qui differentiam communem, propriam, ac proprijſſimam vocat in textu tres ſpecies differentiæ, ſentit igitur diuiſam eſſe differentiam in eas, tanquam genus in proprias ſpecies.
I. Ratio. Deinde ratione, quia ſi diuiſio hæc generica eſſe non poſſet, maximè quia non eſt vniuoca; cum differentia prius de proprijſſima, poſterius, ac per attributionem ad illam de communi, & propria dicatur, ac propterea analogice de omnibus, ſed hoc non eſt neceſſarium, quia & ſi primæ intentionaliter accipiendo differentias ita ſit, ſed vt ſubſtant ſecundæ intentioni, vniuoce conueniunt in ratione differentiæ denominatæ, à ſecunda intentione, quemadmodum genera, & ſpecies ſubſtantiæ, & accidentis, licet primæ intentionaliter accepta, pro naturis ſubſtantialibus,
51. & accidentalibus, non niſi analogice conueniant: at prout ſubſtant ſecundis intentionibus, communis eſt eis ratio generis, & ſpeciei, atque vniuoca, par ergo ratio erit de differentijs eſſentialibus, & accidentalib⁹ ſecundæ intentionaliter acceptis:
II. Ratio. Probant ſecundo, Quia licet accidens proprium, & commune diuerſum habeant modũ prædicandi, in quale proprium, & commune: abſtrahi nihilominus ab eis poteſt communis ratio prædicandi in quale accidentale, ſub qua vniuoce conueniunt, & tanquam ſpecies ſub genere: ergo ſimiliter erit abſtrahilis à differentia eſſentiali, & accidentali, communis ratio generica prædicandi in quale, quæ tanquam in ſpecies diuidatur in modis prædicandi, in quale quid, & in quale accidentale.

Refertur ſecunda opinio Louanienſium.

II. Opinio. Louanienſes vero, in ſua copulata, cum præfatis omnibus conueniunt circa primum, aſſerentes diuiſionem hanc, ſecundæ intentionaliter eſſe accipiendam, ſed differunt circa ſecundum, quia non genericam diuiſionem, ſed cuiuſdam accidentis in alia accidentia eſſe arbitrantur; i o vt differentia in concreto, prout ſubſtat ſecundæ intentioni, diuidatur in tres alias peculiares, atque concretas, quæ reſpectu illius accidentia ſunt, & de communi, & propria res eſt manifeſta, cum ſint differentiæ accidentales, de proprijſſima vero, verum apparet, quia diuiſo accidit, nempè differentiæ in communi acceptæ.

Tertia ſententia præfertur duabus primis.

Poſtrema ſententia ex diametro opponitur primæ, & etiam à ſecunda diuerſa eſt; nam primo aſſerit diuiſionem tam ex parte diuiſi, quam membrorum primæ intentionaliter ſumi à Porphyrio, nempe pro differentia ſecundum actum, atque officium faciendi differre, hoc, aut illo modo, quæ ſunt membra diuidentia. I. Aſſertio. 53.
Aſſerit ſecundo diuiſionem, nec eſſe generis in ſpecies, nec accidentis in accidentia, ſed cuiuſdam analogi, in propria analogata, nam facere differre ſimpliciter dicitur, de ſola proprijſſima, & ſecundũ quid de alijs; ſicut ea ſolum cenſentur ſimpliciter diuerſa, quæ eſſentiali differentia ſeparantur, quæ verò ſolum accidentali, ſiue propria illa ſit, vel communis, ſolum ſecundum quid, & quaſi per participationem, & attributionem ad proprijſſimam, ſeu eſſentialẽ differentiam. II. Aſſertio.
Et hæc ſententia videtur mihi duabus alijs præferenda: quia verbis, ac menti Porphyrij, naturæque eiuſdem diuiſionis magis eſt conſentanea, quam hiſce aſſertionibus explicandam cenſeo.

Aſſertio prima, diuiſio hæc omni ex parte ſumitur à Porphyrio pro intentionibus primis, ita, vt diuiſum pro differentia ſecundum actum faciendi differre, & pariter membra accipiantur, & non pro ſecundis intentionibus, nec pro primis, vt ſubſtant ſecundis. Hanc tenent antiquiores interpretes, vt Auicenna, & Albertus Magnus, & præter hos Magiſter. Sot. in expoſitione textus Porphyrij, quos ex modernis ſequuntur non pauci, & probatur, quia verba Porphyrij, non poſſunt quadrare ſecundis intentionibus, nec primis, vt ſubſtant ſecundis, ſed rebus ipſis facientibus differre, ait enim: *Differentia, quæ alicui adiuncta, facit illud diuerſum ab alio, vna eſt communis, alia propria, proprijſſima altera.* Alicui autem coniungi, & illud facere diuerſum ab altero, patet, nec ſecundis intẽtionibus, nec primis, vt ſubſtant ſecundis conuenire, ſed actũ eſſe, atq; officiũ differentiæ, quod habet, non certe ab intellectu, ſed Auicen. Albert. Sot. Probatur. 54.

sed à propria natura, & conditione, vt ostendit albedo, quæ citra opus intellectus habet vtrumque, & coniugi Petro, & eum facere diuersum à Ioanne nigro. Exempla etiam à Porphyrio producta, rem efficient satis manifestam; quorum primum statuit in pueritia, per
35. quam Sortes puer, à se ipso iuuene differre ait; postremum in obducta cicatrice, qua differt ab altero, eam nō habente, constat autem pueritiam, vel cicatricem non facere Sortem diuersum ab homine altero, vt substant secundæ intentioni tertij prædicabilis, sed absque dubio, vt sunt commune, & proprium accidens eorundem indiuiduorum. Nec aliena est consideratio differentiæ, secundum actus diuersos faciendi differre à Dialecticæ instituto, sed valde conformis, nam si per has diuisiones nō explicarentur officia differentiæ, impossibile esset, in notitiam eius, vt à secunda intentione denominatur, & tertium prædicabile constituir, deuenire; nec facile poterit varijs definitionibus explicari, vt explicata est à Porphyrio, quod peculiare est in differentia, cuius actus, & officia difficilia sunt, & nisi ex eis capi non potest propria eius ratio, ac proprius modus prædicandi, per quem à cæteris prædicabilibus separatur, quæ minori negotio intelliguntur.

II. Assertio. Assertio secunda. Diuisio hæc, siue accipiatur primæ intentionaliter, siue secundæ intentionaliter, non potest esse generis in species, ita sentiunt interpretes omnes, pro assertione præcedenti relati, & præter ipsos, etiam
36. Caietanus, qui & si teneat non posse accipi, nisi secundæ intentionaliter, sentit nihilominus non esse vniuocam, sed analogam, & quidem si primæ intentionaliter, pro differentijs secundum actus, & officia faciendi differre accipiantur tam diuisum, quā membra, admittent etiam aduersarij diuisionem esse analogam, quia quod est facere differre, solum conuenit proprijssimæ simpliciter, quia hæc sola est quæ facit simpliciter diuersum, communis vero, & propria solum accidentaliter, ac secundum quid, quare nequeunt in ratione communi faciendi differre vniuoce, sed solū analogice conuenire, solum ergo superest probandum, quod etiamsi accipiantur secundę intentionaliter, pro eisdem differentijs vt substant secundis intentionibus, non sit vniuoca, sed analoga diuisio, probatur autem duplici
I. Ratio. argumento satis efficaci: primo. Quia differentia communis, & propria duobus modis spectari possunt, primo vt sunt accidentia quædam, separabile, & inseparabile, & in quale proprium, & commune enunciantur de subiectis, & sic cōsiderata, notum est ad tertium prædicabile non pertinere, sed ad quartum, & quintum: secundo cōsiderantur, vt differentiæ, hoc est vt facientes differre vnum ab altero, denominatæ quidem à secundis intentionibus, quæ sunt rationes faciendi differre, hoc, vel illo modo, quo pacto pertinent ad 37.
tertium prædicabile, sed sub ratione faciendi differre nequeunt vniuoce cum proprijssima conuenire, cum faciant differre simpliciter, sed secundum quid, ergo nec etiam secundæ intentionaliter accepta diuisio vniuoca esse potest, sed analoga. Accedit intentiones secundas harum differentiarum non posse vni- Confirma.
uoce conuenire, cum vna sit ratio faciendi differre accidenti communi, alia accidenti proprio, & vtraque proinde sit ratio faciendi differre secundum quid; at secunda intentio denominans differentiam proprijssimam, est ratio faciendi differre simpliciter, à quibus patet non esse abstrahibilem rationem communem denominandi id, quod facit differre nisi analogam.

Secundum argumentū conuincit (nisi ego II. Ratio.
fallor) duo vel tria prædicabilia differentiæ ponenda esse, si diuisio sit generis in species, atque adeò plura quam quinq; aduersus Porphyrium, Aristotelem, & vniuersam scholā; probatur; nam si differentia essentialis, & accidentalis, quæ sunt membra diuisionis sint species differentiæ in communi, quæ vt proprium genus earum diuiditur, cum habeant diuersum modum prædicandi in quale quid, 37.
& in quale accidentale distinguuntur specie, tanquam duo prædicabilia. Probatur hæc vltima consecutio, quia prędicabilia, iuxta communem scholæ sententiam per diuersos modos prædicandi distinguuntur. At si dixeris di- 38.
stingui quidem in ratione prædicandi specie atoma, sed conuenire, cum proprijssima in ratione communi prædicandi in quale, ab vtrisque abstracta tanquam in specie subalterna, aut in genere: sicut prædicabile in quale proprium, & commune conueniunt in ratione Solutio re-
communi prædicandi in quale: vnde idem erit ijcitur.
prædicabile differētiæ vtrumq; complectens: tanquam genus proprias species; hoc non tollit vim argumenti, quod ita probo. Nam magis differunt in ratione prędicandi differentia essentialis, & accidentalis, cum differant vt prædi-

prædicabile in quale quid, & in quale accidentale, quam accidens proprium, & commune cum vtrumque prædicetur in quale, illud quidē in quale proprium, hoc vero in quale commune; sed hæc minor differentia separat quartum, & quintum prædicabile, quantumlibet conueniant in ratione communi, & generica prædicandi in quale accidentale, ergo maior differentia inter modum prædicandi in quale quid, & in quale accidentale, reperta inter proprijssimā differentiam, propriam, & communem, separabit à fortiori, duo prędicabilia differentiæ, quantumlibet conueniant in ratione communi, & generica prædicandi, in quale. Quod in genere, & specie non minus euidenter conuincitur; nam minus differunt, hęc duo prædicabilia sub ratione communi prædicandi, in quid, ab vtroque abstracta, quam differentia essentialis, & accidentalis sub ratione communi prædicandi in quale, cū tam species, quam genus prędicentur in quid, licet, vnum complete, incomplete aliud, at differentia essentialis in quale essentiale, accidentalis in quale accidentale, & tamen genus, & species sunt distincta prædicabilia, ergo distincta efficient proprijssima differentia, propria, & communis. Probatur tertio, quia si differentia communis, & propria accipiantur secundę intentionaliter, prout prædicantur in quale accidentale, proprium, vel commune, sequitur planè ad quartum, & quintū prædicabile spectare, quæ his modis prędicantur, non ergo ad prædicabile differentiæ, quare neque species esse poterunt differentiæ in communi constituentis tertium prædicabile. Probatur tandem, quia euidens est apud Porphyrium, hac prima diuisione, in tria membra diuisam esse differentiam, nempe in communem, propriam, atque proprijssimam, & nō in duo tantum, vt volunt moderni illi; sed duo membra quæ sunt communis, & propria, nequeunt distingui specie, ergo nec diuisio hæc, vt à Porphyrio posita poterit esse generis in species: maiorem huius discursus euidentem faciunt hæc verba Porphyrij post omnes diuisiones prolata: *Cum igitur tres species differentiæ considerentur:* Quæ ad hanc primam diuisionem planè refert, nec ad alteram referri possunt, cum ex quinque diuisionibus designatis, hæc sola trimembris sit, censet igitur se differentiam diuisisse in communem, propriam, & proprijssimam, tanquam in tria membra; nec est minus euidens minor, quod communis, &

Confirma. 39.

III. Ratio.

Vltim.

Porphyr.

40.

propria nequeant specie differre, cum propria differentia non sit proprium accidens specificum, sed vtcumque inseparabile, abstrahens ab inseparabili per se, & per accidens, vt quarta diuisio Porphyrij ostendit; accidens vero inseparabile, hoc modo sumptum, non differt specie ab accidenti separabili, vt testantur albedo cigni, & hominis, ergo nec duo hæc membra specie sunt diuersa, nec proinde diuisio ipsa generica.

Assertio tertia. Diuisio hæc minus potest esse accidentis in accidentia, vt Louanienses sentiunt, quam generis in species. Probatur hac ratione, quia nec diuisum potest esse accidens respectu differentiæ proprijssimæ, nec membrum hoc respectu diuisi, cum sit differentia essentialis, ac perfectissima.

III. Assertio contra sententiam Louaniensium.

Assertio postrema. Analoga censenda est, non secus, ac diuisio entis in substantiam, & accidens; cum diuisum sit differentia secundum actum, vel officium faciendi differre, in eam, quæ facit differre essentialiter, ac simpliciter, & in alias, quæ non nisi accidentaliter, & secundum quid. Veritas huius assertionis ex tribus præcedentibus constat, nam si tam diuisum, quam membra primæ intentionaliter capiuntur, nequeunt hæc plus quam analogam conuenientiam in eo habere, vt probatū est, & à cunctis opinantibus admissum; & rursus si non sunt species, nec accidentia respectu illius, nec generica erit diuisio, nec accidentalis, ita vt nec differentia in communi, tanquam accidens in tria illa membra, vt in diuersa accidentia diuidatur, nec tanquam subiectum.

Vltima assertio.

41.

Diluuntur argumenta primæ opinionis.

Argumenta primæ opinionis duplicia sunt, nam quiddam probare contendunt, diuisionem hanc, nō primæ, sed secundæ intētionaliter esse accipiendam, alia vero, non analogam, sed vniuocam esse: & vt ab illis incipiamus, quæ duo sunt.

Primum, quod Caietanus opposuit, difficultate caret, cum constet nō esse necessarium membra diuisionis semper esse realiter diuersa, sed satis esse, si aliquando distinctæ rationes in eadem re coincidant; exemplo esse potest diuisio boni communis, in honestum vtile, ac delectabile; quæ omnia in eadem virtute coincidere solent, quanquam distinctas habeant

Ad primi ordinis.

42.

beant rationes formales; & idem censendum est de diuisione hac differentiæ, cuius membra in eadem albedine respectu diuersorum considerata coincidunt, in qua tamen diuersas adhuc rationes formales retinent: communis, propriæ, & proprijssimæ differentiæ.

Ad II. Secundum argumentum haud difficile soluitur, nam differentia, vt differentia geminam cōsiderationem habet: primam quidem secundum actum, & officium faciendi differre, postremam, vt à secunda intentione tertij prædicabilis denominatur, & sub consideratione priori diuisum, & membra accipiuntur, non sub posteriori, quanquam nō parum consideratio prior, ad posteriorem capiendam referat; distinguenda igitur est minor argumenti, iuxta has duas considerationes, & ideo neganda, si iuxta posteriorem dumtaxat accipiatur, cum vtraque ratio, formalis sit differentiæ, vt differentia est.

Ad I. II. ordinis. 43. Primum argumentum secundi ordinis verbis Porphyrij vtitur, quibus species differentiæ vocat membra huius diuisionis, cui dicimus species, hac in parte pro modis differentiarum sumere, non pro veris speciebus, sicut solet Aristoteles prædicamenta appellare species entis.

Ad II. Secundum argumentum contendebat abstrahibilem esse à differentia, essentiali, & accidentali rationem prędicandi in quale, communem proprijssimæ differentiæ, propriæ, atque communi, quæ sit generica, & rursus diuidatur tanquam in species, in modum prædicandi in quale quid, & in quale accidentale, sicut ab vniuersis prædicabilib⁹ substantialibus, & accidentalibus abstrahitur communis ratio vniuoca vniuersalis, & prædicabilis: & à quarto, & quinto prædicabili abstrahitur communis, & generica ratio prędicandi in quale accidentale.

I. Solutio. Cui respondeo primo, quod etiamsi hæc admittantur, nō sequitur diuisionem esse vniuocam, quia non diuiditur differentia in hac diuisione secundæ intentionaliter, aut sub ratione prædicabilis, sed secundum proprium eius officium, aut formalem actū faciendi differre, sub qua consideratione repugnat abstrahi rationem vniuocam, cū semper in eo, quod est facere differre magnum sit discrimen, iam ostensum; ratione cuius analoga semper erit communis ratio faciendi differre.

II. Solutio. Secundo respondeo. Quod adhuc sub ratione prędicabilis considerata differentia nequit habere rationem communē vniuocam prædicandi in quale respectu differentiarū essentialis, & accidentalis, nam prædicari in quale simpliciter sumptum, aut sine addito pro accidentali supponit: quia differentia essentialis non prædicatur in quale absolutè, sed in quale quid, hoc est solum per similitudinem, nō per proprietatem; nec refert posse abstrahi rationem communem vniuersalis, à cunctis prædicabilibus, quia in ratione hac vniuersalissima nullum cernimus discrimen, vtpote abstrahente, à modis specialibus, & ratio prædicandi in quale specialis est, & in qua cernimus discrimen maximū inter differentiam essentialem, & accidentalem; & analogicū quidem, vt expositū est; vnde sicut à substantia, & accidenti non est abstrahibilis ratio vniuoca, pariter neq; à modis prædicandi essentiali, & accidentali, vt talibus, bene tamen à modis prædicandi, in quale proprium, & commune, aut etiam in quid completum, aut incompletū, quia vterque illorum accidentalis est, & ideò simpliciter in quale, & vterq; istorum essentialis. 44.

III. Solutio. Respondeo tertio. Quod etiamsi talis ratio abstrahibilis admitteretur, non pertineret ad tertium prædicabile, sed communis foret, tertio, quarto, & quinto; quare iam non esset diuisum huius diuisionis, quod cum sit differentia, ad solum tertium prædicabile referri potest, nec membra diuisionis pertinerent ad tertium prædicabile, præter primum, quod est differentia proprijssima; cætera vero ad quartum, & quintum, cum prædicentur in quale accidentale proprium, & commune.

Nota ad extremum. 45. Vt autem vltimam manum huic quæstioni imponamus, illud animaduersione dignū censeo, ex membris huius diuisionis solam differentiam proprijssimam pertinere propriè ad tertium prædicabile, quia illa sola est simpliciter differentia; propria vero, atque communis, non nisi secundum quid, hoc est, per quandam attributionem, & similitudinem ad illam, neque à Porphyrio adducuntur, pro tertio prędicabili constituendo, sed pro explicanda dumtaxat proprijssima differentia; quæ solum constituit tertium prædicabile, sicut sola prædicatur in quale quid, vt ex contextu huius capitis planè colligitur. Neque vnquam Porphyrius, aut Aristoteles cognouerunt differentiam prædicabilem, præter proprijssimam, infimam quidem, vel subalternam; quę omnia

Probatio. euidenter ex eo probantur, quia si communem, & propriam differentiā sub ratione prædicabilis consideres, necesse est ad quartum, & quintum

quintum prædicabile eas referre, cum in qua-
46. le accidentale, proprium & commune prædicentur. Errant igitur toto cœlo moderni quidam, putantes ad tertium prædicabile pertinere, cum solum per quandã reductionem valde impropriam, ad illud pertinere possint, ratione cuiusdã similitudinis, quã cum differentia essentiali habent, propriè vero sub quarto, & quinto prædicabili collocantur, vt cõuincit modus prædicandi earum: & eo ipso, quod ad tertium prædicabile propriè pertinere admittatur, necessario separanda sunt duo, aut tria prædicabilia differentiæ, propter modũ prædicandi in quale essentiale, valde diuersum, & quia nullum ex cæteris prædicabilibus continet modos prædicandi diuersos specie, sed omnes distinguuntur, tanquam species atomæ vniuersales, ab vniuersa schola, ergo tertium prædicabile etiam erit atoma species.

QVAESTIO TERTIA.

An differentiæ proprijssimæ suscipiant magis, vel minus.

Explicatio quæstionis. PArtim controuersia hęc ad prædicamentum substantiæ, partim ad prædicamentum qualitatis spectat, quibus locis substantiam intensionem, vel remissionem suscipere negat Aristot. id vero qualitati concedit: magna etiam ex parte philosophica est, cum
47. philosopho sit proprium, modum intensionis remissionisúe perscribere, atque etiam quibus conueniat, decernere, dabimus tamẽ operam, vt diffusissima cum sit, in pauca conferatur, ea dumtaxat afferentes, quæ ad intelligendã naturam propriæ, ac proprijssimę differentiæ, ex hac proprietate sufficere possunt, & à Dialecticis capi.

Magnum est discrimen inter intensionem, & extensionem formarum, vt hinc exordium sumamus, extensio enim est noua productio eiusdem formæ circa nouas, ac distinctas partes subiecti, vt dum calor in vna parte corporis inhærens virtute ignis, à quo producitur, serpit per alias, quas etiam denuo informat. Intensio verò non versatur circa diuersas partes, sed circa eadem, in qua forma, quæ præerat perficitur magis, vt si calida, vt vnum pręerat, & duplici, iam caloris gradu afficitur; & quidem extensio quantitati, & qualitati communis est, licet diuersa eis ratione cõueniat, vt 48.
suis proprijs exponitur locis, intensio vero in qualitatibus propriè reperitur, extensio item maius, & minus in quantitate facit, intensio verò magis & minus in qualitate. Ex quibus titulus quæstionis intelligitur, idem namque est quærere, an proprijssimæ differentiæ magis minusúe suscipiant, ac suscipiant ne intensionem, & remissionem; ex hoc enim postremo, tanquam ex causa oritur primum.

Cæterum cum differentia non sit forma physica, neq; intensio, vel remissio circa illam proximè versantur, sed ex consequenti, in quantum fundamentum habent prædicata essentialia in eisdẽ physicis formis, quæ proximè intenduntur, ac remittuntur, ex earũ igitur similitudine accipienda est, si admittatur, & quidẽ differentiam præsertim subalternam maiorem, minoremúe perfectionem habere in speciebus eiusdem generis, ad quas extenditur citra dubium est; nam quemadmodum ipsa generis natura plus perficitur secundum extensionem, quo plures sunt species, ad quas contrahitur, pari ratione differentia subalterna, quæ cum illa conuertitur: magis perficitur animal, quo plures extant species illius, cũ pluribus coniungatur differentijs, quarum quælibet nouum importat gradum essentialis perfectionis, eadem igitur erit ratio de differentia ei adæquata, vt de sensibili, vel alia, si quæ est animalis differentia: nam maiorem perfectionem comparabit ex coniunctione, cum pluribus differentijs inferioribus. Cæterum an ratione sui magis, vel minus perfecta sit in eisdem speciebus, vel etiam differentia atoma in diuersis indiuiduis, quemadmodũ albedo, vel calor magis perficiuntur in diuersis subiectis, vel etiam in eodem diuersis temporibus, in hoc est posita tota controuersia, nam si id contingere posse inueniamus, dicendum absque dubio erit, intensionem, vel remissionem suscipere, negandum vero, si talem conditionem non habeat.

Nota. 49. 50.

Sententia negans expenditur, & illius rationes adducuntur.

NEgat expresse Porphyrius in quarta diuisione, his verbis: *Quæ quidem igitur per se sunt*, has enim vocat proprijssimas differentias: *non suscipiunt magis, & minus, quæ vero per accidens, & inseparabiles sunt, intensio-* I. Sentent. negans.

 nem

nem accipiant, & remissionem. Quod duplici ratione corroborari potest, prima differentiæ sunt quæ genus contrahentes complent naturam specierum, sed natura generis non suscipit magis, & minus in speciebus, vel indiui-
51. duis, ergo neque differentia.
I. Ratio. Secundo, ea, quæ spectant ad essentialem speciei definitionem, non prædicantur de ea secundũ magis, & minus, sed differentia proprijssima est pars definitionis principalis, ergo repugnat prædicari de specie secundum magis, & minus: quam sententiam videor mihi euidenter colligere, ex duobus locis Aristot. 8.
52. Metaphysic. text. 10. vbi essentias rerum in indiuisibili consistere docet, ita, vt quouis addito, vel substracto soluantur, non secus ac numerus addita, vel substracta vnitate esse desi-
Aristot. nit, in aliam speciem transiens. verba Aristotelis sunt; *Quemadmodum de numero ablato, aut addito aliquo ex quibus numerus est, non est amplius idem numerus, sed diuersus, etiamsi minimum auferatur, aut addatur, ita neq; definitio, neq; ipsum quid erat esse, erit amplius ablato aliquo aut addito.* Ex quibus tale argumentum conficio, differentiæ proprijssimæ pertinent ad essentiam, & definitionem, tanquam partes illius principales, ergo in in diuisibili etiã cõsistunt, carent igitur latitudine ad intensionem, & remissionẽ apprimè necessaria, qua propter nec magis minus ve cies suscipere possunt.
Aristot. Secundus locus Aristotelis est, capite de substantia, vbi inter proprietates substantiæ eam enumerat, vt magis, & minus non suscipiat,
53. idemque 8. Metaphysic. textu eodem, similitudinem numerorum prosequens his confirmat: *Quemadmodum nec numerus habet magis & minus, ita neque substantia, quæ secundum formam est, &c.* Sed differentiæ pertinent ad substantiam, & essentiam rei, tanquam formæ, cum genus, quod se habet vt materia, determinent, & maxima ex parte ad prædicamentum substantiæ, ergo intensione carent, & remissione, & hæc est communis ferè omnium sententia,
Albertus. quam sequuti sunt Albertus Magnus, tract. 5.
Iauellus. de differentia, cap. 2. Iauel. 8. Metaphysic. quæ-
Caietan. stione 6. & 4. Physic. quæst. 29. §. vltimo, Do-
Louaniens. ctores Louanienses, in expositione 4. diuisio-
Soto. nis, Caietanus ibidem, Magister Soto, quæstione vnica, ad 3.

Altera opinio affirmans proponitur: & confirmatur.

Oppositum tamen non innititur infir- II. Sent.
mioribus argumentis, in substantijs enim spiritualibus, siue in eadem specie
ponamus plures, vel specie cunctas distingui I. Probat.
sentiamus, notum est, idque apud omnes in
confesso, vnum angelum esse alio perfectio- 54.
rem, non solum accidentaliter, sed substantialiter, atque essentialiter, si specie omnes sunt distincti, ergo differentia proprijssima, quæ contrahit genus spiritualis substantiæ, perfectior est, in vna, quam in alia specie: quare de eisdem speciebus enunciabitur, secundũ magis, & minus, & dicemus Michaelem esse perfectiorem substantiam spiritualem Gabriele,
vel alio ex ordine, inferiori angelo. Sed in sub- II. Probat.
stantijs corporeis, manifestius apparet: in hominibus namque ad eandem speciem atomam pertinentibus, magis reperimus, & minus in eadem essentiali differentia, cum ratio-
cinandi vis perfectius, in vno, quam in alio 55.
reperiatur homine, quod vsque adeò verũ est, vt Aristot. 1. lib. politicorum cap. 1. homines quosdam, sic alios ratiocinandi virtute excellere doceat, vt ab ipsa natura tanquam aliorum domini sint instituti, alios vero seruos esse eiusdem naturæ præscripto 7. item ethicorum ad Nicomachum cap. 1. lib. 3. Magnorũ Moral. cap. 7. & lib. problematum sectione 10. problemate 44. affirmat exiguam adeo rationis scintillam, quibusdam inesse hominibus, vt non longè à belluarum feritate distent. Negari igitur non potest magis minusúe, suscipere differentiam rationalis, intra eandem atomam speciem, quam constituit, cum sit certum eiusdem speciei esse vniuersos homi-
nes. Manifestissimum denique, id est, in spe- 56.
ciebus qualitatis, cui imprimis illud docet esse proprium Aristot. in eo prædicamento, vt intensionis & remissionis sit susceptiua, quam proprietatem, si speciebus ipsis attribuit, earum differentijs erit necessario attribuenda. Idque vel ipsa experientia teste cognoscimus, cum albedo vna, secundum maiorem intensionem, quam habet magis sit disgregatiua visus, quam remissior alia; & si aliquis, velit non esse propriam albedinis differentiam disgregare visum, sed effectum, attendat eandem esse rationem, de quacunque alia propria differentia; nam si albedo ipsa intensior est, maiorem habet virtutem, quę non potest, nisi ab essentia eius perfectiori prodire: & probatur vltimo, quia albedo, vel calor non intenduntur secundũ aliquam accidentalem rationem,

57. rationem, sed absque dubio secundum substantiam, nam in eo subiecto, in quo intensiores reperiuntur, plus est de earum entitate, siue id contingat secundum maiorem radicationem in subiecto, siue ex graduum additione, de quo non est nunc disputandi locus: si ergo entitas, & substantia harum qualitatum intensior est, euidenter inferre licebit, essentiam genere ac differentia constitutam intensionem suscipere, in ipsa enim rei entitate fundantur essentialia prædicata, & D Thom. expresse docet intensionem qualitatis fieri, secundum essentiã, nam cum de intensione charitatis dissereret secunda secundæ, quæstione 24. art. 4 quæ qualitas quædam spiritualis est, quorundam sententiam referens, qui non augeri secundum essentiam, aiebant, in solutione ad tertium sic loquitur. *Quidam dixerunt charitatem non augeri secundum essentiam, sed solum secundum radicationem in subiecto, vel secundum feruorem, sed hi propriam vocem ignorarunt, cum enim accidens sit, eius esse, est id esse, vnde nihil est aliud ipsam secundum essentiam augeri, quam magis in esse subiecto, similiter ipsa essentialiter est virtus ordinata ad actum, vnde idem est ipsam augeri secundum essentiam, & habere efficaciam ad producendum feruentiorem delectionis actum, augetur ergo essentialiter.* Hæc Diu. Thom. quibus expresse docet essentiam charitatis, & cuiusuis alterius intensibilis qualitatis, perfectiorem esse in vno, quã in altero subiecto per intẽsionem: vnde sequitur ipsum sentire, magis, & minus suscipere earum differentias essentiales, & ita tenent, ex modernis Porphyrij interpretibus nonnulli, statuentes proprijssimam differentiam in substantijs non suscipere magis, & minus, bene tamen in pluribus accidentium speciebus, quales sunt intensibiles, & remissibiles qualitates.

Confir. ex D. Thom.

58.

59.

Resoluitur quæstio, & probatur prima sententia, satisfitque alterius argumentis.

Vera sent. EGO tamen, iuxta priorem sententiã probabilius longè iudico, cum natura proprijssimæ differentiæ pugnare intensionem, & remissionem, qua propter, neque in

60. substantijs, neque in accidentibus, magis minusue, vlla ratione suscipere posse, idque corroboratum satis censeo, Aristotelis, Porphyrijq; auctoritatibus, ac rationibus.

1. Notab. Cæterum, vt capiatur melius, & argumentis oppositis fiat satis, obseruandum est, non secus accidentia, ac substantiam partes habere duplices, essentiales, & integrantes, essentiales substantiæ partes, si eam Physicè consideres, sunt materia, & forma, si Metaphysicè, genus, & differentia: partes integrantes illius eiusmodi sunt quas ratione quantitatis habet, vel etiã in propria entitate, quæ homogeneæ sunt, aliquando, hoc est conditionis eiusdem, vt in aqua, igne, ac similibus corporibus vitæ expertibus, aliquando eterogeneæ, id est, conditionis diuersæ, vt in viuentibus sunt pedes, manus, caput, vel quid simile, similes sunt in accidentibus partes, cæterum essentiales non habent in consideratione, Physica, vt benè Diu. 61.
Thom. opusculo 42. cap. 19. quia materia carent, & forma, partes eorum Metaphysicæ sũt genus, & differentia, vt albedinis genus est color, differẽtia verò illud nobis occultum, quod per effectum disgregandi, visum significamus: partes habent, ex actuali inhæsione in subiecto, sed eiusmodi sunt in duplici differẽtia, extensionis quædam, & intensionis aliæ, partes extensionis habent, in quantum ad diuersas, subiecti partes informandas se extendunt, quẽ admodum alia pars integralis hominis est caput, alia manus, pari ratione alia pars integralis albedinis, vel coloris est, quæ manum afficit, pedem, & sic de cæteris. Partes integrantes 62.
intensionis sunt, quas habent, non in diuersis partibus subiecti, sed in eadem, in quantum magis, ac magis in ea perficiuntur, & hæc est gradualis latitudo. Partes integrantes priores, in quibusuis corporalibus reperiuntur accidẽtibus, cum vniuersa extensionem habeant, iuxta corpus, cui inhærent: quæ extensio solum est in corporeis accidentibus, nam spiritualia, quæ immediate inhærent animæ, modum habent indiuisibilem, & à corporali extensione alienum, quemadmodum anima ipsa, cuiusmodi sunt intellectus, ac voluntas in naturalibus, gratia & charitas in ordine supernaturali, partes vero intensionis corporalibus, & spiritualibus communes sunt, sed in eis solum vtriusq; ordinis, quæ habent gradualem latitudinem, reperiuntur, eiusmodi sunt virtutum habitus, & maiori ex parte, ex corporeis accidentibus qualitates tertiæ speciei, quæ vocantur passibiles, vt in prędicamento qualitatis vi debimus, eiusmodi enim circa eãdem partem subiecti perficiuntur, si corporales sunt, in toto autem, atque indiuisibili subiecto, si spirituales.

ales. Cæterum nec partes priores, nec posteriores pertinent ad huiusmodi accidentium essentiam, cum notum sit calorem, in vna duntaxat subiecti parte inhærentem, suam completam essentiam habere, ex genere, & differentia compositam, non minus quam dum ad vniuersas eius partes extenditur, quemadmodum quantitas, secundum quamlibet sui partem essentialiter est diuisibilis, non minus quã tota, & simili modo, non minus integra est albedinis essentia, dum in gradu remissio in
64. subiecto reperitur, ac si perfectissimam habeat intensionem: in quo sensu vsurpatur commune illud scholæ, proloquium, *magis & minus non variat speciem*: pertinent tamen ad entitatem, vel substantiam eorundem, quia ex eis integratur, non secus, ac partes substantiæ integrantes, ad entitatem illius, quam in-
Axioma. tegraliter componunt, spectare censentur: sine
65. aliqua, vel aliquibus partibus integralibus, non subsistit naturaliter substantia. Nec dissimili ratione accidentia, nisi aliquas partes extensionis, aut intensionis habeant in subiecto, iuxta cuiusque conditionem. Partes autem essentiales (quales sunt prædicata essentialia vniuersa, à primo genere, vsque ad vltimam differentiam) in eis saluantur, quomodocunque se habeant integrantes, hoc est, siue plures sint, siue pauciores, siue maiores sint, vel minores, ita vt quemadmodum, non minus, neque secundum minorem perfectionem essentialem reperiuntur omnia præ-
66. dicata essentialia, à genere substantiæ supremo, vsque ad atomam differentiam rationalitatis in homine paruo, quam in eo, qui maiorem habet magnitudinem, modo simili, caloris, aut albedinis essentia, à primo genere qualitatis, vsque ad vltimam differentiam qualitatis passibilis talis speciei non inuenitur, secundum minorem perfectionem essentialem in calore, & albedine remissis, quam si sub maxima sint intensione, vel si in vna dumtaxat subiecti parte extendantur, ac in vniuersis, ex quibus planè intelligitur, primo, intensionem, & extensionem qualitatum circa integrantes partes vtriusque generis versari, non circa essentiales, circa entitatem, vel substantiam rei, in quantum ex eis integratur, non circa essentiam, ac demum circa fundamentum essentialium prædicatorum, non circa ipsa prædicata essentialia: entitas enim, vel substantia rei, quæ ex ijs partibus integratur,
67. fundamentum est prædicatorum essentiali-

um, quæ ab ea intellectus accipit, diuersos essendi gradus considerans, in eadem namque corpulenta hominis substantia reperiuntur, plures essendi gradus, à quibus intellectus diuersa accipit prædicata essentialia, circa illam igitur, ac partes eius integrantes extensio ver- 68.
satur, non circa gradus essendi, vel essentialia prædicata: vtraque enim eadem sunt, nec minus perfecta essentialiter, siue minores, vel maiores sint partes, & secundum similitudinem substantiæ accipienda res est in accidentibus intelligitur, secundo extensionem, & intensionem, vel remissionem non versari, circa 69.
vltimas differentias, quæ inter prædicata essentialia principem locum tenent, & ex vtroque elicitur verissimam esse nostram sententiam, neque in substantijs, neque in accidentibus propriissimam differentiam, magis minusuè suscipere.

Secundo obseruandum est, intensionem, II. notab.
& remissionem, circa eandem formam specificam contingere, & tunc quidem quando in diuersis indiuiduis reperitur perfectior, vel certè in eodem diuersis temporibus, & hoc secundum euidenter infertur ex primo: nam si in diuersis indiuiduis magis, & minus perfecta inuenitur forma, planè sequitur eam habere latitudinem, quæ ad intensionem requiritur, & sufficit, ratione cuius perfici in eo poterit, in quo imperfecta reperitur. Rursus in- 70.
tensio, & remissio non solum circa eandem specificam formam versantur, sed eo quidem modo, vt ratione sui perficiantur, & non ratione alterius gradus perfectionis diuersæ, vtrumque in calore reperitur, qui cum sit secũdum atomam speciem, imo secundum numerum in eodem subiecto ratione sui, hoc est propter latitudinem, quam in se habet, à causa sui ordinis perficitur, videlicet ab igne, vel ab alio perfectiori. Si igitur aliqua forma perficiatur, ex coniunctione, cum diuersis alijs formis, vel perfectionis gradibus, nec intendi eam dicimus, neque magis, minusuè suscipere, sed ad diuersas species constituendas determinari, quod in cunctis generibus reperitur, dum per oppositas differentias contracta ad varias species descendunt, vnde, nec natura ge- 71.
nerica ratione sui perficitur, sed differentiarum, quibus adiungitur, neque in eadem, sed in diuersis speciebus, & similis est ratio de natura specifica, quantum ad primum, quæ ex coniunctione, cum diuersis indiuidualibus

diffe-

differentijs perficitur in diuersis indiuiduis. Vtrumque igitur ad extensionem pertinere potius intelligendum est, quam ad intensionem,& dicendum est,genericam naturam maiorem perfectionem extensiuam comparare, dum ad plures species extenditur, quam si ad pauciores,& suo modo de specifica dum pluribus communicatur indiuiduis,sed ab hac regula excipiuntur illæ species, quæ ex propria conditione vniuersam perfectionem in vno consequuntur indiuiduo, quales sunt angelicæ,& hæc doctrina soluit primum argumentum de angelis, quorum generica natura non censetur,magis minus vè suscipere,ex eo,quod in cunctis speciebus reperiatur perfectior, vel etiam in multis indiuiduis specifica (si illa habet) id enim ad maiorem dumtaxat extensiuã perfectionem spectat,& commune est cunctis generibus,& speciebus.

Alia argumenta diluuntur.

Ad secund. SEcundo etiam argumento,de specie humana,magis in vno,quam in alio indiuiduo perfecta,fit satis, id namq; contingit propter coniunctionem ad indiuiduales differentias,quæ cum modi sint substantiales,eam
73 determinantes,& quidem magis, minus ve perfecti, magis etiam perfectam indiuidualiter naturam ipsam constituunt. Et ex hoc prouenire ex parte arbitror maiorem operationum perfectionem, in vno, quam in alio homine, propter quam aptior est ad regẽdum alios,qua propter, neque in se,neque ratione sui,id natura assequitur, sed ratione alterius, & in alijs,& idcirco non propterea intendi,vel remitti dicitur: in vno etiam homine melior est organorum dispositio,quare aptiores sunt ad operandum sensitiuæ potentiæ,tam internæ, quã externæ, organo,in quo recipiuntur, tãquam in proprio subiecto melius disposito, & cum tantum pendeant animæ operationes pro statu corporis præsenti,à sensuum ministerio,fit
74 vt hac de causa perfectior sit rationis vsus,& idcirco maior quasi innata prudentia in his, quam in alijs hominibus, longè item melior dispositio ad comparandas virtutes, mansuetior denique vnus homo,ad conuiuendum alijs,agrestis alius,ac feræ similis,ob prauam dispositionem, atque adeò minorem aptitudinem,non solum ad imperandum cæteris, sed ad se ipsum regendum habet, & illius conditionis homines appellat merito Aristoteles natura dominos,hos verò natura seruos. Negandum igitur est(vt ad formam secundi argumenti respondeamus)proprijssimam differentiam,magis esse perfectam essentialiter in ijs,quam in alijs hominibus,sed ratione dumtaxat indiuiduali,atque etiam propter extrinsecam corporis dispositionem, magis esse ad vsum rationis accommodatam animam, quæ absq; dubio non sufficiunt,vt magis,minus vè essentialia suscipere dicantur.

Postremum argumentum de qualitatum intensione(quod maiorem certè difficultatem habet) solutum est ex doctrina explicata ad entitatem rei seu partes integrantes,earum intẽsionem pertinere, non ad essentiales, quæ cũ in indiuisibili consistant,intendi,vel remitti, 75 nequaquam possunt. Locus autem Diui Thomæ, difficilis apparet, sed si alium consulamus, vbi copiosius de intensione qualitatum, & habituum sermonem instituit, germanum illius sensum eliciemus, nec sententiæ nostræ contrarium, sed valde consentaneum. 1. 2. quæstione 52. articulo 1 intensionem fieri secundum essentiam qualitatis docet, sed duobus modis esse considerabilem, vel vt est in se,aut vt subiecto inhæret,ab eoque participatur,secundum capacitatem illius, ac virtutem agentis,à quo producitur,& secundum se, ait, in indiuisibili consistere, iuxta sententiam Aristotelis, à nobis in principio relatam, ideò neque intensionis, vel remissionis esse susceptiuam,quam conditionem habet,in quãtum à subiecto participatur,quod si magis sit dispositum iuxta dispositionis, & capacitatis mensuram,magis,vel minus, ab ea perficitur, actua- 76 lem autem participationem, vel inhæsionem satis constat,non pertinere ad essentiam accidentis, sed esse entitatem illius, quam habet extra causas, in qua prædicata essentialia fundantur. Seruato enim naturæ ordine, non est in rerum natura accidens, nisi substantiæ inhæreat, cum eius esse sit inesse. Et in hoc sensu accipienda sunt, verba in argumento allata, dum aiunt, fieri intẽsionem,secundum essentiam charitatis, non quidem secundum se acceptæ, sed in quantum à subiecto participatur, quod non est aliud quam fieri secundum 77 essentiam,non essentialiter, sed inhærentem actualiter, vel certè, vt summatim hæc res explicetur,sensus Diui Thomæ hic est, intensionem qualitatis non fieri secundum essentiam specificã,quæ ex prædicatis cõsistit elsẽtialib⁹, sed secundum eandem, vt indiuiduata est, per actua-

Ad postremum.

Sensus D. Thom.

actualem inhæsionẽ, & participationem subiecti, constat enim accidentia vno, vel alio modo ex actuali inhærẽtia in subiecto, ex modo quo ab eo participantur indiuiduationem accipere, tunc igitur intensior erit qualitas, quando magis de potentia subiecti deducta est magis subiecto inhæret, perfectius ab ea secundum easdem partes participatur, quæ omnia essentiam eius indiuidualem concernunt, non specificam, vt sic, hoc est hanc entitatem eius extra causas existentem subiectoque inhærentem, de qua entitate plus absque dubio per intensionem comparat, quanquam in prædicatis essentialibus non crescat. Quibus ostendere vult Diu. Thomas falsam esse eorum positionem, qui aiebant intensionem non attingere ipsam qualitatem, sed quandam eius rationem extrinsecam.

Dubium appendix.

Dubium.

SEd ex definitis in tota hac quæstione, dubium quoddam quasi appendix insurgit, sit ne idem censendum de proprijs passionibus, quæ ab essentia oriuntur, apparet enim
78. diuersam esse: cum Porphyrius negans proprijssimam differentiam magis, & minus suscipere, id concesserit propriæ, cui annumerantur propriæ passiones, vt ex communi sententia statutum est, nec satisfacit præsenti dubio illud, quod superius assertum est, permissiue loquutum fuisse Porphyrium, talemque esse illius sensum in vniuersali quidem cõuenire differentiæ propriæ, vt magis minusuè suscipiat,
79. cæterùm non esse in particulari necessarium, vt quælibet propria differentia eam habeat cõditionem, sed permitti, vt pluribus conueniat, hæc enim solutio non determinat, quibus nã conueniat, quibusve repugnet, & an vniuersis specificis proprietatibus negãdum sit, vel quibusdam permittẽdum, id autem est, quod nũc inquirimus, & certè, cum accidentia sint in prædicamento qualitatis collocata, non erit, ab earum conditione alienum intensionem suscipere, præsertim cum de quibusdam doceat experientia ipsa secundum magis, & minus de illis prædicari, quibus cõueniunt, videmus enim quosdam homines aptiores esse ad disciplinas capessendas, alios item facilius in admirationem rapi, plures demum magis esse risibiles, vt frequentior eorum risus ostendit. Cùm igitur tres istæ passiones propriæ sint homini, ex eius essentia prodeuntes, non erit vniuersaliter negandum, proprias passiones suscipere magis & minus.

Sentẽtia Alberti de intensione aliquarũ passionum & remissione.

Propter hæc Albertus Magnus tractatu de Differentia capit. 2. tenet quibusdam proprietatibus specificis esse concedendum, vt admirationi, risibilitati, & similibus, sed distinguendum censet de intensione, quia duobus modis conuenire potest qualitati, vel ratione sui, hoc est, quia circa ipsam motus intensionis versatur, & quidem per contrarij expulsionem, vel
non ratione sui, aut per motum circa ipsam 80.
proxime causatum, nec per contrarij abiectionem, sed quia subiectum vnde oritur, eam conditionem habet, vt causa sit similis mutationis circa propriam passionem, & modo priori non intenduntur passiones, posteriori vero, non repugnat, sed quibusdam conuenire potest, exemplum autem his verbis designat, vt melius eius sententiam capiamus. *Taliter autẽ formæ accidentales sunt ea, quæ dicuntur propria, & ab habitudinibus principiorum essentialium cau-*
santur, & ideo illis habitudinibus magis, & minus 81.
existentibus necesse est etiam tales formas intendi, vel remitti, propter quod habilior ad admirandum risibilior est, & minus ad admirandum aptus minus risibilis. Hæc Albertus. qui differentias proprijssimas negauit, prorsus magis, & minus suscipere.

Locus Alb.

Sententia authoris.

Mihi vero idem prorsus videtur necessario tenendum de vtrisque, vnde cum definitum sit de proprijssima differentia, magis minusuè non suscipere, tantundem asserendum erit de proprijs passionibus (nulla penitus excepta) moueor autem hac ratione, propriæ passiones o-
riuntur ab essentia specifica, tanquam à causa 82.
adæquata, cum ad conuertentiam cum ea dicantur omnes, eo tamen oriuntur ordine, vt quædam alijs mediantibus: ab intima hominis essentia proximè oritur capacitas disciplinæ, & ea mediante admiratio, ac tandem ratione vtriusque risibilitas, repugnat ergo, mutationem contingere circa proprietates, ita vt naturæ earum conueniat magis, minusvè suscipere, immutata prorsus essentia, cui similis repugnat proprietas, necesse est ergo, etiã passionibus repugnare.

Ratione probatur.

Confirmatur.

Et confirmatur, quia euidens est à posteriori argumentum, Alberto ipso concedente, iste homo est magis risibilis, ergo magis admiratiuus, rursus ergo, euidens est, est magis admiratiuus, ergo capacior disciplinę, & si capacior disciplinæ, ex ipsa natura est, magis erit rationalis, paritas rationis euidenter probatur, quia
non minus rationalitas est causa adæquata, & 83.
pre-

proxima capacitatis disciplinæ, quam admiratio risibilitatis, si ergo perfectior risibilitas infert admirationem perfectiorem, rationalitatem etiam perfectiorem inferre necesse est.

Duplex igitur est proprietas, vt sensum Porphyrij plane teneamus, & argumēto fiat satis: vna, quæ ex principijs oritur specificis, vt admiratio, & risibilitas, alia ex indiuidualibus, vt cæsitas oculorum, & simitas nasi & quælibet sequitur naturam eius principij, à quo oritur, vnde cum essentia specifica in indiuisibili consistat, nec propriæ passiones intensionis, & remissionis erunt capaces, indiuidualis vero natura maiorem habere potest perfectionem, in vno quam in alio indiuiduo, ipsius indiuidualis differentiæ ratione, atque etiam earum dispositionum, quæ illam comitantur, & ea propter magis, & minus suscipiunt proprietates indiuiduales, in quibus verificantur verba Porphyrij, quæ differentiæ propriæ huiusmodi proprietatem attribuunt, & cum non necessario cunctis differentijs cōueniat, iuxta communem sensum expositorum, nullis proprietatibus specificis conuenit, quæ licet qualitates sint, nec pertinet ad earum naturam intensio, vel remissio, cum notum sit in eo prædicamento non omnibus qualitatibus conuenire, quod vero habilior sit vnus homo ad actum admirationis, capaciorque disciplinæ, & frequentius in actum ridendi prorumpat, id non prouenit ex natura harum passionum, quemadmodum, neque ex conditione intrinseca rationalitatis ortum habere asseruimus perfectiorem vsum rationis, sed ex organorum dispositione, cui si nunc cōiungamus particularem complexionem huius vel illius hominis, peculiares etiam dispositiones corporis, inueniemus sufficientem causam esse: vt perfectiores in illo sint, ac perfectiores actus habeant prædictæ passiones, & idcirco non erit necesse intensionem, & remissionem eis tribuere, propriæ naturæ aduersam.

Nota, & solutio dubij.

84.

Vnde proueniat aliquos magis ridere, &c.

85.

QVAESTIO QVARTA.

Quod nam sit genus desumi à materia, & à forma differentia, & an sit verum.

QVæstionem hanc in hunc locum distulimus, cum tamen cap. de genere agitari posset, tum quia maiorem horum prædicabilium notitiam petebat, tum etiam, quia cum differentia sit principalior, conuenientius fuit in tertio hoc prædicabili eam agitari.

Explicatio quęstionis.

Quanquam antiquiores Philosophi hunc modum loquendi *genus sumitur à materia, differentia à forma*, vno, vel alio verbo insinuauerint, primus tamen videtur fuisse Arist. qui eum in scholas inuexit, id enim expresse docet 5. metaphysi. textu. 10 & 7 metaph. textu 43. & 8. metaphy. textu 9. vbi cum de definitione rei quidditatiua, quæ genere, ac differentia constat verba faceret sic loquutus est. *Aliquid de aliquo significat ratio definitiua, & oportet hoc quidem vt materiam, illud vero vt formam esse*, ac tandem lib eodem textu. 15. cum quæstionem proposuisset, qua nam ratione cum eiusdem rei definitio, diuersis conceptibus designetur, vna sit, respondet, inde accipere vnitatem, quia conceptus generis se habet, vt materia, & potentia, differentia vero, vt actus, & forma, ex materia autem & forma vnum per se fit, placuit verba illius subiicere. *Quod si quęadmodum dicimus, hoc quidem materia, hoc vero forma est, & hoc quidem potentia, hoc vero actu, profecto non videtur amplius dubitatio esse quod quæritur, &c.*

86.

Arist.

87.

Hanc doctrinam Aristotel. recipiunt vniuersi eius expositiores, ex quibus D. Tho. facile princeps egregie eam explicat, & confirmat opusculo de ente, & essentia cap 9, & 7. prima parte quæstione 85. articulo 5. ad 3 & 1.2. quæstione 67. articulo. 5. à cæteris autem ferè non attingitur: rem nihilominus dubiam faciunt huiusmodi argumenta.

Obiecta, quæ hanc veritatem dubiam vertunt.

PRimum: Materia & forma sunt partes rei essentiales in consideratione physica, propterea q; neutra per se de alia prædicatur, quia pars, cum non importet completam rationem totius, non est de eo prædicab. lis, vnde non est verum proferre hominem esse corpus, vel esse animam, si igitur à materia genus, à forma differentia accipitur, eodem pacto se habebunt ad completam speciem, quam in ordine metaphysico componunt, neutra igitur per se sumpta de specie prædicabitur, quod

I. Argum.

88.

quod cum plane sit falsum, non erit verum, genus à materia, differentiam à forma accipi, & esto in substātijs materialibus verum esset,
II. Argum. nequaquam in spiritualibus, nec enim angeli materiam habent, vel corpus, iuxta receptam iam in schola sententiam, sed puri sunt
89. spiritus, ac formæ completæ in ordine spirituali, abest igitur materia, abest etiam forma, quæ altera pars totius compositi sit, à quibus ratio generis & differentiæ in eis accipiatur: cum tamen compertum sit, veram esse in eis compositionem generis, & differentiæ, vt pote in prædicamento substantiæ constitutis. Minus denique vera esse potest doctrina in accidentibus, quæ etiam in suo ordine, ac
III. Arg. gradu sunt species, genera, ac differētiæ, à quibus componuntur, carent tamen materia, &
90. forma: & licet subiectum pro materia habeāt, ab eo tamen repugnat genus, vel differentiam accipi, cum extrinsecum sit, alterius rationis, & prædicamenti.

Quæstionis explicatio.

Quæstio hæc non tam in controuersia, atque disceptatione diuersarum opinionum posita est, quam in explicanda veritate, quam nemine dissentiente amplectūtur omnes, ex cuius explicatione proposita argumenta soluentur.

Primum notabile. Illud igitur obseruandum in primis erit, cō positionem speciei, vel definitionis ex genere, & differentia, non esse physicam sed metaphysicam, qua propter non ex rebus, sed ex con-
91. ceptibus fit, obiectiuis quidem, non formalibus, quamuis his mediantibus habeantur, genus igitur, & differentia, non sunt materia, neque forma, etiam in rebus materialibus, quia materia & forma, tanquam duæ res partiales tertiam componunt, at genus, & differentia non sunt diuersæ res, sed conceptus diuersi eiusdem rei, & cum speciem componant essentialiter in suo ordine, ex intimis gradibus essendi accipiuntur. Rursus cum genus ex propria conditione sit contrahibile per differentias, differentiæ vero genus ipsum contrahant, ac determinent ad constitutionem speciei, conceptus est potentialis, atque imperfectus per alium perfectibilem, qua propter, ex
92. imperfecto gradu essendi perfectibili per vlteriorem accipitur: in rebus autem materialibus totius potentialitatis, & imperfectionis radix est materia, quæ ex se aliud non habet, quam esse receptaculum formæ, esse puram potentiam, à forma, tanquam à proprio actu perfectibilem, esse quandam entitatem ex se indeterminatam, aptam tamen à perfectiori alia determinari, vt ex vtraque, materia videlicet determinabili, & forma determinante, physica species constituatur, forma autem actus perficiens est, atque adeò prima radix totius actualitatis, & perfectionis specificæ, merito ergo à materia genus, à forma differentiam in rebus materialibus desumenda esse, docuit Arist.

Sed tamen aliud est valde obseruandum discrimen, ex doctrina Diui Thomæ in prædictis locis, inter materiam, & formam ex vna parte, genus, & differentiam ex alia, vt ad similitudinem veniamus, materiam, & formam speciem physicam componere, tanquam partes eius, vnde fit, vt neutra per se accepta, de ea prædicetur, non est enim verum enunciare in ordine physico, hominem esse corpus, vel esse animam, genus autem, & differentia, ea quidem ratione, speciem metaphysicam componunt, vt tantundem quælibet importet, quā tum tota species, diuerso licet modo, nam species genus, & differentiam continet, tanquam totum actuale, & perfectum, genus vero tanquam totum potentiale per differentiam contrahibile, differentia vero tanquam contrahens, ac determinans, itaque animal in quantum genus est, gradum naturæ sensitiuæ, & rationalis importat, sed quia, vt perfectibile, per eundem gradum rationalis, actu quidem continet naturam sensitiuam, potestate dumtaxat rationalem quasi de formali illam, de materiali hanc, differentia vero rationale, vtrumque item gradum claudit, actu quidem, quia modum determinantis induit, cæterum gradum naturæ sensitiuæ, tanquam præsuppositum, ac determinatum, atque idcircò quasi de materiali, gradum vero rationalitatis, tanquam determinantem, & ideò quasi de formali: percipitur autem discrimen melius, si attendamus genus & differentiam in abstracto significata, nudam gradum suæ naturæ importare, & ea propter non prædicantur de specie, tum quia prædicatum, tantundem, ac subiectum importare debet, licet modo diuerso, cum prædicationis sensus id denotet, tum etiam quia gradus cuiuslibet naturæ, pars duntaxat speciei est, & eo modo per modum partis significatur, non secus, ac forma & materia, cō

II. notab.

93

94

pertum

pertum est autem, partem talem modum habentem, non prædicari de toto, si vero significentur in concreto (quod apprime necessarium est, vt vere de specie enuncientur) modum totius habent, potentialis genus, actualis differentia, atque adeo totum, quod species ipsa, quodlibet ipsorum complectitur in suo ordine & gradu iam explicato.

3. notab. 95. Cæterum obseruare tertio oportet, vt prædicta plenius capiantur, duo munera exercere genus, & differentiam, comparatione speciei, nam & eam componunt, & insuper de illa prædicantur, & cum diuersa sint munera, diuersam in eis rationem exigunt: compositio quidem rationem partis, prædicatio vero modum totius. Considerandum igitur est, vnde eis proueniat ratio totius, & an eam exercere possint, dum in actualem compositionem veniunt, nam si ita est, vtramque habere diuersis rationibus, non erit impossibile. Genus in primis modum totius potentialis sortitur, in quantum abstractum ab speciebus, & differentijs consideratur, tanquam contrahibile, eiusque natura vt perfectibilis per vlteriores differentiarum gradus, sub qua consideratione v-

96. niuersale est, ac prædicabile de speciebus, à quibus abstrahitur, differentia item in concreto significata, abstractaque ab specie, vtramque eius partem significat, cæterùm quasi de materiali gradum generis, propriū vero, qua si de formali, cuius ea est ratio. Quia quidquid abstrahitur à toto abstractione vniuersali, modum totius habere necesse est, & idcirco vniuersalis hoc modo considerata differentia est, de specie, ac de indiuiduis prædicabilis, in cōpositione vero actuali, dum vniuntur, actu copulantur, genus actu contrahitur, coarctaturque ad talem speciem, exuit igitur in tali of-

97. ficio ambitum, & potentiam comparatione aliarum specierum, & differentiarum, quam abstractum habebat, & remanet in solo gradu actuali genericæ naturæ, quæ altera pars actualis speciei est, & rursus, cū necesse sit, cōtrahens atq; illud, q cōtrahitur, secundū actualē rationem esse cōdistincta, differentia coarctans genus, id præstare debet secundū præcisum, ac distinctū gradū, à gradu genericæ naturæ, quem per actualē cōiunctionem determinat, & cū eo speciē actu cōponit, nā ratione illius, formaliter, à gradu generis distinguitur, ac modū totius, quem, ex abstractione sortita erat, exuit, remanēs in nudo gradu formali, genericū perficiēte, cuius virtute speciē, tanquam formalis componit. ecce modū similitudinis inter gen' & differentiam, ex vna parte, ac materiam, & formam ex alia, ex ipso discrimine ortum, etenim licet in modo totius diuersa sint, cōsentiunt tamen sub partium ratione, in modo cōponendi speciem, dum genus per modum partis, ab alia determinatæ, atq; perfectæ, in specieque cōstitutæ, differentia vero secundū modum partis actualis determinantis, ac perficiētis, speciemq; conferentis concurrunt, suo ordine Metaphysico, nō secus, ac materia & forma in ordine physico.

Quædam consectaria ex prædictis.

EX his autem elicitur primo, distinctio quædam egregiè explicans prædictam propositionem Aristot. genus accipitur à materia, differentia vero à forma, cum enim genus, & differentia, sub proprijs rationibus, totum quod est in specie suo modo complectantur à tota ipsa natura specifica accipiuntur, proximè, & formaliter, per modum quidem determinabilis genus, hoc est, in quātum imperfecte significatur vnus gradus eius actu, alter vero in potentia, differentia vero per modum determinantis, in quantum genericū gradum contractum, quasi secundum rationē materialem, differentialem contrahentem formaliter importat, cæterum qúia totius potentialitatis, & imperfectionis radix est materia, actualitatis vero, ac determinationis forma, radicaliter quidem, & quasi remota quadam ratione, genus à materia in rebus materialibus differentia vero à forma accipitur. Et sic solutum est primum argumentum, quod explicationem huius veritatis postulabat. I. Corollar.

Ad I. Argu.

Infertur secundo, in speciebus cuiuscunque ordinis, siue illæ sint corporeæ, vel spiritualis substantiæ, aut etiam accidentium, genus accipiendum esse ab eo quod potentiale est, & cōtrahibile, differentiam vero, ab eo, quod actuale, atque perfectum, & cum primum teneat materiæ similitudinem, postremum vero formæ, merito etiam, eadem propositio ad spirituales substantias, & accidentia extenditur, in quibus licet non sit accipienda secundum proprietatem, vt in rebus materialibus exposita est, quia vera materia in his non inuenitur, accipitur tamen secundum similitudinem, hoc est ab eo, quod est materię simile genus, differentia vero ab eo, quod est formæ proportionabile. 2. Corollar. 99.

(.·.)

Qua ratione in spiritualibus accipiatur genus, & differentia.

Vnde accipitur genus & differentia in rebus spiritualib'

CAeterùm ad specialia descendere oportebit, vt distinctius intelligere possimus, quo nam modo, in spiritualibus substantijs accipienda sint genus & differentia, in quibus cum non sit materia, nec forma, sed ipsæmet sint formæ completæ subsistẽtes, non accipitur genus à materia, neq; differentia à forma, sed vtrumque à tota ipsa substantia, secundum maiorem propinquitatem, vel
100 remotiorem, respectu vltimi actus essendi. Hoc modo, præter Deum, in quo nec genus, nec differentia esse possunt, idcirco, quia nihil in Deo potẽtiale, nihil imperfectum, nihil contrahibile accipere possumus, cum purissimum, & actualissimum esse in quocunq; eius prædicato intime claudatur, in creatutis etiam perfectissimis vltima perfectio essentiæ, vltima actualitas, vltimus terminus, qui extra illam cum sit (si quidem essentia creata nõ est, suum esse) ab ea tamen oritur, eamq; complet, ac demum eius ratione extra causas constituitur, est esse actualis existentiæ re ipsa, vel sola ratione ab essentia distinctũ. Tanto igitur prædicata eius essentialia perfectiora sunt, quo magis ad eiusmodi actualitatem appropinquant, eo vero imperfectiora, quo magis ab ea elongantur: vnde cum genus sit prædicatum potẽtiale imperfectum, & contrahibile, accipiendum
101. est, à tota ipsa rei essentia, prout magis ab esse distat, differentia vero ab eadem essentia, prout eidẽ esse propinquior est, & quo magis, ab esse remouetur genus, magis remotum censendum est, magis proximum, quo minus, & prædicatum illud, quod genus determinans, essentiam eo quidem modo complet, vt proxime aptam constituat actualis existentiæ, vltima differentia censetur, quia vltra illam nullus superest essentialis gradus perfectionis, sed
102. solum substantialis actus existentiæ, essentiam quidem determinans, ac perficiens: exemplum imprimis in corporeis rebus accipiam', deinde ad spirituales sermonem transferemus.

Exemplũ. Inquocunq; indiuiduo speciei humanæ (vt in Petro. v. g.) possumus plura accipere prædicata, magis, vel minus remota ab actuali existentia, & remotissimum est substantia, quia plura supersunt intermedia prædicata, vsque ad
103. illud, quod capax est, & cuius ratione proxime recipitur, non enim intelligitur existentiæ capax, quousq; rationalis intelligatur, minus igitur remota sunt corpus, viuens, & animal. A gradu igitur substantiæ, tanquam remotissimo, primum genus hominis accipitur, à gradu corporis, tanquàm minus remoto, secundum, tertium à gradu viuentis, proximum vero à gradu sentiendi, quia vltra illud non superest aliud ab esse actualis existentiæ distans. Differentia vero, cum sit actuale prædicatum rei, atq; essentiæ completiuum, accipitur à tota ipsa essentia, in quantum existentiæ proxime capax est, ita vt quo propinquior est sub primo genere, eo sit proximior, ac perfectior differẽtia: ac tandem illa, quę essentiam illo modo cõplet, vt proxime existentiæ capacem efficiat, perfectissima sit, quam atomam, vel infimam differentiam vocamus, vt in eodẽ exemplo, suprema differentia est, sub genere substantiæ, corporeum, propinquior gradus viuẽtis, minus remota sensibile, ac tandem rationale, quæ hominem constituit proximè existẽtiæ capacem, vltima differentia. 104.

Quomodo in spiritualibus genus & differentia accipiantur.

In spiritualibus vero iam patet, quo nã modo genus, & differentia accipiantur, conueniunt etenim cum corporeis in gradu substantię à quo tanquam à remotissimo, primum angelorum genus accipimus, atque etiam sub eo primam differentiam, ab eo gradu purissimæ substantiæ corporis expertis, non quod priuatio corporis, differentia eorum sit, sed perfectio illa, quam ignorantes priuationis nomine significamus, vt si forte sit spiritualis ratio, vel quid simile: à gradu autem spirituali, vni- 105.
uersis angelis communi, tanquam à minus remoto secũdum genus capimus, quorum differentiæ diuidentes, propriæ erunt singulorum angelorum, & ita esse spiritus erit proprium genus vniuersorum, vel certe proximæ differentiæ: huius generis erunt illæ: in quibus Hierarchiæ singulæ communicant, ita, vt à singulis postea accipiendum sit aliud proximum genus, quod per differentias singulorum ordinum diuidatur. Ac tandem à singulis ordinibus singula sint desumenda genera, proxima illa quidem, & quæ per differentias angelorũ illius ordinis diuidantur, & istæ sunt atomæ eorũ differentiæ. Et si ita se res habet (non enim, tanquam certum hunc ordinem diuersorum generum iuxta diuersas Hierarchias, & ordines adducimus, sed gratia commodioris intelligentiæ) diuisio prima prædicamentalis erit substãtiæ, in corpoream, & spiritualem, ea autem omissa, spiritualis rursus diuiditur in- 106.

tres illas subalternas species, primam quidem Seraphinis, Cherubinis, & Thronis communem qui omnes ad primam pertinent Hierarchiam: secundam, dominationes, virtutes, & potestates comprehendentem, ex quibus, secunda constituitur; postremam, in qua communicant inferioris hierarchiæ, spiritus nempe, angeli, archangeli, & principatus. Tertia diuisione, quodlibet horum generum in alias species subalternas secatur, quorum singulæ communes sunt singulis ordinibus, & per eas specie subalterna distinguuntur ordines ipsi. Ac tandem commune genus comparatione angelorum vnius ordinis, in singulos eiusdem ordinis spiritus diuiditur, tanquam in atomas species, vt commune Seraphinorum genus in Seraphinos singulos, ac sic de cæteris. Modus autem iste accipiendi genus, & differentiam in spiritualib' substantijs, ad corporeas extendi potest, vt signatum prius exemplum ostendit.

Variæ diuisiones in angelis.

In accidentibus, vnde sumatur genus, & differentia.

Varia accidentium genera.

TAmen oportet proprium modũ in accidentib' explicare, vt agnoscamus vnde, vel à quo genus, & differentia sint accipienda, etenim accidentia quædam perfecta sunt, quæ sicut à substantia vt effectus prodeunt, sic essentia eorum secundum dependentiam à substantia accipienda est, neque enim sunt aliud, quam quędam substantiæ affectiones, repugnat ergo genus & differentiam eorum accipere, absq; ordine ad substantiam, cum ita se res habeat in vera cognitione, sicut in vero esse. Cæterum vniuersali modo loquendo duplicia inueniuntur accidentia, absoluta quædam, quæ subiectum absque ordine ad aliud extrinsecum afficiunt, vt albedo, color, & similia, alia vero relatiua; quæ vel ad prædicamentum ad aliquid referuntur, si relatiua omni ex parte sint, vel ad cætera, si ex parte sint absoluta, vt suis locis constabit: & de his postremis modo non loquimur, cum sit particularis eorum conditio, quæ in proprijs explicabitur prædicamentis, presertim in prędicamento ad aliquid, vbi modus etiam accipiendi genus, & differentiam in eis ostenditur, absoluta ergo suum genus accipiunt, ex modo essendi, quem ab ente participant, diuiditur enim vniuersalissimus conceptus entis in decem rerum genera, ita tamen vt modus

107.

108.

intrinsecus accidentium, attributionem semper ad substantiam intime claudat, quorum quodlibet suo modo intrinseco constituitur, ac separatur ab alijs, vt quantitas suo proprio modo extendendi substantiam, primo diuersa est à qualitate, quæ alium habet longe diuersum afficiendi substantiam, & sic in cæteris. Primum igitur quantitatis genus, ex hoc modo accipitur, rursus diuiditur in species alias subalternas, secundum particulares modos extendendi substantiam, vt in continuam & discretam, & rursus harum quælibet in alias, vsque ad atomas species, differentia vero accipienda est ex comparatione ad propriũ principium à quo causatur, quod in proprijs accidentibus satis notũ est, vt in passionibus, communia autem accidentia, licet pluribus ac diuersis insint subiectis, semper tamen referuntur ad proprium principium, vel causam, à qua oriuntur, licet nobis occultam: vt exemplum in colore habemus, qui commune accidens cũ sit, propriam habet causam, à qua differentia illius accipitur, & per quã ab Arist. definitur in lib de sensu & sensibili hoc modo, color est extremitas perspicui in corpore terminato, & vt nostro modo clarius definitionem proferamus, color est qualitas causata ex admixtione lucis in perspicuo terminato, hoc est in corpore solido, & non transparenti, tale enim corpus terminatum appellatur, quia videndi actũ terminat, non enim terminatur, vel finem accipit in corporibus diaphanis, perspicuum vero, quia ex lucis propinquitate perspici potest.

Diuisio quãtitatis.

109.

Vnde accidẽtia communia sumant differentiam.

110.

111.

Cæterùm, dum audis per comparationem ad principium vnde oriuntur, quod semper subiectum est cui inhęrent; accidentium differentiam esse accipiendam, non intelligas propriam differentiam esse subiectum, vel principium; esto, eo in definitione posito definiantur semper, nam extrinseca res est respectu accidentis, cùm vel ad prædicamentum substantiæ, vel ad aliud distinctum spectet, sed differentiam conceptum esse proprium, atque intimum accidentis, claudentem tamen ordinem ad subiectum, vel principium, & hoc est ab eo desumi.

Nota. Prima.

112.

Dum demũ audis accidentia definiri semper subiecto, vel principio in definitione posito, intellige verum, id est, ac necessarium spectata eorum conditione essentiali; contingit tamen sæpissime eiusmodi nobis esse occultam, & tunc effectu aliquo eius accidentis proprio vtimur, ad essentiam explicandam, principij,

Nota. 2.

113.

cipij, vel subiecti defectu, vt dum albedinem definientes dicimus, colorem esse disgregatiuum visus.

Ad 2. & 3. argum. Ex his autem duobus soluuntur duo postrema, quæ supererant argumenta, illud namque assertum Arist. genus accipitur à materia, differentia à forma, si de materia, ac forma physica intelligatur in solis substantijs materia af-
115. fectis veritatem habet, iuxta explicationẽ adhibitam, si vero materia, & forma careant, nõ proprie, sed secundum similitudinem accipiuntur, pro gradu videlicet essendi imperfecto, ac potentiali, atque adeò per gradum perfectiorem contrahibili, & pro gradu perficienti, vt constat ex adnotatis in quibusuis substantijs, imo etiam in accidentibus verum est, quæ cum res quædam maximæ imperfectionis sint, per comparationem ad extrinse-
116. cum, genus, & differentiam accipiunt, & idcirco non nisi eo in definitione posito defi-
Arist. niuntur, & hoc est, quod Arist. plane docuit 7. met. text. 17. & 18 accidentia non esse, nisi per additamentũ definibilia, additamentum autem subiectum vocat: quod cum extra essentiam sit accidentis, eius tamen definitioni additur, vt genus & differentia explicari, intelligique possint, maxima ex parte accepta est doctrina huius quæstionis, ex D. Thom. locis designatis, opusculo præsertim de ente, & essentia cap. 6. & 7 ex Caiet. in commentarijs illius, ac etiam ex Paulo Sonzinate 7. metaph. quæst. 6.

QVAESTIO QVINTA.

Dentur ne simplices Differentiæ infimæ speciei constitutiuæ, vel omnes sint complexæ, seu composita.

Prima opinio constituens omnes differentias esse compositas.

Quid præsupponatur. Tanquàm certum præsupponit controuersia hæc, plures esse differentias simplices speciei constitutiuas, quas subalternas appellamus, vt gradus ipsi essendi, à quibus accipiuntur ostenduntꝫ vnus est enim,
117. ac simplex gradus corporis, atque etiam vitæ, ex quibus differentias constituentes duas has species subalternas, corpus ac viuens sumimus & similis est ratio de alijs: res igitur solum potest esse dubia in speciebus atomis, an differentiæ earum constitutiuæ simplices sint, tales autem appellantur, si quælibet vnus conceptus sit, si vero ex duobus, aut pluribus coalescat composita dicetur. Compositas autem esse omnes docuisse videtur plane Aristot. 2. post. cap. 8. text. 17 vbi ad inueniendam propriam differentiam eius rei, quã quispiam definire vult, ait, vtendum esse pluribus, quarum quælibet per se in plus sit quàm definitum, id est ei simul, ac cæteris intra ambitũ eiusdem generis conueniat, omnes tamen simul coniunctæ soli definito, genere igitur, eisdemq; in definitione positis adæquata, ac propria illius constituitur, vt si quis velit ternarium definire, præsupposito proprio genere, quod est numerus, dicet esse numerum primũ imparem: esse enim imparem quinario cõuenit, esse primum, hoc est, neque ex alijs numeris compositum, neque alio numero mensuratum binario, constitutio vero vtriusq; ternario soli, hæc igitur erit propria eius differentia, ex pluribus composita partialibus. Secunda sententia tenens esse cõpositas. 118.

Et par erit de alijs atomis speciebus ratio, nullam igitur simplicem ponit Arist. vt etiam ex alijs suæ doctrinæ locis plane colligitur, nã 1. Topicorum. cap. 3. de essentiali differentia loquens, ait, differentia generalis cum sit, cum genere est connumeranda 6. etiam Topicorum. cap. 3. & 4. de pluribus affirmat differentiam prædicari quam speciem, de pluribus autem, vel certe æqualibus, ac genus 4. Topicorum cap. 6. & 6. Top. cap. 2. quæ si ita se habent, conuincitur apud Arist. nullam esse differentiam, quæ cũ atoma specie conuertatur; sed ex pluribus esse constituendam, vt talis sit. Et huc pertinet quod 7. metaph. textu 43. colligit ex simili doctrina ibi explicata, definitionẽ esse ex differentijs rationem vt intelligamus non constare speciei atomæ definitionem nisi pluribus in ea differentijs positis, quæ simul coniunctæ vnam definitionem adæquatã efficiant. Porphyrius item in eadem est sententia, sentiens hominis differentiam ex duplici parte esse compositam, nempe ex rationali, & mortali, ita vt priori, cũ Dijs conueniat, à brutis differat, posteriori vero, à Dijs separetur, qui rationis cum sint participes, immortales reputantur: cum ergo perfectissima sit species homo, sub genere animalis, elicitur eandem fore rationem apud Porphyrium de atomis differentijs cæterarum specierum, & idcirco positas Arist. 119. Ex Porphyrio probat. Confir.

120. positas esse omnes: idemque confirmare videtur in cap. præsenti, vbi nulla penitus mentione de atomis differentijs facta, subalternas definit secunda definitione, iuxta communem fere omnium interpretum sententiam, & cap. vltimo cum differentiæ, ac generi communia explicaret, ait, differentiam sicut genus, species continere, ac de illis esse enunciabilem, censet igitur nullam esse atomã differentiam simplicem, sed compositas omnes, nam si simplices
121. crederet, definiret vtique, atq; cum subalternis connumeraret, & hanc partem, penitus negantẽ vllam esse differentiam atomam simplicem retulit Albertus Magnus tract. 5. prædicab. cap. 6. pro ea item referuntur Themistius. 1. lib. posteriorum cap. 8 text. 7. Philopon. 2 post. text. 23. & 1. Top cap. 1.

Secunda sententia media.

Secunda sententia media.

SEcunda sententia, ex parte à præcedenti distincta est, atque etiam ex parte cum ea conuenit, & idcirco duabus assertionibus continetur. Prior non omnes differentias atomas esse compositas, sed quarundam specierum dari simplices, id ostendit in homine, qui iuxta philosophiæ veritatem simplici gradu intelligendi cum discursu consistit, à quo simplex differentia rationalis accipitur, & eo-

Prima assertio.

122. dem modo in angelis, ait, sentiendum esse, qui sub communi genere simplicis intelligentiæ, hoc est substantiæ sine discursu intelligentis, simplices quoque differentias habent, atomas species constituentes.

II. Assert. Secunda assertio huius sententiæ est, nec certo ostendi posse, neque esse necessarium omnes differentias atomas, esse simplices, sed possibile, compositas differentias ex multis partibus coniunctis species atomas constituere, & distinguere, à quibusuis alijs non minus quam simplices, id probat triplici ratione. Prima, scientia huius conclusionis, exempli gratia, A. est B. quantum ad euidentiam, & claritatem conuenit cum alijs scientijs, & ab opinione distinguitur, quæ neque est certa, neque euidens. Cæterùm si principia, quibus eadem conclusio demonstrabilis est, non plane capiantur, nec certa existimentur, opinio erit as-

Probatur primo.

123. sensus illius, à sciẽtia distinctus. Ecce vbi eadẽ conclusio cum scientia ex vna parte conuenit, & ab opinione distinguitur, ex altera, è diuerso cum opinione communicans distinguitur à scientia; vnde sequitur non esse simplicem eius differentiam, sed ex duplici partiali compositam, vt distingui à diuersis possit cum eisque conuenire.

Secunda, voluntas, in quantùm est appetitus quidam boni, conuenit cùm appetitu sensitiuo, vt autem potentia spiritualis est, cùm intellectu, & ab eodem appetitu diuersa est, repugnat ergo vtrumq; habere, ratione eiusdem simplicis differentiæ, sed ex duplici parte compositam habet, vt virtute vnius ab appeti- 124. tu distinguatur, cum quo alterius partis ratione conuenit, atque etiam vt possit, distingui ab intellectu.

Probatur secundo.

Postrema, collectio indiuidualium proprietatum valet constituere indiuiduum & distinguere ab alijs, iuxta definitionem Porphyrij cap. de specie allatam, idcirco quia licet quælibet per se sumpta alijs conueniat, & plures etiam simul acceptæ: vniuersarum tamen collectio propria est vni, neq; alijs conuenire potest; itaque quodlibet sufficienter constituitur, & distinguitur, à reliquis sua particulari proprietatum aggregatione, adunatio igitur particularium differentiarum essentialium, constituere valebit speciem atomam, eamque 125. ab alijs distinguere, vnde sequitur, non esse vsque quaque necessarium, simplices esse omnes differentias atomas, quin plures possint esse compositæ.

Probatur tertio.

Propria sententia statuitur, & iuxta eam controuersia resoluitur.

NOstra sententia est, non minus esse simplices omnes differẽtias atomas, quàm subalternas, nec minus esse ex earum conditione necessarium, vt vtraque sententia 126. excludatur. Hęc est expressa mens Arist. 7 Metaph. text. 43. vbi methodum constituendi definitionem rei cuiusquam præscribens, ait, diuisionibus vtendum esse, à primo genere, vsque ad vltimam differentiam, per genera, ac differentias intermedias. Cæterùm hoc duobus modis fieri posse, primo quidem, vt si quis genera diuidat in accidentales differentias, & tunc, nec possibile erit, ad vltimam differentiam peruenire, neque ex differentijs per se definitio constituetur, nec ex consequenti talis, quæ rei essentiam explicet, vt si quis velit differentiam hominis perqui- 127. rere, & vsque ad genus animalis peruentum sit, per diuisionem superiorum generum in essentiales differentias, tunc verò animal rursus diui-

Sententia vera.

Methodus constituendi definit. ex Arist.

sus diuidens in illud, quod pedes habet, & caret eis, bipedem iterũ diuidat in plumiferum, atque implume, hac enim via nunquàm perueniet ad vltimam differentiam, & cùm istæ sint accidentales, non definiet per essentialia prædicata, ac demum vnam definitionem nõ valebit constituere, sed tot erunt species, ac definitiones, quot differentiæ; cuius ea est ratio, quia cum non sint per se subordinatæ, secundum rationem superioris, & inferioris accidentales differentiæ, vltima non continet primas, neque intermedias, & ita non potest pro illis stare, vnitatemque definitioni conferre. Sic igitur erit procedendum, vt supremum genus diuidamus in differentias proprias, vsque ad proximum, & eo diuiso in differentias per se, statim ad vltimam perueniamus, quæ vna cùm sit, superiores omnes claudit, atque idcirco vnam per se, atque essentialem constituit definitionem, non minus, quam si omnes superiores simul cùm ea in definitione collocarentur, nam in his, quæ sunt per se, nihil refert, siue plures, aut etiam omnes differentiæ assignentur, vel vna tantum, quæ sit vltima, vt si quis, ait, animal diuidat in illud, quod duos pedes habet, & pedibus caret, & rursus illud, quod bipes est, in animal scissos pedes habens, & non scissos, & sic procedat, vsque ad propriam hominis differentiam, quàm cito inueniet, diuisionibus per se vtens, bipes namq; per se in scissos, & non scissos habens pedes diuiditur: vtitur autem Arist. his accidentibus loco differentiarum per se, possumus verò nos hoc exemplo vniuersam eius doctrinam illustrare: si quis velit hominis definitionem inuenire, sic procedet, vt substantiam diuidat in proprias differentias, corpoream, & incorpoream, corpus deinde, in vita præditum, eaq; carens, viuens in sentire aptum, atque insensibile, animal demùm in rationale, & irrationale, supposito quòd non sit aliud inter medium genus, sed animal hominis proximum, de quo non est modo disputandi locus: ecce ex animali, & rationali propria hominis conflata definitio, quæ vna est, & sufficiens, quia vna cùm sit vltima differentia rationalis, vniuersas claudit superiores differentias, nec minorem habebit vnitatem, si designẽtur omnes hoc modo, homo est substantia, corporea, animata, sensibilis, rationalis; nam licèt plures sint differentiæ per se tamen subordinatæ, atque adeò superiores in inferioribus clausæ, & omnes in vltima, ideò quasi vnius dumtaxat

Tot species quot differentiæ.

128\.

Exemplo probatur. 129.

completæ differentiæ rationem habent, & hanc docet Aristot. esse methodum vniuersaliter obseruandam in proprijs definitionibus inueniendis, & constituendis; ex quibus plane intelligitur ipsum sentire, non minus atomam differentiam simplicem esse ex propria conditione, quàm subalternas, quod his verbis illius textus perspicuè docet *Quare nec per pauca, aut per duo, duorum ergo hoc quidem differentia, illud verò genus, vt eius, quod animal bipes, animal quidem genus, differentiæ autem alterum, &c.* Et paucis interpositis sic semper procedi vult, donec ad differentiam deueniatur. *Tunc autem tot pedis species erunt, quot differentiæ, & pedes habentia animalia æqualia differentijs.* Ad extremum autem sic loquitur. *Si igitur hæc sic se habent, manifestum est, quia vltima differentia rei substantia erit, & definitio.* Vnde egregie Boetius hanc sententiam Arist. explicans, & confirmans in lib. de diuisionibus, dicebat, quòd, nisi esset penuria nominum, nulla definitio haberet plures, quàm duos terminos, nempe genus, & differentiam conuertibilem cùm specie. Eandem sententiam tanquàm Arist. propriam tenuit Doctor noster Fonseca 5. meta. cap. 28. q. 17 sect. 2. & ex antiquioribus Albertus Magnus tract. 5. prædicab. cap. 6. referens pro eadem commentatorem, & Alfarabium. refertur etiã Simplicius cap. 3 ante prædicamentorum. Alex. 4. top. c. 2. & 7. met. text. 37. Auicenna cap. 11. suę dialecticæ, Scot. 2. post. q. 58. sed D. Thom. præ omnibus, tanquàm fidelis Arist. interpres, eiusque doctrinæ sectator. 2. post. lect 13. & 7. meth. lect. 12. eandẽ tuetur sententiam, eiusmodique efficaci ratione confirmat. Differentia in rebus materialibus accipitur radicaliter à forma, quemadmodum à materia genus, sed vna est forma simplex, à qua accipiuntur differentiæ subalternæ, & atomæ, si ergo simplices sunt illæ (nemine dissentiente) sequitur planè, & atomas simplices esse, vt in homine vna eademque est rationalis anima, à qua omnes differentiæ à prima vsque ad vltimam accipiuntur. Hanc autem rationem D. Thom. sic ego explico & confirmo, non solum eadem est forma substantialis simplex, à qua accipiuntur differentiæ omnes, sed etiam gradus essendi vltimus illius, quem corpori confert, & à quo vltima desumitur differentia, simplex est, non secus, ac superiores, à quibus superiores, & intermediæ accipiuntur: gradus etenim rationalitatis vnus est, ac simplex, à quo intel-

Arist.

130\.

Boetius.

Fonseca. Albertus. comment. Alfarabius. Simplicius. Alexand. Auicen. Scotus.

Ex D. Tho. confir.

131\.

lectus vltimam hominis haurit differentiam, ergo simplex est non minus quàm subalternæ; & quod in homine intuemur, perspicuũ est in quibusuis alijs substantiæ corporeæ speciebus, cũ vna sit forma substantialis simplex omnes gradus essendi, vsque ad vltimum corpori tribuens, à quibus, & omnes differentiæ, vsq; ad
132. vltimam accipiuntur. Etenim si species Physicæ in suis vltimis rationibus tali compositione carent, qua nam ratione eã habere debent metaphysicæ. Et longè simpliciores sunt vltimæ differentiæ substantiarum spiritualium, cùm sint formæ simplices, à quibus secundum diuersos gradus essendi simplices, quos habent, accipimus atomas earum differentias.

II. Probat. Secundò probatur, iuxta modum essendi, est modus vnitatis, & simplicitatis, cum vnitas, & simplicitas sint quasi proprietates, & conditiones consequentes entitatem, sed notum est, atomam differentiam ex propria conditione perfectiorem esse subalternis: cùm sit vltima perfectio speciem complens, neq; in alias dif-
133. ferentias formales diuisibilis, vt differentia rationalis ostendit: ergo maiorem petit vnitatem & simplicitatem, quàm superiores, atque adeò magis pugnat cùm propria eius natura compositio quæcumque, sed superiores differentias nemo vnquam compositas asseruit, ergo neque de atomis vllo modo admittendum est.

III. Prob. Quibus accedit postrema ratio: nam propriæ passiones vltimæ speciei, cùm ea conuertibiles, sunt simplices, vt capacitas disciplinæ, admiratio, & risibilitas indicant, eiusmodi autẽ oriuntur ex vltima differentia, tanquàm ex propria radice, vt prędictæ ex rationalitate, ergo nõ erit deterioris cõditionis causa adęquata, si cu m effectibus conferatur, sed magis à

Duplex solutio Oña. compositione aliena. Duplicem solutionem argumento adhibet Magist. Oña Negat in primis propriam passionem atomæ speciei cùm ea conuerti, quod se ostensurum promittit, licèt paradoxum videatur, & expresse contrarium sit Arist. Porphyrio, & rationi. Aristot. 1. topicorum cap. 4. proprium his verbis definit. *Proprium est, quod non indicat quid est esse rei, soli autem inest, & conuersim prædicatur de*
134. *re.* Exemplumq; in propria hominis passione designans ait. *Proprium est hominis grammatices esse susceptiuum, nemo enim proprium dicit, quod contingit alijs inesse.* Hæc Arist. Porphyrius verò capite sequenti postquam tres alias proprij acceptiones protulit, quæ communibus conueniunt accidentibus, proprium quarto modo sic explicat. *Quartum autem id, in quo cõuenerunt, & soli, & omni, & semper, quemadmodum homini esse risibilem.* Et paucis interpositis. *Hæc autem, & proprie propria dicuntur, quoniam etiam conuertuntur.* Et certè si sententiam huius Doctoris admittamus, nec propria passio omni, ac soli, ac semper conuenire potest subiecto, neq; vlla supererit ratio, distinguendi quartũ & quintum prædicabile, nam si passio atomæ speciei, cùm ea non conuertitur, sed alijs conuenit, nõ erit ei propria sed cù n cæteris com- 135.
munis. Qua propter prædicabitur quidem in quale, non proprium, sed commune, quod est ratio quinti prædicabilis, confunduntur ergo duo postrema prędicabilia: deniq; risibilitas, & quæcunque alia infimæ speciei propria passio oritur ab eius essentia, tanquàm à causa adæquata, à quo enim nisi ab essentia hominis prodire potest; ergo erit adæquatus illius effectus, sed effectus adęquatus nõ potest de alijs, quàm de propria causa enunciari, pugnat igitur cum natura propriæ passionis, conuenire alijs: & hoc est conuersim prædicari de propria specie.

Secunda eius solutio est, non esse necessarium simplicẽ esse differentiam, etiam si simplex passio cùm ea sit cõuertibilis, nam color passio est consequens mixtionem quatuor primarum qualitatum, quę tamen non sunt quid simplex, sed quasi aggregatum ex pluribus, & quidẽ re ipsa distinctis. Eiusmodi tamen exemplum similitudine caret, & ideò argumentum nõ soluit, neq; enim color sequitur ex mixtione primarũ qualitatum, per modũ proprię pas- 136.
sionis, cùm nõ sit proprietas specialis, sed communis quædã ratio abstracta à diuersis coloris speciebus, quæ ex diuerso mixtionis genere consequuntur; nã ex tali mixtione, simul cùm cæteris dispositionibus, & causis concurrentibus sequitur albedo, nigredo ex alia diuersa, & sic de cæteris coloribus, qui cùm sint secundæ qualitates ex primarum mixtione fiunt in corporibus mixtis, itaque non est species aliqua, quam consequatur color, aut cum qua dicatur ad conuertentiam, neque species coloris vlla, quæ ex natura substantiali, tanquàm ex causa adæquata oriatur, etiam primarũ qualitatum mixtione mediante, sed color, qui sequitur ex tali mixtione variari potest, ex ratione alicuius causæ extrinsecæ, etiam in indiuiduis eius- 137.
dem speciei, vt de albedine constat, & nigredine. Vnde fit, vt inter communia accidentia

Secunda solutio.

mixtorum corporum enumeratur, at propriè passiones prodeunt, tanquàm ex adæquata causa ab essentia specifica, & quidem, tanquā principia quædam suarum operationum propria, vt in passionibus hominis, nuper enumeratis liquet, vnde elicitur, à simplici differentia constituente speciem prodire.

Argumentis vtriusq; sententiæ respondetur.

Ad I arg. respond.

SVperest ergo argumenta vtriusq; sententiæ soluamus, & prior quidem diuersis in primis Arist. testimonijs innititur, in quibus duo continentur, alterum differentiam de pluribus, quàm speciem, vel de speciebus, quemadmodum genus enunciari, vnde cùm genere esse connumerandam, quæ quidem verissima sunt de differentia subalterna, de qua
138. Aristotelem sermonē instituisse, sub dubium cadere non potest, vt ex eorundem locorum contextu euidenter colligitur, de qua frequentius loquitur, tanquā de re magis nota, & eius est vsus frequentior.

Difficilius est secundum, quod 2. post. lib. & textu in argumento indicato docet, nempè communibus differentijs vtendū esse, ad propriam cuiusque rei definitionem construendam, quarum quælibet in plus sit quàm definitum, omnes tamen coniunctæ, cùm eo conuertantur. Eiusmodi autē locum exponit egregiè D. Thom. in commentarijs illius, statuens duobus modis procedendum esse, in inuestiganda propria rei definitione iuxta sententiam Arist. nam, vel exploratæ nobis sunt essentiales illius differentiæ, à prima, vsq; ad vltimam, vel saltem proprietates, aut conditiones adæquatæ, quibus differentiarum loco vti possumus;
139. & tunc à diuisione generis in differentias, vel proprietates eiusmodi oppositas procedere, quousque ad vltimam perueniamus, ex qua simul cùm genere, vel etiam cùm superioribus differentijs, vel proprietatibus, optimè constituta definitio erit, genere, & vnica differentia atoma, vel proprietate loco illius adæquata.

Si vero, nec differentias essentiales cognoscamus, nec proprietates, vel conditiones adæquatas, pluribus vtendum erit, communibus quidem, sed quæ simul coniunctæ, cùm re ipsa definita conuertantur. Primum modum procedendi, qui magis est scientificus, ac per se, exposuit 7. metaph. text. 43. vbi planè docuit simplices esse vltimas differentias. Postremum verò, ait, D. Thom. continet testimonium aliud ex posteriori sticà parte logicæ allatum, quod nunc exponimus, id autem verum esse, non obscurè indicat exemplum ab Arist. designatum de numero ternario, cui nulla earum conditionum, ex quibus differentia integra- 140.
tur, tanquàm partialis adhuc differentia conuenire potest, sed neq; adæquata proprietas illius est; cōmunes dumtaxat conditiones sunt, quæ pluribus illius generis speciebus accommodantur, omnes tamen simul cum eo conuertuntur, & loco differentiæ nobis occultæ ponuntur. Ex quo inferre non licet veram ternarij differentiam esse ex pluribus compositam: itaque D. Thomas vnum locum ex alio, in quo clarius Arist. loquitur, explicat, quod optimū est interpretandi genus. Illud autem, quod Arist. colligit definitionem esse ex differentijs rationem, benè à D. Thom. exponitur, differentiam in concreto significatam, & gradum genericū quasi materialiter, & proprium quasi formaliter continere. Vnde elicitur differentijs superioribus, vsq; ad vltimam in definitione positis, etiamsi nō ponatur genus, essentiam definiti explicatam esse: meritò ergo appellabitur definitio ex differentijs ratio.

Ad Porphyrij verba resp.

Porphyrius verò de solis subalternis loquitur differentijs, quarum vsus frequentior est; sed quanam de causa, eas dumtaxat definierit, secunda definitione, prætermissis vltimis, in dubium reuocatur quæstione vltima. Atomas autem differentias, & quidem simplices posuisse, ostendunt verba illius expressa, capit. vltimo huius libri, vbi cùm ea, quæ propria
sunt differentiæ, designasset, ait, differentiæ 141.
proprium esse, vt de pluribus speciebus sæpè enuncietur, non igitur semper, sed quandoque de vna dumtaxat eiusq; indiuiduis. Differentiam autem hominis compositam credidit, ex rationali, & mortali, errore deceptus, vt cap. de specie adnotauimus.

Ad primū secundæ opin.

Argumenta secundæ opinionis difficultate carent, nā assensus illius propositionis scientificæ, A. est B. dum certus est, & euidens, per comparationem ad formale obiectum, nempè ad principia, quibus innititur, simplicem habet differentiam, qua ab alijs scientificis conclusionibus, cùm quibus in claritate, & euidentia conuenit, separatur: itaque euidentia, & claritas, in communi accepta differentia
est eius subalterna, & per hanc simul cu alijs 142.
scientijs, ab opinione discernitur, non secus, ac separatum homo per sensibilitatem, in quo cum

cæteris

cæteris conuenit animalibus, a planta. Differunt enim, vt vno verbo dicamus, scientificus assensus, & opinio, non specie atoma, sed genere proximo, & sub remoto cognitionis conueniunt, si verò contingat, non certò teneri principia, quibus demonstratur, assensus opinionis erit, vndè nō solùm ad aliam speciem, sed ad aliud proximum transit genus, quanquàm materiali ratione, ex eisdem terminis compositus idē perseueret, qua propter aliam habet differentiam subalternam incertæ notitiæ, aliam item atomam, ex ordine ad obiectum proprium, circa quod versatur desumptam: & per priorem à scientia distinguitur, per posteriorem, à cæteris opinionibus: quocumque igitur modo consideres prædictum assensum, simplicem habet differentiam atomam.

Ad II. respond. Secundum, simili ferè modo soluitur, nam voluntas, quasi genere distinguitur ab intellectu, cùm appetitiuæ potentiæ, & apprehensiuæ, propter diuersum modū operandi, videlicet per modū inclinationis in obiectum, qui appetitiuis conuenit, & per modum attrahentis illud ad se in diuersis generibus potentiarum constituantur, sub communi genere qualitatis, & subalterno naturalis potentiæ ad operandum: differentia igitur subalterna, ex proprio operandi modo desumpta, ab intellectu separatur voluntas, ab appetitu verò, cùm quo in eodem modo operandi communicat, per ordinem ad diuersum obiectum, nempè ad bonum, ratione, vel intellectu apprehensum, cùm tamē appetitus sensitiuus, circa bonum sensibus cognitū versetur, ex quo etiam discrimine prodit aliud, quia voluntas circa vniuersalem rationem boni, appetitus verò circa particularem, ac determinatā boni sensibilis versatur. Ecce quomodo ab intellectu differt subalterna differentia, atoma vero, ab appetitu sed vtraque simplici. Aliena sunt hæc, à præsenti instituto, & quę dialecticorū captum superant, necessitate tamen compulsi, vt argumenta solueremus, ea attulimus.

Ad postr. Postremum argumentum dialecticum est, hoc autem modo diluendum: definitur quidem indiuiduum, à Porphyrio per collectionem proprietatum, non quidem, tanquàm per propriam differentiam indiuidualem, nam cùm vnum per se sit quodlibet determinatum singulare, simplex item est illius singularitas, vel indiuidualis differentia, & quidem substantialis modus suæ naturæ: cæterum cùm eiusmodi sit sæpè nobis occulta, vtitur Porphyrius singularium proprietatum congregatione, quæ cùm indiuiduo communi conuertitur, & quælibet determinata collectio, cùm determinato indiuiduo, cuius est, præceptum illud postremum ab Arist. traditum 2. lib posteriorum resolutionum cap. 8 & à nobis nuper expositum obseruans: locum igitur tenent vnius simplicis differentiæ indiuidualis proprietates coniunctæ, per quas explicat indiuiduum; hoc igitur veram differentiam compositam non efficit, possibile ergo erit, speciem definiri pluribus proprietatibus, aut etiam communibus accidentibus, quorum congregatio, cum ea conuertatur, & locū teneat propriæ differentiæ nobis occultæ, quam compositam esse impossibile reputamus.

QVAESTIO SEXTA.

Realis ne, vel solius rationis sit compositio speciei, ex genere, & differentia?

Notanda, vt ad statum controuersia perueniatur.

DE natura specifica reali in primis intelligit titulus quęstionis, dum sciscitatur, an eius compositio ex genere, & differentia sit realis, vel rationis: Non de his speciebus, quæ in entibus rationis excogitantur, in quibus, sicut non reperitur aliqua entitas realis, nec locum habet realis compositio, sed quemadmodum eiusmodi entia, à solo intellectu excogitata sunt, sic genus, ac differentia earum, quare nec realis compositio, ex eis effici potest, de speciebus ergo naturæ realis procedit controuersia. Tituli explicatio. 146.

Sed compositio realis, de qua loquimur, duo postulat, requisita quidem, & sufficientia; primum est, quod componentia sint realia, nā ex his, quæ talia non sunt, nihil reale resultare potest media compositione, quare nec realis esse potest compositio. Aliud, quòd realiter, aut ex natura rei sint distincta, nam si solum per intellectum distinguantur, non realem, sed rationis dumtaxat compositionem efficient, etenim cum compositio sit, quasi multorum vnio, ex qua vnum quid resultat, eo modo, quo componentia plura fuerint, compositio- Duo requisita ad compositionem realem. 147.

 nem

nem efficere dicentur; si ergo ex natura rei nõ sunt plura, sed vnum, nec erunt componentia, quare nec realis compositio, sed rationis dumtaxat, si solum ab intellectu distinguantur: nam solum erunt plura secundum rationem, & hoc solum modo componentia, ex his autem duobus ad realem compositionem requisitis, certum est primũ concurrere in compositione speciei ex genere, & differentia, cum certum sit reales esse gradus naturæ per genus, & differentiam importatos, vt si de homine sit sermo, euidens est, reales esse gradus naturæ sensitiuæ, & rationalis, quos genus, & differentia eius important, vnde ex hac parte sub dubium cadere non potest, quin realis sit talis compositio. Ad secundã igitur conditionem reuocatur controuersia, an videlicet gradus isti realiter, aut ex natura rei sint distincti, nã qualis fuerit distinctio eorum, talis erit compositio, hęc autem triplex esse dicitur, vna, qua distinguuntur aliqua, tanquàm vna res ab altera, vt Petrus à Ioanne: & hanc vocant realem simpliciter, altera qua distinguuntur res, & modus, qui nequit sine re ipsa consistere, eo ipso quòd modus eius est, vel (vt Scoto, & alijs placet) qua distinguuntur duo aliqua, non in entitate, sed in essentia, aut ratione formali, citra opus intellectus; quo pacto actionem, & passionẽ solent distinguere ante operationem quidem intellectus, sed non tanquã duas entitates, sed tanquã rationales formales, ex natura rei diuersas; & propterea hanc vocant distinctionem ex natura rei potius, quàm realem. Tertia distinctio est, quàm rationis vocant quia non extat ante opus intellectus, aut rationis, sed ab hac fit, inter ea, quæ ex se non sunt distincta, qua distinctione separare solent naturam vniuersalem, à singularibus, aut quid simile.

Status controuersię. 148.

Triplex distinctio.

Refertur prima sententia distinctionem realem ponens.

Prima sententia. 149.

IVxta hanc igitur triplicem distinctionem, tres quoque sententias diuersas reperio inter Doctores, prima tenet distingui realiter gradum naturæ genericæ à differentiali, ea saltem distinctione qua partes distingui possunt, ita vt sicut in genere physico distinguitur materia à forma, pariter in metaphysico genus, & differentia, & ita videtur has partes distinguere Arist. 7 lib. Metaph. cap. 10. text 33. hisce verbis; *Sicut se habet definitio ad totã rem, ita partes definitionis ad partes rei*, & cap. 12. eiusdem libri text. 42. genus, ait, comparari ad differentiam, sicut potentiam ad actum essentialem, & ex vtroque testimonio desumi potest primum argumentum pro hac sententia. Species realis cuiuslibet generis in ordine Metaphysico, est natura realis, & non simplex, sed composita, ergo est realiter composita, atque adeò reali compositione, quæ partes re ipsa distinctas importat.

II. Arg. 150.

Secundò sic arguo, si in composito physico, tot essent formæ, quot sunt gradus specifici, dubium nõ est, quin isti essent realiter diuersi, ac illæ, nempe rationalitas ab animalitate, sicut anima rationalis, ab anima sensitiua, nam quilibet gradus à distincta forma sumeretur, ergo esset entitas distincta, distinctione saltem partiali, sicut ipsæmet formæ, at opinio de pluralitate formarũ in eodem composito probabilis est, ergo non minus probabile est, quod gradus isti sint re distincti; & esto probabilis non foret, sed ab eadem forma desumantur, distingui nihilominus debent, sicut operationes ab eis procedentes realiter distinguuntur, vt vegetatio, sensatio, & ratiocinatio, neque enim possibile est ab eadem entitate reali, ac simplici tam diuersas operationes procedere, spirituales, & corporeas, sensitiuas, & his inferiores, perfectas demum, atque imperfectas.

III. Arg. 151.

Probatur tandem ex separatione, nam quælibet differentia cuiuslibet speciei, abesse potest à genere, salua eius natura, & essentia, vt ab animali abesse potest rationale, ergo gradus huius differentiæ erit res distincta, à gradu generico. Quod hunc in modũ corroborari potest: nam dũ rationale coniungitur animali ad compositionem humanæ speciei, aliquid reale denuo ei aduenit, quod ei prius non fuerat realiter coniunctum, vel nihil, & desinente hac specie, aliquid reale ei deesset, quod prius habebat, vel nihil, hoc secundum admitti non potest, cum ex aduentu eius species realis constituatur, quæ prius non erat, & per recessum realis quoque species desinat, quare necessarium est concedere primum: noua ergo entitas est differentialis gradus, & à gradu generico distincta. Hæc opinio attribui solet Ianduno 2. Metaph. q. 9. & iure attribuitur his, qui distinctas formas substantiales eidem composito concedunt, vt homini formam corporis, animam vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem. 152.

Secunda

Secunda opinio tenens hos gradus saltem ex natura rei esse distinctos.

Scotus vero in 2. d 3 q. 1. & 7. Metaph. qu. 16 affirmat hos gradus ex natura rei esse distinctos, sed nescio an facile concedet compositionem, ex natura rei efficere genus, & differentiam in specie, quia diuina attributa, vt bonitatem, & sapientiam ponit, ex natura rei distingui in Deo, in quo non audet compositionem ex natura rei admittere, propter summam eius simplicitatem, sed euidẽter (nisi ego fallor) sequitur talem esse compositionem ex consequenti admittendam, quia duo aliqua ex natura rei distincta nequeunt in vno aliquo coniungi, nisi per compositionẽ, quidquid autem de compositione ex natura rei asserendum sit apud Scotum, sententiam eius de distinctione gradus generici à differentiali ex natura rei, sequuntur Antonius Andreas in eodem lib Metaphysi. Ferrariensis 1. lib. contra gentes c. 24. & 42. & noster Fonseca 2. lib. Metaph. c. 2. tex. 11. libro etiam 4. c. 2. q. 4 sect 3 & 1. 3. c. 7. q 3. sect. 3. ad secundũ, & probari potest primo, quia definitio realis speciei, realis quoque censenda est, & cum contineat gradum rei essentialem, necesse est diuersas definitiones, gradus quoque essentiales, atq; reales continere, sed gradus genericus habet diuersam definitionem à differentiali, vt sensitiuus à rationali, ergo erit ex natura rei, ab eo distinctus.

Sententia Scoti. 153. Probatur primo.

II. Secundò, quia gradus differentialis contrahit, determinat, atque perficit genericum, non quidem per intellectum, quia talis perfectio non esset in re, sed solum per intellectum, & ens rationis, vnde etiam humana species composita ex differentia, & genere ens rationis esset, quæ non solum falsa, sed absurda sunt: contractio igitur atq; perfectio, actus sunt differẽtiales, ex natura rei differentiæ conuenientes, quod stare non potest, sine distinctione eius ex natura rei à gradu generico, cum idem nequeat seipsum essentialiter perficere, aut contrahere. Ad hæc, genus est extra rationẽ differentiarum, quas neq; ipsum participat, neque ab eis participatur, vt docuit expresse Arist 3. lib. Metaph. tex. 10. & 6 lib. Topic. c 3. extraneũ est igitur à differentijs, sed vnũ esse extraneum ab altero, vt minimum importat distinctionem ex natura rei, ergo hoc saltem modò distinguuntur genus, & differentia, si non realiter.

154. Confirma. 155.

Ad extremum Si rationale non esset distinctum ex natura rei ab animali, ergo neq; esset distinctum ex natura rei ab equo, probatur consecutio, quia quo pacto aliqua sunt idem vni tertio, sunt idem inter se, at rationale ex natura rei est idem cum animali, & ex consequenti, hinnibile, cum eodem animali, ergo erunt idem ex natura rei inter se se, & ex consequenti homo, & equus, ab eadem differentia constituti. Probatur III.

Extrema sententia, sola ratione distinguens gradum genericum, & differentialem explicatur, ac prefertur cæteris.

Extrema sententia, nec distinguit hos gradus, tanquàm duas res, vt prima, nec ex natura rei, vt secunda, sed solum beneficio intellectus, &, vt aiũt, distinctione rationis quàm tenet expresse D. Thom. in opusculo de ente, & essentia cap. 4. 7. Metaph. lect. 4. & 1. part. quæst. 50. artic. 4 ad primum, & quæst. 76. artic. 3. ad quartum, quem sequuntur Herueus quodlib. 1. q. 9 Greg. in 1 distinct. 38. & ibidem Gabr. cum reliqua turba nominalium, Capreolus in 1. dist 8. quæst. 2. art. 3. Caiet. de ente & essentia cap. 4. q 6 §. ad secundum dubium accidentium. Soncinas 7. lib. Metaph. q. 36 Iauellus ibidem q. 18. Niphus in elucidario lib. 7. disp. 15 ca 3 & 4. & disp 17 c 3 Sotus q. 1 vniuersalium concl. 3. & q. 3 art. 2. P. Tolet. q 3 vniuersalium fundam 2. & ex antiquioribus scholasticis Alex. Alensis lib. 7. Metaph. tit. 11. & tit. 43. & lib. 5. tit. 10. Durandus in 2. distinct. 3. quæst. 2 num. 14. & est iam communis in schola, cæterisq; longe probabilior, quã propterea amplectimur.

Tertia sententia verior 156

Sed prius eam explicare oportet, deinde rationibus confirmare. Adnotandum igitur est tribus modis accipi posse genus, & differentiam, primo vt sunt in diuersis speciebus, atque indiuiduis, vt animal in leone, & rationali, in homine, aut etiam in hoc leone, & in hoc homine, qui hisce speciebus participant, quo pacto sub dubium cadere non potest, quin non solum ex natura rei, sed realiter distinguãtur, nam aliam habet animal essentiam specificam in leone, ac in homine per coniunctionem cũ diuersis differentijs harum specierum, per rationale enim distinguitur animal, quod est in

Nota ad explicationẽ. 1. 157.

hominae, ab animali, quod est in æquo, aut leone, quod alterius est speciei, propter has differentias diuersas, quibus coniunctum easdem constituit species.

Nec solum diuersam habet speciem, sed distinctam entitatem realē, sicut species ipsæ in diuersis indiuiduis existentibus, atque etiam diuersa earum indiuidua, distinctam habent entitatem realē, quare animal in vtrisque ex-
158. istens, diuersum quoque realiter est.

Secundo modo sumuntur, prout in eadem, specie, aut in eodem indiuiduo sunt, vt in homine, animal & rationale, aut in Petro, hoc animal & hoc rationale

Tertio, prout genus, non vt contractum in specie, aut indiuiduo accipitur, sed in communi et si pro vt extra rationem differentiarum esse dicitur & extra rationem quoque eius differentiæ, per quas contrahibile, est, & vtraque hæc consideratio generis, ac differentiæ, metaphysica est, sub qua controuersia procedit, an gradus naturæ genericę, quem importat, realiter, vel ex natura rei sit distinctus, à gradu per differentiam importato, & ita realem cum eo compositionem efficiat speciei, vel solum sit ratione distinctus ab eo, nec realem compositionem efficiant, sed solum per intellectum, vtrumque distinguentem, & ex vtroque sic distincto speciem componentem, & iste est status quæstionis, circa quam vidimus, quid diuersi opinantes sentiant, nam duæ priores sententiæ distingui putant realiter, aut ex natura rei, tertia vero solum beneficio intellectus.

Obseruat. II. Adnotandum secundò est, distinctionem hanc, quā opiniones istæ ponunt, non esse phy-
159. sicam, sed metaphysicam, sicut compositio ipsa ex genere, & differentia, non physica, sed metaphysica est, etenim apud physicum, aut naturalem philosophum compositio speciei ex materia, & forma substantiali, de eius potentia educta, per actionem naturalis agentis, fit, vt equus ex corpore, & anima sensitiua componitur, eiusmodi autem partes physicæ compositionis, realiter esse distinctas citra dubium est, vnde & realem compositionem efficere, & compositio eiusdem speciei ex genere, & differentia, seu ex gradibus naturæ per genus, & differentiam importatis, non Physica, sed metaphysica est, & in physica fundatur in rebus materialibus, iuxta ordinem, ergo metaphysicum, distinctio quærenda est, atq; etiā compositionis modus, & vtriusq; notitia valde vtilis est, ad capiendam rationem generis, differentiæ, atq; speciei in Logica, cū in eisdem naturis vel naturarum gradibus, vt ab intellectu considératis, in ordine ad prædicationes fundentur secundæ intentiones prædicabilium: & ex earum distinctione per quām diuersa prædicata distinguuntur, ordinationes prædicamentales fiant.

Obseruandum est tertio, quod licet in Philosophia non sit euidens, imo neque apud omnes certum, vt in vno, eodemque composito physico, sint plures formæ substantiales, quia & Scotus totales eas posuit, vt in homine formam corporeitatis, & animam rationalem, & alij partiales saltem posuerunt distinctas, pro diuersis partibus, viuentis corporis, vt pro capite vna, pro manu altera, sicque de reliquis: communis tamen sententia vnam dumtaxat in vno composito ponit, ita vt nec totales, nec partiales distinguat, vt in Petro solam animā rationalem, quam omnes gradus substantiales conferre docet, videlicet substantiæ, corporeæ, viuentis, sensibilis, & rationalis, quod ita receptum est, vt nemo sit iam qui multiplicitatem formarum defendat, & quanquam non sit logici munus id probare, tamen hac breui ratione id ostendere libet: in homine (gratia exempli nam eadem ratio est in cæteris rebus) anima rationalis est forma substantialis, ergo confert corpori esse substantiale, sed esse substantiale nullum est à parte rei, quod non sit corporeum, aut incorporeum, ergo cum esse substantiale, quod anima tribuit corpori, incorporeum non sit, quia non est angelicum, necesse est esse corporeum, corporeum autem esse non datur in rebus, nisi viuens, vel expers vitæ, at esse ab anima tributum expers vitæ esse nequit, cum anima ex se sit forma viuentis, ergo erit esse viuentis, quod certum est in rebus non extare, nisi sensu sit præditum vel sensu carens, vnde cum esse viuentis ab anima rationali collatum corpori, insensibile esse nequeat, erit necessario sensibile, quod non datur, nisi rationale, aut rationis expers, nec sensibile, quod tribuit anima rationalis, irrationale esse potest, fatendum est ergo esse rationale, vnde sequitur apertè animam rationalem Petri tribuere corpori eius omnes hos gradus videlicet substantiæ, corporeæ, viuentis, sensibilis, & rationalis, quare non est necessaria alia forma substantialis pro eis, vel aliquo horum conferendo, & si necessaria non est, ponenda non erit, cum nihil natura superuacaneum

Obseruat. III.
160.
161.

neum

neum efficiat, ab eadem igitur substantiali forma proueniunt omnes gradus generici, & specifici, vsque ad indiuidua etiam in quolibet composito, aut indiuiduo Physicè constituto ex materia & forma.

Probatur communis, & vera sententia.

Probatur vera sententia. 162 Quibus praelibatis, probanda est communis sententia hoc modo, gradum generícum distingui realiter, aut ex natura rei ab specifico, duobus modis intelligi potest, aut tanquam vniuersale a particulari, vt animal in communi ab homine, aut leone, qui sunt animalia in particulari, & iste modus distinctionis abstraheret ab indiuiduis, & ab existentia, vel distinguerentur, vt duo gradus indiuiduales, atq; existentes, licet in eodem indiuiduo, vt in Petro hoc animal, & hoc rationale, sed neutro modo distingui possunt, ergo solum ab intellectu distinguuntur: probatur minor, primo, quod non distinguantur realiter, aut ex natura rei, tanquam vniuersale à particulari, propter duo, primum, quia non
163 datur vniuersale ante opus intellectus sed ab eo fit, ex quo euidenter sequitur, nihil distingui ab altero, tanquam vniuersale a particulari citra opus intellectus, quare nec realiter, neque ex natura rei, sed sola ratione distinctum erit genus à differentia, si tanquam vniuersale à particulari distingui debet. Postremum, quia vniuersale non distinguitur ab indiuiduis, aut speciebus, in quibus est, nisi sola ratione, vt superius efficaciter ostédimus, genus igitur, neq; ab speciebus, nec a differentijs ex natura rei distingui potest, tanquam vniuersale à particulari, abstrahens à particularibus, atq; etiam ab existentia.

Probatur alia pars. 164. Nunc autem probandum est, quod nec distinguatur realiter, aut ex natura rei tanquã aliquid singulare, & actu existens, à singulari alio, & actu existenti, vt in Petro hoc animal, & hoc rationale, & probatur primo: quia in vno indiuiduo non datur nisi vna differentia indiuidualis, contrahens omnes gradus genericos, ac differẽtiales, vsq; ad vltimam speciem, ergo nequeunt gradus ipsi contracti plus inter se distingui, quam quilibet eorum a differentia indiuiduali per quã cõtrahitur, ab hac autem distingui realiter, aut ex natura rei repugnat, sicut repugnat distingui speciem ab indiuiduis, ergo nec inter se se distinguuntur, probatur primum antecedens: nã genus non descendit ad indiuidua, nisi medijs speciebus, vt animal non descendit tanquam genus ad Petrum, & Ioannem, nisi medio homine, cuius duplex est ratio: prior, quia genus, vt genus proximè est in potentia essentiali, vt per differentias essentiales perficiatur, atque compleatur, quas 165. absque dubio respicit tanquam primos actus, ergo non est capax indiuiduationis, nisi prius per has differentias determinatum, sed determinatio eius est constitutio specierum, ergo prius quam ad indiuidua descendat, determinatur ad species, quibus proinde medijs indiuidua respicit, a sola ergo indiuiduali differentia contrahente speciem atomam, contrahuntur gradus omnes generici, ac differentiales, & singulares fiunt, à qua non possunt realiter, nec ex natura rei distingui, sicut nec distinguitur species atoma, quã proximè contrahit, erunt ergo idem realiter inter se se, atq; etiam ex natura rei cũ sint eidem realiter cũ aliquo tertio, idẽ per cũ indiuiduali differẽtia. Probatur rursus idẽ antecedens, quia sicut species atoma ordinatur cum differentia indiuiduali, vt homo cum singularitate Petri, pari ratione superiores gradus generici, ac differentiales, ita vt, sicut homo non est determinabilis, nisi per illam, pari ratione, nec superiores gradus ad eandem speciem atomam, & indiuidua descendere possunt, nisi per intermedios, vt substantia non descendit ad viuens, nisi per corpus, & 166 hoc non ad sẽsibile, nisi medio viuenti, nec animal, ad Petrum nisi per hominem, & de primo ad vltimum omnes fiunt indiuidua media specie atoma: ex quo planè sequitur, a sola eius differentia indiuiduali contrahi omnes, nec ponendas esse singulas differentias indiuiduales pro singulis gradibus, aut differentijs, sed eandẽ sufficere ad determinandũ omnes, à qua cum non sit re ipsa, aut ex natura rei distincti, neq; inter se distinguuntur.

Secunda ratio probans eandẽ sententiam est, quia omnes gradus generici, ac differentiales sumuntur, ab eadem entitate rei, & in eadem entitate fundantur, imo ab eadem essentia, citra opus intellectus indistincta, ergo & 167 ipsi eadem entitas sunt, nec possunt distingui essentialiter, aut citra opus intellectus: antecedens notum est, nam specifica natura, & quodlibet eius indiuiduum, vt homo, Petrus, aut Ioannes, eadem entitas realis, ac physica sunt, ex materia, & forma composita, nec plures habens formas, per quas constituantur, & à qui-

bus

bus possit desumi distinctio ex natura rei eorundem generum, ac differentiarum, sed ab vna, eademque forma omnes recipit, ergo nō est à quo distinguantur per diuersas entitates, aut essentias ex natura rei, cum à fundamento physico habeant, quidquid entitatis, & essentiæ habent.

III. ratio. Probatur tandem ex anima rationali, & quacunque alia substantiali forma, in qua reperimus hos gradus genericos, & differentiales, sub vnitate eiusdem entitatis, & essentiæ: nam in anima rationali Petri reperim⁹ gradum genericum substantiæ, corporis, vitæ, ac sensus, cum tamen ipsa eadem entitas sit simplicissima, & eandem essentiam specificam & indiuidualem habeat, vnde solus intellectus eosdem gradus distinctos efficit, ergo in speciebus, atq; indiuiduis pariter sunt eadem entitas, eadem essentia Metaph. ita vt non habeant, à quo distinguantur citra opus intellectus eos separantis.

Qualis nam sit distinctio rationis, qua distinguitur genus à differentia.

168. SEd si ita est, vt communis tenet sententia, quam sequimur, quod genus, & differentia, aut gradus naturæ quos importāt, nec re ipsa, nec ex natura rei distincti sunt, sed à solo intellectu distinguuntur, necesse est explicare qualis sit distinctio rationis, per quam distinguuntur, vel quonam modo ab eo separantur.

Duplex distinctio Prior. Duplex solet distinctio rationis designari, in schola præsertim D. Thom. vna est, quam intellectus quasi ex officio efficit, eam nō exigente natura rei, sed cum sit penitus eadem, duplicem conceptum eius format, & iuxta illos diuersas ei denominationes attribuit, quāuis nullam entitatem, nullum vè naturæ gradum, vnus conceptus contineat, quem non cōtineat alter: gratia exempli, Petrum concipit duplici conceptu, & vnum attribuit alteri, vel potius eundem Petrum, per vnum conceptum à se intellectum sibimet concepto per alterum attribuit, conferens eisdem conceptibus denominationes prædicati, ac subiecti, & propositionem ex eis constituens (quam identicam vocant) vt Petrus est Petrus, per quam declarat non distingui à se ipso, & hęc distinctio appellari solet rationis ratiocinantis, vt significetur, præter officium rationis distinguentis nullam aliam causam, aut fundamentum in ea efficienda reperiri. (Exemplū.)

Posterior. 169. Alia est distinctio rationis quasi ad petitionem partis facta, ab intellectu, hoc est, re ipsa circa quam fit quasi exigente, aut postulante, quæ licet sit vna, & indistincta formali distinctione, quasi virtute censetur distincta, in quantum plures continet rationes, plures vè gradus sub eadem entitate, aut essentia, quæ vt cognosci à nobis valeat, partitione, aut distinctione intellectus indiget in diuersos gradus, aut diuersa prædicata, & propterea distinctio hæc rationis ratiocinatæ vocatur, vt explicetur, non ex solo officio intellectus fieri, sed circa fundamentum eam postulans, quod proinde ratio assumit, vt circa ipsum diuersa separans ratiocinetur, vnde habet, vt fundamentū quasi ratiocinatum, seu officio intellectus distinctum appelletur, (Exemplum) 170 gratia exempli, actio & passio idem motus sunt, non solum specie, sed etiam numero, qui tamen ab agenti egreditur, & in passo recipitur, vnde vtramq; rationem egressionis, & receptionis habet, sub vnitate tamen, & indistinctione ex natura rei, & solū virtuali quadam ratione distinctam, sed vt natura eius melius à nobis capiatur, petit, vt quasi in plures conceptus diuidatur quorum vnus eundem motum, vt egressum, ab agenti contineat, non vt receptum in passo, sed sub hac ratione formali receptionis, ab altero repræsentetur, & ecce distincta duo prædicamenta actionis, & passionis, non ex natura rei, sed distinctione solius rationis, non tamen solum ratiocinantis, sed ratiocinatæ, hoc est, ratiocinantis supra rem, in qua fundamentum est talis distinctionis, quia sua virtute continet vtramque rationem, non tamen actu, seu formaliter distinctam, sed (vt sic loquamur) distinguibilem ab intellectu, quod est quadam ratione virtuali, ante opus eius distingui, formaliter tamen officio eiusdem intellectus: & talis est distinctio, qua distinguuntur genus, & differentia, seu gradus naturæ, quos important, nam in qualibet specie, & in quolibet eius indiuiduo continentur, sub vnitate eiusdem entitatis, atq; essentiæ, quam vt definire, ac per definitionem capere possimus postulat in plures conceptus, quasi partiales diuidi, ita vt per vnum repræsentetur gradus communis, aut genericus, & per alterum specialis, aut differentialis, & ex vtroque sic distincto, 171 componit intellectus definitionem, atq; speciem, vt in eadem entitate, & natura Petri, reperitur natura sensitiua, & rationalis sub eadem entitate, & essentia, quam vt explicemus, & intelliga-

ligamus, quasi postulat ipsa partitionem, ac distinctionem plurium conceptuum, se repræsentantium secundum diuersos gradus, ita vt per vnum repræsentetur, vt sensitiua perfectibilis per rationalem, & per alterum, vt rationalis, se vt sensitiuam perficiens, & ecce tibi gradus in genericum & differentialem distinctos ab intellectu, non ex solo eius officio, sed quasi ad petitionem partis, hoc est, talem distinctionē poscente re ipsa, vt explicari à nobis, & intelligi possit.

Explicatur qualis sit compositio speciei ex genere & differentia.

172 Explicatur cōpositio generis & differentiæ. Si verum est, ac necessarium, vt in principio huius controuersiæ ostendimus, & à cūctis admissum, compositionem realem non esse possibilem inter ea, quæ nec realiter, nec ex natura rei sunt distincta, euidenter sequitur, quod si genus, & differentia, aut gradus naturæ, nō distinguūtur vllo ex his modis, vt iam probauimus, efficere non posse realem cōpositionem, sed quemadmodum distinguūtur sola ratione, sic etiam sola compositio rationis, ac diuersorum conceptuum eiusdem rei ab intellectu formatorum constitui, ex eis poterit, ita vt idem intellectus, qui distinguit conceptum generis, vt naturæ perfectibilis, & conceptum differentiæ, vt perficere potentis sub eisdem rationibus, eos in vnū cōiungat, & cōpositionem efficiat ei per similē, quæ fieret ex eisdem gradibus, si realiter, aut ex natura rei distincti forent, vnde sicut distinctio generis, & differentiæ, rationis est, habentis tamen in re ipsa fundamentum, ita cōpositio rationis sit, habens in re fundamentum. Cęterū, quia conceptus intellectus duplex est, formalis vnus, qui non est aliud, quā qualitas quædam ab intellectu formata gradū genericū, vel differentialē repręsentans, & obiectiuus alter, qui est ipsemet gradus, seu ratio repræsentata per formalem, explicare oportet ex quibus nam intellectus talem efficiat compositionem speciei, tanquam ex genere, & differentia, ex formalibus, an ex obiectiuis? Et certum est apud omnes, ex formalibus non fieri, cū isti sint qualitates, & accidentia, non solum ad aliā speciē, sed ad aliud sæpe prædicamentū pertinētes, valde diuersum ab specie, & à prædicamento eius, nam sæpe composita species substantia est, & aliquando accidens, valde diuersum. Sunt pręterea formalis conceptus diuersæ entitates, & non habentes ordinem potentiæ, & actus, vt in compositionem alicuius entis per se venire possint, quare ex eis, nequit compositio speciei quæ vnum per se est fieri, quapropter ex solis obiectiuis fit, qui sunt gradus naturæ per conceptus formales repręsentati, vt contrahibilis, & contrahentis, seu per modum actus, & potētiæ, vt sic compositio ex eis facta, sit per se, & species cōposita per se vnum, ex eo quod se habet vt essentialis potentia, & vt essentialis actus, ex quibus sequitur, hāc compositionē speciei ex genere, & differentia, nihil reale, aut intrinsecum in naturis rerum ponere, vt in homine, aut leone, sed sicut, a sola ratione, & intellectu fit, qui nihil reale, aut intrinsecum in rebus ponere potest, ex eo quod eas sic, vel aliter intelligit, sic ordinat, vel componit, ita solam denominationē extrinsecam in eisdem naturis ponit. Duplex intellectus concept. 173

Sed si ita est, dicet aliquis, quod compositio Metaphysica ex genere, & differentia realis nō est, sed rationis, nec reale aliquid vel intrinsecum in naturis rerum, circa quas fit, ponere potest, sequitur planè, reperiri posse in Deo, absq; præiudicio summæ simplicitatis, & immutabilitatis, quod cum planè falsum sit, quia nullus ferme in schola reperitur, qui eam Deo attribuere audeat, falsum quoque erit, quod non sit realis, vel certè trepidantes, vbi non est timor, negant omnes in Deo, nō esse similem compositionem, & absq; vllo fundamento eam à Deo excludunt. Respondeo, quod licet verum sit compositionem tantum rationis esse, & nihil reale in naturis rerum ponere, merito eam in Deo ponere non audent, sed Deum incapacem prorsus talis compositionis, atque imperfectionis indicant, huius autem incapacitatis, duplex est ratio satis efficax (vt interim alias minoris momenti omittā) prior est, quia genus, & differentia, ex propria natura imperfectionem important, vt non solum limitatum naturæ gradum designent, sed non includentem alterum, nam vt Aristoteles, & omnes tenent, genus extra rationem differentiarum est, repugnat autē in Deo reperiri gradum naturæ, quem non solum, vt limitatum, sed vt extra rationem concipiamus aliorum, qui sunt in natura diuina, immensitate eius id nō permittente, ergo repugnabit, quód conceptum generis, ac differentiæ possimus in Deo concipere. Obiectio. 174

Ratio posterior (nisi ego fallor) efficacior est, quia conceptus genericus, duo habet sibi Vltima ratio.

intrinseca, primum, quod multis speciebus sit communis, secundum, quod eisdẽ sit vniuocus, sed non est possibile formare in Deo talẽ conceptum, ergo nec genus, & differentiam reperire, ex quibus componatur, probatur minor, conceptus de Deo formatus nequit esse communis pluribus speciebus, quæ sint Dij, cum constet euidenter plures, Deos repugnare, solum ergo poterit esse communis pluribus specie diuersis, hoc est Deo, & creaturis, sed etiam repugnat, respectu horum esse vniuocum, ergo pariter repugnabit esse genus, minorem veram esse profitentur omnes, sed probatur efficaciter. Deus ab intrinseco est ens vel substantia habẽs esse à se, creatura verò nõ à se, sed ab alio, ille habet esse per essentiam, hæc per participationem, & attributionem ad Deum, quibus proinde repugnat omnis conuenientia vniuoca, ergo, & conceptus communis, qui sit eorum genus.

Diluuntur argumenta prioris sententiæ.

Ad I prioris sententiæ 176 AD primum argumentum, ex vtroque testimonio Arist. desumpto respondeo genus, & differentiam ad similitudinẽ materiæ, & formæ distingui, non ex natura rei sed per intellectum, & rursus ad similitudinẽ earum concurrere ad compositionem speciei Metaphysicæ, ab intellectu factam: similitudo autem in eo consistit, quod sicut materia est potentia realis per formam tanquam per actum, determinata ad compositionem realem speciei Physicæ, ita genus est gradus quidam naturæ realis ab intellectu conceptus, per modum determinabilis, ac perfectibilis per gradum differentialem, quem, sicut actum determinantem concipit, vnde sicut materiam concipit genus, & differentiam sicut formam sic autem concepta, ac distincta coniungit eo modo, ac materia coniungitur formæ, per actionem naturalis agentis, & sicut ex harum coniunctione fit realis compositio Physica, pariter ex coniunctione generis, cum differentia, fit compositio Metaphysica, non tamen realis, sed rationis, probat, itaque argumentũ, ex vtroque testimonio similitudinem generis & differentiæ, cum partibus rei Physicis, similitudinem quoq; vtriusque partis Metaphysicæ ad speciem comparatæ, cum partibus Physicis comparatis ad rem Physicam, quam componunt, sed distinctionẽ realem, aut ex natura rei non probat, vnde similitudines explicatæ conueniunt generi, ac differentiæ, vt ratione solum distinctis, quare solam compositionẽ rationis efficiunt. Et dum dicitur speciẽ Metaphysicam esse naturã realẽ, distinguendum est, nã si pro fundamento accipiatur, verũ est, si autem prout ex cõpositione generis, ac differentiæ resultat, non est quid reale, sed rationis reperto fundamento in re, itaq; reales sunt cõceptus animalis, & rationalis, sed non sunt distincti, nisi per intellectum, ac propterea non componunt realiter sed secundum rationem, & ideo species Metaphysica, vt ex eorum compositione resultat, non est reale quid, sed a ratione fabricata.

Ad II. 177 Secundum argumentum procedit supposita illa sententia de pluralitate formarum in eodem composito, quam neq; admittimus, nec vllo modo probabilẽ esse, suo loco ostendem⁹, supposito autem quod vna tantum sit forma, negandum est diuersas operationes vitæ, sensus, & intellectus nõ posse ab eadẽ anima simplicissima procedere, nam licet vna sit, eminẽtem tamen virtutem habet eliciendi omnes illas operationes, medijs potentijs diuersis, non secus ac forma solis virtutem habet eminentem producendi qualitates diuersas specie, licet ipsa simplex sit & ratio vtriusque est, quia in rebus superioribus, ac perfectioribus vnitæ sunt virtutes, quæ in rebus inferioribus, atque imperfectioribus reperiuntur dispersæ, & ideò ab vna, eademq; forma prodire possunt effectus omnes, qui a diuersis inferioribus procedũt. Nec refert ex his operationibus, quasdam esse spirituales, & quasdam corporeas, quia & anima rationalis sub eminentiori gradu habet esse formaliter spiritualem, atque etiam formam corporis, quæ tribuit ei esse corporeum, cum cæteris gradibus, vsque ad atomam speciem, quos intellectus, sicut in ea, sic in composito, ab ea cõstituto ratione distinguit.

Ad III. 178 Tertium argumentum solam habet apparentiam, quia cum genus, non sit separatum à differentijs, nec distinctum, vt vniuersale à particularibus, ex natura rei, sed solum per considerationẽ intellectus, illud considerantis, non considerantis differentiis, vnde solum per intellectum censentur illi coniungi differentiæ, ac de nouo aduenire, aut ab eo separari, & non ex natura rei, idcirco talis aduentus, ac separatio non arguit distinctionem realem, aut ex natura rei, sed solius rationis, secus foret, si absque interuentu rationis, id contingeret.

Argumentis posterioris sententiæ occurritur.

Ad I. posterioris sententiæ. 179

PRimum argumentum, hac distinctione diluitur, essentia rei bifariam sumi potest aut pro entitate reali, in qua fundatur diuersa prædicata essentialia, quæ in eadem re distinguit intellectus, & in qua fundatur Metaphysica compositio generis, & differentię, quā ex eisdem conceptibus efficit: aut pro definitione, seu re composita ab intellectu ex genere, & differentia, quam vocamus speciem Metaphysicam, & sub acceptione priori realis est sub posteriori vero ab intellectu fabricata, supposito fundamento reali, quare solum probatur virtualis distinctio ex natura rei, quæ fundamentum est formalis distinctionis, & constitutionis, eiusdem essentiæ Metaphysicę quam, eodem fundamēto supposito, efficit intellectus: negandum igitur est definitionem dari ante operationem intellectus, aut essentiam Metaphysicam, ex genere, & differentia compositam, cum definitionis compositio opus sit intellectus, à quo solo partes definitionis, & speciei Metaphysicæ distinguūtur, & cùm hæc ita se habeant, dicendum est, ante opus intellectus eandem habere essentiam gen⁹, differentiam, & speciem, cùm non nisi in indiuiduis, atq; in distincta reperiantur, cùm fundamento tamen distinctionis, & ex consequēti negandum est, diuersas habere essentias ex natura rei, vt contendit argumentum, nisi forte accipiantur, in indiuiduis diuersæ speciei, in quibus, nec genus datur, nec differentia ante intellectum, sed diuersa est natura generica in eis, per differentias indiuiduales, & realiter distincta, vt iam vidimus; distinguitur que, tanquam diuersa entitas, quæ fundamentum est diuersorum prædicatorum, & differentiarum, quæ ab intellectu distingui possunt.

Ad II. 180.

Secundum argumentum contendit, genus ex natura rei perfici per differentiam, & per eandem contrahi, quia si solam per intellectum hæc contingerent, non verè contraheretur, nec perficeretur, sed totum hoc esset ens rationis. Cui respondeo, quod cum non sint ex natura rei distincta genus, & differentia, sed solum per intellectum, non determinatur, non contrahitur, non perficitur genus, per differentiam, nisi secundum rationem: neque mirum est, si concedamus hanc contractionem, & perfectionem nihil in natura ipsa intrinsecum ponere, sed solam denominationem extrinsecam: nam Metaphysica species, præter fundamentum realis entitatis, nihil aliud reale importat, sed sicut ab intellectu componitur, ita dicitur ab eo fabricata, quæ non solum absurda non sunt, sed vera, ac necessaria potius, si compositio Metaphysica intelligatur, iuxta quam concedendum est, genus, & differentiā, non solum pro secundis intentionibus, sed etiam pro realibus conceptibus, vt inter se distincta, quid rationis esse, sicut distinctio ipsa à ratione est, qua sublata, nec genus, nec differentiam reperies, sed quandam simplicem entitatem, quæ fundamentum eorum esse potest & si ab intellectu solum distinguuntur, nō nisi per intellectum dicetur, vnum esse extra rationem alterius, quia quę distincta non sunt nec se excludere, neque includere possunt, nisi prius distinguantur, & iuxta modum distinctionis iudicandum est de modo inclusionis aut exclusionis.

Extremum argumentum ex eadem doctrina soluitur, gen⁹ enim, vt animal nō est, quid tertium, respectu rationalis, & irrationalis, nisi per intellectum, hoc est, vt abstractum, & consideratum, vt præcisum ab eis, cum ex natura rei sit realiter distinctū in qualibet specie, & in diuiduo, sicut realiter est contractum, vnde non sequitur rationale, & irrationale, esse idē inter se, ex eo quod non sit quælibet distincta à genere in communi considerato, quo pacto sola ratione ab vtroque distinguitur, bene enim stat, duo aliqua realiter distingui inter se se, quæ idem sunt secundum rationem, cum tertio, solum ab eis ratione distincto, vt Petrus & Ioannes distinguūtur realiter, & tamen sūt idem cum homine in communi considerato, quia non est quid tertium reale, sed solum secundum rationem.

QVAESTIO SEPTIMA.

Vtrùm superior differentia in inferiori claudatur, ac de illa enuncietur?

Differentiæ acceptiones traduntur.

QVAESTIONIS titulus cogit, diuersas differentię acceptiones prius explicare, quam

quam ad controuersiam deueniamus, ex quarum explicatione constabit etiam, in quo tā sit ponenda. Duobus modis differentia accipitur, materiali, & formali: materialis eius consideratio est, vt non minus quam species ipsa, quam constituit, importet, hoc est genericum, & differentialem gradum, vt rationale, prout eo intractam à se animalis naturam, & ratiocinandi principium, & iuxta hanc acceptionem citra controuersiam esse apud Aristotel. Diu. Thomam, & omnes, constitutum relinquimus, non secus differentiam genus actu claudere, ac genus ipsum sua potestate differentias omnes, & cum generica natura gradus omnes superiores complectatur, vt animal sentiendi, viuendi, corporeitatisque gradus, planè colligitur, inferiorem differentiam cunctas superiores includere, materialis tamen inclusio hæc est, cum sit ratione materialis significati. Formalis acceptio differentiæ est, pro eo dumtaxat gradu, cuius ratione genus cōtrahit, & vna cum illo speciem constituit, vt si rationale pro solo ratiocinandi principio accipiamus, quod formale eius significatum est, cuius virtute genus determinat, eique, tanquā formalis speciei pars copulatum, eam componit, non secus, ac distinguimus album, dicentes, corpus quidem, & albedinem importare, tanquam substratum, & connotatum illud, hanc verò tāquàm formam, cæterum si formaliter accipiatur, solam albedinem, in quo sensu Arist. cap. de substantia propositionem illā satis notam protulit, album solam qualitatem significat, cæterum quamuis ita explicanda sit formalis acceptio differentiæ, non est idem, vt plerique Dialecticorum putant, differentiā formaliter accipere, & in abstracto eam significare, ita vt materialiter accipiatur semper in cōcreto significata, dùm rationale dicimus esse hominis differētiam, formaliter verò sub nomine abstracto rationalitatis, vnde quæstionem eo esse referendā arbitrantur: vtrùm differentia inferior in abstracto significata claudat abstractas, etiam superiores, de illaque enūcientur verè, dum dicimus rationalitas est sensibilitas: plura enim concreto formaliter sumpto, absq; dubio conueniunt, quæ repugnant formæ illius in abstracto significatæ: album enim formaliter sumptum imprimit speciem sui in oculo, non albedo, calidum formaliter calefacit, non calor, itaque album solam albedinem de formali significat, sed in concreto, aut per modum inhærentis: rationale formali modo sumptum officium differentiæ exercere valet, genus diuidere, speciemque constituere, differre facere, illudque esse, quo species genus excedit, quæ ei repugnant in abstracto significatæ, in concreto igitur accipienda est, nā de abstractis minor longè difficultas foret, sed præcisè, vt principium dumtaxat ratiocinandi importat, atque ita se habet, ac si nihil aliud clauderet, & eo modo eam accipit titulus quæstionis, in eoque controuersiam sitam esse ostēdit, an superiores sub eiusmodi formali præcisione claudere in suo conceptu valeat, ita vt de illa enuncientur: dum exempli gratia, sic loquimur, rationale formaliter est sensibile, sensibile est corporeum, &c.

Dupliciter vsurpatur differētia.

2.

3.

Quæ dubiam quæstionem faciunt, & prima sententia constituitur.

VTramque controuersiæ partem dubiam satis reddit Aristoteles, diuersis suæ doctrinæ locis, quibus modo vni, modo alteri fauere videtur, affirmatiuæ quidē 7 Met. text. 43 vbi docēs, modum inueniendi propriam cuiusque rei definitionem, tria asserit Primum atomam differentiam superiores claudere, atque ideirco nihil referre, siue ponātur omnes in definitione, vel ipsa sola. Secundū eā esse totam rei substantiā, qua propter posita in definitione, non licere superiorum aliquā adiungere absq; nugatione, qualis procul dubio cōmitteretur, si sic hominē definiamus, homo est animal rationale sēsibile. Postremū, ad inueniendā propriam, vltimamq; differentiam, diuidendā esse superiorem per duas oppositas & per se differētias inferiores, vt bipedem per fissos, & non fissos pedes habentem, nam fissos habere pedes, ait, Aristoteles, bipedis per se differentia est inferior, cum fissio pedis, sit quædam pedalitas. Ex quocūque horum trium efficaciter sequitur, differentiam inferiorē sumptam formaliter superiores claudere, ex primo quidē, quia dum differētia in definitione collocatur, formaliter accipitur, sic autem collocata superiorum vices gerit, pro eis definitionem simul cum genere complēs, ergo formaliter eas importat. Ex secundo etiam idem infertur, nam si superiores non clauderet, quo nam modo tota rei substātia esse posset. Sed ex postremo efficacius: nam si superior differentia in duas oppositas diuiditur inferiores per se, sequitur euidenter de vtraque formaliter prędicari, nam in diuisione formali superioris in inferiora, diuisum formaliter continetur, in

Ratio dubitandi ex Arist.

4

quolibet membro diuidenti, ac de illo prædicatur, vt si substantiam diuidas in corpus, & spiritum, verum est, corpus formaliter esse substantiam, atq; etiam spiritum, ita igitur fatendum erit sensibile diuiso in rationale, & irrationale, rationale formaliter esse sensibile, atque etiam irrationale: quod vsque adeò verū est, vt in abstracto affirmet Aristoteles, superiorem de inferiori enunciari differentiā, in ea propositione, fissio pedis est pedalitas, fissio
6. enim pedis inferior differentia est, pedalitas, vel peditas, quæ abstracta sunt bipedis, differentia superior, tantundē igitur censendū erit de hac propositione, rationalitas est sensibilitas & similibus, neq; aliter nugatio cōmitteretur in definitione, addita superiori differentia post inferiorem, vt contendit Aristoteles, nisi quia in inferiori formaliter includitur.

I. Probat. Sed efficax ratio, eādem partem corroborat, nam rationale formaliter sumptum est substātia, erit igitur corporea, cum nō sit spiritualis, viuens etiam ac sensitiua, quapropter claudet eiusmodi omnes quæ sunt superiores eius differentiæ, idque euidenti hoc syllogismo infertur, omnis homo formaliter, & per se est sensibilis, & omnis homo per se, & formaliter est, rationalis, ergo per se, & formaliter rationale est sensibile, vtraque pars antecedentis vera est verum igitur erit consequens quod differentiā
7 superiorem de inferiori per se, & formaliter enunciat.

II. Probat. Secundo, differentia non est conceptus simplicior genere supremo, quod ex alijs non est compositum, sed simplex cum sit, diuiditur in differentias, atq; in conceptus earum resoluitur, ergo non repugnat simplicitati differentiæ inferioris, vt in conceptum superiorum, ac proprium resoluatur, quod est, eas claudere formaliter. Et certè si id verum non esset, fieret, differentiam esse conceptum simpliciter simplicem, atque in plures conceptus irresolubilem; quod est esse actum purum, non admixtum potentiæ, soli naturę diuinę conueniens; infertur item esse vnum de primis, vt aiunt, prædicatis, quæ nullū se superius habent vniuocum, qualia sunt decem suprema genera, nam si superiorem differentiam non claudit, haud dubium, quin nec superiora genera, quapropter nullū de ea superius prædicatū enunciabitur.

8. Pro hac sententia referuntur in primis, ex antiquioribus, Albertus, & Boetius, atq; etiam Themistius. 1. post. cap. 12. refertur etiam nominalium turba, qui non minus constituunt rectam lineam differentiarum, quā generum & specierum, nec minus formalem prædicationem superiorum differentiarum, de inferioribus, quam generū de speciebus. Soncin. 7 Metaphysic. quæst. 37. eam, ait, se exercitij gratia defendere, quanquam opposita ei magis placeat. Doctor Canterus, in expositione huius capitis tanquam antiquorum communem ex professo tuetur, Magister Soto, nō longè est ab hac sententia, cap. de genere, quæstione vnica ad 3. vbi superiores differentias de inferioribus, prædicati, ait, essentialiter mediate, hoc est sensibile, de rationali mediante homine.

Pars negatiua præfertur.

VT autem intelligamus, quantum Arist. 9.
faueat negatiuæ sententiæ, quæ tenet inferiorem differentiam non claudere formaliter superiores, illud tanquam certum fundamentum, cui innititur statuere oportet, eandem esse controuersiæ rationem de genere, ac superiori differentia, an in inferiori includatur, vel non, nam differentia superior, ad essentiam generis pertinet, cum genera intermedia species sint subalternæ, ijs differentijs constitutæ, gratia exempli: corporeum formaliter pertinet ad essentiam illius speciei subalternæ, quam post generalissimum substantiæ corpus appellamus, item differentia viuentis formalis ratio constitutiua est secundæ speciei subalternæ, quæ viuens appellatur, simul autem, cum viuenti speciem subalternā animalis differentia sensibilis constituit, cum ergo species istæ subalternæ, genera sint ad inferiora comparatæ, sequitur, superiores differentias, ad vltimam essentiam eorum spectare, vnde sequitur euidenter, in quocunq; corporeum clauditur, formaliter corpus ipsum (quod genus est) claudi, in quocunque sensibile, etiam animal; quemadmodū citra dubium est, de quocunque prædicatur formaliter rationale, prędicari etiam formaliter hominem, cuius differentia cōstitutiua est. Ex quibus planè colligitur, si verum est, superiorem differentiam, de inferiori formali prædicatione enunciari, verum esse per euidentem consequentiam, genus ipsum eodem pacto se habere, quapropter si verum est, rationale formaliter esse sensibile, verissimum est, esse formaliter animal.

Quibus sic statutis expressè docet Arist. ge-

nus neque in conceptu differentiarum inferiorum, per quas diuiditur, atque ad constitutionem speciei trahitur, claudi, neque de illis per se, & formaliter prædicari, sed extra earum rationem esse; ac vice versa differentias ipsas, extra rationem generis, ergo à fortiori intelligendum est, idem de superioribus differentijs sentire, cum inferioribus comparatis, vtrumq; ostendunt verba illa. 4. topicorum. cap. 2. loco 18. scripta, quæ sic habent: *Omne, quod participat genus, vel species, vel indiuiduum est, differentia autem, neque indiuiduum, neq; species, manifestum igitur, quoniam non participat genus differentia, quare neq; impar species erit, sed differentia, quoniam non participat genus.* Et loco. 22. nō longè à fine eiusdem capitis, his verbis docet secundum: *de pluribus enim genus quam differentiam opportet dici, & non participare differentiam.* Tertio etiam Metaphysic. text. 10. hæc habentur non minus expressa verba: *Non est autem possibile, neque ipsum vnum, entium esse genus, neq; ipsum ens, necesse etenim est, vniuscuiusq; generis differentias; & esse, & vnam quamque vnam esse, impossibile vero est, aut species generis de proprijs differentijs prædicari, aut genus absque suis speciebus, quare si vnum, vel ens genus est, nulla differentia, neque vnum, neque ens erit.* Hæc Arist. in quorū expositione egregie, D. Thom. idem fundamentum confirmat lectione. 8. eiusdem libri hisce verbis: *Genus per se sumptum non potest prædicari de differentia, prædicatione per se, quia differentia non participat genus, vt dicitur in 4. topicorum, neque etiam differentia pertinet ad rationem generis, ergo nullo modo per se genus prædicatur de differentia.* Eandem mentem Aristotelis explicans D. Thomas, opusculo. 42. capit. 1. eadem fere verba repetit: *Differentia non participat genus, quia, cum dico rationale, significo aliquid, quod habet rationem, neque est de intellectu rationalis, quod sit animal, &c.*

11. Conuincit eandem veritatem, euidens ratio, quia genus, & differentia secundum formalem rationem accepta, se habent tanquam contrahens, & contrahibile, tanquam actus, & potentia in ordine Metaphysico, sed extra rationem actus, vt sic est potentia, atque vice versa extra rationem formalem contrahentis est contrahibile, igitur non se includunt: nam si in ratione illius formali esset, contractum per ipsum, & nō contrahibile diceretur, & bis poneretur genus in definitione speciei, per se quidem semel, iterumque in conceptu differentiæ clausum, quod absque nugationis vitio non esset. Ex hoc ergo fundamento, planè elicitur, inferiorem differentiam acceptam formaliter non claudere superiorem, vt ratiocinatio eiusmodi conuincit: illud, quod non est formaliter homo, non est formaliter rationale, ergo id quod non est formaliter animal, non est formaliter sensibile, sed rationale non est formaliter animal, ergo neque formaliter sensibile, vel sensitiuum, & sic de cæteris superioribus differentijs. Fundamentum hoc attingunt explicant & confirmant Auicen. 5. Metaph. cap. 5. circa medium, Ferrar. 1. contra gent. cap. 17. §. considerandum, Iauellus. 3. Metaphysic. quæst. 2. Niphus lib. eodem disputat. 2. Scot. 1 post. quæst 23. Sonc. 4 Metaphysic. quæst. 20. & est communi consensu scholæ receptum, nec solum eo, licet validissimo negatiua corroboratur pars, sed pluribus alijs, ex quibus duo sunt præcipua: primum

12. differentiæ sunt primo diuersæ, non secus ac suprema genera, hoc est se ipsis, & non per alias differentias, nisi quis vellet, in processum infinitum incurrere, oppositum autem sequitur, si inferior differentia clauderet formaliter superiorem, ergo falsum id reputandum est. Etenim si superiores differentiæ, in inferioribus essent formaliter inclusæ, conuenirent rationale, & irrationale sub conceptu superiori, quidditatiuo sensibilis, alijs igitur oporteret differentijs ab ea cōuenientia essentiali separari, & non se ipsis, cum repugnet ratione eiusdem conuenire vnmoce, ac differre: formali item ratione composita esset, quælibet vltima differentia, ex conceptu superiori, & proprio. Ad extremum differentia inferior, & superior sunt conceptus diuersi, ex diuersis perfectionis gradibus eiusdem formæ desumpti, vt rationale, & sensitiuum ab eadem anima, vt sensitiua est, & vt rationalis accipiuntur: sed anima in quantum rationalis non est sensitiua, licet re ipsa vtrumque gradum importet, ergo, & si re ipsa rationale sit sensitiuum, nequaquam tamen secundū conceptum rationalis præcisum. Pro hac sententia stare, in primis videntur vniuersi auctores nuper relati, tenentes differentiam non claudere formaliter genus cum Arist. & D. Thom. sed eam expressè profitentur Scotus, in 4. distinction. 11. quæst. 3. §. ad rationes. Capreolus in 1. distinctione. 8. quæst. 2. in solutione tertiæ probationis. 5. argumenti Scoti, Cardinalis Tolet. cap. de substantia, quæst 1. dub. 2. Mercatus 1. post. capit. 4. quæst. 2. in solutione ad 3.

Doctor

Doctor Fonesca. 5 Metaph. cap. 28. quæst. 18. sect. 1 quam ego non solum, vt altera probabiliorem, sed vt veram amplector, eamque efficaciter satis corroboratã censeo. Quapropter ad soluenda argumenta opposita procedendum erit.

Ad testimonium Aristot. Testimonium in primis Aristot. egregiè exponunt D. Thomas, in commentarijs illius, & Scotus, loco nuper indicato, vbi illud etiam à se fuisse expositum testatur in commentarijs Metaphysicæ, (quæ idcirco dubium esse non potest edita ab eo fuisse) mentem igitur Arist. sic exponunt, quasi ex composito grauissimi Doctores, vt duobus modis rem quampiam definire docuerit, vel supremo genere cunctisque, vsque ad vltimam differentiam in definitione positis, vel solo genere proximo, cum atoma differentia, cuius ea fuit fundamentalis ratio, quia cum differentiæ sint vltimi gradus, subalternas species (quæ genera sunt intermedia) complentes, simul cum supremo genere sufficienter exprimunt profecto intermediorum rationem, atque adeò completam definiti, & cum in proximo genere intermedia, cum suis differentijs claudantur, tantundem efficit, cum sola vltima differentia, ac si designarentur omnes; & hæc est causa, ob quam, si post vltimam differentiam, aliqua ex intermedijs designetur, inutilis sit repetitio, vt si dicas hominē esse animal, rationale, sensitiuum, sufficienter enim clauduntur superiora genera, atq; intermediæ differentiæ in proximo genere, atq; ea propter, absque nugationis vitio nō repetuntur, & hoc est ait, Scotus, quod Arist. innuere voluit, dum protulit vltimam differentiam esse rei substantiam, vel definitionem, non quod ipsa, sine genere definiti essentiam explicare valeat, nam si ita esset redundaret genus, & rursus, absq; nugationis vitio in definitione, nō liceret illud apponere, etenim si sola differentia atoma speciei essentiam explicaret sufficienter, gradū generis simul, cum proprio exprimens, vtrumque illarum euidenter esset admittendum, quod cum perspicue satis constet esse falsum: liquet eum nō esse sensum Arist. Præterquam, quòd sibi planè contrarius foret, cum in eodem capitis contextu doceat, apprimè necessarium esse genus in definitione collocari, vel supremum, cum differentijs vniuersis, vel cum sola atoma proximum. Germanus igitur sensus illius est differentiā esse substantiam rei, vel essentiam complectiue, hoc est, genere præsupposito, quod contrahit ipsa, completã definitionem claudere. Et iuxta hunc sensum facile intelligitur, quid sibi voluerit Arist. dum rursus asseruit definitionē esse ex differentijs rationem, hoc est formale complementū ei esse à differentijs collatū, vna quidem, vel pluribus, nihil enim refert plures, vel vltimã solam designare, dūmodo simul cum primo, vel proximo designētur genere: & cū à formali, ac præcipuo denominatio sit accipienda, iure optimo appellatur definitio ex differentijs ratio.

Vt autem plenius capiantur hæc, obseruare iterum oportebit, genus, & differentiam, vt superius attingimus, partem dumtaxat speciei de formali importare, vt gradum naturæ sensitiuę genus animalis, gradum vero naturæ rationalis differentiam hominis; cæterum quia à tota rei substantia accipiuntur, inconcreto, ac per modū habentis significantur, vt etiam de specie enunciari valeant; itaque vtramque speciei partem, vtrumque continet, diuersa tamen ratione, genus quidem tanquam totum potentiale, ac secundum modum subsistentis, vt substantiua illius prædicatio indicat, differentia vero per modum, veluti alteri adiacentis, cum adiectiuo significetur nomine. Ex quibus primo intelligitur, nec genus per se, sed neque differentiam, vtramque speciei partem sufficienter claudere, vt oportet ad definitionem constituendam, & idcirco neutrum sine alio definire speciem posse, sed necessarium esse, vtrumque simul designare. Secundo intelligitur vltimam differentiam non esse totã rei substantiam, vel definitionem, nisi completiuè, hoc est, genere supposito, definitionem, & substantiam complentem, vt bene Scotus explicauit. Tertio intelligitur absque nugationis, vel inutilis repetitionis vitio, vtrumque simul in definitione collocari, quia absque dubio gradum alterius neutrum continet distinctè, & formaliter, vti necessarium existimatur ad complementum definitionis. Infertur quarto, quamlibet aliam differentiam intermediam, post atomã adhibitam, vitiosam, & nugatoriam definitionem reddere, vt bene adnotauit Aristot. in eadem hominis definitione proferens exemplum, in qua simile committeret vitium: qui post quam asseruit, esse animal fissos habens pedes, bipedem superadderet, quæ intermediæ differentiæ locum habet, cum fissos pedes habere, satis exprimat, eum esse bipedem.

Notab. I. 14. 15. 16.

Postremò obseruare oportet; duplex esse Notab. II.

esse discrimen nō paruum, inter differentiam, concreto, vel abstracto nomine significatam, vt nomine rationalis, vel rationalitatis (exempli gratia) primo quidem, nam in concreto vera differentia est, quæ licet partem dumtaxat importet, ex modo tamen significandi, quandam habet rationem totius, quodadeò necessarium est, vt nec definire speciem, nec de ea enunciari posset, nisi eo modo significata: quapropter dum abstracto significatur nomine, nō est differentia, sed differentiæ principium, speciem non definit, nec de ea verè enunciatur, nec enim verè diceretur, hominē esse rationalitatem, vel animalitatem, nec verum est, sic de homine enunciare, homo est
17. rationalitas: quidquid enim modum habet partis, vel principij, nunquam de re integra, atque completa, enunciatur.

Discrimen secundum ex primo oritur, differentiam propter modum significandi concretum, vtramque speciei partem suo modo significare, si vero abstractū habeat modum, præcisum gradum vltimum, & eum quidem nō tanquam differentialem, sed tanquam differentiæ principium; eiusmodi autē satis perspicue in primis indicant, differentiam inferiorem in abstracto significatam superiorem nō claudere, nec veras esse similes enunciationes, rationalitas est sensibilitas, est corporeitas: nam principium differentiæ formaliter distinctum est à principio generis, ergo illud non claudit formaliter, sed vbi principium generis non continetur, repugnat principium
18. intermediæ differentiæ contineri, à qua constituitur: nam vbi principium sentiendi non est, nec sensibilitas esse potest. Nomine igitur abstracto significatis differentijs, cùm ratione ipsa significandi pugnat, vt superior in inferiori claudatur, vel de ea enuncietur, atque ex his etiam elicitur germanus sensus illius Aristotelicæ propositionis, fissio pedis est quędam pedalitas, in qua videtur abstractam differentiam superiorem, de inferiori enunciasse, si nuda verba inspiciamus, cùm longè diuersa sit illius mens, vt bene D. Thomas, & Scotus, vbi supra, qui vnanimi consensu docent, non efficere formalis prædicationis sensum, sed eo verbo voluisse Aristotelem ostendere, fissos habere pedes esse differentiam inferiorem per se diuisiuam pedalitatis, & non per accidens, quemadmodum implume, vel alatum, vt abstracta nomina ostendunt, atque idcirco iuxta hunc modum diuidendi differentiam superiorem in oppositas, & per se inferiores, procedendum esse, in inuestigando, & inueniendá quidditatiua cuiusque rei definitione. Nec tamen differentiæ superiores, ratione sui in inferiores diuiduntur, sed virtute generis, quod tanquam speciem subalternam constituunt, sed neq; adhuc genus, si propriè loquendū est, in differentias diuiditur, sed per differentias in species, vnde non sequitur de differentijs, tanquam de membris diuidentibus enunciari, sed de solis speciebus, ergo ex vi huius diuisionis, non est necessarium, superiores differentias, vel genera de differentijs inferioribus enunciari.

Ad extremum, adnotata omnia planè insinuant, verissimam esse nostram sententiam, nempè inferiorem differentiam formaliter consideratam, non claudere in suo præciso conceptu superiorem: nam etiamsi in concreto significetur, præcisum gradum, speciem simul cum generico componentem, ac definientem, de formali importat, qui cum sit ab eodem generico distinctus, eum non claudit, atque adeò, neque superiorem differentiam, quæ ad formalem constitutionem illius spectat; & vt rem, hoc verbo complectamur, præter argumenta in confirmationem illius producta, hoc est, efficacissimum ducens euidenter ad impossibile. Superiores differentiæ importantur formaliter in proximo genere, cùm animal sit formaliter sensitiuū, & corporeum, si igitur continentur formaliter in differentia inferiori, sequitur nugatoriam esse definitionem, ex proximo genere, & vltima differentia constructam, cùm bis repetantur, videlicet in genere ipso, ac differentia inferiori; propter ea opposita sententia, & à doctrina Arist. bene intellecta & à veritate aliena est. Efficaci argumento probatur. 19.

Opposita argumenta sic erunt soluenda.

PRimum argumentum facilem habet solutionem, si intelligamus, substantiam geminam acceptionem habere; nam vel accipitur secundùm totum ambitum, vt ab accidēti condistinguitur, in qua acceptione partes, & quamlibet incompletam substantiam comprehēdit, vel strictius pro completa dumtaxat; tunc igitur rationale, & quælibet alia differentia substantialis, verè est substantia, sub latiori illa significatione desumpta, nō tamen prædicamentalis, quæ genus est supremū eius prædicamenti, vnde cum hæc sit, quæ per Solutio primi argumenti.

opposi-

oppositas differentias corpoream, & incorpoream diuiditur, non colligitur, claudi eas in conceptu inferioris differentiæ.

Syllogismus autem constitutus, formam quidem, & figuram habet, & euidenter infert
20. conclusionem in veritate stare, cùm præmissis, non tamen in modo per se, cuius ea est ratio, quia ex virtute formæ syllogisticæ, solùm habetur extremitates vicissim de se prædicari, si prædicantur de medio, propter euidens illud principium, quæcunque sunt eadem vni tertio, sunt idem inter sese: cæterùm eundem continere prædicationis modum conclusionem, cum præmissis, non est necessarium, in secunda præsertim figura, ad quam prædictus spectat syllogismus, vt hoc exemplo ostenditur, omne animal rationale est substantia, omne animal rationale est risibile: ergo risibile est substantia. Ecce vbi præmissæ sunt propositiones per se in primo modo, conclusio verò, nec formalis est, nec per se, sed materialis est, & quasi per accidens: nam risibile nisi pro substrato accipiatur, non est substantia, sed sub naturali potentia, in secunda specie qualitatis: vnde sequitur, in prædicto syllogismo non esse addendam particulam per se, alioquin continget, antecedens esse verùm pro vtraq; parte, consequens verò planè falsum, aduersus bonæ argumentationis leges. Ad formam igitur argumenti dicimus, ex vi illius syllogismi colligi prædicationem superioris differentiæ de inferiori, non esse formalem, & per se, sed quasi materialem, & per accidens, qualis est ea, in qua de eadem differentia enunciatur genus: accidentalis namque prædicatio, vt superius attigimus, duplex est, vna, in qua prædicatum accidens est, subiecto inhærens, vt si dicas hominem esse album, altera, in qua licet substantia sit, nō minus, quàm subiectum, extra essentiam tamen, vel conceptum illius, quapropter in modo se habēdi comparatione illius, accidenti valde simile est: prędicatio igitur generis de differētia inferiori, vel differentiæ superioris de eadem, si formaliter accipiatur falsa est, ac disparata, si materialiter vera quidem, modum tamen accidentalem sortitur, & ad prædicabile quintum refertur, vtriusque exemplum habes, in ijs enunciationibus, rationale est animal, rationale est sensibile.

21. Ad postremum. Postremum argumentum conuincit, differentiam formaliter consideratam esse conceptum simplicem, eo modo, quo in creaturis simplex inueniri potest, carentem videlicet, compositione simili, multū tamen potentiæ, & imperfectionis habentem ex conditione intima creaturæ, ex ratione item partis componentis, atq; ex comparatione etiam, ad actum existentiæ, qui cum extra essentiam creatam sit, intrinsecam potentiam sibi correspondentem in eadem essentia postulat, his igitur de causis differentialis conceptus, ab actu puro longissimè distat. Confirmatio deniq; sic soluitur. Esse primum prædicatum, duo importare, positiuum vnum, nempè supremum esse, scilicet de vniuersis prædicamenti sui in recta linea prædicamentali positis enunciabile, negatiuum alterum hoc est, non habere superius se prędicatum vniuocum, conceptus igitur inferioris differentiæ præcisus, licet nullum superius prædicatum habeat, caret conditione positiua, cùm non sit superior vniuersis alijs prædicatis, eo autem deficiente, repugnat esse vnum de primis prædicatis. 21.

QVAESTIO OCTAVA.

Sit ne in vniuersum perfectior differentia genere, quod determinat.

GEnus prędicamentale per oppositas differentias diuisum, ad species constituendas diuersę perfectionis descendit, cùm inæqualis sint nobilitatis differentiæ ipsæ constituentes, ex generibus autem intermedijs, quæ species subalternæ vocantur, per differentias oppositas constitutæ, notum est vnam esse altera nobiliorem, vt species viuentis, non viuente, ac viuentis sensibilis plantis nobilior est, vndè si differentiæ nobilioris generis, cùm minus nobili genere conferantur, citra dubium est nobiliores esse, eiusmodi sunt differentiæ viuentis, ad genus non viuentium comparatæ, sensibilis item, ad genus insensibilium, atq; idcirco id in controuersiam non vocamus, sed titulus quæstionis, differentias vnum, atque idem genus diuidentes, cum eodem genere conferens sciscitatur, an necessarium sit illud perfectione superare, vel contingere possit, quasdam adeò esse imperfectas, vt perfectionem proprij generis non pertingant. Tituli explicans.

Opinio negans quamcunq; differentiam eleuare genus.

Sententia Osæ. Moderni quidam, de quorum numero est Magister Osa, cap. præsenti, quæst. 1. art. 5 cùm alijs, qui eum sequuntur, quadã distinctione præmissa respondent, inter differentias eiusdem generis, aliæ sunt, illud ad altiorem gradum naturę eleuantes, vt differentia rationalis, genus animalis eleuans ad gradũ naturæ rationalis, quæ longè superat sensibilem, cætera alia, sic genus determinant, vt non ad altiorem gradum eleuent, sed intra eundem, species sub eo constituant, huius conditionis sunt differentiæ omnes sensibiles sub genere animalis, atque etiam differentiæ angelorum, in quibus non est vlla differentia, gradum spiritualis, aut intellectualis naturæ eleuans ad altiorem alium, sed perfectissimus, cum sit in tali ordine per differentias minoris perfectionis determinatur ad constitutionem specierum.

Fulcitur autem hæc sententia duplici argumento 1. quidem: nam perfectior gradus naturæ, radix est perfectioris operationis; ergo differentia illa, quæ ad perfectiorem operationem, vel modum saltem operandi, genus non eleuat, illud ad perfectius esse non eleuare certissimum est, sed multæ sunt differentiæ, huius conditionis, vt sensibiles omnes, atque angelicæ: ergo eiusmodi non sunt genere ipso nobiliores, nec enim aliam operationem sensitiua nobiliorem habent irrationalia, neque angeli ab ea, quæ est fine discursu intelligere in genere ipso importata; ergo differentiæ istæ, minus nobiles sunt.

Secundo, experientia teste didicimus, quædam esse animalia, & non pauca, adeò imperfecta, vt pluribus sensibus sint ab ipsa natura destituta, vt de talpis, ostreis, ac sanguisugis constat, quæ vix vno, aut altero sensu vtuntur, in quibus minus perfectum reperiri gradum sentiendi genericum, nemini potest esse dubium; ergo nec dubitare licet plures esse differentias, sicut in genere animalis, ita in cæteris, genere ipso ignobiliores.

Postremo confirmari potest eadem sententia, quia nobilior est modus prædicandi naturæ genericæ, quam differentialis, ergo nobilior est etiam modus essendi, quem prædicatio sequitur, in quid enim enũciatur genus, in quale differentia, & modus ille substantialis est, hic verò accidentibus valde similis, natura ergo generica, quæ fundamentum est nobilioris prædicationis, nobilior erit per se loquendo differentiali, quasi per accidens: ut... continget oppositum, in differentijs genus ad nouum aliquem, atque altiore... gradum eleuantibus, qualis sola videtur esse differentia rationalis; nam huius generis reliquæ, & aliorum omnes intra eundem naturæ gradum genus contrahunt.

Improbatur præcedens sententia, & opposita, vt Aristotelis, & D. Thom. probatur.

Reijcitur prædicta sententia. Haec tamen positio noua est, & singularis, nunquam in scholis audita, principijs Aristotelis, doctrinæ D. Thomæ, & veritati planè aduersa: principium est enim apud Arist. per se notum. 8. Metaph. c. 5. textu 10. species rerum esse sicut numeros, qui per additionem vnitatis supra rationẽ genericam constituuntur. Verba Arist. sunt: *Nam, & definitio numerus quidam est diuisibilis, & quemadmodũ de numero ablato, aut addito aliquo, ex quibus numerus est, non est amplius idem numerus, sed diuersus, etiam si minimum auferatur, aut addatur, ita nec definitio erit amplius, ablato aliquo aut addito, &c.* In numeris autem iuxta hanc similitudinem id reperimus, quod à nemine negatur, nempè vltimam vnitatem numerum perficere, quanquàm in opinione adhuc sit positum, accipiatur nè ab ea sola species, vel forma numeri, vel ab vniuersis, etenim secunda primæ addita binarium efficit, tertiã si addideris, ternarium cõstitues, & sic de reliquis: sed differentia quælibet addita generi similitudinem habet, cùm vltima vnitate in omnibus, hæc est enim, quę speciem primo perficit, hæc etiam, quæ speciem soluit si varietur, hæc demum, quæ genus ipsum determinat, quemadmodum vltima vnitas determinat præcedentes, ergo ex propria conditione perfectior est gradus generis, secundum mentem Arist. & certè si perfectissimum, quòd est in speciebus, gradus esset genericus, nõ erit vna species eiusdem generis nobilior altera, cum verum sit, quòd absolutissimum est, cunctis esse commune, & in minus perfecto distinguantur, quemadmodum in aperto est, vnum hominem non esse in essentialibus cæteris nobiliorem, licet ex parte corporis maiorem habeat nobilitatem, quia anima corpore perfectior, cunctis est secundum speciem communis, cessat igitur numerorum similitudo ab Arist. inducta, si quidem

a. (left margin, beside line "sunt, illud ad altiorem gradum")

6. Aristot. (right margin)

7. (right margin)

si quidem species numeri vna, propter additionem vnitatis, alia est nobilior.

Quòd planè D. Thom. docet in 2. distinctione. 13. quæst. 1. art. 6. ad 1. quæst. vnica de spiritualibus creaturis, articul. 8. ad 9. 1. part. quæst 50 art. 4. ad 1. & quæstion. 75. art. 7. ad 2. quibus locis constanter affirmat differentiam ex se, genere esse nobiliorem, quòd satis esset, vt in cunctis generibus intelligeretur, id esse verum de mēte illius, cùm id, quod per se conuenit, in cunctis reperiatur, sed in primo, ac vltimo loco expressit maiorē hanc nobilitatem etiam retinere, in illis adhuc, quæ ad altiorem naturæ gradum genus non eleuant, sed intra eundem determinant, ad constitutionem specierum. Vt constet falsitas præfatæ positionis, verba primi loci eiusmodi sunt: *Differentia non est nobilior genere, sicut natura vna est nobilior altera; vel sicut forma vna nobilior est alia, quia differentia nullam formam dicit, quæ implicite in natura generis nō contineatur, sed dicitur genere nobilior, sicut determinatum in determinato, & per hunc modū habere intellectū sic, est nobilius, quàm habere intellectū simpliciter, & habere sensum sic, quam habere sensum simpliciter, &c.* Locus autē postremus de angelis loquens, hæc verba continet. *Differentia specifica vltima est nobilissima, in quantum est maximè determinata, per modum, quo actus est nobilior potentia, sic autē intellectuale non est nobilissimū, quia est indeterminatū & commune ad multos intellectualitatis gradus, sicut sensibile ad multos gradus in esse sensibili, &c.*

I. Ratio. 11. Triplicem rationem ex verbis D. Thomæ, colligo, quæ prædictam positionem falsitatis conuincunt, prima est, differentia, vel ad perfectiorem gradum naturæ genus eleuat, vel intra eundem contrahit, prioris exemplum continet rationale, genus animalis ad superiorem gradum eleuans, & de ijs differentijs apertum est (ipsis adhuc aduersarijs concedentibus) gradu sui generis esse nobiliores, quia altiorem naturæ gradum continent; sed idem censendum esse de posterioribus sic ostendo: quia determinatum perfectionis gradum, intra eiusdem naturæ genericæ ambitum important, vt differentiæ equi, leonis, atq; elephantis, idcirco diuersæ sunt intra ambitum naturæ sensitiuæ, quia quælibet importat gradum sentiendi specificum, ab alijs diuersum, ratione cuius, specie inter se distinguitur natura sensitiua. Et modo persimili in angelis differentia Gibrielis, & Michaelis specialem continent gradum naturæ intellectualis, hoc est sine discursu intelligentis. Hic est enim gradus genericæ naturæ per differentias singulorum, ad diuersarum specierum constitutionem determinatus; & eiusmodi differentiales gradus, licet, intra latitudinem eiusdem genericæ naturæ contenti, perfectiores sunt gradu generis, in hoc igitur auctores sententiæ prioris deceptos inuenio, quod duos modos perfectionis, quibus differentia genus excedere potest, non separant: vnum quidem altioris naturæ gradum continentem, ad illudque genus ipsum eleuantem: alterū intra ambitum eiusdem, nobiliorem quidem, in quantū quælibet natura generica sua potestate continet plures, ac diuersos essentiales gradus, per quos ad species diuersæ perfectionis essentialis descendit, qui idcirco generico nobiliores sunt, quia speciales, determinati, & per modum actus, & formæ essentialis gradū generis determinant; 12. sed arbitrati sunt genericam naturam, nō eleuatam ad altiorem gradum, modū habere perfectissimum, id est, per differentias non perfectibilem, quo nihil magis esse potest conditioni generis oppositum. 13.

Secunda ratio, genus ex propria conditione se habet in compositione speciei, vt quid indeterminatum, atque confusum, differentia verò, gradum eiusdem naturæ continet determinatum, atq; distinctum, ex modo igitur essendi nobiliori, longè nobilior est, alioquin nō esset nobilior genere, quęcumq; species sub eo constituta, quod constat esse falsum. II. Ratio.

Ratio postrema, genus in compositione Metaphysica, simile est materiæ primæ, vnde tanquam potentia se habet, differentia assimilatur formæ, officium actus gerentis, sed nulla est forma, quę materiam non eleuat, ad perfectiorem modū essendi, tamq; simpliciter non perficiat, ergo neq; vlla erit differentia, genus non eleuans ad altiorē essendi modum, ipsumque non perficiens, nec satisfacit argumento illud, quod ab aduersarijs insinuatur, nempè accidentali quadam consideratione nobiliorem esse differentiam spectata quidem ratione actus, & formæ, at secundum substantiam, atque adeò simpliciter minus perfectam, quemadmodum albedo, & quæuis alia accidentalis forma nobilior est subiecto, in quo inhæret, propter formę, actusq; conditionem, & quidem non simpliciter, cum subiectum substantia sit, sed secundùm quid, subiecto, vt susceptiuo, & quasi in potentia considerato: hac, inquam, solutione non fit satis argumento, III. Ratio. 14.

mento, quia differentia actus substantialis est: ergo genus substantialiter perficit, non solum propter modũ actus, aut formæ, sed quia gradum essentialem generi superadditum importat, quanquam intra ambitum eiusdem natura contentum & sub generis potestate inclusum.

Fundamentis alterius sententiæ fit satis.

NEque argumenta in fauorem eiusdem sententiæ obiecta oppositum probant, nam primum tantum conuincit differentiam non semper esse nobiliorem genere, tanquam aliam naturam, vel alterius naturæ gradum, ad quem non posse eleuare genus fatemur, nisi eleuet ad operationem magis perfectam. 15. Cæterum intra ambitum eiusdem naturæ genericę continentur diuersi gradus eiusdem, per differentias importati, qui ex modo se habendi, genere sunt perfectiores: illudque si non ad altiorem operationem, ad eandem tamen perfectiori modo habendum eleuant. Genus namque animalis operationis sensitiuæ in communi, atque inconfuso radix est, quàm tamen in particulari elicit species, non virtute alterius, quam differentiæ illud determinantis, speciemque ipsam constituentis, id igitur sufficiens indicium est maioris perfectionis differentialis: quam doctrinam si speciebus angelorum accommodaueris, inuenies Michaelem, Gabrielem, cæterosque angelos singulas species constituentes, 16. & si aliam operationem non habeant, ab ea, quæ est sine discursu intelligere, eandem tamen habent determinato, ac perfectiori modo, ac per genus significatur: quod argumento est, quid aliud in singulis esse longè perfectius gradu genericæ naturæ, vt bene D. Thomas, vnde planè falsum est perfectissimum, quid esse in angelis communem rationē intelligendi sinè discursu: quemadmodum apertè falsum est perfectissimam rationem in speciebus animalis (homine excepto) esse communem sentiendi.

Ad II. Argumento secundo damus plura esse animalia, pluribus item destituta sensibus, in quibus adhuc est in aperto, perfectiorem esse differentiam gradu generico, cùm sit principium alicuius sensitiuæ operationis determinatæ, ac in sua specie perfectæ, vt visionis, aut auditionis, multo enim nobilius est, sic habere sensum, quam solum in communi, vt verbis D. Thomæ vtamur, in quo planè etiam deprehenditur falsitas oppositæ sententiæ: genus enim in communi radix est operationis sub confusa quadam, ac indeterminata consideratione, quòd infimæ conditionis est.

Postremum igitur argumentum, eiusmodi distinctione adhibita soluitur: duobus modis res aliqua accipitur. Ad III. Primo quidem, vt in se est; Secundo, vt tali modo concipitur, ac significatur, & quidem quantum ad esse, perfectior est gradus differentialis generico, vt ostendimus, 17. cum sit formalis speciei pars, materialis genus. In modo tamen concipiendi, ac significandi assimilatur accidentali formæ subiectum qualificanti, genus vero substantiæ per se subsistenti, ideò differentiæ debetur modus prædicandi minus nobilis, cuius ea est ratio, quia modum prædicandi sortiuntur gradus isti, non vt in se sunt; sed vt, tali modo significantur, ex significatione autem contrahit differentia similitudinem accidentalis formæ, cùm tamen verè sit essentialis, in constitutione speciei, & ex ratione essentialis formæ longè nobilior genere: illa ergo consideratio qualitatis ad modum concipiendi, & prædicandi solum pertinens, non tollit modum essendi nobiliorē differentiæ, quem in præsenti controuersia attendimus, vt nobiliorem semper differentialem gradum generico censeamus, per eumque eleuatum semper esse genericum, ad perfectiorem modum essendi, quem absq; dubio consequitur in specie, non nisi ratione differentiæ.

QVAESTIO NONA.

Possitne secunda definitio differentiæ atomis differentijs accommodari?

QVatuor differentia essentialis præstat, secundum considerationem Metaphysicam, siue ea officia illius, vel actus appellare velis, genus in primis diuidit, ad speciem determinatam constituendam trahit, perfectiorem longè speciem genere efficit, eamque ab alijs essentialiter distinguit, tanquam extrema eius pars, atque idcirco perfectissima. Eiusmodi autem cunctis differentijs siue illæ subalternæ sint, vel atomæ, communia esse, sub dubium cadere nō potest, neque

neque enim minus rationale diuidit genus animalis, speciē hominis constituit, distinguit à cæteris, illudque perfectione essentiali superare facit, quam sensibile, corporeum, vel quælibet alia differentia subalterna in suo ordine. Vndè cùm eiusmodi quatuor differentiæ munera, totidē sint definitionibus explicata, haud dubium quin vniuersæ definitiones, secunda excepta, vniuersis etiam differentijs accommo-
20 dari valeant. De secunda dumtaxat dubium incidere potest, per quam differentia explicatur sub conditione secundæ intentionis, vt tertium prædicabile, quā nam ratione, ab ea atomas differentias excludere voluerit Porphyrius, etenim si cùm specie à se composita reciprocatur differentia quælibet, sequitur euidenter de ea tantùm, eiusque indiuiduis enunciari atque adeò, si atoma fuerit, nō de pluribus differentibus, specie in quale quid, vt exprimit definitio, quæ à vitio nequaquàm excusabitur, postquam pluribus non conueniat, quæ sub definito comprehenduntur.

Proponitur communis sententia, & varij modi, eam defendendi excluduntur.

Communis est omnium ferè interpretū consensus, præsenti definitione subalternas dumtaxat differentias explicasse Porphyrium. Ita sentiunt ex antiquioribus cōmentator Auicena, & Alfarabius, quos refert, & sequitur Albertus Magnus, tractatu 5. de differētia c. 6 ex modernis verò Iauellus, Doctores Louanienses, Magist. Soto Canterus, Mercatus, Villalpandeus, Cardinal. Toletus, Doctor Fonseca, & Mag. Oña, cap præsenti in explicatione eiusdem definitionis, & si ita se res habet, cum definito conuertetur definitio vitioque carebit.

21 Causa autem ob quam atomas differentias non explicuerit Porphyrius communem definitionem statuens, sub qua omnes comprehēderet, non eadem ab omnibus assignatur. Plures in primis refert Albertus Magnus, vbi supra, sed tres sunt, quæ alicuius momenti esse videntur.

Prima, Porphyrium eas non cognouisse, quare neque earum naturam explicare potuis-
22 se, hæc tamen insufficientiæ arguitur, quia dupliciter contingere potest eas ignorasse, vel in communi, ita vt nō agnouerit talem differentiarum conditionem, vel in particulari, ita vt eas cognoscens, nullius speciei atomæ differentiam constitutiuam exploratam habuerit, & primo modo eas non ignorasse probant expressè illius verba cap. de specie, vbi hominem speciem atomam animalis ponit, cuius atomam differentiam non solum eo capite, sed præsenti, atque vltimo rationale mortale posuit, in ordinatione item prædicamentali, quidquid proximè ante indiuidua collocatur, sic esse speciem, vt non sit genus docuit, quod non est aliud, ac esse atomam speciem, quam supremo generi opponens, eam specialissimam, atq; vltimam vocat, exploratum igitur habuit atomas esse differentias, tales species componentes, designatasq; differentias atomas posuit, hominis quidem rationale mortale, Deorum vero rationale immortale, de quibus non cōstat apud ipsum specie distinctos esse, & si quis velit eiusmodi pro veris differentijs non habuisse, adhuc conuincitur intentū,
nam si nouit, quid sit earum loco substituen- 23
dum, earum conditionem exploratam habuisse necesse est, quod abunde sufficere potuit, vt eas definire nosset. Etenim qui speciem atomā docuit de pluribus numero differentibus prædicari, eius differentiam de eisdem esse prędicabilem nouit, sicut perspectum habuit differentiam subalternam, cum specie à se composita ad conuertentiam dici, ac de eisdem prædicari, & longè minus ignorare potuit modū prædicandi ipsius atomæ differētiæ in quale quid, si quidem ex propria conditione differētiæ sic docuit, subalternam prædicari. Ex quibus euidenter infero ignorantiam non obstitisse, quo minus eam simul cum subalterna definiret. Cognouisse igitur eas censentes alij, non defi-
nisse statuerunt, quod compositas esse credide- II. Causa
rit, vt quæst 5. attigimus, ea quidem ratione, vt ex multis partibus constituatur quælibet, quarum singulæ alijs etiam speciebus sint commu-
nes, coniunctim tamen cū propria specie cō- 24
uertantur, & ita totum illud coniunctum vnius atomæ differentiæ rationem habeat. Quibus si illud cōiugamus, quod superius ex communi omnium consensu constitutum est, simplex, atque incomplexum esse oportere, quod inter vniuersalia, ac prædicabilia enumerandū est, cum id sibi velit particula vnum in definitione vniuersalis, videbimus atomam differentiam non esse inter vniuersalia, & prędicabilia referēdam, & idcirco licet alios differentiæ actus habeat, eiq; definitiones reliquæ adaptari possint, nequaquam secunda, quæ differentiā,

tanquàm vnum ex prædicabilibus explicat, iure igitur optimo in ea definitione non fuit à 25 Porphyrio comprehensa, sed solas subalternas definire potuit, quas solas simplices credidit, idque ex contextu omnium prędicabilium facile elicere possumus. Etenim capite de specie, dum prædicamentum ordinaret, ad atomas species descendens, in humanaque exemplum producens, differentiam eius compositam esse testatur, cap. etiam postremo non solum eandem, sed Deorum ex consequenti dif- 26 ferentiā compositam arbitratur, & quoties de differentia loquitur in præsenti capite candē definiens, & cum genere conferens, toties de pluribus speciebus prædicabilē ostendit: significans, eam quæ tanquàm simplex, prædicabilis dignitatē sibi vendicat subalternam esse, nō atomā Aristot. sequutus, qui omnibus suæ doctrinæ locis, quibus mentionem aliquā differentiæ fecit, pluribus testatur esse cōmunem.

Hic modus dicendi sufficienter Porphyrium excusaret, nisi ex verbis ipsius tam aperte eliceretur, aliquas etiam atomas differentias posuisse, capite enim vltimo differētiam cum specie conferens, hæc scripsit verba. *Differentia quidem in pluribus sæpe speciebus consideratur, species verò in solis ijs, quæ sub specie sunt indiuiduis est.* Quod si sæpè in pluribus speciebus non semper, aliquando ergo in vna tantum quod est esse simplicem, nam composita in diuersis speciebus secundum diuersas partes reperitur, & rursus eadem à proprio separans, tanquam prædicabile ab ea distinctum, ait. *Proprium autem differentiæ est quod hæc quidem de pluribus* 27 *speciebus dicitur sæpe, vt rationale de Deo, & homine proprium verò dicitur de vna specie sola cuius est proprium.* Si ergo sæpè, non semper, ergo nec semper censuit esse compositam. Sed esto vniuersas compositas esse crederet, non esset sufficiens ratio omittendi definitionem earū, vel excludēdi eas, à communi definitione huius prædicabilis, quam absque dubio participarent, forent namq; prædicabiles de multis in quale quid.

Arist. autem differentias etiam atomas posuisse simplices, quæstione secunda meridiana luce clarius esse conspeximus, pluribus autem vtendū esse, quæ coniunctim cū specie cōuertantur in definitionibus designādis, cēsuit, vbi propriæ differētiæ ignorantur, nec simplex aliqua proprietas agnoscitur, quę earum vice in definitionibus fungatur, qua autem ratione ductus Philosophus vterq;. fere semper de subalternis dumtaxat differentijs verba faciat, in calce quæstionis proferam.

Hoc igitur modo depulso, tertium attulit Albertus Magnus, quem ipse amplectitur tanquàm veram antiquorum expositorum sentētiam, commētatoris, Auicennæ, & Alfarabij, & est huiusmodi: cum potissimum differentię 28 officium sit separare, vel diuidere, primus act⁹ illius est simplicem esse, ac diuisiuam generis, ab eo tamen secundus oritur, qui est constituere speciem, cuius rei gratia genus diuidit, & isti duo actus proprijssimi sunt, à quibus simplicē, & propriam differentiæ rationem habet, quibus addit atoma differentia determinationem generis vltimam ad talem naturam, non amplius per essentiales differentias diuisibilem, qualis est atoma species, ex hoc enim, & differentia ipsa atoma nūcupatur, & duplicem conditionem cæteris differentijs addit, vnā esse generis vltimo determinatiuam ad certā, & quasi definitam speciem, vltra quam non est alia: alteram non esse simplicis virtutis, sed quasi compositæ, nam cùm in natura ipsa, vel definita specie, à se composita claudantur superiora 29 omnia, vt in homine sensitiuum, & corporeum, quasi eorum omnium virtus est, cùm pro vniuersis in definitione cum proximo genere ponatur, eiusmodi autem conditiones non solum extraneæ sunt à ratione differentiæ, quandoquidē in cæteris differentijs non reperiuntur, sed ei oppositæ, qua propter atomam differentiam, à vera ratione differentiæ, non modo extrahunt, sed alienam efficiunt, ita vt veræ differentiæ nomen haud quaquam mereatur, sed id tantum sit, quo aliquid alteri comparatum, vt cumq; ab eo differre potest, non tamen verè, & propriè, quia non tāquam per simplicem virtutem, simpliciter diuisiuam generis, & constitutiuam speciei præcise.

Reijcitur II. Causa.

Hunc modum dicendi (Pace tantorum virorū) alienum penitus à ratione iudico, admissis namque illis duabus conditionibus simplicis virtutis generis diuisiuæ: atq; speciei constitutiuæ, tanquàm differentiæ proprijs, euidenter ostēdo, nihil ab eis alienum esse in atoma differentia, vt idcirco veram rationem admittere intelligatur. Imprimis, quod ad simplicitatem attinet, stabilitum est quæstione quinta huius capitis, nec superiora genera, nec differentias formaliter claudere, ergo propter similem inclusionem composita non appellatur, & etiam si eas cōtineret, vt Albertus cōtendit,

non esset propterea, à vera ratione excludenda apud ipsum, qui expressis verbis admittit, quamlibet inferiorem differentiam superiorem claudere, sic enim loquitur. *Semper prior differentia est in consequenti, sicut corporeum in animato, & animatum in sensibili, & sensibile in rationali.* vel ergo hac de causa non est excludenda differentia atoma, vel certè intermedias omnes oportebit excludere. Neque vllus est ex his, qui inferiorem differentiam superiorem claudere tenuerunt, qui propterea illam à vera differentiæ conditione excludat.

Differentia atoma est perfectissima.

Secunda autem conditio determinandi genus ad vltimam speciem, tantum abest, vt diminuens sit, quòd eandē differentię rationem perficit, nā si speciē cōstituere proprius est differentię actus, sequitur planè perfectiorem esse differentiā, quæ perfectius cōstituit, sed atoma differentia, in quantum talis perfectissimā cōstituit speciem, erit igitur ex tali conditione perfectissima differentia. Adde proprium esse differentiæ actum, genus perficere, nam se habet ad genus cōparata, quasi forma comparatione materiæ, sed atoma differentia excellentius perficit genus, illud ad vltimam perfectionem sui ordinis deducens, ergo excellentior erit differentia.

Aliorum opinio. 32.

Quidam alij videntes fortasse eiusmodi rationes excusandi Porphyrium non satisfacere, contendunt definitionem vltimis differentijs accommodari posse, quorum primi sunt, quos Auicēna attulit capite de differentia referente Alberto Magno, vbi supra, sic definitionem exponentes, differentia prædicatur de pluribus, in quale quid, hoc est, de ijs, quæ ratione ipsius differentiæ, vel inter se specie differunt, vel ab alijs. Etenim, per differētiam essentialē quæcunq; illam participant, vel inter se se, vel ab alijs specie distinguūtur, homo differentia rationalis constitutus ab equo, & leone, Petrus & Ioannes, quibus eadem differentia cōmunis est, specie etiam ab indiuiduis earum specierū, siue ergo ad speciem, vel ad indiuiduū, de quibus enunciatur differētiam atomam, cōpares, verum est de ijs prædicari, quæ vno, vel alio modo specie diuersa sunt. Itaque nō est existimandum semper de pluribus specie inter se diuersis enūciari differentiā sed vel inter se se, quod subalternis conuenit, vel ab alijs, quod cōuenit atomis: & cū differentia in cōmuni ab vtraq; abstrahens definiatur, satis est, vt de differentibus specie modo etiam communi enūcietur.

Reijcitur opinio. 33

Extortam tamen expositionem esse, & à sensu, ac mente Porphyrij alienā, atq; ea propter planè falsam viderunt Auicēna ipse, & Albertus: etenim præsens differentiæ definitio, in qua tanquam vnum ex prædicabilibus explicatur, non habet diuersum sensum à cæteris definitionibus prædicabilium, sed eadem particula de differentibus specie, vel numero in eis posita, à cunctis in eo sensu accipitur, vt inter se se, tali modo sint diuersa, quem sensum, productis exemplis expressit Porphyrius, ergo eo modo in præsenti definitione accipiēda est, &, si talem sensum paterentur definitionis verba, euidenter sequitur speciei posse conuenire definitionem generis, cum prædicetur de pluribus specie differentibus aliorum comparatione, non secus, ac differentia atoma dum de indiuiduis prędicatur, humanitate namque Petrus, & Ioannes specie distinguuntur, ab indiuiduis aliarum specierum, quemadmodum rationalitate.

Alius dicendi modus Caietani improbatur.

Opinio Caietan. 34

AD extremum Caiet. dubio vnico circa expositionem prǽsētis definitionis excitato, duplicem considerationem habere differētiam, ait, alteram, cōmunem nempe esse differentiā, vt sic, specialē aliā, quæ quasi materialis est, videlicet esse differentiā subalternā, vel atomam, & iuxta priorem esse à Porphyrio definitā luce clarius est, cū differētia sub tali conditione sit fundamentū secūdæ intentionis huius prędicabilis, non in quantum sub alternam, vel atomam speciem cōponit, quēadmodum genus à secunda intentione primi prædicabilis denominationem sumit, in quātum genus est, hoc est, species sub se habens, siue illæ sint subalternæ, vel atomæ, rursus verba definitionis alicuius duobus modis solent definito applicari, positiue, vel negatiue, id est per non repugnantiam, & vtroque modo applicatur differentijs definitio præsēs, subalternis quidem positiuè, cū de pluribus speciebus verè enuncientur, atomis verò negatiuè, hoc est per non repugnātiam, eiusmodi autem nō repugnātia, non cōuenit eis, vt atomæ differentiæ sunt, sed sub communi cōceptu differētiæ, consideratæ, vt. n. verū est differentię vt differentia est, non repugnare, quòd de specie differentibus enuncietur, cum plures sint id habentes: pari ratione non repugnabit, quod 35

atoma, in quantum differentia est de eisdem nuncietur. Nam communis ratio differentiæ ei non secus, ac subalternis conueniens, ad prędicationem de specie diuersis extenditur. Ei igitur sub eodem conceptu communi considerataæ non repugnabit extensio eadem. Alioqui si repugnare dixeris, concedere teneris, quibuslibet differentijs, etiam subalternis repugnare. Nam quod repugnat homini, vt homo est, nulli homini potest conuenire. Vniuersis igitur adaptari potest differentijs, quibusdam negatiue, positiuè alijs.

Hunc autem modum accipiendi definitiones assuetum esse, vno exemplo satis in philosophicis noto ostendit Caiet. Arist. 5 Metap. in prædicamento quantitatis, hoc modo quantitatem, vel quantum in concreto definit, quātum est diuisibile in ea, quæ insunt quorum vtrunq; vel vnumquodque vnumquid aptum est esse, hoc est in partes, quæ ab alijs diuisæ totius rationem habere possunt. Hæc pluribus quantis cōuenit positiuè, quæ verè diuidi possunt sub quacumque consideratione, alijs vero negatiue duntaxat, ac per non repugnantiam, & id quidem, non sub speciali ratione acceptis, sed sub communi quanti, vt corporibus incorruptibilibus, quibus diuidi ex propria cōditione repugnat, non minus quàm corrumpi
16 cùm via sit ad corruptionem corporis diuisio: cœlum itaq; prout tale corpus incorruptibile est, non potest diuidi, satis est ergo, vt prædicta definitio ei accommodetur, diuisionem ei nō repugnare sub cōmuni ratione quanti considerato, quod idem est, ac negatiue conuenire, quemadmodum de vltimis differentijs expositum est. ego verò aliud exemplū addere vo-
Exemplū. lui ex doctrina D. Tho. petitum, in commentarijs primi libri Physicorum lectione 9. vbi sententiam Arist. explicans, qua docet viuentia certam poscere quantitatem versus minimum, ita vt tam minima possit esse caro, quæ minor esse non valeat, tale argumentum aduersus eam objicit, minima illa caro, si daretur
17. esset diuisibilis, cum habeat quantitatē, si autē diuidatur minor fiet, dabitur ergo minor minima, in qua quantitate perseuerare poterit, quod incommodum est. Soluit autem argumentum dicens corrumpi necesse esset minimam carnem, si diuideretur, qua propter duobus modis considerabilis est, vel sub formali, atq; communi ratione corporis quāti, vel sub ratione carnis minimæ, & quidem sub consideratione priori non repugnat ei diuisio, sed sub posteriori, quia per illam forma viuentis esse desinit. Tunc igitur applicata similitudine vrget argumentum. Quanto illi minimo ad- Argum.
aptatur definitio. Ex eo dumtaxat, quod ei nō repugnat diuisio sub communi ratione quanti, licet non possit ei conuenire sub speciali ratione minimæ carnis, ergo satis erit atomæ differentię, non repugnare prædicationem de speciebus, in quantum differentia est, etiam si, vt atoma differentia est, ei repugnet, vt simpliciter pronunciandum sit, per eam explicari. Huius sententiæ subscripsit Magister Soto quęstione vnica præsentis capitis ad sextum, pro qua etiam referuntur Iamblicus cap. de Differentia, & Auicena capite prædicabilium postremo, de ijs, quæ vniuersis communia sunt, & propria, eam, licet præter Porphyrij mentē, tanquàm probabilem retulit Cardinalis Toletus q. vnica.

Sed miror profecto quo pacto sententia hęc Reijcitur doctis viris probari potuerit, cum de his sit, sententia quarum falsitas celebris in scholis fuit. Et in Caiet. primis aduersus eam ostendo, non satis esse definitionem negatiue conuenire atomæ differentiæ, vt sub ea comprehendi censeatur, vt gradatim eius impugnationem prosequamur. Definitio, vel essentiam specificam continet cuiuscumque rei definitæ, si essentialis sit, vel certè proprietatem aliquam, secundùm quam explicatur, si sit descriptio, sed essentia, vel proprietas aliquid est positiuum, ergò positiuè oportet definitio conueniat, & non satis est purè negatiue, propter solam non repugnantiā. 3
Ex eo enim, quòd dicatur homini aliquid non repugnare, eius essentia, vel proprietas non explicatur, sed incognita permanet, cùm ergo Ita sit, Porphyrium præsenti definitione voluisse differentiā explicare iuxta prædicabilis proprietatem, quæ positiua est, non satis definita censebitur differentia vltima, ex sola non 4
repugnantia, nisi explicetur positiue. 11

Secundò probatur, quia non satis est, vt res aliqua definita censeatur solam rationem genericam illius explicari, vel aliquid ratione illius conueniens, etiam si positiuè ei conueniat quanto minus, si solum negatiue per non repugnātiam, diminuta esset definitio hominis, si solùm dicatur esse viuens sensibile, quæ ei conueniunt sub communi ratione animalis, vel sensibus præditi, sed absque dubio necessarium omnino est, vt definitio specialem eius rationem explicet ex quo distincta illius notitia pendet, at præsens definitio solum conue-
nit

nit vltimæ differentiæ sub communi ratione differentiæ iuxta sententiam Caietani, repugnat vero ratio propriæ, ergo etiam si positiuè posset ei adaptari, non censeretur bene definita.

III. Tertiò, planè falsum esse conuincitur, definitionem conuenire posse differentijs sub cõmuni conceptu differentiæ, quod potissimum
41. Caiet. fundamentum est, nã differentia, in quã tum differentia non est prædicabilis de speciebus, quia si esset, atomis etiam conueniret, & quidem positiuè, nam positiuæ, cùm sint, secundum rationem positiuam differentiæ definiuntur, ergo absq; dubio, in quantum differentiæ subalternæ sunt, nam specialis hæc ratio eas constituit de pluribus specie differentibus prædicabiles, & nõ communis, sed atomis differentijs omnibus modis repugnat esse subalternas, ergo earum definitio. Probatur tandem argumento ducente ad impossibile, quia si satis est, non repugnare atomis differentijs, vt sub communi conceptu differentiæ considerantur, prædicari de differentibus specię, vt eis censeatur definitio præsens conuenire, sequitur manifestè definitionem hominis conuenire leoni, & vniuersaliter definitionẽ cuiuslibet speciei, cæteris speciebus disparatis eiusdem generis conuenire. Probatur apertè consecutio, quia nec leoni repugnat esse rationalẽ, in quantum animal est, neque vlli speciei repugnat differentia cuiuscunque alterius sui generis, in quantum sub generico conceptu accipitur, sicut neq; eidem conceptui generico repugnat.

Vera quæstionis explicatio, & solutio argumenti Caiet.

Vera sententia. Nostra igitur sententia est solas differentias subalternas definiisse Porphyrium, ea quidem ratione, quia eorum vsus in
42. diuisionibus, definitionibus, ac disputationibus frequentior est, frequentius enim de rebus, secundum prædicata vniuersalia sermonem instituimus, & idcirco communioribus differentijs facilius vtimur, iuuat etiam notiores esse ad confusam, atq; imperfectam cognitionem nostram comparatas. Confirmat hanc rationem illud, quod Porphyrius (vt cap. sequenti videbimus) fecit, nam cum duplex sit proprium, subalternum, & infimum, & vtrumque ad quartum prædicabile spectet, ex opposito infimum dumtaxat definiuit, nulla penitus de subalterno mentione facta, quia ijs specificis proprietatibus frequentius, quam subalternis vtimur: fecit vtrumq; Aristotelem imitatus qui cùm differentias atomas cognouerit vt testatur 4. Topicorum cap. 2. & 7 met. tex. 43. vbi tamen ex professo de differentiarum natura loquitur in ordine ad demonstrationem conficiendam, vel ad eruendorum argumentorum probabilium explicanda loca, in quibus vsus illius consistit, subalternæ tantùm mentionem facit, vt constat 2. post. c. 14. 15. 16. & 27. 1. lib. topic. c. 3. lib. 4. c. 2. loco 20. & lib. 6. ca. 2. loco 29. 31. 38. 40. & 41. & rursus proprium definiens, tanquàm vnum ex problematum prędicatis 1. Topic. c. 4. infimum dumtaxat explicauit dicens: proprium est quod non indicat quid est esse rei, soli autem inest, & conuersim prædicatur, quapropter nec vitio vertendum est Porphyrio, quòd solas definierit subalternas differentias, nec definitio illius, tanquã diminuta explodenda est, quia atomis non cõueniat, sufficit namq; eam definitionem designare, ex qua, modum prædicandi differentiæ vtrique communem agnoscimus, eo autem cognito, non est difficile definitionẽ pro atomis differentijs statuere, atque etiam communem pro vtrisq; tam infimis, quam subalternis. Nã si differentia subalterna, quia talem speciem constituit, quæ genus cum sit inferiorum comparatione, de pluribus specie differentibus enunciatur, de multis etiam ipsa speciebus prædicabilis censetur, facile intelligitur differentiam atomam speciem constituentem, de indiuiduis dumtaxat prædicabilem, cum qua ad conuertentiam dicitur, de eadem sola specie eiusq; indiuiduis esse enunciabilem. Modus item prædicandi in quale quid communis intelligitur, cùm ratio formæ, & partis sit eadem vnde intelligimus quasi materiale esse discrimen, de pluribus illam speciebus, de vna tantũ hanc enunciari, si quidem ex modo prædicandi desumitur, quemadmodum prædicationũ, sic etiam prædicabilium species, quapropter 45. sub ratione prædicabilis eiusdem erunt atomę speciei subalterna differentia, & vltima, atque adeò vnum idemq; tertium prædicabile, & nõ diuersa conficient, vt quæstione vniuersalium postrema, in qua de numero prædicabilium dissertum à nobis est, copiosius ostendimus. Docemur ergo talem definitionem, pro vtrisq; designare, differentia est, quæ prædicatur de pluribus in quale quid materiali dumtaxat, non formali ratione ab ea diuersam, quam at-

tulit Porphyrius.

Argumentum Caietani, cuius solutionem hucusque distulimus, apparētiam quidem difficultatis habet, si verò exemplum illius paulò diligentius expendatur, penitus nullam. Est enim valde dissimile, si quidem cœlū, & quodcumq; aliud corpus viuum, duplicem habet positiuam formam, substantialem in primis, cuius virtute, incorruptibilitate, aut vita præditum est, & rursus quantitatem, propter quā definitio quanti ab Arist. designata ei cōuenit, non quidem negatiuè, seu per non repugnantiam, sed verè positiuè, quia positiuè diuisibilis est, quinimo actualis ipsa diuisio, absoluta loquutione impossibilis non est, sed impeditur per accidens, secundùm naturæ ordinē, quod nihil officit essentię, vel diuisibilitati eiusdem at differentiæ atomæ, etiam in quantum differentia est, non conuenit positiuè definitio, asserente Caietano, sed negatiuè, quòd profecto non sufficit, vt per eam explicata cēseatur. Et ex hoc discrimine intelligitur facile, tantundem censendum esse, de secundo exemplo minimæ carnis: Atque hæc de tertio prædicabili differentiæ dicta sint satis.

Ad Caiet. 46

CAPVT QVINTVM, De Proprio.

TEXTVS PORPHYRII.

PRoprium verò quadrifariam diuidunt, nam & id, quod soli alicui speciei accidit, & si non omni, propriū dicitur, &c.

EXPOSITIO TEXTVS.

Diuisio ez.

EX quinque prædicabilibus quidditatiue, aut essentialiter enunciantur genus, species, & differentia, duo alia, cum extra essentiam inueniantur, accidentalia sunt prædicata, & quidem, quemadmodum dignitate priora sunt illa, ita iuxta naturæ ordinem merito consideratione præcedunt. Ex posterioribus vero præstantius proprium censetur, quod substantiæ, vel essentiæ affine est, ab eáq; proxime emanat, cōmune autē accidēs procul est ab essentia, ex aliis extrinsecus caussis procedens, iure igitur Porphyrius statim post essentialia quartum locum proprio concessit, postremum verò communi accidenti, quemadmodum infimum tenet secundum ordinem dignitatis.

Breuissimum est caput hoc, vnica diuisione comprehensum, qua media proprii naturam exponit Porphyrius. Hoc sibi vult proprium accidens quod non omnibus commune, commune autem non esse quatuor contingit modis, & primus est quando ad aliquam dumtaxat speciem pertinet, cunctis tamen eius indiuiduis non cōpetit, vt esse Medicū, vel Philosophum proprium est humanæ speciei, licet non omnibus insit. Secundus opposito se habet modo, dum vniuersis indiuiduis alicuius speciei attribuitur, non tamen solis, sed quibusdam aliis alterius naturæ, vt duos pedes cuncti homines habent, atque etiam quædam alia ex animalibus: contingit tertio aliquid esse attributum vni speciei, cunctisque eius indiuiduis, non ea ratione, vt omni tempore, sed statuto, ac determinato eis conueniat, vt canities, quæ non nisi senectutis tempore cuicumque homini contingit. Extat præter hos tres modos, ille alius, qui nullam ex prædictis exceptionem permittit, sed vni dumtaxat speciei, vniuersis eius indiuiduis, & absque vlla temporis limitatione proprietas conuenit, vt susceptiuum esse disciplinæ, hominis comparatione, & eiusmodi est, quod propriū quarto modo appellatur, quia tres prædictos modos, simul cum extrema temporis conditione claudit, & idcirco ad conuertentiam cum specie ipsa dicitur, cuius ea est fundamētalis ratio, quia ex principiis eius essentialibus naturali modo prodit: hoc demum propriū est in hoc genere absolutissimum, & quod quartum constituit prædicabile.

Duo tamen consideranda esse in proprietatibus huius generis docet Porphyrius, proprietatem ipsam, actumq; illius: proprietas aptitudo appellatur, ex qua actus procedit, vt disciplinæ susceptiuum, vel risibile, aptitudinem ad capessendas disciplinas, vel ad ridendum importat, earum actus sunt actualis ipsa disciplinæ susceptio, vt dum quispiā, vel à magistro edoctus, vel proprio labore aliquam

Duo consideranda.

quam addiscit scientiã, vel disci, linã, eamvè
4 acquisitam exercet, aut etiam actu ridet, id
igitur, quod propriũ quarto modo vocatur,
non est actus, cùm notum sit solo tempore inesse, quò exercetur, sed aptitudo, quæ omni, soli & semper inest, cum specieq; conuertitur actus vero communia sunt accidẽtia, quæ ex potentiarum exercitio prouenimunt.

NOTATV DIGNA CIRCA explicatum textum.

PRIMVM NOTABILE.

PRincipio illud est cõsideratione dignum
præsentem doctrinam accepisse Porphyrium ex Aristotel. 1. Topic. cap. 4. vbi proprium inter prædicata, ex quibus problemata exstruuntur enumerans, totidem acceptiones illius posuit, quamuis verbis non
nihil diuersis, nam proprium iuxta pri-
5 mam, & secundam acceptionem vocat pro-
prium ad aliquid, quia proprium secundæ acceptionis non conuenit soli alicui speciei, nisi alterius, aut aliarum comparatione, vt esse bipedem non censetur hominis proprium nisi equi & leonis respectu, cæterorumque quadrupedum, cùm non alia ratione omni, & soli homini appropriatum sit, nisi quia prædictis non conuenit, neque etiam conuenit soli, & non omni iuxta acceptionem primam, nisi respectiuè, proprium est enim homini esse medicum, vel geometram certis indiuiduis appropriatum, non nisi comparatione aliorum, quibus non conueniunt, vnde sub vno modo comprehendit Aristotel. primum & secundum Porphyrij,
6 vt bene annotat Albertus Magn. tract. de
proprio, capite 1. Proprium item, iuxta acceptionem tertiam vocat Aristoteles proprium, quando quasi temporale sit, pro determinata temporis periodo cunctis, speciei, ac solis indiuiduis attributum: proprium item iuxta acceptionem vltimam descripsit dicens, proprium est, quod non indicat quid est esse rei, soli autem inest, & conuersim prædicatur: conuersim namque de specie cuius est proprium enunciari, idem est, ac omni indiuiduo eius conuenire, soli etiam, ac semper. Etenim si soli, & omni inesse proprium necesse est, vt tale sit absoluta locutione, plane sequitur, aliquem esse modum proprietatis omni, & non soli conuenientis:

NOTABILE SECVNDVM.

AD notandum secundo est, diuisionem proprij in hos quatuor modos, vel acceptiones analogam esse, vt ex Arist. loco indicato, atque ex Porphyrio elicitur, qui solum iuxta acceptionem quartam absoluta loquutione proprium appellandum

Diuisio proprij analoga.

esse affirmant: itaque principale analoga- 7
tum, hoc est, cæteri autem modi per comparationem ad ipsum propria appellantur, vndè quanto propinquiora sunt, eo minus impropriè denominatio eis conuenit: plus enim proprietatis tertius modus habet, minus secundus, infimum tenet locum primus, vt ex eorũ explicationibus à Porphyrio allatis, compertum est. Duplicem tamẽ considerationem habere possunt, primam quidem absolutam, in quantum sunt quædam accidentia, iuxta quam ad quintum prædicabile spectare videbimus, cum sint absoluta loquutione accidẽtia communia, quæ adesse, & abesse à subiecto possunt præter eius corruptionem. Alia est consideratio eorum respectiua, in quãtum aliqualem cum proprio quarto modo similitudinem habent, sed hæc est secundum
quid (vt aiunt) sub qua ad quartum prædi-
cabile quadam ratione referuntur, quemad- 8
modum de differentia cõmuni, & propria c. præcedenti adnotauimus: ex quibus intelligitur huius rei gratia connumerata esse capite præsenti à Porphyrio, vt ex eorũ analogia, ac similitudine impropriaque denominatione, propriam eius, quod quarto modo proprium appellatur, & quartum prædicabile constituit, explicaret. Eiusmodi autem diuisio proprii in has quatuor acceptiones, primè intentionaliter accipiẽda est, vt verba ipsa, explicationesq; singulorũ mẽbrorũ perspicuè satis

indicant, quidquid Magister Soto velit, secunde intentionaliter eam accipere, propter vniuersalem dumtaxat rationem logicæ considerationis, fallit tamen ratio, cùm satis sit, primam intentionem explicare, vt constet quonammodo poßit esse fundamentũ secundæ, vt logica sit definitio, vel diuisio, & ita fit in præsenti, cùm tamen; vt secunde intentionaliter accipienda sit, oporteat, per terminos secundæ intentionis esse designatam.

TERTIVM NOTABILE.

Nota. Tertio obseruandum est, Porphyrium diuiso proprio in illa quatuor membra illud, quod potißimum est, non definisse, cum tamen proprias aliorum prædicabilium definitiones attulerit, id autem breuitatis studio fecit, intelligens ex singularum acceptionum explicationibus à se traditis, nullo ferè negotio elici posse desideratam definitionem: in quibus aperte insinuauit proprium iuxta acceptiones singulas, subiecto cui tribuitur accidere, id est extra essentiam illius esse, docuit præterea illud, quod quarto modo tale appellatur omni, soli, semperquè conuenire, atque etiam ad conuertentiam cum subiecto dici, ex quibus talis definitio integratur, proprium est quod extra essentiam rei cum sit, soli inest, & conuersim prædicatur, & est eadem cum ea, quam Arist. attulit. 1. libro topicorum c. 4. nuper à nobis relata, quæ cùm termino prædicationis constet, qui secundam intentionem huius prædicabilis denotat, iuxta ordinem secundæ intentionis accipienda est, ita vt formale sit definitũ secunda intentio denominans proprium ipsum reale, quod tanquàm substratum seu tãquàm, quod, (vt aiunt) definitur. Separatur autem singulis eius definitionis particulis, & à prædicabilibus cæteris, & ab alijs tribus acceptionibus propij, dum enim dicitur extra entiam esse, seu non indicare quid est esse rei, separatur à tribus prædicabilibus primis, ac definitione, quæ cum sint quidditatiuæ & essentialia, intimam rei essentiam, aut partes eius continent, soli autem in esse, conuersimquè prædicari, ipsum separat à quinto prædicabili, alijsquè proprijs trium modorum, quæ vel soli non conueniunt, vel non omni, aut non semper, & idcirco neque cum subiecto reciprocantur. Si autem quispiam desideret aliam definitionem formaliter explicantem proprium vt quartum prædicabile, eodem tenore verborum quo cætera prædicabilia explicantur, talem accipiat: proprium est, quod prædicatur de specie, cuius essentiam consequitur, ac de inferioribus eius in quale proprium.

NOTABILE QVARTVM.

Vt singulas percurramus proprii acceptiones adnotare circa primam oportet, exemplum eius à Porphyrio designatum, videlicet esse medicum, vel geometram, tribus modis cõsiderabile esse, nam vel pro vniuersali, aut absoluta aptitudine ad capessendas has discipl. nas, non secus, ac cæteras, quæ ex rationali hominis natura oritur, cũctisq; hominibus inest, capitur, vel pro particulari inclinatione ad eas potius, quam ad alias, docet enim Arist. in prædicamento qualitatis, secundam eius speciem declarans, quosdã esse homines inclinatos potius ad talem artem addiscendam, vel exercendam, quã aliam, vt ad luctam, vel pugilatoriam, &c. Hãc autem determinationem certũ est, ab essentia specifica non emanare, cùm non reperiatur in vniuersis hominibus, sed ex particulari dispositione, vel complexione indiuiduali. Postremo capitur pro actuali scientia, aut arte, vel exercitio illius. Si 1. modo accipiatur 4. modo proprium est, si quidem omni soli, & semper competit, idq; expresse docet Arist. 1. top. cap. 4. exemplum quartæ acceptionis proprii in aptitudine ad grãmaticam addiscendam producens. Hoc igitur modo certum est, non esse exemplũ à Porphyrio acceptũ, sed vno ex posterioribus, nãutro que pertinet ad primã acceptionem, cum soli homini cõueniat particularis inclinatio ad eiusmodi disciplinas, potius quàm ad alias, actu etiã illas habere, aut exercitio earum incumbere, nequaquam vero omnibus.

Circa acceptiones Porphyrij nota

QVIN-

QVINTVM NOTABILE.

Occasione accepta, ex secunda acceptione proprij, obseruandum est circa omnes, in explicatione cuiuslibet sub intelligendū esse verbum, accidit, ita vt sensus sit, proprium in prima acceptione esse illud, quod accidit soli, & non omni, in secunda, quod accidit omni, & non soli, in tertia quod accidit omni & soli, non tamen semper, atq; in quarta, quod omni soli, & semper accidit, & ratio huius est, quia proprium ex se habet quod prædicatum sit accidentale, & certe nisi hæc, aut similis particula sub intelligatur, vitiosa qualibet deprehendetur, secunda præsertim, & quarta, secunda quidē, quia esse animal, esse corpus, vel substantiam conuenit omni homini, & non soli, sed equo, & leoni, & tamen non sunt vllo modo propria, sed essentiali prædicata, iuxta quartam etiam acceptionem, differentia, & definitio conueniunt omni soli, ac semper, cùm tamen ad eundem modum non pertineant. Vtraq; autem prædicata, & similia ab eius acceptionibus per subintellectā particulam separantur, cùm non censeantur accidere rerum essentijs, sed eas constituere, vnde in eadem acceptione secunda, nō oportet accipere exemplum Porphyrij nempe esse bipede pro ipsis hominum, vel cæterorum animalium pedibus substantialiter, nā cùm sint partes substantiales, non propri dicuntur accidere: sed pro numero duorū pedum, in quantum talem dispositionem ad ambulandum, cæterasq; operationes exercendas conferunt: h c namq; modo, proprietas est animalium talium specierum in secunda acceptione.

SEXTVM NOTABILE.

Exemplum Caniciei quomodo intelligatur.

Exemplum Caniciei in tertio modo productum à Porphyrio cum duplici moderamine accipere oportet, intelligetur vtrumq;, si causam huius accidētis, vel passionis explicemus breuiter, Arist. lib. 5. de generatione animalium cap. 4. Caniciei causam esse docet debilitatem, aut tenuitatem caloris naturalis, non potentis humidū consumere, 14
capillos enim, non secus, atq; vngues ex superfluis corporis, quæ excrementa appellantur, gigni notum est, non quidem ex omnibus, quemadmodum neq; in quacunq; corporis parte, sed ex his, in quibus maximè humiditas prædominatur: contingit autem, calorē extenuari adeò, aut debilitari, vt nō valeat eiusmodi humidum consumere, corrumpitur, ergo, & ex eius corruptione alterationem illam capilli suscipiunt, & eorum color mutatur. verba Arist. sunt, quibus Arist.
igitur hominibus natura pilorum parū calida est, plusque humoris subit calor proprius nequit conquoquere, atque ita humor putrescit, itaque in pilis quoq; alimentum tale cum non conquoquitur putrescit, atque ita efficitur ea, quæ ca- 15
nicies appellatur, quæ alba propterea est, quod & situs vnus causiorum fere albus est, in senectute autem ob caloris debilitatem fieri docet eodem cap. his verbis: ætatis verò illa canities inopia, & exilitate caloris contrahitur, omnis enim ætas, labitur in frigiditatem, cùm iā corpus inclinatur, & consenescit, in capite autem, & non in alia corpor . parte ostendi cap. 5. eiusdem libri. Sic do . t, cum igitur præ tenuitate ossis afflu . humor, & per ætatem calor deficiat, pili isti canescunt, &c. prius autem tempora canescere inter alias capitis partes, & quæ de causa cap. 4 nuper indicato in hæc verba ostendit. Tempora autem primo canescunt, quòd occiput vacat humore, cum non contineat cerebrum, sinciput verò habet multum humoris, quod autem multum est, difficile id putrescit, at in temporum pilis, nec tàm parum humoris est, vt conquoqui 16
possit, nec tam multū vt putrescere nequeat, cum enim is locus medius inter vtrosque sit, extra vtrumque affectum esse potest, &c. Docet præterea Arist. nō hac sola causa, neq; hoc solo tempore contingere, sed ex infirmitate etiam, aut vitio corporis alia quacumq; ætate contingente, ex ea præsertim, quæ vitiligo appellatur, vulgo lepra alba, quæ cutem corporis corrumpit, & ex conse-

consequenti immutantur capilli, loquitur autem Arist. cap. illo. 4. in principio in hunc modum. Hominibus, nihil causæ cutis affert, nisi ad canitiem, videlicet eam, quæ morbo, non quæ senio accidat, nam eo vitio corporis, quod vitiligo vocatur, pili efficiuntur albi, cuius rei causa est, quòd pili acutè exeunt: itaque si cutis ægrotat, extenuataque est, pilus quoque ægrescit, ægritudo autem pili canities est. *Cui addere aliam causam possumus, cum experientia compertum sit, ex longa, atque intensa animi tristitia, ex diuersis rebus, vel certe humore prædominante orta, hominem longè ante senectutis tempus canescere, quod Boetius primo libro de consolatione, metro primo, eleganter indicauit dicens,* intempestiuo funduntur tempore cani.

Nota. *Videtur tamen Arist. affirmare non solum hominibus contingere, sed alijs etiam animalibus, equis præsertim, libro tertio de historia animalium capit. 11. paulo post principium, vbi hæc scribit verba.* Mutatur color

17. pilorum in senectute, candidiq; pili efficiuntur in hominibus, quod vel cæteris animalibus accidit, sed non satis aperte, præterquam in equo, *& libro quarto de generatione animali. cap. 5. in principio vbi equus,* ait maximè omnium, quæ nouerimus, animalium canities innotescit. *Cæterùm cap. eodem non longe à fine ex cute, vel alia causa ab ipsa natura, vel particulari complexione animalium, capillorum albedinem prouenire docet, quæ esse potest in*

18. *digestorum humorũ copia, qui per totũ corpus respersi, atq; corrupti, capillos immutãt, atq; idcirco non passionem, vel alterationem esse, quemadmodum in hominibus, sic enim loquitur.* Causa autem colorum in cæteris est, alborũ enim alba est cutis, nigrorum nigra, variorum, permixtorumque partim nigra esse conspicitur, cæteris animalibus, quibus pili albi gignuntur natura, non affectu, id euenit. *Ex hoc autẽ causarum discrimine ortũ habuit communis modus loquendi, & sentiendi, quo sola eiusmodi capillorũ hominis alteratio proprie canities appellatur, nequaquàm color similis, qui in capillis cæterorum animalium apparet. Ex sensu etiam huius loci explicantur cætera, in quibus animalia canescere indicat Arist. & consonant omnia communi modo loquendi, quem sequutus Porphyrius propriũ esse homini in tertia acceptione in senectute canescere docet.*

Constat autem ex prædictis intelligendum in primis esse, secundum communem naturæ ordinem, frequenter ex causa illius ætatis propria euenire, cui non obstat ex causa extrinseca ægritudinis, vel alia incidente, raro alijs temporibus contingere & rursus vniuersis hominibus in senectute constitutus reuera accidit, vt plurimum quidem nam contingere raro potest, aliquem ob robustissimũ calorem, vel subtilissimum humidum, quod ideò facilè à calore consumitur, vel nunquàm canescere, vel certè, non ætate consueta, vt benè notauit Albertus Magnus in prædicab. tract. de proprio cap. 2. hæc leui quidem data occasione, fusius quàm par esset 19. *prosequuti sumus, vt semel ex suis principijs, extracta, quiuis percalleat.*

MINORA DVBIA CIRCA Definitionem Proprij exorta.

DVBIVM PRIMVM.

Circa definitionem proprij. Ratio dubitandi.

Circa definitionem proprij ab Arist. ac suo modo à Porphyrio constitutam, proprium est, quod non indicat, quod est, esse rei soli autem inest, & conuersim prædicatur, *illud dubitandũ in primis sese offert, quia definitio designanda est, verbis positiuis, non negationibus, vt exacta* 20. *censeatur, sed principalis eius definitionis particula negatiua est, videlicet, non indicat quid est esse rei, ergo minus bonam definitionem constituet. Quod præsertim necessarium esse confirmatur. Nam differentia, per quàm res definita, à cæteris separatur, positiuum quid esse oportet, cum sit potissima essentiæ pars, sed ea particula separatur proprium à definitione, ab specie, genere, ac differentia, ergo positiuum aliquid apponi debuisset, & non verbum negationis.*

Nota pro solutione. *Pro solutione, illud oportet adnotare, prædictum definitionis verbum, duplicem sensum reddere posse, alterum pure negatiuum, qui extraneis etiam conuenit accidentibus, imo, & quibuscumq; negationibus, & in hoc absq; dubio non accipitur ab Arist. cùm constet puram negationē nihil esse, atq; ea propter, neq; ad essentiam positiuam rei spectare, vt argumenta obiecta cōuincunt. Secun-*
21. *dus sensus est, si iuxta subiectam materiam accipiatur, nempe in quantum ad explicandam proprij naturam simul cum cæteris particulis ponitur, quo pacto positiuum aliquid simul cum negatione claudit, illud autem est, quidpiam ab essentia rei procedens, nam vt bene adnotat D. Thom. 1. p. q. 79. art. 6. ad tertium, & ibidem Caiet. proprium adeò est rei essentiæ affine, vt nihil sit inter vtrumq; medium. Et iuxta hanc doctrinam, iste est germanus sensus definitionis. Proprium est, quod cum sit aliquid essentiæ affine, non indi-*
22. *cat quid est esse eius, vt excludantur illa, quæ intima sunt, & idcirco essentiam, seu quidditatē rei, vere indicant, ex quibus soluuntur argumenta.*

DVBIVM SECVNDVM.

PRima definitionis particula explicata, oritur dubium circa secundam, qua dicitur proprium soli rei inesse, cuius essentiam consequitur. apparet enim superflua, cum in sequenti dicatur, conuersim de
Ratio dubitandi. *re ipsa prædicari, euidenter enim sequitur, proprium prædicatur de re conuersim, ergo soli inest, nam si alijs inesse contingeret, non posset cum ea reciprocari, sed absq; dubio in plus esset: suffecisset ergo, ea dempta, sic dicere, proprium est, quod non indicat quid est esse rei, & conuersim prædicatur. Cui accedit, vltimam particulam sufficienter separa-*
23. *re proprium, & à tribus modis prioribus, & à quinto prædicabili, de quibus notū est, non reciprocari cum subiecto, cui inhærent, vnde infertur, neq; ad distinguendū proprium, ab aliquo alio necessarium esse eā particulam, ac demum, vt vltima particula explicetur melius, hoc argumento impugnatur, non prædicatur conuersim proprium, quodcumq; ergo insufficienter explicat proprij conditionē, euidens consequentia apparet, nā proprium speciei, nō solum ei, sed indiuiduis competit, de quibus enunciatur, & tamen non dicitur cum illis ad conuertentiam.*

Sufficeret quidem postrema particula, quæ & secundam infert, & ab vniuersis prædicatis accidentalibus distinguit proprium, & ideò non esset secunda simpliciter necessaria, Solutio dubij.
id tamē habet, quod explicatius separat proprium ab accidenti communi; quod tamen postrema particula, nō nisi generali quadam ratione præstat, quapropter, vt distinctius explicaretur eiusdē proprij natura, commodè satis apposita est. Postrema etiā sufficienter comprehendit proprium quodcumq;. 24.

Considerandum tamen est, proprium specificum, tanquàm à causa adæquata ab essentia profluere, indiuiduis verò solum conuenire in quantū eam participant, quapropter completa ipsa definitio ad speciem, tanquàm ad proprium subiectum, & adæquatū comparanda est, ad indiuidua verò inadæquatè, non secus ac proprium ipsum, quod definitur, idq; definitionis verba planè indicant, quæ ad vnum quidpiam adæquatū referuntur non ad multa, vnde intelligitur, nō esse
necessarium prædicari proprium conuersim, 25.
nisi de adæquato subiecto, cuius simpliciter, & adæquate proprium est, argumento igitur concedimus, nō prædicari conuersim de indiuiduis, quemadmodum, neq; proprium ipsorum est adæquate, & simpliciter.

DVBIVM TERTIVM atque postremum.

DVbijs circa partes definitionis singulas absolutis, integra ipsa definitio aliud excitat, quia neq; cùm definitio cohærere videtur, neq; cùm vniuersis sub ipso contentis: probatur primum: proprium indicat quid esse rei, ergo definitio naturæ eius non est consentanea: elicitur planè antecedens ex his, quæ de accidentibus adhuc communibus docet Arist. 1. de anima text. 11. magnam partē conferre ad cognoscendum, Ratio dubitandi. Probat. I.

qu. d

quod quid est ipsius substantia, hoc est, quidditatiuam definitionem, indicant igitur essentiam, licet extra illam sint, longè igitur
26. *melius eam propriæ passiones indicabunt, tanquàm ei proximiores.*

Probat. II. *Secundò etiam id ostenditur, nam vt idẽ Aristot. statuit 1. post. cap. 10. duplex est demonstrationis genus, à priori, vnum passionem, vel effectum, propriam causam ostendens, à posteriori aliud causam per proprietatem, vel effectum, vt in hac demonstratione conspicitur, quidquid est susceptiuum disciplinæ est rationale, omnis homo est susceptiuus disciplinæ, ergo omnis homo est animal rationale ecce quasi digito à posteriori ostendit essentiam propria passio, indicat igitur quid est esse rei, cuius oppositum definitio continet. Et rursus nonnulla sunt quæ omni, soli, & semper conueniunt, cum extra essentiam rei sint, non indicant, quid est esse rei, soli insunt, atq; conuersim prædicantur, eiusmodi sunt quantitas continua, respectu corporis de prædicamento substantiæ, & color respectu corporis mixti, oriuntur enim colores ex quatuor qualitatum commixtione,*
27. *eiusmodi autem non sunt proprietates, aut passiones, ex vtroq; igitur probatur insufficientia definitionis.*

Nota pro solutione. *Vt intelligamus completum definitionis sensum, explicare oportebit, quid sibi velit Arist. illis verbis.* Non indicat quid est esse rei, *id namq; duobus modis contingit, vel intrinsecè, quod non est aliud, quàm naturam rei, aut eius aliquam partem continere, per quam intrinsecè cognoscitur, quid res ipsa sit, quam conditionem habent definitio genus, & differentia, extrinsecè verò tanquã signa, vel effectus in essentiæ cognitionẽ ducunt accidentia, suo tamẽ ordine, & gradu: nam propriè passiones proximè quidem, tanquàm virtutes, quæ ab ipsis essentiæ principijs prodeunt, accidentia communia minus*
28. *propriè, tanquàm magis ab eadem essentia elongata, & quæ ex alijs extraneis causis procedunt. Arist. igitur in sensu priori accepit definitionem, intelligens proprium nõ in-*
Ad primũ. *dicare intrinsecè essentiam rei, cùm tamen testimonium obiectum in posteriori ab vniuersis interpretibus exponatur: conuincit autem argumentum primum intentum, nempe à posteriori proprium essentiam indicare; cæterum id definitioni iam explicatæ non officit.*

Neq; etiam argumentum secundum, nam Ad secundum.
de quantitate admittendum est propriam passionem esse corporis, vel corporeæ substantiæ, à qua secundum ordinem naturalem, nõ
est separabilis. Cæterùm, cum sit res ab ea- 29.
dem substantia corporea, à qua procedit diuersa, separatur virtute diuina supernaturali in sacramento Eucharistiæ, vbi sine substantia panis, quæ consecrationis vi esse desiit perseuerat. De colore vero ad corpus mixtũ comparato videbitur alicui esse propriam passionem illius cũ omni, soli, & semper conueniat, sed longè diuerso modo res se habet, si attentius consideretur colorem non esse aliquam proprietatem ex mixtione prodeuntem, sed rationẽ dumtaxat genericam vniuersalem, à coloribus ex mixtione procedentibus abstractam, ex quibus nullus est, qui cùm corpore mixto conuertatur, quapropter color ipse, non est propria passio, quæ ab aliqua oriatur essentia, sed ratio accidentalis, quæ ad conuertentiã cùm corpore mixto ea propter dicitur quia mixtum corpus nõ potest esse naturaliter absq; vno, vel alio colore, non ergo conuenit omni, soli, & semper, tanquàm verum accidens inhærens: sed tanquàm abstracta ratio eorum, quæ inhærent accidentium; in definitione autẽ dicitur soli inesse proprium, conuersimq; tanquàm à re emanans prædicari. Grauiores controuersiæ circa expositum Porphyrij textum agitandæ.

QVAESTIO PRIMA.

An proprium dumtaxat quarto modo, quod, cum specie ad conuertentiam dicitur, constituat quartum prædicabile, vel etiam propria aliarum acceptionum.

TAmquam certum præsupponit cõtrouersia hæc, 8.

sia hæc, proprium quodcumque omni, soli, & semper conueniens ad quartum prædicabile spectare, siue illud speciale sit ex speciei atomæ principijs promanans, siue generale ab specie subalterna, vel supremo genere, habent enim proculdubio proprietates suas suprema genera, vt in prædicamentis singulis adnotat Arist. etiam si accidentia sint, & quæ ad conuertentiam dicuntur cum eis, vt substantia aptam esse substare accidentibus, quantitas, vt secundum eam æqualia vel inæqualia corpora sint, similia secundum qualitatem, relatio vero vt simul natura, & cognitione, rem, quæ dicitur ad aliquid constituat, eiusmodi omnes de suis subiectis enunciantur prædicatione quarti prædicabilis.

Ab hac autem regula passiones entis excipio, quæ licet ex intimo illius conceptu proficiscantur, de ipsoq; reciproca prædicatione enuncientur; cæterum quia non sunt alicuius determinati generis prædicata, sed omnia genera transcendunt, nec propriè pertinent ad determinatum prædicabile, nam cum prædicabilia intrinsece ordinentur ad prædicamenta, quæ prædicamentorum ordinem non ingrediuntur, extra ordinem etiam prædicabilium censendum est esse, quidquid aliqui velint similes prædicationes ad quartum prædicabile referentes, quas tamen excludunt interpretes vniuersi.

Status controuersiæ indicatur, & prima opinio refertur.

Sententia Alberti

2\. DE cæteris igitur proprietatibus, quæ tribus modis primis conueniunt, dissensio esse potest, eiusmodi namque, à communibus separantur accidentibus, quæ nulli sunt propria, atq; ea propter ad quartum prædicabile pertinebunt, de quib' sic videtur sentire Albertus Magnus tract. 6. de proprio cap. 1. & tract. 7. de accidenti cap. etiam. 1 & post ipsum doctores Louanienses in commentarijs huius capitis, quibus fauet in primis Arist. 5. libro de generatione animalium. 6. capite, cuius titulus est de coloribus animantium, in principio, vbi fuluum colorem proprietatem ponit, à leonum specie emanantem his verbis. *Animalium vero, alia vnicolora sunt, quorum genus totum, vnum habet colorem, quomodo leones fului sunt omnes, &c.* Cùm tamen notum sit, non solum leonibus similem colorem inesse, sed multis alijs animalibus, id igitur non obstar, quo minus prædicatione quarti prædicabilis de eisdem enuncietur.

Probatur ex Arist.

Fauet item Porphyrius cap. vltimo, dū ea, in quibus genus ab accidentibus separatur enumerans, ex natura accidentis esse statuit, vt individuis per se primo conueniat, speciei autem propter indiuidua, nam idcirco albus est homo, quia Petrus, & Ioannes albedine afficiuntur. Ecce Porphyrij verba. *Et accidentia quidem in indiuiduis principaliter subsistunt. Genera verò, & species naturaliter priora sunt indiuiduis substantijs, &c.* de proprio vero constat, primo speciei inesse, cū ab eius principijs oriatur, posterius indiuiduis propter illius participationem, ea quidem conditione, vt risibiles sint Petrus, & Ioānes, quia talis est homo, quibus præmissis argumentum sic procedit. Ex Porphyrio. 3.

Proprium in quocumque sit trium modorum conuenit speciei primo, & propter speciem indiuiduis, calor namq; indiuiduis speciei ignis, albedo indiuiduis niuis vel cigni, & canities singularib' hominibus, propter ipsam speciem conueniunt, cum tamē ad aliarū specierum indiuidua, quibus insunt comparata, eisdem per se primo attribuantur, hoc igitur discrimen infert plane, comparatione ignis, niuis, & cigni sub quarto prædicabili esse connumeranda, esto aliarum respectu constituantur sub quinto: conuincit præterea intentum principale huius sententiæ, videlicet, proprietates secundæ, & tertiæ acceptionis (tales enim sunt prædictæ) ad quartum prædicabile pertinere, fauet demùm D. Thom. 4. libro contra gentes. cap. 14. vbi hanc protulit vniuersalem propositionem. *Omnia accidentia sunt proprietates quædam substantiæ superadditæ & à principijs substantiæ causatæ.* Omnia igitur cēsentur substantiæ proprietates etiam si non insint soli, vel semper, atque adeò de illo subiecto, à quo emanant prædicatione quarti prædicabilis enunciabuntur: esto aliorum, quibus promiscuè conueniunt comparatione, sub quinto sint prædicabili collocanda. 4.

Idemq; ratio ipsa conuincere videtur, nam quælibet proprietas trium modorum habet propriam definitionem, & quidem per subiectum proprium designatā, quælibet igitur habet proprium subiectū à quo oritur, enunciabitur ergo de illo in quale proprium, & non commune, atque adeò prædicatione quarti prædicabilis. Hanc partem tuetur doctor Canterus in expositione breui huius capitis circa finem, vbi omnes acceptiones proprij, si pro aptitudine, aut potentia, & non pro actu accipiantur, ad quartum prædicabile spectare ostendere 5.

ostensurum in libris de anima pollicetur.

Alia media sententia refertur.

QVosdam alios interpretes Aristot. medium tenuisse inuenio, ita vt neque proprium quarto modo dumtaxat in quarto prædicabili esse constituendum censeant,
6. nec tamen tres alias acceptiones in vniuersum, sed distinctione vtendum esse, nam quædam sunt earum acceptionum propria, quæ ab essentia specifica effluunt, qualia sunt tribus illis exemplis de calore, & albedine respectu ignis, niuis, ac cigni numerata, alia verò, quæ non nisi ab indiuiduali, hoc est ex materiæ dispositione seu indiuidui particulari cõplexione, & illa quidẽ sub quarto prædicabili constituere oportet, hæc verò sub quinto, & eiusmodi distinctio adæquate separat quartum, & quintum prædicabile, vniuersa accidentia, quæ à principijs specificis prodeunt, quarto assignans, in quacumque sint acceptione, cætera verò ad quintum referens: ad concordiam item reuocat extremas sententias, primã quidem à nobis relatam omnes quatuor acce-
7. ptiones indiscriminatim collocantem sub prædicabili quarto, atque etiam oppositam tres priores excludentem prorsus: interpretes alij ex parte hanc, ex parte illam opinionem defendentes, duabus de causis definitionem Porphyrij, (quę explicatio est quartę acceptionis) reprehendunt, vnà quidẽ, quia proprium dumtaxat speciale explicat, generali, vel subalterno prætermisso, & rursus speciale, non quodcumque, sed illud dumtaxat, quód cùm specie reciprocatur, cùm tamẽ plures sint pro
8. prietates præsertim tertiæ acceptionis, quæ cum nullo reciprocantur, de multis tamen enunciantur prædicatione quarti prædicabilis, vt aptum esse ad intelligendum, aptum esse ad volandum, gressibile, bipes & capitatum: sic igitur debuisset Porphyrius (aiunt) proprium definire, vt vniuersa, quę quartum prædicabile constituere valent, comprehenderet, nempe proprium est, quod de pluribus in quęstione quale est, accidentaria & necessaria prędicatione dicitur, vt per primam particulam excludantur ea, quæ non sunt vniuersalia, per secundam genus & species, differentia per tertiam, accidens denique, quod est quintum prędicabile per quartam, quod contingenti prædicatione in quale enunciatur, ac per eandem proprietates illæ talium acceptionũ, quæ contingenter enunciantur, cùm apertum sit ad quintum prædicabile referendas esse.

Argumentum horum autorum vnicum est, propria cõditio quarti prædicabilis in eo posita est, vt proprietas ab essentia orta enunciabilis sit de subiecto in quale & necessario; quòd verò ab ea, tanquàm à causa adęquata oriatur, vel quarto modo cõueniat, nihil refert, si qui-
9. dem non variat modum prædicandi, à quo prædicabilia constituuntur, ac distinguuntur; conuincitur ergo tales proprietates, tertię prę sertim acceptionis ad quartũ prædicabile proprie pertinere. *Probatur hæc sententia.*

Communis, & vera sententia proponitur, præfertur cæteris, & corroboratur.

EGo vero omnes & solas proprietates quarto modo enunciabiles de subiectis, à quibus promanant, ad quartum prædicabile spectare sentio, cæteras vero cuiuscumque sint acceptionis ad quintum refero. Communis est sententia antiquorum & modernorum interpretum Porphyrij, eam cum primis tenet D. Thomas expresse, opusculo. 48. cuius titulus est de totius logicæ Arist. summa. cap. 7. vbi egregie exponit definitionem Porphyrij, Iauel. tractat. 4. prædicab. cap. 5 de proprio. Caiet. Magist. Soto in expositione huius capitis. P. Tol. circa finem eiusdem, quam plane docuit Arist. 1. libro topicorum cap. 4. vbi 10. eam attulit definitionem. *Proprium est quod nõ indicat quid est esse rei, soli autem inest, & conuersim prædicatur.* Solas proprietates quartæ acceptionis explicantem, cæterũ vt tres primas à quarto prędicabili expressius depelleret, eiusmodi subiungit verba. *Nemo enim proprium dicet, quod contingit alij inesse, neque si forsitan, per aliquod tempus inest soli, &c.* sub proprijs item nominibus, cùm communi accidenti coincidere docet propria aliarum acceptionum, ad illudque spectare, ad finem capitis eiusdem hisce verbis. *Manifestũ est autem ex his, quoniam accidens nihil prohibet, & quando, & ad aliquid proprium fieri, simpliciter autem proprium nõ erit.* Adnotauimus autem nos literam Porphyrij 11. exponentes, tres priores acceptiones, sub nominibus proprij ad aliquid & quando Arist. comprehendisse 5 lib. topicorum. cap. 2. locis præsertim 44 & 48. *Sententia vera.*

Nec minus expressa est sententia Porphyrij cap. præsertim vltimo, vbi quæ communia sunt,

funt, & propria, quarto, & quinto prædicabili enumerans, docet tria esse quibus principaliter separantur, primū quidem, quia proprium vni dumtaxat speciei, cuius essentiam sequitur conuenit, eiusque indiuiduis, commune verò accidens pluribus: secundum, nam proprium conuersim prædicatur, nequaquā commune accidens. postremum, proprium magis minusúe non suscipit, quemadmodum accidentia: de proprio autem, & communi accidenti Porphyrium loqui in quantū sunt prædicabilia, nō licet ambigere, cùm exploratum sit, in eo capite omnium prædicabilium propria, atque communia designare. Idemque de Arist. necessarium est sentire, si quidem in eodem capite genus, atque speciem simul cum proprio, definitionibus prædicabilium proprijs explicat, quas Porphyrius, & schola dialecticorum vniuersa immutatas prorsus, & accepit, & retinuit.

12. Probatur ratione. Idemq; efficax ratio confirmat, nam quartum prædicabile idcirco appellatur proprium accidens, quia soli conuenit ei, à cuius essentia effluit, neq; enim iuxta sermonis proprietatem, vt asseruit Arist. proprium appellari potest, quod cæteris est commune, quanquàm ab essentia oriri censeatur, vtrumq; igitur simul

13. concurrere in accidenti oportet, vt proprium simpliciter sit, atque ad quartum prædicabile referatur, & vt vno verbo rem attingamus, omne illud, & solum accidens proprium appellabitur, quod fluit ab essentia alicuius, tanquàm à causa adæquata, hęc est enim causa propria, vt à communi secernitur, quæ aliarum communicationem admittit. Hoc sibi voluerunt Aristot. & Porphyrius statuentes reciprocam prædicationem, intrinsecam esse conditionem proprij, per quam à quinto prędicabili distinguitur, qua notū est carere aliarum acceptionum propria; vnde nec simpliciter appellantur talia, nec proprie constituuntur in 4 prædicabili, vt Porphyrius postremis huius cap. verbis non obscure docuit, de proprijs solius quartæ acceptionis sic loquens. *Hæc autē proprie propria dicuntur quoniam etiam conuertuntur, si quid enim equus hinnibile est, & si quid hinnibile est equus est.*

Secundò in eum finem institutum est quartum prædicabile, vt ex illo efficiantur propositiones per se demonstrationi deseruientes,

14. quæ ab Aristot. in 2 modo perseitatis collocantur, vt 1 lib. posteriorum. cap. 4 conspicimus, ex quinto namq; prædicabili, non efficitur propositio vlla per se, sed cunctæ illius appellantur per accidens, ac propterea à demonstratiuo ordine excluduntur, sed ex tribus primis acceptionibus nō constituitur aliqua propositio per se, ergo neq; ad quartū prædicabile referuntur, minorē nunc duabus vijs ostendo, quæ in libris posteriorum notior erit.

I. Via probandi minorem. Prima est, propositiones per se in secundo modo eiusmodi esse oportet, vt vicissim ex propositionibus modi prioris sequantur, easque à posteriori inferant, sed proprietas, quæ non oritur ab essentia, tanquàm à causa adæquata, eam ex necessitate non infert, neq; enim sequitur hominem esse, qui duos habet pedes, vel à priori canos habere, si est homo, & sic de singulis huiuscemodi proprietatibus, ergo nec efficiunt propositiones per se, neque ad quartum prædicabile referuntur.

II. Via. Secunda via talis est, ex proprietatibus aliorum modorum non efficiuntur propositiones 15. per se in secundo, neque in quarto modo per seitatis, omnes igitur sunt per accidens, atque adeò sub quinto prædicabili collocantur, euidens vtraque consequutio est, quia propositiones primi modi per se sunt essentiales, tertius modus non est prædicandi, sed essendi, in 16. quo sola substantia, quæ est ens per se, ponitur, antecedens autem probatur efficaciter, nam secundus modus propositionum per se est, in quo subiectū pertinet ad definitionem prædicati, quartus verò, in quo effectus prædicatur de adęquata seu propria causa, sed proprium aliorum modorum à quarto non bene definitur per subiectū, nec enim bona erit assignatio, si dicamus, bipes est homo duos habens pedes, cū possit esse aliud animal, minus etiā bona erit: si quispiam dicat, bipes est animal habens duos pedes, respectu hominis, cuius est proprietas secundæ acceptionis, cum æque conueniat multis animalibus, igitur respectu hominis non potest efficere propositionem per se in secundo modo, imo nec respectu alterius cuiuslibet animalis, cuius proprium est secundæ acceptionis, quod vero nō efficiat propositionem per se in quarto modo, 17. notissimum est. Cum nō sit proprius effectus, seu adæquatus subiecti alicuius: eiusmod. ergo non sunt appellanda propria, nisi quadam ratione analoga, non secus, ac differentia communis, & propria, appellantur differentiæ, atque ea propter quemadmodum sola differentia proprijssima constituit tertium prędicabile, cæteris differentijs ad quintum relatis,

tis, pari ratione solum proprium quarto modo constitutum, quartum, quia illud solum proprie proprium est, vt Porphyrius docuit, cætera verò impropriè, & secundum quid, & ad quintum prædicabile referenda erunt.

Ad argumentorum solutionem notanda.

Notabile pro argumentis solvendis. CAEterum, vt argumentis fiat satis obseruare illud oportet, accidens in duplici sensu appellari proprium: vel in quantū ab extraneo distinguitur, vel à communi, extraneum illud est quod ex parte saltem procedit à causis extrinsecis, qualia esse dicemus inferius ea, quæ indiuidualem sequuntur com-
18. plexionem; commune verò, quod non vni tantum, sed pluribus conuenit, vt albedo, & nigredo: idem namque sibi vult proprium esse alicuius, quod ei soli conueniens, vt ex Arist. 1 Topic. cap. 4. attulimus, vtramq; autem concurrere conditionem oppositam necesse est, vt accidens dicatur proprium simpliciter, postquam ex vtraq; perfecta ratio proprietatis consurgit, & ex defectu cuiusque, commune appellatur accidens simpliciter: proprium verò se-
19. cundum quid: vtramque item vt per se, & simpliciter constituatur in quarto prædicabili requirere censendum est, quod ex definitione Arist. euidenter elicitur, in qua duo continentur, & ab intrinsecis principijs ortum esse, dū dicitur quod non indicat quid est esse rei, & soli conuenire, conuersimque prædicari, quibus verbis prohibetur plane alijs inesse, vel de
Illatum. eis prædicari, ex quibus illud infero non satis esse, vt accidens sit proprium quarti prædicabilis, ab essentia quacunque ratione prodire, sed insuper requisitum esse, vt tanquam à causa adæquata prodeat, hoc est enim per se prodire, licet enim ab essentia alicuius, accidens sic procedat, vt propter similitudinem cum alijs, ab eis etiam oriatur, non dicetur proprium illius simpliciter, vt expositum est, sed vtrisque commune, calor igitur respectu ignis siue secundum substantiam accipiatur, siue vt in summo gradu ei conueniens nō est proprium eius accidens absoluta loquutione, nec de illo prædicabitur prædicatione quarti prædicabilis, sed commune censendum est, atque
20. ad quintum prædicabile referendum, & similis est ratio de cæteris elementorum qualitatibus eis in summo gradu attributis. Idque ef-
Probatio. ficaci ratione ostendo, nam, si in summo gradu calorem consideres, non semper igni conuenit, 21.
vt in prima eius generatione, atque etiam in actione, & reactione exploratum est, ferrum enim hoc tempore non nihil frigiditatis recipit, vnde etiam colligitur magis, minusue suscipere, quod cùm natura propriæ passionis pugnat, vt docet expresse Porphyrius cap. vltimo circa finem his verbis. *Et propriorum quidem æqualis est participatio, accidentium verò, vel magis, vel minus, &c.* Ac illud esse discrimen ab vniuersis obseruatum, & à Porphyrio, capit. sequenti expressum, sic se Nota.
habere commune accidens, etiam si inseparabile sit à subiecto, cui inhæret, vt non solum subiectum sine illo, sed etiam cum opposito intelligi possit, vt cum nigredine cignus, coruus cùm albedine, quanquam re ipsa numquā fere contingat similia accidentia à subiecto separari, at propria passio intime subiecto vnitur, atque adeò, licet apprehendi sine illa possit, non tamen cum opposito, neq; enim hinnibilis homo, nec risibilis equus intelligi possunt: sed ita est, quod elementa non solum si-
ne his qualitatibus apprehendi possunt, sed 22.
cum oppositis, vt in igne ostēdimus, deficiunt igitur à ratione proprij accidentis, & communia appellari absoluta loquutione debent, & etiam si essentiam consequantur inadæquata tamen ratione, vnde, & proprietates solum inadæquate, atq; adeò secundum quid dicuntur, quæ propter quandam analogiam, & similitudinem cum proprio quarto modo, ad quartum prædicabile reductiue spectare possunt, non secus ac differentia communis, & propria ad tertium, & par est ratio de accidentibus cæteris his similibus.

Secundò obseruandum est, accidens pro- Notabile secundum.
prium completum esse prædicatum, quod essentiam præsupponit completam siue illa substantia sit corporea, vel spiritualis, aut etiam accidens, notum est enim, non solum substantias, suas habere proprietates, sed etiam suo modo accidentia, vt in principio quæstionis
multis exemplis ostendimus, aliud tamen est 23.
propriū proximè, & adæquate ex subiecto ortum ratione formæ, aliud ratione materiæ. Exemplū primi accipere possumus in admiratione, & capacitate disciplinæ, quæ ab essentia hominis, tanquā à causa propinqua adequataque prodeunt, & ab excellentia propria animæ rationalis, tanquàm à prima radice: exemplū postremi potest esse quantitas, quæ à substantia sub gradu corporis constituta procedit ad-

dit adæquate, ratione quidem materię tanquã primæ radicis, eo enim ipso quod materiæ cõiungitur substantialis forma, resultat ex tali vnione substantia trinæ dimensionis capax, quam naturali sequela quantitas sequitur, iuxta easdem dimensiones eam extendens, omni, soli, ac semper conueniens, eiusmodi autem proprietates sunt, quæ consequuntur essentiam, in aliquo gradu generico, vel specifico sub alternæ, vel atomæ speciei constitutam.

Indiuiduales differẽtiæ. Sunt tamen aliæ, quæ appellantur indiuiduales, quia indiuidualem naturam, vel complexionem consequuntur, quales sunt secundę qualitates ex tali mixtione primarum procedentes tali loco, & tempore: in quibus generãtur mixta, cæterisq; extrinsecis causis non parum iuuãtibus earum productionem, eiusmodi esse existimo, corui nigredinem, albedinem

24. cigni, compertum namque est, certas quasdã regiones Aethiopes semper producere, propter nimium solis ardorem, aliasq; qualitates, aut dispositiones ibidem vigentes: quod vsque adeò, verum est, vt propter eiusdem cibi vsum vnius coloris sint apes, diuersi coloris vero quædã alia auium genera, quę diuerso vtuntur cibo, docuit hoc plane, Arist. 5. lib. de generatione animalium. cap. 6. circa finem hisce verbis. *Varia etiam magis sunt, quæ vario magis cibo vtuntur, idque recta ratione, vt apes vnicolores sunt, magis quam crabrones, aut vespæ, nam si cibi causa sunt mutationis, merito ciborum varietas facit, vt magis eucrient motus, & alimenti excrementa, ex quibus, & pili, & pennæ, & cutis gignuntur.*

25. Hæc Arist. vt intelligamus non satis esse idem accidens vniuersis alicuius speciei inesse indiuiduis, vt proprietas emanans ab essentia specifica censeatur, id. n. & similitudo indiuidualis complexionis, & similes causæ extrinsecæ iuuantes operantur: sic igitur discernere debemus proprietates, vt illæ cẽseantur ab essentia prodire, quæ proxime, & absque causarũ externarum interuentu, ab ea procedunt, & si quidem adæquate prodeunt, proprietates absoluta loquutione appellantur, quartum prædicabile constituentes, sin verò inadæquata ratione, quia ab alijs etiam procedere possunt, non sunt propria appellanda, nisi secundum quid, & absoluta loquutione communia accidentia, si autem medijs causis extrinsecis vel dispositionibus materiæ signatæ, indiuiduales proprietates sunt, ideoque communia accidentia.

Ex quibus elicitur non solum germanus sẽsus diuersorum locorum D. Thomæ, sed eorundem (cum pugnantia primo aspectu appareant) consensus, dum enim illis verbis pro sẽtentia prima obiectis asserit, accidẽtia formas esse substantiæ superadditas, atque à principijs eiusdem substantiæ causatas, cum generalis sit sermo, iuxta cuiusuis accidentis conditionem accipitur, etenim si proprium accidens proxime, & tanquam à causa adæquata à substantia oritur, quibuscumq; causis extrinsecis exclusis, cætera vero inadæquate ab ea procedunt, vel certe causis extrinsecis iuuantibus, idcirco communia simplici appellatione vocantur. Vnde non infertur ex D. Thom. verbis cuncta accidentia esse propria. Opusculo etiã de ente & essentia cap. 7. docet accidentia, quæ consequuntur formas, esse proprias passiones generis, vel speciei, quæ consequuntur materiam esse accidentia indiuidui, ex opposito vero, quæstione de spiritualibus creaturis vnica articulo 3. ad 12. sentit quantitatem, quæ ratione materiæ conuenit corporeæ substãtię, propriam esse illius passionem, & ita sentiendum est cum quarto modo conueniat. Ad testim. D. Thom. 26.

Consentire autem vtriusque partis verba inueniemus, si adnotatam doctrinam expendamus, dum enim accidentia materiam consequentia, indiuidualia, atque adeò communia esse affirmat, de materia indiuiduali, cui dispositiones, atque causæ extrinsecæ adiunguntur, ex quibus omnibus indiuidualis complexio coalescit, verba accipit. Quãtitas autem communem materiam sequitur, ex qua substantia sub gradu specifico corporis simul cum forma constituitur, vnde proxime, & adæquate ex tali gradu substantiæ oritur, cum eoque reciprocatur, & ad quartum prædicabile idcirco refertur. Nota. 27.

Ex eadem etiam doctrina intelligitur sensus verborum Aristot. de fuluo leonum colore, qui indiuidualem eorum complexionem sequitur, in cunctis valde similem, quapropter non ad specificas proprietates referuntur, quæ quartum prædicabile cõstituunt, sed ad indiuiduales ad quintum spectantes. Ad testim. Aristot. 28.

Porphyrij autem sententia sic est accipienda dum asserit, communia accidentia per se primo conuenire indiuiduis, propria vero speciei primo, quemadmodum accipiendam esse diximus cap. de differentia ex sententia Caiet. conditionem illam differentiæ communis, & propriæ, quas magis, & minus suscipere testatur, Ad testim. Porphyr.

tur, quod tamen negat de proprijssima, nempe à toto, vt aiunt genere, ad naturam communis accidentis spectare, vt primo indiuiduis conueniat, quia maiori ex parte complexionem indiuidualem sequitur, vel certe ab extrinseco procedit, cui tamen non obstat, quin in quibusdam particularibus proprietatibus, quarti prædicabilis similibus oppositum contingat: nam quemadmodum similes sunt in eo, quod ab essentia oriuntur proxime, licet inadæquate, sic etiam in eo assimilantur quod primo speciei conueniunt, & ratione illius indiuiduis, & ita se res habet in aliquibus proprietatibus in argumento propositis, in alijs vero vt sunt albedo cigni, vel nigredo corui, & Aethyopis, atque etiam canities hominis, negandū est omnino, primo conuenire speciei, nam cum sint indiuiduales proprietates per se primo, indiuiduis similes reperiuntur propter maximam eorum similitudinem, atque etiam propter similes causas extrinsecas ad eorum productionem, & conseruationem concurrentes.

II. Solutio. Vel etiam secundo respōdeo, conditionem illam non distinguere sufficienter proprium, & commune accidens, nisi hoc modo accipia-

30. tur, nempe proprium primo conuenire speciei, tanquam subiecto, & causæ adæquatæ, & eius participatione indiuiduis, commune vero accidens primo indiuiduis, vel si aliquando primo speciei conueniat, non simpliciter, sed cum addito inadæquatæ causæ, quod non extrahit illud à ratione communis accidentis, nam eo ipso, quod ab essentia, tanquam à causa inadæquata oritur, non soli cōuenit, sed pluribus communicatur, amittitque rationem proprij accidētis, variat enim absq; dubio prędicationis modum, & speciem prædicari de subiecto, tāquam de adæquata causa, cùm vna sit reciproca prędicatio, secus alia, vna in quale proprium, alia in quale cōmune, in quo discrimen quarti, & quinti prædicabilis positū est, idque simile quoddam exemplum ex do-

31. ctrina Arist. petitum ostendit, nam primo lib. Posteriorum cap. 4. inter propositiones per se enumerat eam, in qua effectus per se de sua causa enunciatur, non quacumque, sed adæquata, & propria, cuiusmodi sunt prædicationes istæ, iugulatus interijt, ædificator ædificat, cum tamen ex inadæquata causa non fiant tales propositiones per se, non ergo mirum est, si ad rationem quarti prædicabilis exigamus, vt proprium sit ex principijs essentialibus, tanquam ex adæquata causa ortum, si quidem propositiones huius prædicabilis, ad secundū, & quartum perseitatis modum referuntur, & quę à modis perseitatis deficiunt, per accidens censentur ad quintum, & prædicabile spectare. 32

Solutiones aliorum argumentorum.

ARGVMENTO eiusdem opinionis occurrimus negantes omnino quodlibet accidens, proprium sibi vendicare subiectū, solius enim accidētis proprij quarti prædicabilis conditio est hæc, cætera vero quanquàm determinatam causam habeant, à qua producantur, vt qualitates secundæ ex certa mixtione primarum, in pluribus tamen subiectis similis causa reperitur, & ideò simile sequitur accidens, atque idcirco commune pluribus, non vni subiecto proprium, communi autem subiecto in singulis definitionibus posito sufficienter explicari possunt, vt dum album definimus dicentes esse corpus disgregatiuum visus, proprio namque effectu separatur à cæteris, cum quibus in subiecto communicare potest, eiusq; specialis inhærentiæ modus designatur. Ad argum. Alberti. 33

Circa secundam sententiam illud in primis consideratione dignum est, quod Porphyrij reprehensio Aristotelem ex directo tangit, cùm ab eo modum explicandi quartam acceptionem acceperit, imò definitio ipsa Arist. carpitur, quàm proprijs trium modorum constat non conuenire, & licet Arist. & Porphyrius proprium dūtaxat speciale, hoc est, atomę speciei conueniens per illam explicare intenderint, vt eorum exempla, atque etiam subiuncta verba declarant, idcirco, quia notius nobis est, illiusq; frequentior vsus, si tamen bene intelligatur subalternis accommodari potest, sensibile namque animali comparatum, ex cuius essentia procedit, non indicat, quid est esse rei, soli autem inest, & conuersim prædicatur, & sic in singulis definitio explicari potest, vtriusque igitur philosophi doctrina verissima est, satisque commode naturam quarti prædicabilis exponit, vt quæstione sequenti ostendemus, vbi etiam referenda est definitio ab autoribus eiusdem sententiæ designata, probandumq; accidentibus inseparabilibus conuenire, quæ in quinto prædicabili collocantur. Circa 2. sententiam nota. 34.

Argumentum autem in fauorem illius oppositi-

Ad argum. Fonsecæ. Positum sic soluendum est. Cõditionem quarti prædicabilis non esse in eo dumtaxat positam, vt proprietas ab essentia oriatur, de eaque in quale, ac necessario sit enunciabilis, sed mul
35. tum referre, vt ab ea tanquam à causa adæquata oriatur, alioqui non erit proprietas simpliciter, sed commune accidens, vt ostensum est, nec conuersim de proprio subiecto enunciabitur, quam conditionem apprimè necessariam posuerũt Aristot. & Porphyrius pro constitutione quarti prædicabilis, modum item prædicandi variat reciproca prædicatio, vt vidimus, & quartum prædicabile à quinto secernit: ex his verò proprietatibus, quæ objiciuntur, vna vel altera pro aptitudine accepta, potest ad quartum prædicabile referri, vt aptitudo ad intelligendum, quæ quarto modo conuenit gradui substantiæ intellectualis Angelis, & hominibus communi, reliquæ vero, quæ quarto modo non adaptantur, ad quintũ prædicabile referendæ sunt.

QVAESTIO SECVNDA.

An proprium sit vniuersale, vel quartum prædicabile comparatum ad speciem, vel indiuidua?

Controuersiæ status aperitur.

Nota. GEMINAM esse proprietatem ab essẽtia adæquate prodeũtem innuere cæpimus quæstione præcedenti, generalis est vna
36 quæ ex principijs naturæ genericæ oritur, siue illa sit supremi generis, vel intermedij, quod subalterna species vocatur, vt susceptiuum esse cõtrariorum proprietas est supremi generis substantiæ, & substantialis corporis moueri aptum. Alia est specialis proprietas ab essentia specifica, seu atoma specie procedens, vt capacitas disciplinæ homini proprium est: vtrumque proprium ad quartũ prædicabile spectare nemo ambigit, cum quarto modo conueniat speciei, vel generi, ex cuius principijs tanquam ex adæquata causa oritur: vndè vtrumque prædicatur conuersim de re, cuius est proprium. Specificum autem dumtaxat definire voluisse Aristotelem, atque explicasse Porphyrium in quarta acceptione, ostendunt expresse vtriusq; verba atq; exempla, Arist. qui dem 1. lib. topicorum, cap. 4. & lib. 5. ca. 1. Porphyr. vero cap. præsenti, & clarius cap. vltimo de his, quæ communia sunt, & propria singulis, atque vniuersis prædicabilibus, vbi inter alia, hæc habentur verba non longè à fine: *Genus quidem de pluribus speciebus prædicatur, proprium vero de vna sola specie, &c.* Vterque autẽ philosophus proprium subalternum suppressit, quia rarior est vsus illius, frequentius vero in disputationibus infimo vtimur: & sicut certum est intentum eorum solum fuisse explanare infimum, vel specificum, ita etiam non est dubitandum definitionem Arist. atque explicationem quartæ acceptionis Porphyrianæ vtrumque comprehendere, vt quæstione præcedenti ostendimus, sed notum est etiam tertio, vt propius ad controuersiam accedamus, proprium subalternum de pluribus specie differentibus enunciari, vt sensibile de homine, equo, & leone, specificum vero de pluribus differentibus numero, vt capax disciplinæ de Petro, & Ioanne, vnde non potest esse dissidium de vtroque, an sit vniuersale cõparatione plurium, quæ media specie, vel genere respicit, si regulam antepraedicamentalem tractatu 1. prædicamentorum capite 3. ab Aristot. positam his verbis consideremus: *Quando alterum de altero prædicatur, vt de subiecto, quæcumque de eo, quod prædicatur, dicuntur, omnia etiã de subiecto dicentur. vt homo de homine quodam prædicatur, animal vero de homine, ergo & de quodam homine animal prædicabitur.* Si ergo ita est, quod proprium generale enunciatur de supremo genere, vel intermedio, speciale verò de atoma specie, euidenter colligitur, illud de pluribus speciebus, de quibus genera enunciantur, prædicari, hoc verò de pluribus indiuiduis, de quibus enunciatur species. Et absq; dubio eodem genere prædicationis, vt vniuersi interpretes Arist. intelligunt recensitam explicantes regulam, & exemplum ipsius Aristotelis conuincit animal namque de homine dicitur prædicatione generis, atque etiam de illius indiuiduis eodem prædicationis modo enunciatur, & similis est ratio de differentijs, nam subalternæ eodem genere prædicationis, quo prædicantur de speciebus subalternis, quas proximè constituunt, prædicantur de speciebus inferioribus: vtraque enim hæc prædicatio ad tertium prædicabile spectat, Angelus est incorporeus, & Michael est incorporeus, neque vllum penitus exemplum reperies, in quo superius prædicatum diuerso genere prædicationis

37. (margin, beside "dem 1. lib. topicorum")
38. (margin, beside "rium, quæ media specie")
39. (margin, beside "speciebus, de quibus genera")

cationis de proximo, ac remoto subiecto enuncietur, prædicatione igitur proprij prædicatur
40 proprium generale de specie subalterna, & eadem de inferioribus speciebus, & prædicatione eadem secundum speciem quarti prædicabilis prędicatur risibile de homine, ac de Petro & Paulo.

Illatum. Ex quibus inferre licet, minus bene à quibusdam dubitatum esse, an eadem relatione secundum speciem referatur proprium ad speciem, & indiuidua, vel diuersa, cum eadem sit ratio de differentia, & à nemine sit vnquam dubitatum, respiciat ne eadem relatione hominem, & eius indiuidua differentia rationalis, cuius ea est ostensiua ratio, quia vbi eadem ratione respiciuntur termini, licet diuersi materialiter, eadem est relatio secundum speciem, sed risibile respicit hominem secundum principia essentialia, à quibus procedit, & eorundē ratione indiuidua, quæ illam participant, propterea enim risibiles sunt Petrus, & Paulus,
41 quia sunt homines, ergo eadem est relatio secundum speciem, proprietatis ad speciem, & indiuidua, quod vero indiuidua sint plura, species vero vnum, & ideò relatio ad indiuidua sit vniuersalis, secus verò ad speciem, nihil refert, nam cum eadem sit ratio formalis prædicandi in quale proprium extensionem potius quam modum prædicādi, illud variat, præter quam quod in hoc versatur controuersia, an vniuersale sit proprium comparatione speciei, vel indiuiduorum dumtaxat.

Prima sententia refertur, & corroboratur.

CVius negantem partem secuti sunt Scotus in sua Logica, q. 1. de proprio, Louanienses capit præsenti, Oña, quæst. vnica, art. 2. Fons. 5. Meth cap. 28. quæst. 19. & 20. asserentes proprium, non esse vniuersale respectu speciei, sed solum cōparatione indiuiduo-
42. rum, probant primo, quia vniuersale essentialiter nihil aliud est, quam aptum esse in multis subijcibilibus, vt eius definitio ostendit, nihil ergo erit vniuersale respectu alicuius, nisi illud tale adiunctum alijs subijcibilibus efficiat multa, sed humana natura, exempli gratia, non ponit in numerum cum suis indiuiduis, cum notum sit, non esse plures homines, quam duos, Petrum, & Ioannem, natura humana eis adiuncta, neque in super plura risibilia, quā duo, sed nec homo ipse plura est, sed vnum tantum ergo nec respectu hominis erit risibile vniuersale, sed solum respectu indiuiduorū, quæ plura sunt.

Secundo vniuersale comparatur ad subijcibile, hoc est, ad illud, quod sub se continetur, Prob. II.
ergo vniuersale ex propria ratione latius patet quam illud respectu cuius tale dicitur, & superius illo est, sed proprietas specifica reciprocatur, cum specie veluti ei æqualis, ergo comparatione speciei nō est vniuersalis, sed respectu indiuiduorum, nam ad quodlibet eorū comparatum superius prædicatum est.

Quibus accedit, quod esse proprium & vniuersale respectu eiusdem, rationes sunt ex diametro pugnātes, cum vniuersale sit illud, quod multis conuenit, proprium, quod vni tantum, hoc est. n. quod Arist in definitione protulit, proprium est, quod non indicat, quid est esse rei, soli autem inest, & conuersim prædicatur, & Porphyrius: proprium quarto modo est, quod omni, soli ac semper conuenit, sed proprium per se primo dicitur tale ad speciem cōparatum, ergo respectu illius vniuersale esse non potest.

Opinio secunda affirmans proprium esse vniuersale respectu speciei.

OPposita sententia profitetur proprium, siue generale sit, siue speciale, vniuersale esse, non solum comparatum, ad inferiores species, seu indiuidua, sed etiam ad speciem, ex cuius principijs proximè oritur, & de qua propinquè enunciatur, eā egregiè explicat, ac defendit Albertus Magnus, tractat. 5. 43.
de proprio c. 1. circa finem, quem sequuntur, Caiet. & Mag. Sot. qu 1 huius c. P. Tol. in fine eiusdem c. & plures moderni, & fundatur in definitione Aristotelis, quæ non cōuenit proprio, nisi comparatione speciei, ex cuius principijs oritur, cui soli inest, & cum qua reciprocatur, cum indiuiduis vero non conuertitur, neque alicuī eorum inest soli, & tantundem censendum est de Porphyrio, qui explicans quartam acceptionē respectu speciei affirmat omni, soli, & semper conuenire, capite item vltimo communia, & propria huius prædicabilis enumerans, sæpè repetit esse prædicabile 44
de specie, quam sequitur, censet igitur respectu illius esse vniuersale. Idque efficax ratio videtur conuincere, nam proprium siue generale sit, siue speciale per se primo, adæquate, ac tanquam proprio subiecto conuenit speciei, à cuius essentia prodit, indiuiduis verò secunda-

rio,

Contraria sententia.

rio,ac ratione quadã remota, participatione speciei,ergo in ordine ad speciem constituitur in ratione proprij,atque adeo in ratione vniuersalis,nam ratio ipsa adæquatæ proprietatis est,quæ intentionem vniuersalis fundat.

Secundo, relatio quæcunq; habet speciem ex termino primario, per se,& proximo, ad quem ordinatur, sed relatio proprij, primo & per se respicit speciem,virtute illius indiuidua ergo ab ea accipit speciem,relatio autem proprij est vniuersalis,non secus ac aliorum prædicabilium, ergo conditionem vniuersalis ab specie sortitur, ratione autem illius ad indiuidua se extendit.

Postremo, propositiones secũdi modi perseitatis, demonstrationi deseruientes per se pertinent ad prædicabilia,nec ad aliud nisi ad
45 quartum, sed tales non conficiuntur comparatione indiuiduorum,quia singulares propositiones demonstrationi non deseruiunt, vt in libris posteriorũ manifestum erit, sed ex proprietatibus,ac speciebus:cuiusmodi sunt proprijssimæ huius prædicabilis, necesse est ergo esse vniuersales.

Resolutio quæstionis iuxta propriam sententiam.

Nota I. PRo huius controuersiæ decisione obseruandum est,tria posse considerari in propria passione, primum est emanatio eius à subiecto: secundum connexio naturalis, & necessaria cum eo, ratione cuius de eodem enunciatur in secundo modo perseitatis, & propositione perpetuæ veritatis: tertio consideramus proprium, secundum actualem inhæsionem in subiecto, quæ existentiam eius extra causas respicit,aut præsupponit, & sub consideratione prima, atque secunda proximè, &
46 tanquam proprium, adæquatumque subiectũ solam speciem respicit, indiuidua vero nõ proximè, sed media specie, sub tertia verò consideratione ex opposito, prius respicit indiuidua,& his medijs speciem,& quanquam vtrũque sit manifestum,probatur nihilominus primum, quia proprietates ab essentia rei emanant,si igitur sint specificæ,hoc est speciei sub
I. probat. alternæ,aut infimę (eiusmodi enim dumtaxat ad tertiũ prędicabile pertinent)ab essentia specifica proximè,& adæquate emanabunt,vt risibilitas ab homine,sensibilitas ab animali,vnde cum eis dumtaxat reciprocantur,& non cũ aliquo indiuiduo, & cum emanent tanquam à proxima causa adæquata, ac per se,enunciabuntur de illa,in secundo modo per se, ac tandem cum per se connectantur illi, & veritas enunciationis non dependeat ab existentia extremorum actuali in natura rerum,prędicabitur propria passio de specie prædicatione perpetuę veritatis,vt indicant propositiones istę, & similes,animal est sensibile,homo est capax disciplinæ,admiratiuus,vel risibilis.

Quòd verò secundum actualem inhærentiam,aut existentiam extra causas sumpta proprietas, primò conueniat indiuiduis, speciei vero non nisi his medijs,probatur aperte ex sententia Arist. cap. de substantia,vbi substare accidentibus, hoc est, ea sustentare primo,ac per se ait conuenire primis substantijs, secundis vero non nisi earum ratione,& idcirco proprie illis,& quasi remote his,sed sustentare accidentia à primis substantijs fit per actualem inhęrentiam in eis,ergo primo atque proxime eis insunt,sed primę substãtiæ sunt indiuidua, & secundæ substantiæ sunt species, & genera vt docet ibidem Arist. ergo his, non nisi secundario conueniunt, primario,atque proxime in diuiduis, quod etiam conuincit ratio, nam actualis inhærentia in subiecto, actualem quoque existentiam vtriusq; necessario prędsupponit,sed existentia actualis, primò conuenit indiuiduis, generibus verò,& speciebus, non nisi in quantum in eis sunt, ergo secundum actualem inhęrentiam sumpta proprietas,primo conuenit indiuiduis, & eorum ratione naturis genericis,& specificis. II. probat. 47 Ratio. 48.

Secũdo obseruandum est, in proprio,quod est quartum prædicabile, duo esse consideranda,& rationem vniuersalis abstractam, in qua cum cæteris prædicabilibus conuenit,& rationem specialem talis vniuersalis,& prędicabilis per quam ab eis separatur,secundum quam vocatur vniuersale proprium, aut prædicabile quartũ,quod in quale propriũ prędicatur,sicut species,vt tale vniuersale species dicitur, & secũdum prædicabile, & vniuersalitatem primo modo consideratam habet propriũ in ordine ad indiuidua,simpliciter,& propriè loquendo, & non in ordine ad speciem solam , quæ vnum tantum est simpliciter,& non plura: vniuersalitatem vero specialem, & propriam, nec à sola specie,nec à solis indiuiduis , sed ab vtrisque simul,probatur apertè, quia specialis ratio vniuersalitatis, in ordine ad specialẽ modũ prædicandi accipitur, vt distinguentes prędica- Nota. II. 49. Ratio.

dicabilia vidimus, sed specialis ratio, prædican
50 di quarti prædicabilis, per quam separatur à cæ
teris est prædicari in quale proprium, hanc au-
tem accipit primo ab specie, cuius per se pri-
mo proprium est, ob proximam emanationẽ,
ergo licet plura exigat indiuidua, speciem quo
que exigit necessario, & idcirco in ordine ad
illam, simul & indiuidua accipienda est, ab his
quidem, vt à multis, ab illa, vt à proprio sub-
iecto, cũ quo per se primo reciprocatur, quod
est conuersim prædicari.

Vera sẽtentia. Nostra igitur sententia quasi medium te-
net inter primam, & secundam, licet magis
51 declinet ad primam, explicaturque his duabus
assertionibus, ex adnotata doctrina inferen-
dis.

I. Assertio. Assertio prior est, proprium non est vni-
uersale simpliciter respectu speciei, sed indiui-
duorum, quam conuincunt planè argumenta
primæ opinionis, & definitio vniuersalis,
quod est: *vnum in multis*, sed species non est
multa formaliter, & simpliciter, sed vnum tan
tum, ergo nec respectu illius dicetur propriũ,
simpliciter vniuersale, quod vero sit virtuali-
ter multa non sufficit, cum hoc nõ sit esse mul
ta simpliciter, sed solum secundum quid, & ra-
tio vniuersalis respectu multorum sit simplici-
ter desumenda, vt nomen ipsum denotat.

II. Assertio Assertio posterior, esse tale vniuersale, hoc
est quartum, à reliquis distinctum non habet
proprium respectu indiuiduorum dumtaxat,
52. nec solius speciei, sed in ordine ad indiuidua,
simul cum specie accepta, quam non minus ef-
ficaciter conuincit ratio, nam indiuidua sunt
quidem plura, in quibus proprium inest, ac de
quibus prædicari potest, sed non inest eis vt
proprium, nisi in quantum emanat ab specie,
ergo nec est prædicabile de eis in quale propri-
um, nisi ratione speciei, quam participant, de
qua sola prædicatur conuersim, respicit ergo
intrinsece, & per se speciem præter indiuidua,
vt sit tale vniuersale, distinctum habens modũ
prædicandi à cæteris.

Diluuntur argumenta vtriusque opinionis.

Quid probẽt argum. primæ sent. NEC magnum exhibent negotium ar-
gumenta vtriusque sententiæ, nam quæ
in fauorem primæ opponuntur, solum
probant, vniuersalitatem in communi consi-
deratam non conuenire proprio respectu spe-
ciei, quæ vnum tantum est formaliter atq; sim

pliciter, sed respectu indiuiduorum, quæ plura 53.
sunt, quod libenter admittit prior assertio no-
stra, quòd vero sit tale vniuersale, à cæteris qua
tuor distinctum, magna ex parte habet in or-
dine ad speciem, cuius ratione communica-
tur indiuiduis, quorum pluralitas, etiam repu-
tatur necessaria, licet non sufficiens, cum ta-
men sufficiat constituere proprium, vniuersa-
le, vt sic. Argumenta etiam posterioris senten-
tiæ conuincunt quidem, non sic esse proprium
tale vniuersale respectu indiuiduorum, vt ex-
cludenda sit species, sed illa multitudinem præ
bere necessario requisitam, non solum ad cõ- 54.
munem rationem vniuersalis, sed etiã ad pro-
priam talis vniuersalis, speciem verò rationẽ
propriam prædicandi in quale proprium, quã
non habet respectu indiuiduorum, nisi ex par-
ticipatione speciei, cuius per se primo dicitur
proprium, & de qua conuersim prædicatur,
non de aliquo indiuiduo, vt intuenti patet. Et
quod dicitur, prædicationem proprij de spe Nota.
cie esse per se in secundo modo, aptamque ad
extruendam demonstrationem, quod non ha-
bent propositiones, in quibus prædicatur de
indiuiduis, verissimum est, sed dum ex eo in-
fertur, illam primo, ac principalius pertinere,
ad quartum prædicabile, distinguendum est:
nam si modum prędicandi in quale, proprium 55.
quarti prædicabilis consideremus, ita verum
est, si autem rationem vniuersalis, quasi gene-
ricam, & ideò necessario, atque intrinsece
præsuppositam ad constitutionem talis præ-
dicabilis, primo pertinebũt prædicationes in-
diuiduorum, ad quartum prædicabile.

Et si opponas proprium prius de specie, &
ratione illius de indiuiduis prædicari Respon- 56.
deo ita esse, si solam connexionem prædica-
torum consideremus, at secundum actualem
inhærentiam, vel existentiam extremorum
prius conuenit indiuiduis, & quasi secundario
speciei in eis existenti, & quia vniuersale sim-
pliciter sumptum, in rebus esse dicitur, ratione
singularium in quibus existit, prius dicitur pro
prium vniuersale respectu indiuiduorum, in
quibus existit, quam respectu speciei, in qua,
non nisi secundario inhæret.

Et si tandem obijcias: vniuersalia abstrahe- Obiectio.
re ab existentia, & ideo dici perpetua, & incor
ruptibilia, quo pacto proprium indiuidua non
respicit, sed solam speciem: respondeo, vniuer- 57.
salia simpliciter sumpta in rebus esse, atque a-
deò in singularibus existere, & quando non
existunt,

existunt, non dicuntur vniuersalia vere, ac realiter, sed solum secundum essentialem connexionem prædicatorum, quo pacto nihil in rebus sunt. Nec proinde talia simpliciter, sed solum secundum quid, & quidem respectu multorum, quare neque hoc modo vniuersale erit proprium respectu solius speciei, quæ vnum tantum est, non plura, sed respectu indiuiduorum, in quibus realiter existit, simpliciter est vniuersale. Et quæ de proprio definita sunt in præsenti quæstione, ad differentiam sunt accommodanda, quæ si sit subalterna, vniuersalis est, non respectu speciei, quam constituit, sed inferiorum, vt sensibile, non est vniuersale respectu animalis, sed hominis, equi, ac leonis, & si sit infima, vt rationalis, non est vniuersalis respectu hominis, nisi respectu indiuiduorum eius, sed tale vniuersale nempè tertium à cæteris distinctum, non est differentia respectu inferiorum specierum, vel indiuiduorum dumtaxat, sed primo, & per se respectu speciei quam cõstituit, in ordine, ad quam per se primo accipit modum prædicandi in quale quid, necessario tamen requiruntur plura inferiora, quia esse tale vniuersale, talia quoque plura postulat, de quibus enunciabile sit, ab his igitur simul cum specie rationem propriam talis vniuersalis accipit differentia, sicur de proprio ostensum est. Controuersiam vero hanc ad quartum prædicabile referendã duximus, quia commodius, hoc loco differitur, & in tertio prætermittendam, ne opiniones, & earum fundamenta iterum repetenda forent.

Respõsum.

Nota.

58.

59.

Capite præsenti disputare solent moderni, an proprium quod est quartum prædicabile, realiter à subiecto cuius naturam sequitur distinctum sit, vel sola ratione, hæc tamen controuersia ad naturam huius prædicabilis peruestigandam, & percallendam prorsus est impertinens, quia siue realiter distinctum sit, vt de quibusdam tenendum est. De illis inquam, quæ sunt reales potentiæ, pro aliqua operatione elicienda substantiæ superadditæ ab ipsa natura, vt risibilitas homini ad actum ridendi concessa, siue sola ratione, vt constat de alijs rationibus consequentibus alia subiecta, omnia conueniunt subiecto quarto modo, cum eo reciprocantur, & in quale proprium prædicantur, nihil ergo refert, hoc, vel illo modo ab eo distingui, quare, nec ad rem præsentem talis disputatio, præter quam quod philosophica est, ad libros de anima spectans, vbi de distinctione potẽtiarum ab eadem anima differitur, quare in eum locum referenda est.

CAPVT SEXTVM.
De Accidenti.

TEXTVS PORPHYRII.

Accidens autem est, quod adest, & abest præter subiecti corruptionem, &c.

EXPOSITIO TEXTVS.

LICEBIT nonnihil Porphyrij ordinem inuertere, vt clarius caput ipsum diuidamus, mentemqúe illius explicemus. Continetur ergo duobus membris diuisio, nam triplicem in parte priori definitionem accidentis affert, vnicam diuisionem in posteriori. Definitio prima est: accidens est, quod adest, & abest præter subiecti corruptionem, albedo etenim à pariete abesse potest eo permanẽte, & nigredo si adsit, eum non corrumpet, secunda definitio fere solis verbis à prima diuersa est, sed cum paucioribus cõtineatur, explicatius indicat accidentis naturam. Accidens est, quod cõtingit eidem inesse, & non inesse est namq; secũdum Logicam considerationem contingens prædicatum accidens, non necessarium, & idcirco cõmodius explicatur, per contingentem inhærentiam. 1.

2.

Postrema definitio, per negationem aliorum prædicabilium designatur, accidens est, quod neq; genus est, neque differentia, neq; species, neque proprium, semper autem inest subiecto, vt enim in superioribus constitutũ est, ex diuerso modo se habendi in ordine, ad subiectum prædicabilia distinguuntur, bene igitur Porphyrius, per negationem aliorum prædicabiliũ naturam accidentis explicat, vt exclusis eorum modis proprioqúe inhærendi subiecto apposito clarius innotescat.

In duo tamen membra explicatum accidens

cidens diuidit Porphyrius, separabile, ait, vnum est, vt dormire, vel sedere, inseparabile aliud, quod semper inest, vt nigredo respectu corui vel Aethyopis, quæ nũquam ab eis separari contingit, & vtrumque membrum comprehensum est singulis definitionibus.

Sed insurgit statim dubium, quia non videtur cohærere diuisio, cum prima definitione, quæ asserit accidens adesse, & abesse posse, id namque accidenti inseparabili conuenire non potest, cũ nunquam absit: diminuta igitur definitio erit, vt pote omni accidenti non conueniens. Hanc obiectionem non expressit Porphyrius, sed tacite respondit, tacita quadam distinctione, separari etenim à subiecto bifariam contingit re quidem, vel consideratione intellectus, accidens igitur inseparabile re ipsa abest nunquam, sed cogitatione abesse potest, si quidem salua corui essentia, albus potest intelligi, atque Aetyops colorem mutasse, nam extranea cum sint, & quasi aduentitia huiusmodi accidentia, nec à principijs subiecti essentialibus orta, nihil subiecto repugnans intelligemus, si absque illis, vel etiam cum oppositis, illud apprehendamus, atque ijs satis explanatur littera Porphyrij.

CIRCA EXPLICATVM, Textum notabilia.

PRIMVM NOTABILE.

Accidens, quod cum sit extrinsecum prædicatum, & magis quidem quam proprium, merito inter prædicabilia postremum tenet locum, & quanquam accidentales sint vniuersæ eius prædicationes, & idcirco à demonstratiua arte, scientificoque ordine excludantur, refert tamen multum, illud agnoscere, vt discrimen inter propositiones per se, & per accidẽs percipiamus, conditionesque prioris perspectas habeamus: est enim oppositum vnũ via ad alterius notitiam comparandam: & rursus, quanquam à scientifico ordine propositiones huius prædicabilis depellantur, sunt tamen in eisdem scientiis opiniones plures, vtrinq; probabiles, ea quidem de causa, quia imperfecta nostra cognitio, pro hoc statu, non semper demonstrationem veritatis attingere valet, ad assensum autem talium propositionum comparandum plerumque iuuatur intellectus his propositionibus contingentibus, vtile demum videtur quintum prædicabile ad notitiam prædicamentorum, nam cùm nouem prædicamenta de substantia enuncientur prædicatione accidentali, notitia illius viam aperit ad modos, quibus accidentia se habent, comparatione substantiæ percipiendos.

His igitur aliisque rationibus, intelligitur necessarium extitisse quatuor primis prædicabilibus, ex quibus propositiones per se, ac scientificæ constituuntur, quintum addere, ad quod contingentes referantur.

NOTABILE SECVNDVM.

Obseruare item oportet, ex tribus accidentis definitionibus, quas Porphyrius affert, posteriores duas accepisse ab Aristot. 1. topic. c. 4. vbi hisce verbis, vtraq; habetur, postrema quidem: Accidens autẽ, quod nihil horũ est, neq; definitio, neque proprium, nec; genus, inest autem rei: Eã tamen Porphyrius paucis verbis additis illustriorem fecit. Secunda vero: Quod contingit inesse cuiuis vni, & idem non inesse: Ab hac autem solis verbis primam, quã Porphyrius, vt propriam addidit differre existimandum est: nam verba illa, præter subiecti corruptionem contingentem inhærẽtiam explicant: nã si salua essentia separari ab illo vel abesse accidens potest, cõtingenter ei inhæret, pro eadem igitur reputãtur prima, & secunda apud Porphyrium, quam exactiorẽ esse ad negatiuã comparatã docet Arist. propterea quod ad cognoscendam accidentis naturã ex ea, oportebit rationẽ, ac definitionẽ cæterorum prædicabiliũ tenere, positiua vero ex eorũ notitia nequaquã pendet. Cui etiam aliam rationẽ adiungere possumus, negatiuã potius quid non sit accidens, quam propriam eius naturam ostendere, cum tamen

positi-

positiuā rationem, postrema contineat. Nec tamen existimandum est, puram, vel solam negationem accidentis continere, nam, cum rei essentia non solum in negatione cæterorū posita sit, sed in conceptu etiam positiuo, insufficiens profectò esset naturam rei, non satis explicans: præter negationes igitur aliorum prædicabilium, à quibus accidens separatur, positiua particula integratur, inest autem rei, quæ positiuam illius inhærentiam maximè ad essentiam spectantem indicat, nec tamen idcirco, in prima definitione Porphyrij redundare existimandum est, cum ad maiorem explicationem, ac notitiam accidentis conferat plurimum.

NOTABILE TERTIVM.

8. CAEterum, vt definitiones intelligātur melius, ac modi diuersi, quibus à diuersis expositioribus explicantur, nosse oportebit duobus modis accipi posse eas particulas, adesse & abesse, nam vel significant realem inhærentiam accidentis in subiecto, quam habent citra intellectus operationem, vel certè affirmationem, & negationem, quæ virtute intellectus fit, in eadem tamen inhærentia reali fundatur, ex eo enim quod talis est natura accidentis, vt inesse subiecto possit, ab eoq; separari, vt ambulare, sedere, album esse, vel nigrum, intellectus illud apprehendit ad subiectumq; comparat, iudicans enunciari de illo posse, dum adest, atq; etiam negari dum re ipsa separatur, spectataq; illius natura negari, adhuc posse, etiamsi nunquam separetur, quia separari nunquam repugnat.

Acceptio prior realis est, ad primam intentionē pertinens, posterior vero ad secundam intentionem. Vtra autem germanum positiuæ definitionis sensum explicet, examinandum erit inferius.

NOTABILE QVARTVM.

9. SEd, licet opposita sint quocunq; accipiantur modo, adesse, & abesse, & definitio non sit per partes oppositas designanda, nullum tamen vitium ex hoc positiua definitio vtramq; continens particulam contrahit, opposita quidem sunt inesse, & non inesse, & quæ pro eodē tempore accidenti conuenire repugnat, quapropter non sic in definitione accipiuntur, sed pro diuerso tempore opposita non sunt, neq; inter se pugnantia, sic igitur accepta, vitiosam definitionem nō efficiunt, vtramq; autem ponere oportuit, vt planè indicaretur, accidens prædicatum esse contingens, quod simplici alia voce non ita commode fieret: id autem tulit imperfecta accidentis natura, quæ non potuit exacta adeò definitione explicari: quapropter, rudes quadā cum sint explanationes ista, pluribus verbis, & quodam modo oppositis designari potuerunt, cum tamen exacta omnino definitiones simplicibus generis, & differentiæ verbis tradantur semper.

NOTABILE QVINTVM, atque extremum.

SCire tandem oportet, vt propriam conditionem quinti prædicabilis perspectam habeamus, accidens duobus modis esse considerabile in ratione prædicabilis, nā vel ad inferiora comparatur, de quibus non minus quidditatiue enunciabile est, quam substantia de proprijs, vt si colorem, ad albedinem, & nigredinem comparemus, albedinem ad vnam, vel ad alteram, aut etiam ad propriam differentiam eam constituentem in determinata specie, in qua acceptione verum est, quintum prædicabile nō esse, sed primum, secundum, vel tertium, vt designata exempla ostendunt, vel certè si comparetur ad suas proprietates, quartum. 10.

Secundo modo confertur cum subiecto, cui aduenit, quod circumstat, cui inhæret, ac de quo enunciatur accidentali prædicatione, & hæc est propria acceptio huius prædicabilis, vt definitiones Porphyrij, & Arist. ostendunt, illud explicantes, per comparationem ad subiectum, cui inesse contingit.

QVAESTIO PRIMA.

Sit ne bona diuisio accidentis in accidens separabile, & inseparabile.

Diuisio accidentis separabilis, & inseparabilis.

PRimum dubium offert diuisio accidentis separabilis, atque inseparabilis, adiuncta pręsertim explicatione secundi membri à Porphyrio adhibita, videtur enim ex ea fieri, vt quartum & quintũ prædicabile coincidant. Etenim inseparabile accidens tale est,
1. vt quamquam re ipsa separari à subiecto non contingat, cogitatione tamen possibile est separari, cum intelligamus, non repugnare essentiæ subiecti sine illo esse, vel intelligi, tantundem habet prædicabile quartum, quod cũ sit extra essentiam, poterit subiectum simili modo absque illo intelligi, qua propter comprehensum erit sub membro huius diuisionis postremo, atque adeò sub quinto prædicabili, quod est eius diuisum.

Status controuersiæ indicatur.

Nota. PEtit controuersia adæquatum discrimen inter hæc duo prædicabilia, quod non in vno, vel altero, sed in pluribus consistit, vt elicitur ex Arist. cap. de substantia, atq; etiam 5. lib. topic. capit. 3. ex Porphyrio. cap.
2. vltimo, huius operis, & ex vtriusque philosophi interpretibus, præsertim Alberto Magno, tract. 7. de accidenti. cap. 2. & 3 Caietan. & Mag. Soto, in commentarijs huius cap. separantur in primis, quia accidens proprium oritur ex principijs essentiæ specificæ, commune vero, ex indiuiduali, vel certè ab extrinsecis prouenit causis. Secundo proprium primo speciei, ex participatione illius indiuiduis conuenit, ex opposito verò commune accidens, primo indiuiduis & eorũ ratione speciei. Tertio proprium enunciatur per se, & necessario de subiecto, quintũ prædicabile per accidens, & contingenter. Quarto illud, ad conuertentiam cũ subiecto dicitur, hoc vero alijs etiam conuenit, ac tandem in modo separationis, de quo ex directo procedit dubium propositum, distinguuntur.

Quæstionis resolutio iuxta mentem D. Thomæ.

EIusmodi autem discrimen egregiè constitutum est à D. Thoma, quæstione vnica de spiritualibus creaturis, articulo vltimo, ad 7. & opusculo 48. tract. 1. de prædicabilibus cap. vltimo de accidenti, vbi geminam operationem intellectus distinguit, per quam vnum ab alio separat cognitio, simplicem vnam, vel primam, quæ vnum sine altero intelligit, absque affirmatione, vel negatione, vt si parietem, non intellecta albedine in eo existente, intelligamus, vel ex opposito absq; pariete albedinem, nihil affirmantes, aut negantes. Alteram compositam, seu negatiuam, quæ non solum vnum, sine alio intelligit, sed negat illud esse, vel illi inesse: vt si in eodem exemplo persistentes, parietemque apprehendentes, non apprehensa albedine, sic enunciemus, paries nõ est albus, & quidẽ quantum ad primũ abstractionis modum consentiunt proprium, & commune accidens, nam cum vtrumque sit extra essentiam subiecti, eo nõ intellecto apprehẽdere subiectũ possumus, vt hominem, nõ apprehensa risibilitate, discrimen autẽ positũ est in postrema separatione, nam subiectũ communis accidentis; etiam inseparabilis, absq; illo intelligere possumus, negatiua abstractione, non tamen absq; proprietate eius subiectum. Exemplis, vtrumq; ostenditur, cignum absque albedine intelligimus, salua eius essentia negantes esse album, hominem absque risibilitate nequaquam, neque enim verum erit enunciare, hominem nõ esse risibilem.

D. Thomæ sententia.

3.

4.

Hæc D. Thomas, cuius discriminis eam rationem attulit, quia ab essentia rei proprietates dependent, cùm ab ea oriantur, secus verò commune accidens, quod aduentitium reputatur, recipitur eiusmodi doctrina, D. Thomæ, communi totius scholæ consensu, sed aduersus eam, ego hunc in modum obijcio. Si de reali separatione sit sermo, consentiunt proprium, & inseparabile accidens, cùm neutrum possit secundùm communẽ naturæ ordinem à subiecto separari, & vtrumq; separabile sit per potentiam Dei (quam vocant absolutam) tenet enim communis sententia, proprietatem posse sic à à subiecto separari, idque in eucharistia effectum est, vbi quantitas, quæ propria passio est corporeæ substantiæ, ab ea inuenitur separata. Si vero de abstractione simplici, nullum est interea discrimen, nec demum de composita, nam quemadmodum facta separatione reali, vtriusque à subiecto, verum est, cignum

5.

cignum esse album, vel Æthyopem non esse nigrum, pari ratione hominem non esse risibilem, cum vtrumque subiectum sine suo inueniatur accidenti, ac demum si cogitatione dumtaxat separatio fiat, vtroque re ipsa in subiecto permanenti, falsa est vtraque enunciatio, nimirum cignum non esse album, non secus, ac hominem non esse risibilem, cum ex opposito se res habeat: dependentia denique proprietatis à subiecto, nullum penitus discrimen in abstractione constituit, nã quantumuis ab eo dependeat, æqualis est ratio vtriusq; accidentis quantum ad actualem existentiam, vel separationẽ à subiecto, ex qua solum pendet talis modus abstractionis.

6.

Respond. obiect. Respondetur, maximum adhuc super esse discrimen inter proprietatem, & inseparabile accidens, quantum ad negatiuam abstractionem, quæ duobus modis intelligi potest, primo quidem, quantum ad actualem inhærentiam vtriusque in subiecto, ita vt illi inesse negemus, dum dicimus, hominem non esse risibilem, vel cignum non esse album, & modus iste impossibilis est, cum pari ratione, vtraque enunciatio sit falsa, vt argumentum concludit. Alio modò intelligitur, vt sensus negationis sit secundum conditionẽ accidentis vtriusque ad subiectum comparati, vt si ita enunciemus, quantum est ex parte essentiæ hominis, non repugnat risibilitatem de eo negari, & in hoc valde sunt diuersa, proprium, accidens, atque inseparabile, nam de hoc vera est similis enunciatio negatiua, quantũ est ex parte cigni, non repugnat essentiæ illius non esse album, falsa autem de proprietate.

7.

Et ratiò totius discriminis est, eam ex principijs essentialibus subiecti ortum habere, minime verò inseparabile accidens. Hinc est enim naturaliter non posse negari propriam passionem de subiecto, absque præiudicio propriæ essentiæ, bene tamen inseparabile accidens, quod licet, naturaliter à subiecto non remoueatur posset tamen absque vllo essentiæ præiudicio remoueri, cũ ab eius principijs non dependeat, vel oriatur, minime tamẽ proprietas. Vnde aliud etiam discrimen non paruum oritur, ex quo valde illustratur primum, videlicet non solum inseparabile accidens negari posse de subiecto, salua omnino eius essentia, sed cum opposito sibi accidenti intelligi posse, neque enim essentia cigni læditur, si intelligamus esse nigrum, vel reipsa niger sit, at subiectum propriæ passionis intelligi cum opposita proprietate repugnat, nam cum ab essentia oriatur, contradictionem implicat ab essentia hominis hinnibilitatem emanare, repugnabit igitur, cum illa intelligi: atque ex hac doctrina propositum argumentum, omni ex parte solutum est.

8.

Ex qua alia oritur solutio non contemnenda, nempe proprium quarti prædicabilis, inseparabile accidens esse ab intrinseco, hoc est, ex natura, atque essentia suæ causæ, à qua oritur, accidens verò inseparabile quinti prædicabilis non est tale nisi ab extrinseco; qua propter inseparabilitatis conditio nec variat naturam eius, neque ad quartum prædicabile spectare facit, sed sub quinto prædicabili manere permittit, non minus quam accidens separabile, si quidem per se loquendo separabile est vtrumque, adesseque, & abesse potest subiecto, præter eius corruptionem; ea autem, quæ per se sunt, in constitutione prædicabiliũ considerantur, quæ vero per accidens, vel ab extrinseco in considerationem non veniunt. 9.

QVAESTIO SECVNDA.

An definitiones accidentis primæ, vel secundæ intentionaliter à Porphyrio accipiantur.

HOc est, an definitio accidentis prima, & secunda, quibus accidens esse indicatur, quod subiecto adesse, & abesse potest absq; illius corruptione: vel quod eidem inesse, & non inesse contingit, realem sensum contineant, hoc est de reali inhærentia in subiecto accipiantur, aut de secundis potius intentionibus affirmationis, & negationis, vt inesse, & non inesse idem valeat, ac de subiecto affirmari, vel negari posse. 1.

Et apparet hoc secundum necessarium, quia accidens, non pertinet ad secundam considerationem, neq; inter prædicabilia numeratur, secundum realem inhærentiam, sed vt prædicatum est accidentale, vt tale igitur ab Arist. & Porphyrio definitur, sensus igitur definitionum de affirmatione, & negatione prædicationis erit, non de reali inhærentia: idque ex definitionibus aliorum prædicabilium, nõ in efficaciter ostenditur, quæ per prædicationem dantur. Porphyrius etiã, vt diuisionem, cum I. Sentent.

prima definitione cohærere posse explicaret, inseparabile accidens, licet re ipsa nunquam à subiecto separetur, cogitatione tamen separari posse docuit, nisi autem definitio de affirmatione, & negatione, quæ intellectu, & cogitatione fiunt, accipiatur, nequaquam concordiam similem admittit, sed dissentire semper, à diuisione inuenitur, cùm inseparabile accidens, secundũ realem inhærentiam, nunquam à subiecto absit, ex mente igitur Porphyrij, absque dubio erit, accipiendam esse secundæ intentionaliter, & certè secundum realem absentiam abesse, non potest contingere, nisi pereunte subiecto, cuius conseruatio ab accidenti inseparabili pendet; ac demum, cùm entia rationis, in quibus accidentalia suo modo inueniuntur prædicata, reali inhærentia destituantur, vtpote, quorum esse, non sit inesse, sed solum ab intellectu cognosci, his definitionibus non erunt comprehensa, quod tamen à veritate alienum est, cum alijs prædicabilium definitionibus explicentur.

Hanc sententiam tuetur Caiet. dubio. 1. Iauel. item tract. 4. de quinque prædicabilibus. cap. 6. de accidenti. Magist. Sot. in expositione text. Om̃a, quæst. vnica, huius prædicabilis, art. 1. eam tanquam probabilem acceptat. Cardin. Tol. dub. 3.

Communis sententia præfertur, atq; explicatur.

Opposita sententia. OPpositam tamen, & magis menti Porphyrij consonam sequitur, quę sensum realem definitioni tribuit, vt verba ipsa sonant. Eodem modo, vtramque definitionem accepisse inuenio antiquiores interpretes. D. Thom. præsertim opusculo. 48. tract.

4. 1. de prædicabilibus cap. finali de accidenti. Magnum item Albertum tract. 7. de accidenti, cap. 2 & 3. quos moderni maioris momenti sequuntur.

Idque definitio prima efficaciter ostendit, nam cum dicitur adesse, & abesse accidens sine corruptione subiecti, exploratum est de reali corruptione esse sermonem, cùm non sit alia, per quam corrumpi possit subiectum, de absentia igitur, vel de inhærentia reali accipiuntur verba: hæ namque sunt, quæ destruere subiectum valent, exempla item Aristot. & Porphyrij satis efficaciter eandẽ partem confirmant, cum de accidentibus sint adhibita se-

5. cundum realem inhærentiam, vt dormire, ait, Porphyrius separabile accidens est, nigrum vero esse inseparabiliter coruo, & AEthyopi accidit.

Idem etiam diuisio probat, etenim separabile esse accidens, vel inseparabile à subiecto, rebus ipsis conuenit, non intentionibus, & vt verba Porphyrij clarè indicant, pro rebus accipiuntur; nam diuisione posita, cum vidisset accidens inseparabile, non abesse realiter, ad cognitionem recurrit, vt diuisionem, cùm definitione componeret. Esset autem minime necessarium hoc, si de affirmatione, & negatione sermo acciperetur, ergo definitio etiam sensum habet realem, nisi velis in eodem verborum contextu æquiuocatione vsum Porphyrium, nullo enim interposito verbo adesse, & abesse in definitione acciperet pro in- 6.
tentionibus affirmationis, & negationis, in diuisione vero pro reali inhærentia, vel separatione; quod licet Caiet. admittat de diuisione realiter accepta conuictus, affirmans necessitate compulsum fecisse Porphyrium, falsitatis tamẽ conuincitur, hoc argumento, idem quod definierat Porphyrius continuatis verbis diuisit, vnde idem est definitum definitionis, quod diuisum diuisionis, hoc est accidens ad quintum prædicabile spectans, sed verba, atque sensus Porphyrij, conuincit, sermonem esse in diuisione de rebus primo, de eisdem igitur erit definitio accipienda: & certè nõ minus logicæ considerationis est diuisio, ac definitio: si ergo realis, cum sit hæc, logicæ considerationis esse potest, cum reale explicet secundæ intentionis fundamentum, realẽ item esse definitionem non repugnabit.

Cæterum, vt hanc sententiam illustriorem Notabil. reddamus, obseruare illud oportet, prædicabile quodcunque duobus constare, fundamento videlicet, & secunda intentione, illud prima 7.
intentio vocatur, & realis natura plerumque est intentio secunda forma denominans, modus autẽ denominationis pendet quidẽ ex natura fundamenti, cum iuxta conditionem illius futura sit denominatio: & quamquam nõ denominetur tale fundamentum à secunda intentione, nisi ab intellectu cognoscatur, ad inferioraque comparetur, oportet tamen realem eius conditionẽ perspectam habere Dialecticum, à qua modus cognoscendi, & comparandi dependent, exempli gratia, vt cognoscamus risibile pertinere ad quartum prædicabile, inuestigare oportet, an sit proprietas à principijs essentialibus promanans: & quidem 8.
tanquam

aliquam, ex adæquata causa, vt conuersim prædicabile sit de specie, sed duplex est consideratio realis naturæ, vel in entitate, atque essentia illius sistens, & talis physica erit, si ex materialibus principijs accipiatur, ad motumque ordinetur, Metaphysica verò si ex formalibus generis, & differentiæ, vel certè, si in eum finem dirigatur, vt perspecta conditione reali intelligatur modus, quo à secunda intentione denominabilis sit, ad Dialecticam pertinebit. Pleraque sunt huius rei exempla ex doctrina Arist. & Porphyrij petita, differentiam, quæ tertium prædicabile est, non solum per prædicationem definit Porphyrius, sed per reales actus illius, dum ait, differentia est, quæ separat ea, quæ sub eodem genere sunt, & rursus differentia est, quæ conducit ad esse rei, & est
9. pars illius esse. Ecce reales sunt eiusmodi actus, neque in his definitionibus prędicationis verbum ponitur, vel aliqua illius mentio fit, ordine tamen ad prædicationis finem non carent, cum eo tendat explicatio differentialis actus, vt intelligatur modus, quo à secunda intentione denominatur differentia.

Notabil. Illud secundo summopere ad notandū est, quod in superioribus attingere cæpimus, duobus modis fundamentum secundæ intentionis esse considerabile, vel sub conditione reduplicatiua, in quantum fundamentum est, videlicet, nullo alio considerato ad illius naturam spectante, vel certè considerata propria conditione naturæ, eo fine, vt qua nam ratione fundamentum esse possit, percipiatur, & posterior consideratio priorē præcedere opor-
10. tebit, cum non sit denominatio formaliter intelligibilis, nisi natura ipsius fundamenti, quæ eam accipere debet, perspecta habeatur, nam quo pacto poterit intellectus denominationem quarti prædicabilis alicui attribuere, nisi ei perspectum fuerit, proprietatem esse à principijs essentialibus emanantem, ambæ tamen
11. considerationes, logicæ appellantur, prior quidem ex forma, secunda verò ex fine. Et in diuersis definitionibus Dialecticis apparet vterque modus, nam vbi per verba secundæ intentionis definitio designatur, reduplicatiua consideratio est realis fundamenti, vbi verò, per terminos primæ intentionis, quasi specificatiua, hoc est realis naturæ ipsius fundamenti; eo tamen fine, vt ex illius cognitione intelligamus modum eiusdem formalis denominationis.

Quibus prælibatis nostra sententia est, primam, & secundam accidentis definitionem, sensum realem habere: hoc est, de reali inhærentia accidentis accipiendas esse, vt verba sonant, non tamen vt ibi consideratio sistat, sed vt perspecta conditione reali accidentis intelligatur affirmari, & negari de subiecto posse, 12. absque illius corruptione; id enim absque dubio vim habet in reali natura accidentis, quod cum aduentitium sit comparatione subiecti, sicut separari realiter potest, salua eius essentia, ita etiam affirmari, atq; negari in propositione; & hoc modo intelligunt posteriorem sententiam autores illius, D. Thomas præsertim, vt ipsum consulenti facile cōstare poterit, nec aliter definitiones interpretari possunt, nisi verbis Aristotelis, & Porphyrij vis inferatur, & sensus valde ab eorū mente alienus tribuatur, eam igitur nos sic explicatam libenter, vt probabiliorem amplectimur.

Sententia authoris.

Diluuntur argumenta.

Ad I. argumentum.

Argumentis autem hoc modo obuiam itur, vt dum primo dicitur accidens secundum realem inhærentiam non spectare ad considerationem logicam, distinguendum sit, etenim si in eius essentia, realis
13. consideratio sistat, ita est, si vero eiusmodi consideretur, eiusmodiue definiatur, eo fine, vt quale sit fundamentum intentionis quinti prædicabilis pateat, non erit talis definitio, vel consideratio à Dialectico instituto aliena. Ostendimus enim supra Porphyrium, quatuor omnes acceptiones proprij, per realem exposuisse inhærentiam: patietur ergo illud idē in accidenti Dialectica consideratio, & verba Porphyrij, quibus alterum membrum diuisionis explicat, vt definitioni sit consonum: eundem sensum realem non obscurè indicant: ait namque accidens inseparabile, posse cogita- 14. tione separari à subiecto, licet re ipsa non separetur, ac si dicat, posse nos cogitatione comprehendere separabile esse à subiecto reipsa, non ea ratione, vt realiter separari affirmemus, esset enim falsa similis affirmatio, cùm eius veritas à reipsa pendeat, neque aliquando verè separetur, sed sensus illius est, quod quamuis à parte rei semper subiecto inhæreat, propriam tamen conditionem illius, talem esse mente concipimus, vt nihil essentiæ repugnet realiter separari, in quo sensu (proprijssimo quidem) verè dicimus accidens esse realiter inseparabile, atque etiam separabile realiter,

illud de actuali inhærentia accipientes, hoc verò de aptitudine, conditione eius inspecta, atque ad subiecti essentiam comparata, & sensus iste germanus Porphyrij ad concordiam redigit diuisionem, ac definitionem, vt tantundem definitio explicet, ac diuisio diuidat, secundum eundem sensum realem ab æquiuocatione immunem.

Ad argumentum. 15. Entia autem rationis, quanquam inhærentia reali destituantur, maximam tamen similitudinem habent cum ea, neque enim sunt extrinsicæ denominationes, vt in initio huius operis aduersus plures ostendimus, sed quamuis verè non inhæreant, modum habent inhærentis, quia sic ab intellectu concipiuntur, ac si rebus ipsis, quas denominant, inhærerent, eadem namq; similitudine appellatur genus natura realis à secunda intentione, qua appellatur homo albus ab albedine, & qua appellaretur genus eadem natura, si realis esset forma denominans, idq; denominationes ipsæ ostendunt in communi modo loquendi, dicimus namq; naturam denominatam à secunda intentione esse vniuersalem formaliter, genus, speciem, vel differentiam, qui modi loquendi vsu pareretur minimè, nisi talis esset concipiendi modus, ex similitudine accidentium denominantium formaliter desumptus.

QVAESTIO TERTIA.

An exacta sit prior definitio accidentis.

Obijcitur aduersus definitionem.

Minus bona apparet, definitio accidentis, quod adest, & abest subiecto præter corruptionem illius, pleraque enim accidentia sunt, quæ subiectum, & inficiunt, & corrumpunt, vt læthalis morbus, alia, quæ illud iam corruptum præsupponunt, vt combustio domus, mors item hominis, vel alterius animalis, atq; etiam eadem ipsa corruptio, & id genus alia, quibus notum est definitionem non quadrare, cum subiectis insint quidem, nec tamen absque illorum corruptione, consulto igitur Aristoteles, eiusmodi particulam definitioni non apposuit, alijs particulis contentus, nempè quod eidem in esse, & non in esse contingat, vitiosam igitur, ac diminutam definitionē efficit Porphyrius eam addens.

Variæ sententiæ referuntur.

Circa primam partem dubij variæ solutiones. I. Solutio. Circa solutionem huius controuersiæ, de illo genere accidentium, non consentiunt Doctores, & in primis circa veritatem illarum propositionum, homo est mortuus, domus est combusta, quidam falsas esse aiunt, atque disparatas, & in materia remota, post quam prædicatū repugnat subiecto, nam si homo est, vita non potest esse priuatus, & dū verum est vita carere, iam homo non appellatur; & similiter domus dum combusta dicitur, non permanet, nec domus vocari potest, & vt proprietatē summularū, vno verbo explicem, consueuerunt dicere, affirmatiuas esse de subiecto non supponente, & idcirco falsas. 17.

II. Solutio. Alij vero propter ampliationem illius participij, veritatem habere posse defendunt, cum talem sensum exhibeant, homo, qui est, vel fuit, mortuus est, domus, quæ est, vel fuit, est combusta; hunc modū dicendi sustinet Caiet. inter exponendā præsentem definitionem, at Mag. Sot. quæst. vnica in solutione confirmationis argumēti tertij, vocabulum illud mortuum, distinguendū censet, nam vel tanquam participium verbi accipitur, & tunc talem sensum efficit, homo vixit, & postmodū vita priuatus est, siue viuat modo, vel non, vel certè, vt adiectiuū nomen, quo pacto, alium sensum nonnihil diuersum reddit, nempè homo vixit, & modo non viuit, & vtroque modo accepto vocabulo, veram esse propositionē tenet, pro aliqua saltem temporis differentia.

Verumtamen, quod ad veritatem attinet propositionum, non est præsentis considerationis, sed ad summularū materiam reijciendum est, si tamen cōmunis modus concipiendi, & loquēdi aliquid valet (valet autem plurimum) veras esse similes propositiones credendum est, cum ab vniuersis tanquam veræ proferantur.

III. Solut. Ad rem igitur deueniendum est, ac videndum, sint ne accidentia eiusmodi, vel non, & quidam accidentia esse negant, sed potius substantiæ destructiones, quorum ratio (mea quidem sententia) nullius est momenti, nam de febri notū est esse accidens corporis, illius tamen destructiuū, qua propter Albertus Magn. tract. 7. de accidenti cap. 2. prædicata potius esse substantialia affirmat, nam cum mors, vel 18.

corruptio

corruptio sit dissolutio quędam principiorum vitæ, quemadmodum vita ipsa ad substantiam hominis positiuè spectat, sic etiam mors prædicatum substantiale priuatiuum est. Verum autem tenere videtur sententia hæc, quia priuatio ad speciem refertur illius positiui, quod priuat.

Reijcitur. Adhuc tamen nō videtur veritati satis consona, mors namque pro duobus accipi potest, nempè pro corruptione ipsa substantiæ in fieri, quæ per modum actionis priuatiuæ significatur generationi oppositæ, vel pro ipsa priuatione vitæ, quam inducit, tanquam propriam terminum. Vtroque modo subiectum habet, quodcunque illud sit, cui notum est adesse, & abesse salua illius essentia, ergo aut vere est accidens, vel etiamsi substantiale sit prædicatum priuatiuum, habet tamen modum accidentis, quapropter definitio ei absque dubio suo modo conuenit, vt de similibus dicendum erit, circa finem huius dubij, quapropter prædicta solutio argumento non satisfacit.

Ex propria sententia dissoluitur controuersia.

Notabil. vnicum. VNum ergo obseruandum est ex philosophia petitum, vt controuersia dissoluatur, mortem pro vno ex duobus prędictis accipiendam esse, videlicet pro priuatione vitæ in fieri, quæ aliud non est, quam corruptio totius compositi generationi opposita, & per modum priuatiuæ actionis significata: vel pro termino illius, qui est etiam priuatio vitæ substantialis, & significatur in facto esse, vel vt factum quid, & huiusmodi appellatur corruptum esse, vel vita esse priuatum: nam quæ fiunt, inconcreto significantur, siue ergo modo priori, vel posteriori accipiatur, absque dubio habet modum accidentis,, & modo nostro intelligendi subiectum, sed duplex est illius subiectū, inhæsionis vnum, denominationis alterum, quemadmodum generationis etiam duplex est, denominationis res facta, vel genita, inhæsionis, materia prima, quæ cum ab vna in alteram mutetur formam, verè ac proprie generationis, & corruptionis subiectum inhæsionis est, vt 1. lib. de generatione text. 24. docet Aristot. & nos diuino fauente numine ostendemus, in eius loci commentarijs. Quemadmodum, ergo generatio, pro actione, vel termino materiæ primæ inhærens, genitum hominem denominat, in termino ad quem, hoc est tanquam quid per generationem factum, iste enim genitus dicitur, non materia, sed mutata per generationem, pari ratione de morte, pro corruptione, vel termino illius sentiendū est, materię primæ in esse suo modo, ac si esset accidens positiuum, quia ab ea abijcitur anima, quæ est vitæ principium, hominem tamen denominat, quasi in termino à quo, priuatum vita, hoc est vt iam non existentem, qui tamen in termino à quo, extitit, modum igitur accidentis cum habeat comparatione materiæ, quæ re ipsa subiectum illius est, accommodari ei potest definitio accidentis, cum adsit, atque absit ei præter corruptionem illius: perseuerat enim materia prima eadem sub forma viuentis, nec non sub priuatione illius, perseuerat eadem sub generatione, & corruptione, iuxta regulam Arist. 5. physicorum text. 3 statutam, mutationis subiectum idem sub vtroque termino à quo, & ad quem permanet, vera est igitur prædicatio, homo est mortuus, & mors modum habet accidentis priuatiui, quod materiæ inhæret tanquam subiecto, ab illaque abesse, & illi inesse potest præter eius corruptionem, hominem autem ipsum denominat, sed ei non inhæret: idcirco definitio accidentis conuenit ei respectu materiæ, non hominis, idemque de combustione domus censendum est respectu materiæ artificialis. De morbo verò quantumcunq; letali exploratum est subiecto semper inhærere, nam licet illud ad corruptionem disponat, integrum tamen perseuerat, quamdiu durat morbus, dum autem corrumpitur, morbus etiam perit.

QVAESTIO QVARTA.

An bona sit posterior definitio accidentis.

FInalis definitio accidentis apud Porphyrium ea est, quę per negationem aliorum prædicabilium designatur, quamquam ne. apud Aristotelem 1. topicorum cap. 4. primum locum obtineat, diuersis autem verbis apud vtrumq; philosophum continetur: Arist. namque negata solum definitione, genere, ac proprio, Porphyrius verò per negationem omnium prædicabilium eam tradit, in quo nullū discrimen reperio, cum definitio idem De vltima definitio-

sit cum

sit cum specie secundum substantiam, differentiamque, tanquam alteram partem comprehendat. Vnde intelligitur cuncta etiam prædicabilia exclusisse Aristotelem à ratione accidentis. Cæterum in vltimis verbis eiusdē definitionis dissiderari videntur, quoniam Arist. his verbis definitionem clausit: *inest autem rei*, Porphyrius verò longè diuersis, videlicet semper autē inest in subiecto subsistens:
20. ecce vbi verba Arist. simpliciora sunt, & simplicis accidentis inhærentiam explicant, idcirco nullam dubitandi occasionē afferunt, maximam vero verba Porphyrij, & in primis, verbum subsistere accidenti non congruit, cū notum sit subsistere idem esse ac per se stare, perfectissimū igitur importat substantiæ modum, cuius vltimus terminus, seu actualitas subsistentia est, à quo aliena est natura accidentis, quæ alteri semper inhæret; bene igitur Aristot. proprietatem verborum attendens, non subsistere, sed inesse protulit.

Ratione dubitandi. Sed maiorem dubitandi rationem ingerunt verba Porphyrij simul accepta, semper autem
21. in subiecto subsistit, quæ accidenti dumtaxat inseparabili conueniunt. Etenim sedere, dormire, &c. accidentia sunt, quæ non semper, sed determinato tempore subiecto adhærent, vitiosam igitur reddidere definitionem verba illa, præter Arist. sensum superaddita.

Eundem sensum tenuisse Porphyrium, & Aristotelem circa hanc definitionem.

Solutio dubij. Nihilominus, si proprium eorū sensum perpendamus, inueniemus, nō esse diuersum, quamuis verba nonnihil diuersitatis habeant, verū est enim, quod de subsistentia obijcitur, si absoluta consideratione accipiatur, neque enim accidenti attribui potest, Porphyrius verò nō nisi cùm addito, eam in definitione accidentis posuit, videlicet subsistit in subiecto, & eo ipso pro existētia in alio eam accipit, quam inexistentiam appellamus, sensus igitur illius est, semper autem inexistit subiecto, vel in subiecto, quod proprium modum inhærendi importat ab Arist. illis verbis
22. explicatum, inest autem rei. Eiusmodi autem inhærentia duplex est, actualis vna, quam habere censetur accidens, dum subiectum afficit, quasi potentialis alia, quam aptitudinalem vocant, quia non est aliud, quàm aptum natum esse accidens, vt subiecto inhæreat, vnde semper accidenti conuenit, etiam si à subiecto sit re ipsa separatum. Etenim quantitas panis, quæ à substantia illius separata est in sacramento Eucharistiæ, aptitudinem semper retinet inhærendi, & si actu nullum afficiat subiectum. Aristoteles igitur, & Porphyrius, expli- 23.
cata inhærentia actuali in prima definitione, aptitudinalem etiam indicare voluerunt in præsenti, quæ ex æquo cunctis accidentibus conuenit, estque illis essentialis. Sed Porphyrius expressius addita illa particula, semper, cū tamen actualis inhærentia extra illorū essentiam sit. Ex quibus intelligitur verba Porphyrij nullū excludere accidentis genus, sed cunctis esse communia, quia dū ait semper autem in subiecto inest, sensum non de actuali inhærentia, sed de aptitudinali tenet, quasi dicat, semper autem in subiecto subsistere aptū est, non est autem præsentis instituti controuersia illa, an ad essentiam accidentis spectet aptitudinalis inhærentia, quam in Metaphysica (afflante diuino numine) ex professo discutiemus parti affirmatiuæ adhærentes.

QVAESTIO QVINTA.

Quod nam sit adæquatum concretum, vel substratum, quintum prædicabile denominatum.

Rationes dubij proponuntur.

Multa sunt, quæ occasionem præbent huiusmodi controuersiæ, primū quidem quia prædicamenta nouem accidentium, ad substantiam comparata sub quinto prædicabili comprehēduntur & indifferenter continent proprium, & cōmune accidens, imo & prædicabilia vniuersa in eodē prædicamento suo modo reperiri affirmat Arist. 1. lib. topic. cap. 7. his verbis: *semper enim accidens, & genus, proprium, & definitio in vno prædicamentorum horum erit.* Vnde elicitur ad quintum prædicabile spectare, nō solum commune accidens, sed etiam proprium, illudq; concretū esse adæquatum, quòd vtrumque comprehendit, cum vtrumque verè sit accidens, quapropter nō erit sufficiens ratio distinguendi quartum, & quintum prædicabile. I. Ratio dubitandi.

Vt etiā hoc argumentū confirmat, ex modo essendi venamur modū prędicandi, sed eundē modum II. Ratio.

modum essendi habent proprium, & commune accidens, ergo eundem modum prædicandi habere necesse est, si ergo modi prædicandi constituunt, ac separant prædicabilia, sequitur planè, ad idem prædicabile vtrumq; spectare, minorem illam sic ostendo, prædicamenta nouem accidentium distinguũtur iuxta diuersos modos essendi in substantia, quæ igitur in eodem sunt prædicamento, eundem modum essendi habebunt, in eodem autem prædicamento qualitatis collocãtur propriæ passiones sub genere naturalis potentiæ, & sub cęteris generibus eiusdem prædicamenti, multa accidentia communia, in modo igitur essendi non distinguuntur, atque adeò, neque in modo prædicandi, nec demum in diuerso erunt prædicabili constituenda.

Confirm. Et confirmatur, quia proprij actus cuiusuis propriæ passionis pertinet ad quintum prædicabile, vt actus ridendi, & similes, cum verum sit, adesse & abesse subiecto salua eius essentia, neq; enim semper ridet homo, vel admiratur, ergo propriæ ipsæ passiones, quæ ab eisdem actibus speciem capiunt, ad idem prædicabile referuntur.

III. Ratio. Secundo, plerumque contingit formam vel materiam naturalem, vel artificialem enunciari de subiecto, ita vt prædicatum ad esse, & ab esse subiecto possit citra ei⁹ corruptionem, vt dum dicimus, annulum esse aureum, vel argenteum, hominem esse materialem, &c. Ergo & prędicationes similis collocabũtur in quinto prædicabilia: ac tandem differentia essentialis diuisiua enunciatur de genere contingenter, cum salua essentia illius possit de eodem negari, cuius exemplum eiusmodi prędicationes, ac similes præbent, animal est rationale, animal est hinnibile, quas referre ad idẽ prædicabile necesse erit, cũ tamen substantiales sint differentiæ, quæ prædicantur, non accidentia, vnde non solum vera accidentia comprehendet concretum huius prædicabilis, sed etiam substantiam.

Prior sententia proponitur.

Sentent. P. Tolet. PRopter hæc, & similia argumẽta Cardin. Tol. in controuersijs huius prædicabilis, quem ex parte videntur sequuti, Magist. Oña. qu. vnica. art 6. & quidam alij ex modernioribus, sentire videtur adæquatum huius prædicabilis concretum, nec esse accidens secundum eam extensionem, quam importat, quidquid est extra rationem alterius, siue substantia illud sit, vel accidens, quia si ita esset prædicationes indirectæ pertinerent ad prædicabile quintum, quales sunt, animal est homo, animal est equus, sed neq; est accidens vt distinguitur contra substantiam, nam sic proprium comprehenderet, quod extra essentiam, & substantiam rei constituitur, sed est, ait, verum accidens commune, quod non fluit ex principijs essentialibus subiecti, de quo prædicatur.

Opinio D. Thom. vt vera est sequenda.

AT D. Thomas maiorem tribuit extensionem quinto prædicabili, docens adæquatum concretum illius esse prædicatum quodcumq; accidentalem, vel contingentem habitudinem habẽs in ordine ad subiectum. Id tenet quæstione vnica de spiritualibus creaturis art. 11. in corpore, vbi hæc habentur verba. *Alio modo accipitur accidens secundum quod ponitur ab Aristot. vnum de quatuor prædicatis 1. Topicorum cap. 4. & secundum quod à Porphyrio ponitur vnum quinque vniuersalium, sic enim accidens non significat id, quod commune est nouem generibus, sed habitudinem accidentalem prædicati, ad subiectum, vel communis ad ea, quæ sub communi continentur.* Quam sententiam hausit ex doctrina Arist. 5. Met. textu. 35 & 11. Metaph. c. 2. sed expressius 1. lib post. text. 9. vbi de accidenti loquens in ordine ad prædicationes condistinguit illud à prædicatis per se, affirmans quintum prædicabile esse id omne prædicatum, quod non est per se, sic enim loquitur postquam primum & secundum perseitatis modum expoluit. *Quæcunque autem neutro modo insunt, accidentia, vt musicum, aut album animali, &c.*

Quàm autem vera sit hæc doctrina intelligemus, si discrimen inter prædicamentorum, & prædicabilium constitutionem paulò altius consideremus, etenim prædicamentum non ex alio constituitur, quàm ex ordinatione prędicatorum superiorum, atq; inferiorum in tali gradu essendi, vt prædicamentum substantię constituit coordinatio, à supremo genere substantiæ per differentias essentiales diuiso, vsq; ad atomas species hominis, leonis &c. intra gradum essendi per se: prædicamentum quãtitatis coordinatio prædicatorum, à supremo genere quantitatis, vsq; ad atomas species continuæ, ac discretæ in gradu essendi extensiuo substantiæ, & sic in prędicamentis accidentium reliquis.

Cuius ea est fundamentalis ratio, quia ens diuiditur in decem modos essendi, quorum primus est per se, cæteri vero determinatas rationes essendi in alio continent, ille substantiam constituit, quæ primum prædicamentū est, reliqui verò ex diuerso modo afficiendi substantiam, propriam sortiuntur distinctionem, vel potius prædicamenta primo diuersa constituuntur, prædicabilia verò non ex modo essendi, sed ex modo se habendi ad subiectum, propriam rationem, ac distinctionem accipiunt, non est enim aliud Prædicabile, quàm simplex quoddam vniuersale, vel prædicatum tali modo respiciens subiectum, hoc est, tanquàm pars quidditatis eius per modum formæ, vel materiæ, & eiusmodi sunt prædicabilia genus, & differentia, vel tanquàm completa eius quidditas, & est prædicabile speciei. Aut certè, tanquam ab essentia proximè & adæquatè emanans, quod cùm subiecto proinde reciprocatur, & est proprium quartum prædicabile, vel demum, tanquam aduentitium ex causis extrinsecis, hoc est ab essentia specifica extraneis procedens, & est quintum prædicabile, itaq; prædicabilia, non tam ex gradu ipso, vel modo essendi distinguenda sunt, quàm ex modo se habendi ad subiectum, & hoc sibi vult nomen ipsum prædicabilis, quod prædicatum respiciens subiectum, de quo tali modo enunciabile est.

Ratione probatur hæc sent. Idque efficaciter ostenditur, nam etiam si prædicatum accidens sit, essentialem, vel quidditatiuam prædicationem efficit propter modum se habendi quidditatiuum, vel essentialem comparatione subiecti, vt color respectu albedinis, albedo ipsa respectu singularis albedinis, prædicationes primi, & secundi prædicabilis efficiunt, comparatione tamen subiecti non nisi accidentalem, sub quinto prædicabili propter habitudinem contingentem ad illud. Vnde efficaciter sequitur, quod etiam si prædicatum sit substantia, accidentalem, vel contingentem habitudinem habens ad subiectum, prædicationem, accidentalem sub quinto prædicabili collocandam cōstituet; talis est illa, in qua differentia substantialis enūciatur de genere, dum dicimus, animal est rationale.

II. Probat. Probatur deniq; nostra sentētia, quia ex diuerso modo, quo prædicatum, siue substantia sit, vel accidens, respicit subiectū, variatur modus essentialis ipsius prædicationis, vt proprium, & commune accidens ostēdunt, nam quia illud oritur ex principijs essentialibus, necessario respicit subiectum, & idcirco propositionē per se constituit demonstrationi, ac scientiæ aptā, cōmune autē accidens, tanquam aduentitium contingentē habitudinem habet ad subiectū, & ea propter nō constituit propositionē per se, sed per accidens, à scientifico ordine demonstratiuaque arte excludendam, idemq; in prædicatis substantialibus conspicimus, nam differentia essentialis eadē cōparata ad speciē constituit prædicationē per se, & quidditatiuā comparata ad genus nō nisi per accidēs, vt duę istæ prædicationes testantur, homo est rationalis, animal est rationale. Et, vt hoc solo verbo rem explicemus, quemadmodum accidens induens modum substantię, hoc est secundum eandem habitudinē respiciens inferiora, similem constituit prædicationem, cum ipsa substantia, sub eodem prædicabili collocandam, 24
pari ratione substantia induens modum accidentis in ordine ad subiectum, similem constituet propositionem accidentalem ad quintum prædicabile spectantem. Adęquatum igitur cōcretum, vel substratum quinti prædicabilis, à secunda intentione accidentis denominatum est prædicatum, contingentem habitudinem habens ad subiectum, & hoc vocatur accidens quintum prædicabile, estq; adæquatum definitum omnium definitionū, quæ ab Aristot. & Porphyrio assignantur, cùm ex modo se habēdi ad subiectū adesse, & abesse ei possit præter corruptionem illius, eidemq; inesse, & non inesse contingat, ac deniq; neq; sit species, genus differentia, vel proprium, semper autem rei, vel subiecto insit, id est modo accidēti proprio illud respiciat.

Rationibus in principio positis occurritur.

Primum argumentum soluimus dicētes, modum prædicandi non esse accipiendum ex modo essendi nudè considerato, Ad primū 25
sed in quantum concipitur in ordine ad subiectum, ad quod proprium accidens comparatur secūdum habitudinem necessariam, & per se, commune verò secundùm contingentem, atque accidentalem, quod sufficiens discrimen est, vt distincta possint prędicabilia constituere quanquàm in eodem sint prædicamento (quod fatemur) etenim prædicamenta ex modo essendi in substantia distinctionem sortiuntur, qui idem est in vtroq; v. g. qualificandi substantiam. Et ex eodem discrimine ortū habuit celebris illa distinctio accidens in acciden-

dentis prædicabile, & prædicamentale, quam
26 D. Thom. citato superius loco indicat, illud namque omne, & solùm verum accidens substantiæ inhærens comprehendit, accidens verò prædicabile, neque id omne, quod inhæret substantiæ neq; solùm, quæ contingenter insunt, sed quæcumque habitudinem contingentem ad subiectũ habent, siue accidentia sint vel substãtiæ, imò siue etiam subiectum, quod sic respiciunt substantia sit, vel accidens, vnũ namque accidens propter modum se habendi contingentem alteri accidere dicitur. Hinc etiam oritur noua alia, sed necessaria distinctio prædicationum, in eam, quæ accidentalis est ab accidenti prædicamentali, & prædicabili. Etenim si prædicatum re ipsa substantia sit, quomodocumq; se habeat ad subiectum prædicatio non est accidentalis ab accidenti prædicamentali, cùm tamen esse possit accidenta-
27. lis ab accidenti prædicabili, hoc est, verè pertinens ad quintum prædicabile, & talis est eiusmodi, animal est rationale, & similes in quibus differentia substantialis enunciatur de genere, si verò prædicatum sit accidens, quomodocumque se habeat ad subiectum, erit prædicatio accidentalis, ab accidenti prædicamentali, & tamen stare potest, vt non sit talis ab accidenti prędicabili, sed quidditatiua, & essentialis generis, speciei, vel differentiæ, tales eiusmodi sunt albedo est color, hæc albedo est albedo, & aliæ similes. Itaq; coincidere possunt duo isti modi, vt eadem sit prædicatio acciden
28 talis vtraque ratione, si & prædicatum re ipsa accidens sit, & habitudinem habeat accidentalem ad subiectum, vt in hac prædicatione conspicimus, homo est albus, possunt item longe differre, ita vt prædicatio accidentalis ab accidenti prædicamentali, accidentalis non sit ab accidenti prædicabili, neq; è diuerso, vt prædicta exempla testantur.

Ad confirmationem. Ad confirmationem dicimus, proprias passiones, earumq; actus diuersam habere habitudinem ad subiectum, nam illę per se illud respiciunt, & necessario, cum à principijs essentialibus emanent, vnde prædicatione per se, atque adeò in quarto prædicabili constituenda de eo enunciantur, earum verò actus accidentalem habent habitudinem, cùm non semper elicientur, sed determinatis temporibus, & maiori ex parte liberè, & si aliquando necessitate naturæ, adhuc ex propria conditione habent, vt adesse, & abesse possint, salua potentiarum, ac subiectorum essentia, nam etiam si cessarent ab actu, non corrumperentur, enunciantur ergo de subiectis prædicatione accidentali quinti prædicabilis.

Circa solutionem secundi argumenti Mag. Oña censet prædicationes illas, & similes, an- **Solutio 2. ex M. Oña.**
nulus est aureus, triangulus est ligneus, nulli-
us prædicabilis esse, quoniam pars materialis 29.
enunciatur, & ideò sunt incompletæ, & rursus materia de forma, ratione cuius sunt indirectæ, & ex defectu vtriusq; à prædicabilium ordine excludendas esse, in quibus completæ tãtùm prædicationes, & directæ collocantur,
quemadmodum excluditur illa, homo est ma 30.
terialis, si vero sub hac forma proferantur annulus est deauratus, vel deargentatus, ad quintum prædicabile referendas existimat, quia iam accidens completum de subiecto enunciatur.

Mihi tamen oppositum videtur magis cũ **Reijcitur.**
ratione coniunctum, nam licet materia artificialis prædicatum sit, per modum tamen toti concreto nomine significata, vt in prædicatione generis, & differentiæ, quæ, licet partem dumtaxat enuncient, sub forma tamen totius, ex vi nominis concreti, quo significantur, alio qui, si sub forma partis significata prædicaren-
tur, falsa esset quæcunque talis prædicatio, vt si 31
diceres, homo est animalitas, homo est rationalitas, & simili modo, falsæ essent prædictæ prædicationes, nisi per modum totius significata materia, & rursus, quia assignatur nomine adiectiuo, modum habet accidentalis formæ, licet re ipsa materia sit, est enim sẽsus, triangulus est ligneus, hoc est, in materia ligni fabricatus, annulus est aureus, hoc est in materia auri fabricatus esse autem fabricatum in tali materia accidentalis est ratio vtriusque, & per modum formæ accidentalis significata, quanquã ex materia re ipsa desumpta, & similis est ratio de illa, homo est materialis, pertinent igitur omnes ad quintum prædicabile, cuius conditio vt copiosius explicetur, tanquam generalis regula accipienda est, oportere quidem completum esse prædicatum, & subiectum prædicationis accidentalis, vt ad quintum prædicabile referenda sit propriè, & simpliciter, si vero alterum sit completum, vel vtrumq; reductiue ad idem prædicabile referenda erit, tales sunt prædicationes, in quibus potentię enunciantur de anima rationali, & actus etiam potentiarũ reducuntur enim illę ad quartum, istę vero ad quintum prędicabile, iuxta expositam doctrinam, nam quantum ad istum

stam conditionem similia sunt, quartum & quintum, imo,& prædicabilia vniuersa.

Ad III. Extremum argumentum solutum est, conuincit namq; maiorem ambitum habere concretum huius prædicabilis, quam ab auctoribus oppositæ sententiæ existimatur, nam cùm similes prædicationes sub quinto prædicabili ponantur propter modum se habendi contingentem, & accidentalem illius prędicati, quod vere substantiale est ad subiectum, efficaciter infertur adæquatum substratum huius prædicabilis esse prædicatum, habitudinē contingentem habens ad subiectum, siue substantia sit, vel accidens, sub forma tamen directæ prędicationis, cùm indirectæ ab arte penitus excludantur, vt argumentum doct. Toleti soluatur. 33

QVAESTIO POSTREMA.

An accidens sit quintum prædicabile comparatione indiuiduorum dumtaxat, vel etiam generum, atque specierum, de quibus, vt tale enunciatur?

Expositio tituli. 34 PRoprium, & cōmune accidens non sunt à Porphyrio explicata proprijs definitionibus prædicabilium, quemadmodum species, genus, ac differentia, cuius ea, (ni fallor,) ratio extitit, quod tota ferè eorum notitia, à fundamentis pendet, idq; licet etiam verum sit in cęteris prędicabilibus, eorum tamen fundamenta, generis pręsertim, & speciei notissima sunt, & idcirco non fuit necessaria peculiaris eorum expositio, sed ad secundas intentiones sermonem transferre oportuit, ex opposito verò horum duorum prædicabilium difficultas omni ferè ex parte in explicanda fundamentorum natura posita est, vt ex principalioribus controuersijs circa eam agitatis facile constare potest, qua explorata, non est admodum difficile definitiones eorum elicere quibus tanquàm prædicabilia explicentur.

Nota. Declarata autem iam concreti huius prędicabilis adęquata ratione, non nihil difficultatis superest, in explicanda secunda intentione illud denominante. Etenim sub fundamento 35 continentur accidentia, quę de generibus, atque speciebus, & indiuiduis enunciabilia sunt, vt de colore, albedine, & alijs exploratum est, quę de substantia, vsque ad Petrum, & Ioannem prędicantur. Extant etiam alia, & quidem non pauca, vt sunt actus omnium proprietatū, quę specificas naturas sequuntur, videlicet actus ridendi, intelligendi, & similes, qui de solis indiuiduis speciei eorum dicuntur, vndè infertur, accidens de generibus speciebus, & indiuiduis enunciabile esse propria prædicatione quinti prædicabilis, id igitur occasionem dubitandi præbet, an accidens per respectum ad indiuidua constituatur in ratione prędicabilis, vel comparationem ad species. Illud autem difficultatem auget, quod huic prædicabili proprium est, videlicet, vt primo, ac per se indiuiduis conueniat, speciebus, ac generibus ratione indiuiduorum, vt ex Porphyrio capit. de his, quę communia sunt, & propria, atque ex Aristot. capit. de substantia, plane colligitur, apparet igitur specialem esse in eo rationem, vt indiuiduorum comparatione sit vniuersale, & quintum constituat prędicabile. — I. Ratio dubij. — 36

II. Ratio. Ex alia vero parte extat Porphyrij sententia, qui vbicumque de quinto prędicabili loquitur de pluribus differentibus specie illud prædicari affirmat, capit. in primis de genere, commune accidens cum genere conuenire ait, in eo quod vtrumque enunciatur de pluribus specie differentibus, sed ab eo separari, quia genus in quid, accidens in quale: cap. deinde vltimo in principio, post medium, atq; in fine, communia aliorum prædicabilium cum accidenti, atque etiam propria, in quibus ab eo distinguuntur enumerans, constanter docet de pluribus specie differentibus enunciabile esse, censet igitur per talem prædicationem de speciebus constitui, ac per eandem esse definiendum, si tanquàm quintum vniuersale definiatur. 37

III. Ratio. Eandem partem confirmare videtur efficax ratio, nam singulares propositiones; ratione singularitatis ab arte ferè reijciuntur, quod singularia sint in continuo motu, & fluxu, & idcirco nulla stabilis notitia euidens, vel probabilis de illis haberi potest; cùm tamen de speciebus, vel generibus oppositum constet, nam cum rerum essentiæ in illis contineantur, permanens notitia de illis habetur pereuntibus etiam singularibus. Esto igitur singularia sint, de quibus proximè, ac per se primo enunciatur quintum prædicabile, species erit principalis eius terminus, ità vt comparatione illius ad problemata constituenda, ad probabilia argumenta, quæ demonstrationem iuuare solent, 38

ad cor-

ad corroborandas demum opiniones deseruire possit, per plures igitur species constituetur, ac definiendum erit potius, quam per indiuidua. Hanc partem tenet Magister Oña quæst. vnica art. 5.

Enodatur difficultas, & soluuntur argumenta.

Vera sent. EGo vero auditis vtriusq; partis argumentis, nec per plures species constituendum, vel definiendum censeo, neq; per indiuidua, sed per adæquatum terminum suæ relationis, sub quo vniuersæ prædicationes ad quintum prædicabile spectantes comprehenduntur, talis igitur definitio illius designanda est, cæteris prædicabilium definitionibus consentanea. Accidens est, quod prędicatur de pluribus in quale commune. Etenim si per solas species illud definias, illa accidentia à definitione excludis, quæ de pluribus differentibus specie non enunciantur, sed de pluribus dumtaxat indiuiduis, qualia sunt actus propriarum passionum, vt si dicas, homo admiratur, homo ridet, insufficiens igitur talis definitio erit, & inadæquata ratio constituendi quintum prædicabile. Nec satisfacit illud, quod Magist. Oña respondet, pauca admodum esse eiusmodi accidentia, & maiori ex parte de speciebus cuncta prædicari: nam definitio cunctis conuenire debet, si exacta futura est, & satis eam vitiosam reddit vnum, vel alterum sub definito comprehensum, in definitione tamen non explicatum, præter quàm, quòd singulares actus omnium passionum, quæ speciebus atomis conueniunt, non sunt in exiguo numero.

Adde etiam si placet indifferēter, de supremis generibus enunciari, quæcumque accidentia conueniunt speciebus, & indiuiduis, ergo adhuc, ex hac parte non erit adæquatus terminus species.

Et vt argumentis satisfaciamus, proximum terminum esse indiuidua fatemur, principalem tamen speciem propter rationem pro secunda parte allatam: oportet ergo adæquatū designare, sub quo comprehendatur vtrumq;. Porphyrius vero de speciebus dumtaxat loquitur, quia in eo cùm genere, & differentia conuenit accidens, quod de pluribus speciebus enunciatur, à quibus illud separat per modum prædicandi in quale, igitur non fuit necesse explicare omnia, de quibus enunciatur, dum definitionem illius non constituebat, sed discrimen quoddam designabat. Si tamen exacta definitio illius constituenda sit, talis in ea ponendus est terminus suæ relationis, qui adæquatè omnes alios comprehendat. Rationibus dubitandi satisfit. 40

Ex vniuersis, quæ in præsenti capite adnotata sunt, exposita manet Porphyrij mens doctrinæ Arist. veritati, naturæque accidentis in quantùm vniuersale est, & prędicabile consentanea: eliciturq; quam vana sit, & absq; fundamento rationis reprehensio Auicennæ, & Arabum, (vt Albertus Magnus retulit tractatu 7. de accidenti cap. 1. & 2.) vniuersa, quæ Porphyrius attulit in præsenti cap. definitiones præsertim accidentis, tanquàm cùm natura illius pugnantes reijciunt. Et hæc de omnibus prædicabilibus dixisse satis sit, iam igitur Deo auspice ad prædicamenta properemus. Conclusio. 41

R. PATRIS
ANTONII RVBII RODENSIS, THEOLOGI E SOCIETATE IESV, THEOLOGIAEQVE PROFESSORIS.

COMMENTARII IN LIBRVM CATEGORIARVM Aristotelis Stagiritæ, quæ prædicamenta appellari consueuerunt, vnacum Dubijs, & Quæstionibus hac tempestate agitari solitis.

PROOEMIVM, VNIVERSA, QVAE IN HVIVS operis initio notatu digna censentur, summatim complectens.

Intentum.

1. ABSOLVTIS Porphyrianæ Isagoges commentarijs, quibus ad doctrinam Arist. capessendam via aperitur, categoriarum expositionem aggredimur, vt prima intellectus operatione, quæ in simplici cognitione posita est, arte perfecta, ad secundam, atque postremam, in quibus perficiendis totius dialecticę residuum versatur, gradum faciamus, proprium etenim huius scientiæ munus est, rationis opera ordinando, ac dirigendo perficere. In prima autem operatione perficienda admiscentur duo, & ordinata cognitio, & eorundem cognitorum debita ordinatio, vt Magn. Albert. bene adnotat tractat. 1. de antecedentibus ad scientiam prædicamentorum in principio, & quidem artem ordinate cognoscendi simplicia, vtcumque præstitit Arist. 1. Topicorum libro, de prædicatis simplicibus ad problemata constituenda necessarijs disserens, vbi quid genus, quid definitio, quid proprium, & accidens sit, designauit, atque in breuem quandā summam categorias redegit eiusdem lib. c. 7. ex quibus Porphyrius insignis, & discipulus, & interpres, prædicabilium opus confecit, vt simplicia vniuersa secundum modum prædicati, & subiecti ad quinq; illa capita referret. Explicatisque singulorum prædicandi modis, eandem artem cognoscendi cuncta prædicata, ac subiecta traderet, vbi magnum quoddā discrimē aperitur, inter primam operationem intellectus ex vna parte, secundam, & tertiam ex altera, 2. nam illa, quantum ad simplicium cognitionem attinet, nō est per scientiā, vel artē perfectibilis, cum tamen duæ aliæ perfici his possint, naturale est enim, simplicia apprehendere per intellectum, non secus, ac per visum, vel quemlibet alium sensum sensibilia, vnde sicut non est scientia, vel ars docens modum videndi, vel audiendi, sed cum mere sint hæc naturalia modo etiam naturali fiunt, pari ratione non potest per artem doceri modus apprehendendi simplicia, cum tamen compositio, diuisio, ac discursus non sint adeò naturalia, quin modum in eis ars, vel scientia ponere valeat. Cæterùm quamuis ita se res habeat, ex parte obiecti dirigi in cognitione simplicium intellectus potest, est namque obiectum eius amplissimum, quod nisi in aliquem redigatur ordinem, difficile admodum, ac ferè impossibile erit quidditatem alicuius rei inuestigare, proprium, genus, & differentiam inuenire, quibus definitio eius construi possit, 3. præsertim quia in vna eademque re multa, ac diuersa adunantur, vt quantitas, qualitas, relatio, &c. quæ separare, & distinguere inter se oportet, vt quæ sint extra eius essentiam cognoscamus, & ex eorum separatione prædicata essentialia discernere valeamus, ad propriumque conceptum eiusdem peruenire. In hunc finem inuenit intellectus mirabilem quendam modum referendi rem quamlibet in suum ordinem,

4. nem, ita vt certis quibusdam rerum classibus constitutis: sub quibus comprehendantur omnes, ad vnam, vel alteram recurrendum sit, in qua proprium genus, & per diuisionem illius propria differentia inueniatur, eiusmodi est categoriarum ars, quæ in decem classes vniuersas res mundi referre docet, iuxta vnius cuiusque conditionem, & naturam, & hoc est simplicia inter se ordinare, primamque operationem intellectus, in quantum eorum notitiam importat, quasi obiectiue perficere, prædicabilium, & prædicamentorum, artibus disponente illa, hac verò perficiente.

Exponitur libri inscriptio.

De inscriptione libri. ET talis est huius operis inscriptio, vt ab ea exordium sumamus, categoria namque græcum vocabulum idem, quod latinè enunciatio, vel prædicatio significat, ex
5. primæua impositione, vel fortassis, vt voluerunt aliqui translatione ab accusatione ducta, quam proprie significare solitum erat, alicui namque accusatione attribuuntur plura, cui enũciatio, in qua aliquid de aliquo dicitur, eive attribuitur, persimilis est, vsu tamen apud latinos effectum est, vt pro principali ipsius enunciationis parte vsurpetur, quæ prædicatũ appellatur, estque quasi caput totius enunciationis, in quo sensu D. August. lib. de decem categorijs, qui habetur in primo tomo cap. statim primo, animal vocat categoriam substantiæ, scientiam, vel disciplinam categoriam qualitatis, & D. Damascenus lib. de dialectica cap. 38. categorias ab eo nũcupatas docet, quod
6. de aliquo dicantur, & Cicero. 4. lib. Tusculanarum quæstionum id esse affirmat, quod de aliquo, vel aliquibus dicitur. In hac eadem significatione accipitur apud latinos prædicamenti vocabulum, non quidem pro ipsa prædicatione, sed pro capite illius, & quoniam ea quæ de alijs prædicantur, in decem classes à Philosophis sunt distributa, comparatione primæ substantiæ, quæ cunctorum prędicatorum fundamentum est, & in qua quasi copulata reperiuntur, supremum cuiusque classis prædicatum, quod de cunctis ad illam pertinentibus enunciatur prædicamentum est appellatum, & extenso rursus vocabulo, totam ipsam prædicatorum seriem sub eo dispositam, atque ordinatam prædicamenti nomine vsus voluit comprehendi, itaque, & græca categoriæ vox & latina prædicamenti: pro integra iam prædicatorum classe, à supremo genere vsque ad atomas species, & indiuidua, communi dialecticorum, & philosophorum consensu vsurpatur, cuius significationis testes Porphyrium, & Arist. pro vniuersis afferre placet, ille enim cap. de specie sic loquitur. *In vnoquoq; prædicamento, sunt quædam generalißima, & rursus alia specialißima, & inter generalißima, & specialißima sunt alia quæ genera, & species dicuntur eadẽ.* Aristot. vero cap. 6. & vltimo prædicamentorum, post singulorum explicationem hæc verba subiungit. *Igitur de omnibus generibus, quæ proposuimus sufficiant, quæ dicta sunt.* Generis autem appellatione, completam prædicatorum seriem sub eo dispositam intelligit, cum de omnibus, ac singulis, in singulis etiam capitibus differuerit. Prædicamentum igitur seu categoriam, sic possumus describere, vt dicamus, esse dispositionem quandam prædicatorum essentialium, superiorum, atq; inferiorum sub vno quodã supremo genere, quod nulli est inferius vsq; ad indiuiduum, cui nihil est inferius & huius descriptionis exemplum in categoria substantiæ afferre possumus, in qua supremũ genus substantia est per intermedia prædicata 7.
procedens, nempe corpus, viuens, animal & hominem, vsque ad Petrum, aut Ioannem, vltra quos descensus non procedit.

Quis nam fuerit artis prædicamentorum inuentor, explicatur.

DE primo autem huiusce artis inuentore non consentiunt antiquiores Philosophi, Iamblichus enim (vt Boetius refert in commẽto prædicamẽtorum.) Architæ Tarentino insigni Philosopho id honoris detulit Commẽtatori verò, Themistio, ac cæteris in eodem proœmio placuit, primam fuisse Aristotelem, qui categoriarum ordinem inuenit, **Arist. huius artis inuentor.** quorum placitum, absque vllo cõtrouersiæ genere communis schola, nunc iam temporis sequitur, & quanquam non esset id vsquequaque certum, nemini (mea quidem sentẽtia) dubitare licet huius operis, quod præ manibus habemus authorem fuisse Arist. tum quia Porphyrius expressis testatur verbis in proœmio prædicabilium *Cum sit necessarium Chrisaori, & ad eam, quæ est apud Arist. prædicamentorũ doctrinam, &c.* Tum etiam, quia D. Aug. in lib. de 8.
decẽ categorijs, qui habetur in 1. tom. illud sub Arist. nomine, ac titulo suis cõmentarijs illustrauit. Tantundemq; fecerunt Aug. posteriores, à

res, à D. Thom opusculo 48. tract. 2. ad nostra vsque tempora, & qui quintum metaphysicæ librum, (quem ex officina Arist. prodijsse ambigit nemo) perlegerit, negare id nullo modo poterit, videbit namque, eadem prædicamenta, methodo eadem, stilo non dissimili, verborum contextu non alio, ab eo esse conscripta, atque apud se statuet in hūc dialecticæ locum esse translata, vt in proœmio totius dialecticæ, ab auctore illius, dum ad huius operis censuram peruentum esset, his verbis dicitur opus hoc desumptum est ex prima philosophia, &c.

De fine operis.

Finis huius operis. 9. Finis autem, à quo vniuersa operis ratio pendet, ex completo totius dialecticæ fine coniectandus est, vt bene Caietanus in præfatione prædicamentorum, cuius propriū institutum esse cōstat opera rationis dirigere, ac dirigendo perficere, singulis autem partibus singula item rationis opera dirigit, priorū quidem, posteriorum, topicorum, atque elenchorum operibus discursum, vel ratiocinationem, compositionem, ac diuisionem ea parte, quæ de interpretatione appellatur, superest igitur vt prædicamētorum arte, quæ de simplicibus est, simpliciū cognitionem perficere intendat Arist. tanquā ipsius dialecticæ parens, ergo, & eiusmodi erit huius operis finis, quasi proximus, vt in initio nos admonere cæpim⁹, qui rursus in vlteriorē, altioremq; ordinatur, nempe, vt prædicatorum copia præ manibus habita, ex ipsa prædicamentorum serie, enunciationes constituentes, syllogismorum artē (quæ totius dialecticæ scopus est) perficiamus. 10.

De rebus ne, an de conceptibus, seu vocibus prædicamenta differant.

An de reb⁹ prędicamēta differāt. Circa obiectum, illud in primis definire oportebit de rebus ne, conceptibus, vel externis vocibus opus hoc differat, sunt namq; de hac re tot fere sententiæ, quot capita, vt qui Arist. interpretes in proœmio eiusdē legerit, inspicere poterit. Commentatori, Eustratio, & quibusdam alijs placuit de rebus esse sermonem, vt Arist. ipse indicat cap. statim. 2. quę in prędicamentis disponuntur, diuidēs his verbis *Eorum, quæ sunt alia de subiecto aliquo dicuntur, &c.* De rebus igitur in prædicamentis se acturum promittit: de conceptibus autē principalius in hoc libro Arist. differere, videtur insinuare Porphyrius in proœmio prędicabiliū, genera, & species, ex quibus prædicamentum conflatur, in conceptibus ponenda esse indicās, & finis ipsius operis, quem ponimus esse directionem simplicis notitiæ, conceptibus item simplicibus medijs factam confirmat.

Sententia nominalium.

Nominales ad voces omnia referunt, quorum sententiam iam in scholis sepultā, quasi ab orco reuocare videntur moderni quidā, principalē considerationē huius operis de vocibus esse affirmantes, minus principalem de rebus, & pro se referūt magnā antiquorum philosophorum turbam, Porphyrium, Ammonium, Simplicium, Dexippū Iāblichum, Alexandrum, Herminiū, Egeum, Syrianum, Boetium, Albertum Magnum, quos omnes in huius lib. initio eam profiteri aiunt, & quod plus est D. Tho. idem sentire videtur in proœmio librorū de interpretatione, quem ego cōsulens inueni eius modi scripsisse verba lect. 2. *Sed Logica ordinatur ad cognitionē de rebus sumendam, significatio vocum, quæ est immediata ipsis cōceptibus intellectus pertinet ad principalem considerationem ipsius,* &c. vt autem sententiam confirment, statuunt prędicamenta rebus quidem principaliter constitui, siue à Metaphysico vel Logico considerentur, cæterum ille ad res principaliter attēdit, cum proprium illius sit modos essendi cōsiderare, at dialecticus nō nisi principaliter ad voces, præcipuum namq; dialecticæ munus est, docere modum differendi de omnibus, prima autem differendi principia, & quasi elementa sunt voces, spectabunt igitur ad principalē eius considerationē. Accedit (inquiunt) dialecticam peculiari ratione sermocionalem, & rationalem appellari, non quidem alia de causa, nisi quia ad sermonem internum pręcipue attendit, quod si aliquando de rebus sermo incidit, id totum cōfert ad verborum vsum in differendo. Corroborari etiam potest ex doctrina Aristot. qui 1. & 5. cap. huius operis de ęquiuocis, vniuocis, ac denominatiuis, de complexis item, ac incomplexis nominibus ex professo agit, ea definiens, vt viam certe ad prędicamentorum rationem aperiat, ergo de nominibus se principaliter in prędicamentis sermonem instituere plane indicat.

Sententia nominalium.

11.

Reijci-

Reijcitur hæc sententia, & vera statuitur.

Reijcitur. CAEterùm hæc sententia à nemine iam sustinetur, cùm & contextui Aristotelicæ doctrinæ, & veritati sit opposita, voces namque & conceptus, qui ab Arist. in hoc libro, atque in tota dialectica considerantur, ad rerum significatarũ considerationem, tamquàm ad finem principaliter attendendũ ordinantur. Itaque rerum naturæ, vt sub secundis consistunt intentionibus, sunt id, ad quod principaliter dialecticus attendit, instrumenta, quibus mediantibus eas in prædicamentis ordinat, in prædicationibus collocat, in syllogismis disponit, sunt voces, & conceptus; illæ quidem minus principale, cùm tanquàm externa signa ad explicandum alijs deseruiant, vnde vulgatum illud Aristot. emanauit, quia res non possumus ad scholas, dum disputamus
13. afferre, vocibus vtimur loco earum, conceptus verò in mente formatus, cuius signa sunt voces, instrumentum principalius est, vtpote, proximum respectu rei significatæ, & principalius ad dialecticam considerationem pertinens, quæ in perficiendis operationibus intellectus, ad quas proximè conceptus spectat, versatur. Hunc ordinẽ constituit Arist. inter scripturam, vocem, conceptum, & rem significatam respectu dialecticæ considerationis 1. lib. de interpret. cap. 1. nõ procul à principio dum ita ait. *Sunt ergo ea, quæ sunt in voce, earum, quæ sunt in anima passionum notæ, & ea, quæ scribuntur eorum, quæ sunt in voce, & quemadmodum, nec literæ omnibus eædem, sic nec eædem voces, quarũ tamen hæ primum notæ sunt, eædem omnibus passiones animæ sunt, & quarum hæ similitudines, res etiam eædem, &c.* & capit. 5. eiusdem libri cùm vellet enunciationes ordinare secundum varia oppositionum genera, vniuersalũ rerum, ex quibus enunciationes fiunt, & à quibus ea-
14. rum ratio accipienda est, diuisionem his ver-
Aristot. bis præmittit. *Quoniam autem sunt hæ quidem rerum vniuersales, illæ verò singulares, &c.* re autem vniuersali, ac singulari definitis, subijcit. *Si ergo in vniuersali vniuersaliter enunciet quis, quod est, aut non est, contrariæ enunciationes erunt, &c.* vt planè significet ad res ipsas significatas, rationem, & ordinem enunciationum, atque earundem oppositionem tendere, atque adeò propter res ipsas significatas, voces, ex quibus fiunt, in dialectica considerari. In ipsis item prædicamentis res dispositas, atque ordinatas medijs conceptibus definit Arist. quarum etiam proprietates affert, vt in prædicamento substantiæ primam, & secundam substantiam, nulla de vocibus mentione facta, vt in-
telligatur, non nisi, vt instrumenta conside- 15.
rari.

Ac demum 4. Metaph. text. 5. ambitum Metaph. explicans. Eam cum dialectica confert, affirmatque æquales esse ex parte obiecti, quia sub diuersis considerationibus circa totam entis latitudinem, tamquàm circa proprium obiectum versatur vtraque, illa quidem secundum modum essendi realem, dialectica vero in quantum sub intentionibus, ac modis disserendi cadit, verba Arist sunt. *Signum autem est, quod dialectici, & sophistæ eandem quidem quam Philosophus subeunt figuram, &c.* Loquitur autẽ de primo Philosopho, qui est metaphysicus, & figuræ nomine genus obiecti, vel latitudinẽ eius intelligit, vt verba sequentia indicant, ait namque *Dialectici quoque de omnibus disputant ens enim commune omnibus est, circa idem enim genus dialectica versatur, cũ Philosophia, dialectica autem est tentatiua, de quibus philosophia est cognitiua, &c.* Tentatiuam autem dialecticam appellat, quia ex proprio instituto, de vniuersis disputare tentat. Ex quibus euidenter infero, circa res ipsas principaliter dialecticam versari, tanquam circa proprium
obiectum, alioqui non potest eundẽ cum me- 16.
taphysica habere ambitum, voces namq; tantam extensionem habere nõ possunt, nisi fortè velis in ordine ad res significatas considerari, & tunc principalis erit de rebus consideratio: & rursus de omni ente disserere vtramque affirmat Arist. ens autem non vocem, sed rem significat. Hæc est igitur principaliter in dialectica considerata, vt eiusmodi ratio conuincit, si prædicationes in vocibus principaliter exercentur, & syllogismi ex vocibus fiunt, vel ergo vox, de voce enunciatur, tamquàm prædicatum de subiecto, vel solùm, vt instrumentum ordinatum ad res ipsas, quæ principaliter enunciantur; si primum teneas, sequitur planè cunctas prædicationes esse disparatas, cùm vox, quæ prædicatur, valde sit diuersa ab ea, quæ subiecti locum habet, vt propositio hæc ostendit, homo est animal, neque enim vox animal, ratione identitatis est vox homo, sed neque ratione inclusionis, si quidem notum est in ea nõ esse inclusam, nec superest modus alius, iuxta quem verè de illa enunciari possit: ergo apertè falsum est voces principaliter

enunciari, vel in syllogismis poni, in quibus nihil de vocibus infertur, sed de rebus significatis. Si verò secundum affirmes: sequitur plane intentū, nempe voces in propositione collocari, tanquàm rerum signa, vnde quia res ipsæ veræ inter sese prædicantur, vna vox de
17. alia, tanquam signum rei enunciabitur, vt sensus prædictæ propositionis sit, res quæ est animal voce prædicari significata, clauditur in homine, & vox ipsa animalis signū est rei inclusæ in significato hominis. Eadem proportione accipiendæ sunt voces in syllogismo, cęterisq; dialecticis instrumentis, vt bene Albertus Magnus in procemio prædicamentorum, qui absque dubio nostram tenet sententiam, quam eruditè exponit, Caietanus in eodem procemio ex Auicennæ placito initio suæ logi-
18. cæ, vbi dialecticum, ait, voces ex intentione non considerare, sed necessitate compulsum, quoniam res tali modo conceptas non potest, nisi verbis exprimere, docere, atque ordinare: quod si alijs posset præstare signis, vocibus nō indigeret: idem profitentur Magist. Soto, & Cardinalis Toletus in procemijs. Doctor Canterus in procemio, atque in expositione primi capitis.

In hoc sensu loquuntur Philosophi omnes, quos pro se affert opposita sententia, vt argumēta soluere incipiamus, quod ex verbis ipsorum facile intelligitur. Nec D. Thomas oppositum sentit, sed voces ad principalem dialecticæ considerationem spectare, ait, quod verissimum est in eo sensu, spectant enim ad res significatas, quæ principaliter considerantur, & id quidem conceptibus medijs, ita vt tam externa, quam interna vox, quam conceptum appellamus, instrumenta sint ad principalem rerum considerationem ordinata, & hac de causa, de vniuocis, æquiuocis, denominatiuis, complexis, & incomplexis agit Arist. quia rerum consideratio, ex modo, quo significantur per voces maximè pendet. Vel secundo, & magis ad mentem Arist. ac in fauorem nostræ sententiæ, in definitionibus æquiuocorum, & vniuocorū planè res definiri, verba ipsa ostendunt, æquiuoca, vel vniuoca sunt, quorū nomen est commune; quæ enim commune nomen habent, quo significantur res ipsæ sunt,
19. non voces, cùm idem sit penitus nomen, & vox in hac parte, res ergo definiuntur principaliter secundum mentem Arist. dialectica vero modos differendi docet, quorum instrumenta voces esse non negamus, & ideò rerum significatarum gratia considerantur, non propter se. Sermocionalis vero dialectica vocatur secundum latam illam significationem, qua grammaticam comprehendit, & rhetoricam, quarum munus est sermonem perficere: stricta vero significatione, & propria, rationalis potius, quam sermocionalis dicitur, quia in dirigendo rationis operibus versatur, nisi forte velis propter conceptus, qui ad internum sermonem pertinent, & tanquam principale instrumentum rerū considerantur, talem vocari vt opposita sententia admittit, vel deniq; quia speciali quadam ratione sermonem considerat, in quantum de rebus non agit, nisi ab intellectu tali modo conceptis, vocibusque significatis. 20.

Explicatur D. Thom.

Circa obiectum varij dicendi modi assignantur.

Constituto iam de rebus esse in prædicamentis sermonem, vt signis internis concipiuntur, vt vocibus externis significantur, definire oportebit, quæ nam res proprium sit huius operis obiectum, vbi certum est simplex esse debere, non compositam, nam vt Arist. cap. 5. constituit, complexa multis simplicibus composita ad prædicamentum non sunt reuocanda. Albertus Magnus vbi supra tenet obiectum huius operis esse rem simplicem vt ordinabilem in ratione prędicabilis, vel subijcibilis, cui consentit Cardinalis Tolet. ad finem Procemij, Caietanus vero tale obiectum excludit quia ad secundam potius operationem intellectus res simplices pertinere arbitratur, si in ordine subiecti, ac prædicati spectentur, cum eiusmodi sint partes enunciationis, ideò obiectum potius esse ait ens proponibile primæ operationi intellectus, per hanc enim in prædicamento ordinatur (verba illius refero) Magister Sotus, quem ex modernis sequuntur plures, prædicamentum iuxta libri inscriptionem obiectum ponit. Magist. Oīa quæstionem inquit esse de nomine, an hoc, vel illud sit, dummodo res simplex obiectum esse constituatur, cum hæc sit, quæ in prædicamentis disponitur. 21.

Obiectum operis decernitur.

Caietani sententia.

Verus modus dicendi exponitur.

Ego vero prædicamentum, vt à singulis abstractum, & vniuersis commune, obiectū constituendū censeo potius, quam rem aliam, hac ratione ductus, obiectum operis du-

Vera sententia. ris duplicem conditionem (vt alias interim omittam) habere debet, vna est, vt rationem proximè, & principaliter in scientia considetatam contineat: altera vt proximè item, & adæquate vniuersis conueniat, quæ ad illam referuntur: hoc est autem discrimen inter rem simplicem in prædicamento ordinabilem, vel primæ operationi intellectus proponibilem, ex vna parte, & prædicamentum ex alia, quòd, simplicia partes sunt, ex quibus prædicamentum conflatur, & in ordine ad prædicamentum constituendum attenduntur, at prædicamentum res est ex eis constituta, & quæ proximè, principaliter, & secundum se in hoc opere consideratur, simplicia igitur, quasi remota illius participatione, prædicamentum item de omnibus adæquatè enunciatur, simplicia verò non nisi, tanquàm partes, ex quo etiã quasi remote ad præsentem tractatum pertinent. Prædicamentum ergo potius obiectum est, quã simplicia, vt subiecta exempla ostendunt, ad domificatoriam artem pertinet construenda domus; lapides etiam, & ligna vt tali modo disponenda, tanquàm illius partes, nemo tamen adæquatum, vel proximum artis obiectum eiusmodi ponit, sed domum ipsam, ad quam artis intentio terminatur. Ad posterioristicam item artem simplicia, & enunciationes pertinent, vt tali modo disponendæ pro constructione demonstrationis, nec tamen vllus vnquam enunciationes etiam, sic consideratas obiectum illius operis posuit, sed demonstrationem constitutam, in quam artis tendit intentio. Ita ergo in proposito censendum est, prædicamentum esse adæquatum huius operis obiectum, cum in ipsum constituendum eius intentio dirigatur, medijs tamen simplicibus, vt tali modo disponendis.

22\.

23\.

Quis modus procedendi seruetur.

De modo procedēdi. Modus procedendi, quem viam doctrinæ appellare consueuerunt, non est per demonstrationem, cum liber iste, non solum artem syllogisticam, sed compositionem, vel enunciationem præcedat, simplex igitur est per diuisionem, ac definitionem, ac

24\. propterea disciplinæ nuncupatus. Proportio huius libri ad vniuersam dialecticam eadem est quam partes habent ad totum, quod ex eis integratur, prædicamenta enim sunt pars quędam totius dialecticæ, non secus ac libri priorum, ac posteriorum.

Ordo item, si cum alijs dialecticæ partibus prædicamenta conferantur, talis est, vt merito in primo loco fuerint ab Arist. collocata, cum sint quasi ianua, per quam ad reliquas, totamque scientiam patet aditus, prius est enim secundum naturæ ordinē simplicia cognoscere, quam ad compositionem procedatur, & discursum, in quibus totius scientiæ residuũ versatur, sed non assentior Caietano, qui in procemio prædicamentorum adhuc esse prædicabilibus Porphyrij anteponenda arbitratur, quia in eis definiendo genus, speciem, ac differentiam, Porphyrius procedit, ars autem definitiua, vtpote ex simplicium cognitione, & compositione permixta, prædicamentis posterior est, quæ ex solis simplicibus constituuntur, aliud est enim quibusdam definitionibus res simplices, de quibus agitur declarare, aliud artem definiendi tradere, nam primum in quibuscunque simplicibus explicandis necessarium est, idque Arist. in hoc opere præstat, vtitur namque definitionibus vniuocorum, & æquiuocorum definitionibus explicat primam, & secundam substantiam, qualitatem, & relationem, non tamen propterea mixtam constituit artem, nec igitur prædicabilium opus idcirco commixtum erit censendum, & cum ex alia parte generũ, specierum, ac differentiarum notitiam præbeat, ex quibus prædicamenta conficiuntur, prædicamentis præmittendum fuit, vt Porphyrius ipse in procemio admonet illis verbis. *Cum necessariũ sit chrysaori, & ad eam, quæ est apud Arist. prædicamentorum doctrinam nosse, quid sit genus, quid differentia, &c.* Arist. vero breuitatis amator, opus prædicabilium non composuit, aliqualem eorum notitiam in libris Topicorum tradit, vnde desumi facile posset, ad aliqualiter etiam auditorem instruendum, id enim efficiens Porphyrius opus prędicabilium composuit, quod non solum necessariam sed copiosam ad prædicamentorum notitiam excipiendam auditori viam aperuit.

Quem lo[illegible] sibi in d[illegible] lectica vendicent.

25\.

26\.

Operis diuisio explicatur. Diuisio denique trimembris est, cum tria in toto opere Aristoteles præstet, præmittit enim documenta quædam vniuersalia, certas item vniuersales regulas ad doctrinàm prædicamentorum capessendam, valde necessarias, quæ idcirco antepredicamenta vocantur. Decem deinde prædicamenta proponit, & explicat, ac tandem nonnulla multis prædicamentis communia, vt modos prioris, modos simul, motum, atque oppositionem, quæ dicuntur

27. cuntur post prædicamenta tradit.

Cuius sit artificis proprium munus de prædicamentis disserere.

His prælibatis, quæ ad cæteras proœmij partes vnum super est in calce huius proœmij expediendum, spectet ne ad dialecticum, metaphysicumue, seu quempiam alium artificem de prædicamentis disserere, cuius proprium munus esse dicatur. Apparet enim ad omnes, & singulas pertinere scientias, ita vt quælibet pro parte saltem prædicamentorum notitia indigens, prædicamentorum notitiam tradere teneatur, siquidem ad prædicamenta spectare ea, de quibus agit notum est, neque ea posset ordinate cognoscere, nisi in prædicamentis dispostita, vnde elicitur, nulli esse proprium, quod constat cunctis esse commune, & rursus quòd non sit dialectici proprium, res ipsa docet, eiusmodi enim scientia de ente rationis, tanquàm de proprio obiecto differit, prædicamenta autem ex diuersis modis entis realis fiunt, à quibus proinde secundæ intentiones, vel relationes rationis ablegantur, extra obiectum ergo dialecticæ, categoriæ vagantur, quapropter, & eorum consideratio à dialectica ipsa penitus aliena censebitur, in alijs autem scientijs locum non habet ratio hæc, cum quælibet de ente reali, ac prædicamentali differat, & certe si alicuius scientiæ proprius sit prædicamentorum tractatus, solius metaphysicæ, cuius est vniuersales modos entis realis, veluti proprij obiecti considerare.

Ratio dubitandi.

Duæ sententiæ referuntur.

I. Sententia.

Non desunt, qui credant ad nullã scientiam determinatam pertinere prædicamentorum artem, sed ad intellectum naturali omnium scientiarũ lumine illustratum, qui cuncta suis sedibus locare nouit, sicq; vniuersa entia creata, ad prædicamenta reducere, nec ergo ad metaphysicam, quæ (vt falso à quibusdam dictitatur passim) ens in decem genera diuidit, neque etiam ad dialecticam spectat prædicamenta ordinare, sed metaphysicus præstare id potest, non solum habitu eius scientiæ instructus, sed scientiarum omnium, quarum obiecta in decem categorijs disponuntur, etenim cũ metaphysicus non differat de entibus in particulari, sed de communi tantum ratione entis, non videtur muneris ipsius esse prædicata entium in particulari in certis generibus disponere.

28. Alij vero metaphysico attribuunt cõsiderationẽ huiusce artis prædicamentalis, cuius est de supremis generibus in communi differere, quæ simul cum suis inferioribus prædicatis in categorijs disposita capiuntur melius: in principio autẽ logicæ exponi aiunt, quia prima est omnium scientiarum, atque in materijs earum modos disserendi exercere docet, ita tenet Magister Oña in proœmio prædicamentorum.

II. Sententia.

Alij distinctione vtuntur, nam exactam prædicamentorum notitiam, proprium metaphysicæ negocium esse aiunt, rudem, & imperfectam ad quamlibet scientiam pertinere, vt agnoscere possit ea, quæ ad proprij obiecti naturam, & proprietates spectant, alij denique prædicamentorum tractatum, siue absolutum, vel inchoatum, soli metaphysico esse tribuendum putant, proprium namque illius est modos entis inuestigare, atque adeò res ipsum in decem prima genera distribuere, quorum singula, singulos modos entis continent, suntque quasi entis species, & prædicamentorum capita, quorum exacta notitia ex generibus, atque speciebus in prædicamento dispositis comparatur. Ad complementum verò dialecticæ ex metaphysica desumptum, trahi opus hoc censent, sed immerito huic scientiæ præponi, quæ ex libris de interpretatione inchoari debet, & propria prædicamentorum sedes fere inter logicam cæterasque facultates logicæ posteriores.

Aliorum.

29.

Resoluitur quæstio.

Vera sententia.

Nos autem ad metaphysicam in primis pertinere prædicamenta tenemus, vt ratio posterioris sententiæ conuincit, & confirmat sequens prædicamentorum ordinatio, ac dispositio, quæ cum artificiosa sit, non potest sine arte fieri, & cum sit quædam res determinata, necesse est ab aliqua determinata arte fieri, sed nulla est, ad quam propius pertinere possit, imo, & inter scientias reales nulla, ad quam adæquate pertineat, nisi sola metaphysica, ad hanc igitur scientiam propriè referenda est, minorem ostendo, quia metaphysica respicit totam entis latitudinem, vt nuper ex doctrina Arist. 4. metaph. text. 5. attulimus, exacta autem entis notitia, ex modis illius comparanda est, modos entis exacte cognoscere, nisi singuli, tanquam suprema genera in species per differentias diuisi in prædicamentis disponantur, impossibile est, ergo prædicamenta disponere proprium est metaphysicæ munus. Quæ etiam si de singulorum entium

30.

entium natura in particulari non differat, nisi in quantum à materiali modo abstrahere possunt, communia tamen omnium prædicata, ex quibus categoriæ instituuntur considerare potest, ac debet, quia talis dispositio à modis materialibus abstrahit: nec tamen est necesse ad prædicamenta ordinanda, naturas rerum in particulari cũ suis proprietatibus cognoscere, sed constitutis prædicamentis ex generibus, speciebus, ac differentijs, particularis cuiusque rei natura, ac proprietas, singulis scientijs relinquitur consideranda. Quod vero cæteris scientijs realibus non conueniat prædicamenta ordinare, notum est, cum non sit vlla, quæ circa totam entis latitudinem versetur, sed rem quandam determinatam pro obiecto sibi vendicant, cuius natura ex aliquali notitia prædicamentorũ à metaphysica, vel alia scientia mutuata, simul cum proprijs principijs cognosci, sufficienter potest.

II. Secundò dicimus ad dialecticam propriè spectare prædicamentorum artem, diuersa tamen ratione, ac ad metaphysicam, vtraque enim hæc scientia vniuersalis est, & circa totam entis latitudinẽ versatur, vt docuit Arist.
32. ideò vtraque modos entis explicatos habeat necesse est, quamquam sub diuersa consideratione, illa quidem, quia ad naturam proprij obiecti spectant, dialectica vero, quia modos differẽdi circa res vniuersas tradit, instrumenta omnibus scientijs necessaria conficit, quod absque cognitione supremorum generum, eorundemque in species diuisione per proprias differentias, pręstare minime potest, nam quo pacto poterit dialectica operationes intellectus dirigere, ac dirigendo perficere, nisi horum dispositionem nouerit, quo pacto demonstrationem conficere docebit, nisi propositiones per se quibus constat, discernat à contingentibus, quo demum pacto propositionem per se intelliget, nisi prædicatum ad essentiam, tanquam genus, vel differentiam spectare iudicet, vel certe, tanquam integram definitionem ex vtroq; constitutam. Vniuersa igitur hæc, prædicamentorum notitiam postulant, quare dialecticæ inferenda est ars prædicamentalis, tanquam altera eius pars, id na-
33. tura eius exigente, à qua eam desumere oportebit, quamlibet aliam facultatem vel scientiam (vna excepta metaphysica) non secus, ac differendi modos: ad has autem duas vniuersales scientias prædicamenta spectare, docuit plane Arist. ea in principio dialecticæ collocans, & quasi in ipso metaphysicæ centro, nempe in 5. libro, verum quidem est principalius esse ad metaphysicam referenda, tanquam intra intimam obiecti rationem clausa, post metaphysicam vero dialecticæ adscribenda sunt, & ex confirmatione nostræ sententiæ, quam sequitur Doctor noster Fonseca. 5. metaphysicæ. cap. 7. quæst. 1. à sectione. 3. vsque ad quintam, sufficienter satisfactum credo rationibus aliarum.

In principio positis dubijs fit satis.

CAEteris tamen in principio à nobis propositis, pro ratione dubitandi satisfacere oportet, ex quibus solutum est iam ex adnotatis primum, pro secundi verò solutione illud adnotamus, Aristotelem. 5. metaph. cap. 7. text. 14. ens reale per se, (separatis prius ente rationis, atq; etiam ente reali per accidens) in decem prædicamenta diuidere, vnde quemadmodum à diuiso huius diuisionis ens rationis excluditur, pari ratione à membris diuidentibus, ita vt secundæ intentiones, vel relationes rationis in aliquo decem prædicamentorum minime collocentur, sed suum habeant separatum prædicamentum relationis, in quantum considerationis sunt dialecticæ, quod in tractatu de ente rationis dispositum, atque ordinatum oculis subiecimus. Ex entibus igitur realibus dumtaxat efficiuntur prędicamenta. In communi tamẽ ab intellectu consideratis, hoc est ab inferioribus abstractis, vt denominationes generis, speciei, ac differentiæ sint susceptiua, quapropter licet intentiones secundæ in prædicamentis non ponantur, conditiones tamen sunt ad prædicamentalem constitutionem necessariæ, alio tamen modo ad prædicabilia, alio ad prædicamenta, pertinent, quod apprime obseruandum est, ad prædicabilia quidem, tanquam formæ illorum intrinsecæ, ad prædicamenta non vt formæ, sed vt conditiones, id namque, quod intrinsecæ genus est, species, & differentia, sola est secunda intentio, à qua quæcumque reales naturæ accidentali denominatione dicuntur tales: ipsa est ergo, quæ prædicabilia constituit essentialiter, minimè vero prædicamenta, sed reales naturæ secundum realem essentiam in prædicamentis disponuntur, in quantum per differentias essentiales diuiduntur genera in suas species: itaque reales conceptus obiectiui (vt ad rem proprius accedamus) substantiæ,

34. Notab. pro solutione secundi argumenti.

35.

36.

37. corporis, viuentis, animalis, & hominis, cæterarumque specierum ordinationem prædicamentalem primi prædicamenti efficiunt, cuius formæ intrinsecæ sunt reales ipsæ essentiæ, quæ his conceptibus continentur, conditio tamẽ requisita talis coordinationis est, genera, species, ac differentias denominari, quia modum ea in communi concipiendi talis denominatio sequitur, genera igitur, species, ac differentiæ duobus concipiuntur modis, vel metaphysice, in quantũ contrahibilis est natura generica realis, in communi concepta, per reales differentias, & species ab intellectu
38. ex conceptibus generis, & differentiæ componitur, & ex eis sic consideratis prędicamentalis coordinatio completa est, quanquam nulla consequeretur denominatio secundę intentionis, & certè absque illa in metaphysica prædicamenta constituuntur, ac considerantur, in dialectica vero eadem est constitutio, sed consideratur etiã denominatio, quia reales eædẽ naturæ ad prædicationes, syllogismos, ac demonstrationes referuntur, & hoc modo intelligenda est definitio prædicamenti, dum ab vniuersis sic designatur, prædicamentum est prædicabilium coordinatio, vt metaphysice prædicabilia accipiantur, pro realibus naturarum conceptibus obiectiuis, quos tamen in dialectica denominatio secundarum intentionum consequitur, vt sub obiecto illius cadere possint. Ex quo etiam considerationis discrimine constat, qualiter ad vtramq; scientiam prædicamenta referenda sint, atque etiam qualiter in dialectica considerari possint, etiam si entia rationis, vel secundas intentiones prædicamenta ipsa non ingrediantur, in qua consistit formalis solutio propositi argumenti.

Ad vltimũ. Ad vltimum dicendum est, eo quidem titulo ad solam metaphysicam pertinere artem prædicamentalem, alio tamen longe diuerso ad dialecticam, quæ suprema eadẽ genera, vel modos entis vniuersos cõsiderat, in ordine ad instrumenta scientiarũ conficienda, harũ igi-
39. tur facultatum quælibet, potuit, ac debuit categorias constituere, vt intra ambitum proprij obiecti, esset absoluta, atque perfecta.

CAPVT PRIMVM.

De æquiuocis, vniuocis, ac denominatiuis.

Æquiuoca dicuntur, quorum nomen solum commune est, secundũ vero nomen substantiæ ratio diuersa, &c.

TEXTVS EXPLICATIO.

Ratio eorum, quæ in prædicamentis disponuntur, ex vocum significatione maximè pendet, ideo tria oportuit, quantum ad voces præmittere, vt perspicua sfiat prædicamentorum tractatio: primum à prædicamentis excludere, quæ excludenda sunt, secundum, quam conditionem habitura sint in prædicamentis collocanda, vocum comparatione explicare, ac tertium, quo nã pacto res vnius prædicamẽti de altero enunciari valeant, tria hæc præstat Arist. cap. præsenti, tribus etiam definitionibus æquiuocorum, vniuocorum, ac denominatiuorũ propositis, ex quibus plane ostendit, æquiuocorũ naturã cum ordine prædicamentali pugnare, vniuoca esse, quæ in prædicamentis disponuntur, denominatiua cum sint vnius prædicamenti, de alio enunciari posse. Quod præsertim verum tenet in nouem prædicamentis accidentium respectu substantiæ, licet etiam aliquando contingat, vnũ prædicamentum de alio in accidentibus enunciari, vt relationem de quantitate, & qualitate. Ab æquiuocis vero incipit, quia ordine naturæ prius est oppositam dispositionem, à subiecto expellere, quam propriam formam inducere. (Tria præmittenda sunt.)

Ordinem igitur Aristot. sequuti, definitionẽ æquiuocorũ explanare incipimus, quæ sic habet, æquiuoca dicuntur, quorũ nomen commune est, ratio vero substantiæ nomini accommodata diuersa. *Dualus primis particulis innuitur distincta esse æquiuoca à vocibus, quibus significantur, nam si ea dicuntur æquiuoca, quorũ nomen commune est; distincta ab ipso nomine erunt, eiusmodi autem sunt res nomine ipso significata. Gratia exempli, latrabilis canis, caleste sydus, ac piscis marinus nomine canis significatur, hæc igitur æquiuoca dicuntur eodem illo signata nomine, & hoc sibi vult Arist. dicens, æquiuoca sunt quorum nomen est commune. Ad-* (Æquiuocorum definitio explanatur.)

monuimus enim in procœmio, de rebus in præsentiarum, Aristotelem agere, vt tali modo significantur per voces, ex quo etiam intelligitur bene Aristotelem protulisse, æquiuoca dici, nõ esse, quia res non sunt æquiuoca, vel vniuoca ex propria cõditione, nisi ad voces, quibus significantur comparata, dicuntur ergo vocum comparatione æquiuoca, cum tamen si ab ea absoluantur non sint tales. Ex hac autem doctrina prodijt communis illa distinctio æquiuocorum, in æquiuoca æquiuocata, & æquiuocantia, ita vt sub mẽbro priori designentur res, quæ sub eiusdem vocis significatione æquiuocantur, sub posteriori vero voces ipsæ, quæ ex tali modo significandi, easdem res æquiuocas efficiunt, in plurali etiam æquiuoca dicuntur, & non in singulari æquiuocum, quia res vna, sub ratione vnius non appellatur æquiuoca, cum non habeat diuersas rationes, vel definitiones sub eodem nomine: sub ratione vnius dixi, nam contingere potest, eandem rem diuersas rationes formales & iuxta eas, diuersas definitiones habere sub diuerso nomine, vt species eadem subijcibilis est, ac prædicabilis diuersa ratione formali, & idcirco æquiuocũ nomẽ esse, capite de specie adnotauimus, sed tunc licet re vna sit, formali ratione multiplex, merito ergo dicimus sub ratione vnius non esse vllã rem æquiuocam. Solum autem nomen commune habere dicuntur, ad excludendum quodcumq; aliud, & bene quidem, nam vt ex particulis sequentibus notum erit ex parte rei significatæ nihil commune illis esse potest. Ratio autem tantundem, ac definitio, vel conceptus significat, neq; enim significata nominis æquiuoci, veram semper definitionem habere possunt, sed conceptus loco definitionis accipitur. Substantiæ vero additur, vt denotetur in conceptu quidditatiuo,
5. vel essentiali definitione (si eam habent) non conuenire æquiuoca, vnde nõ desumitur hac in parte substantia pro primo prædicamento, alioqui in accidentibus locum æquiuocatio non haberet, sed pro quidditate, vel essentia, quam rei substantiam appellare consueuimus, etiamsi illa sit accidens.

Cæterum non est absoluta locutione verũ significata nominis æquiuoci diuersum omnino conceptum, vel quidditatiuam definitionem habere, cum exploratum sit in præfato exemplo canem latrabilem, sydus, ac piscem eundem conceptum quidditatiuum substantiæ, vel corporis habere, quapropter notanter Arist. addidit, nomini accommodata, vt indicet non prohiberi, quin sub alijs nominibus commune quidpiam esse possit æquiuocis, sed id tantum vult, vt sub tali nomine significatis nihil penitus sit (nomine excepto) commune.

Vniuocorum definitio.

Vniuocorum definitio ita habet, vniuoca dicuntur, quorum & nomen commune est, & secundum nomen eadem substantiæ ratio, quæ in duabus dumtaxat particulis diuersa est à præcedenti, nec enim solum nomẽ eis esse commune dicitur, nec rationẽ diuersam, sed eandem habere perhibentur, & ex posteriori sequitur prius: nam si ratio nomini accommodata eadẽ est, non in solo nomine conueniunt. Cæterùm sic accipienda est particula eadem, vt quemadmodũ in æquiuocis adeò est ratio diuersa, vt non sit vllo modo eadem, ita ex opposito sic eadem sit in vniuocis, vt nullo modo sit diuersa, periret namq; 6.
vniuocatio, si in aliquo differrent sub eo nomine: neq; tamen propterea tollitur, vt sub alijs nominibus quidpiã diuersum habeant, vel etiam æquiuoca sint, vt secundũ proportionem in æquiuocis admonuimus.

Explicatio denominatiuorum.

Postremum tenet locum denominatiuorũ explicatio, quæ talis est. Denominatiua dicuntur quæcumq; ab aliquo, solo differentia casu, secundum nomen habent appellationem, vt à fortitudine fortis, &c. In quo tria continentur, duo quidem expresse, tertium vero necessario subintelligendũ, quemadmodum in denominatione tria sunt, forma denominans, res denominata, ac ipsũ denominatiuum, tali ordine accipienda, res denominata dicitur talis à denominatiuo, hoc vero à forma, ac de primo ad vltimum forma totius denominationis, quasi fons est, 7.
& origo, vt in eodem exemplo Arist. conspicimus, Petrus, vel Ioannes res est denominata, de quo denominatiuũ enunciamus, dũ dicimus Petrũ, vel Ioannẽ esse fortem, sed for-

tis ab ipsa fortitudine, quæ forma est, denominatur, & ratione illius de re denominata dicitur, Petrus namq; ab eadem fortitudine denominatur, sed denominatiuum quasi proximè, & quasi remote res denominata eius
8. ratione : illud autem quod adæquatè, & per se definitur, solũ denominatiuum est, pluraliter quidem, non tamen ex necessitate, quemadmodũ de æquiuocis, & vniuocis adnotauimus, sed solùm ex congruitate, id namq; discriminis inter hæc repetitur, quod illa ex propria conditione plura esse debent, vt & commune nomen habeant, & sub eo eandem rationem, vel diuersam, denominatiua verò neutrũ postulant, sed id solum, quod est à forma denominari, vnde non solùm in plurali, sed in singulari dicuntur talia, vt fortis, qui absq; ordine ad aliud denominatiuũ est, quia à fortitudine denominatur. Congruum tamen fuit denominatiua in plurali explicare, quemadmodũ æquiuoca, & vniuoca, tum vt vtrisq; in plurali definitis, idẽ verborũ contextus seruaretur in omnium definitionibus, tum etiam vt eorũ multitudo plurali numero designaretur, vt bene adnotat Caietanus.

Triplex est conditio requisita. Prima conditio.

Triplicem conditionem necessariam esse definitio admonet, vt verè. & propriè denominatiuũ dicatur quidpiam. Prima est, quòd ab aliquo appellationem sortiatur, vt fortis à fortitudine: huius autem ea est ratio, quia cùm res ipsa sit, quæ ab alia denominatur in quantum tali nomine significatur, sequitur mutuam correspondentiam seruandam esse, quemadmodum inter res ipsas, nempe denominatiuum, & formam, sic etiam inter voces, vt sicut res ipsa fortis talis dicitur, à fortitudinis forma appellatione deriuata, pariter nomen ipsum fortis à nomine fortitudi-
9. nis deriuetur, deriuatio autem nominis propter deriuationem realis appellationis talis esse censetur, & non propter solam vocem, quæ ab alia secundum grammaticalem formationem deriuatur: hæc namq; vocis deriuatio, neq; semper prædictam seruat conditionem, vt nomẽ denominatiuum formetur à nomine formæ, sed aliquando è diuerso, ab hoc illud deriuatur, vt à genitiuo iusti addito, tia, formatur iustitia, nec pura deriuatio vocis ad dialecticam cõsiderationem spectat, sed prorsus ad grammaticalem.

Idemq; insinuat secunda conditio, nempe, II.
vt casu differat denominatiuum à nomine formæ denominantis, vt significetur appellationis deriuatio, quam à forma denominatiuum suscipit, si enim in eodem casu vtrumq; significaretur nomen, non denotaretur à forma deriuatam esse appellationem, vt si dicamus, fortem, & fortitudinem casu autẽ va-
riato plane significatur, dum dicimus fortem 10.
à fortitudine denominari. Non igitur propter solas voces eiusmodi conditio posita est ab Aristotele in definitione, sed propter rem significatã, in qua denominatio realis exercetur, vt videlicet eodẽ modo vocibus significetur, quo in rebus significatis sit. Tertia conditio est, solo casu nominis denominatiuũ à denominante differre, vt excludatur differentia in re significata, nam nisi in ea admittatur discrimen, alterius erit cõditionis for-
ma denominans, & idcirco nõ poterit ab ea 11.
denominatiuum tale appellari, sed eandem prorsus formã vtrumq; significare oportet, vt vera, ac propria sit denominatio, nomen quidẽ formæ in abstracto, denominatiuũ verò in concreto, vt fortis à fortitudine, album ab albedine. Prima item conditio petit denominatiuũ pro substrato, vel materiali significato, quod denominationem suscipit, diuersum esse secundũ naturam ab ipsa forma, vt eadem exempla docent, corpus namq;, quod substratum albi est, distinctam continet ab albedine naturam, ac similiter id, quod à fortitudine tale appellatur. Ideò per illam à ratione denominatiuorũ excluduntur essentia-

Prima conditio denominatiuorũ in concreto.

lia nomina, quæ ab eadem natura, quam de 12.
formali important, & à qua essentialiter constituuntur, modum appellationis habent, vt homo ab humanitate, ab equinitate equus, forma enim non solùm eadem res est cum concreto, sed eadem essentia, neq; enim aliam habet naturam ab humanitate homo, quemadmodum corpus, quod ab albedine vocatur album; eiusmodi enim secundũ apparentiam, vel similitudinem vocis denominatiua videntur, re tamen vera non sunt: defectu secundæ conditionis propter

omni-

omnimodam vocis identitatem, mulier gammatica perita, non est denominatiuum à grãmatica veniens, vt Boetio placuit in expositione huius definitionis, mihi tamen videtur vere denominatiuum posse appellari, quia licet omnimoda vocis identitas appareat, verè tamen casu differunt, cùm in auferendi casu ars ipsa constituatur, non secus ac dum dicimus album ab albedine denominari, concursus autem eiusdem terminationis non tollit casus distinctionem defectu vltimæ conditionis, studiosus non dicitur denominatiuũ virtutis, licet re ipsa à virtute talis constituatur, quia non distinguuntur solo casu, sed integro ipso nomine.

DVBIVM VNICVM.

Definitio vniuocorũ denominatiuis cõuenire videtur.

13 Definitio vniuocorũ denominatiuis con uenire videtur cõparatione denominatarum rerũ, de quibus enunciantur vt albo respectu hominis, & equi, risibili in ordine ad Petrum, & Ioannem, nomen namque in his enunciationibus constat esse commune, ratio item nomini accommodata eadem, cùm albedo in vtroque eadem secundũ speciem insit, risibilitas quoque in Petro, & Ioanne, vitiosa igitur erit, vt pote alijs à definito competens.

Propter argumentum hoc Magist. Soto qu. vnica huius capitis in solutione ad secundum, admittit denominatiua esse vniuoca simul, diuersa tamen ratione, nã in quantum ab alio appellationem habent denominatiua dicuntur: cæterum si illa ad res denominatas compares, de quibus enunciantur, vere sunt vniuoca, vt album denominatiuum est ab albedine, vniuocum tamẽ dum de corpore hoc, & illo enunciatur. Caiet. in expositione denominatiuorum probabilem reputat hunc modum dicendi, eumq; vt magis videatur probare, Aristot. dignum esse, ait, quasi de mẽte illius sit, quanquam oppositum, vt probabilius sequatur. Confirmari autem potest hæc ratio, quia quartum, & quintum prædicabile ex propria ratione vniuersalis prædicari debent vniuoce, cum necesse sit, vniuersale esse vnum in multis, hoc est eorum comparatione vniuocum, & tamen vere sunt denominatiua, vt risibile dum de homine, albũ dum de corpore enunciatur, & certe cum neq; æquiuocè enuncientur, neq; analogice, necesse est vniuoce prædicari de subiectis, quanquam in ordine ad formas, à quibus talia dicuntur, denominatiua sint appellanda.

Oppositam sententiam, nempe denominatiua non esse vniuoca, expressam inuenio apud Arist. in prædicamento substãtiæ, vbi hæc habentur verba. Eorum verò, quæ in subiectis sunt, in plurimis quidem, neque nomen, neq; ratio prædicabitur de subiecto, in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet de subiecto prædicari interdum, rationem verò est impossibile, vt album prędicatur de subiecto, dicitur enim corpus album, ratio verò albi de corpore nunquam prædicabitur, sentit ergo Arist. album non dici de corpore, neq; vllum denominatiuum de re denominata nomine & ratione, atq; adeò, neq; vniuoce, cũ illud sit in æquiuocorum definitione, in qua id sibi vult ratio substãtiæ nomini accõmodata, quod definitio quidditatiua, vel quidditatiuus conceptus in definitione carentibus, qualia sunt suprema genera, sed forma significata denominatiuis nominibus non est quidditatiua respectu subiectorum, de quibus enunciatur, sed accidentalis, vt risibilitas, vel albedo in præfatis definitionibus ergo non sunt vniuoca, sed denominatiua, optime ergo hãc sententiam tanquam à veritate alienam exclusit Cardinalis Toletus. 14.

Additur difficultas.

Sed difficile est quod ab eo in explicatione definitionis vniuocorum additur, nempe verbum illud: ratio substantiæ nomini accõmodata, definitionem importare quidditatiuã, vel etiam descriptiuam, quæ eadem esse debet in vniuocatis, nõ enim descriptiua sufficit (mea quidem sententia) nisi in modũ dicẽdi refutatum incidere volumus, descriptiua enim definitio continet proprietatẽ rei, vt si hominẽ describere velis, dices, esse animal aptum ad ridendum, sed proprietas non est ratio substãtiæ, sed forma, aqua accidẽtaliter denominatur, si ergo sufficit eandem esse definitionem 15.

 descri-

descriptiuam, sensibile erit vniuocum comparatione hominis & leonis, risibile item comparatione Petri & Pauli, postquam nomen commune est, & ratio eadem pro descriptiua definitione, talis igitur definitio non est sufficiens, sed vere quidditatiua requiritur in habentibus quidditatiuam definitionem, vel conceptus quidditatiuus in his, quæ definitione carent.

Difficultati prioris argumenti sit satis.

Difficultas autem argumenti prioris pro opposita sententia propositi cessat minore negata, non est enim ratio substantiæ nomini accommodata eadem in denominatiuis, dum de subiectis enunciantur, cum risibilitas, vel albedo significata ad eorũ substantiã non spectet, sed vere accidens sit, ideo non potest eis adaptari definitio vniuocorum, sed propriũ modum prædicãdi denominatiuum habent, valde ab vniuocis diuersum, & quasi mediũ inter vniuoca, & æquiuoca, si quidem nomen commune est, & licet ratio substantiæ non sit eadem, & idcirco vniuocorum dignitatem non attingant, in accidentali tamen conueniunt, quod satis est, vt ab æquiuocis separẽtur, præterea idem fere nomen cum forma denominante habent solo casu diuersum, & eadẽ forma ab vtroq; significatur, licet modo quodam diuerso, cum à denominatiuo in concreto, à denominante in abstracto, vt album, & albedo exemplo esse possunt.

Soluitur secundum argumẽtum.

Argumentum posterius distinctionem illam, quam cap. de accidenti in prædicabilibus insinuare cœpimus postulat, quæ talis est, vniuoca sunt in duplici differentia, quædam stricte accepta, & quæ propriissime vocantur talia, in quibus nomen commune & quidditatiua ratio eadem esse debet, alia minus proprie, magisq; extenso vocabulo, quæ & commune nomen, & rationem eandem substantialem, vel accidentalem sortiuntur. Priora sunt ab Arist. in præsentiarum definita, & à quibus denominatiua excluduntur, cum tamen sub posterioribus comprehendantur, ad rationem autem vniuersalis, & prædicabilis extensior hæc vniuoca ratio sufficit, vt ibidem statutum reliquimus.

(∵)

CAPVT SECVNDVM.

De diuisione eorum, quæ dicuntur, & sunt.

TEXTVS ARISTOT.

Eorum quæ sunt, alia de subiecto aliquo dicuntur, in subiecto vero nullo sunt, &c.

EXPOSITIO TEXTVS.

A Quibusdam caput hoc in duo secatur, ita vt in vno de his, quæ dicuntur, sermo sit ab Arist. institutus, in alio de his quæ sunt. Communis tamen interpretum diuisio sub vno, eodemq; cap concludit vtrumque, iuxta quã alia diuisione non eget caput hoc, quam quod duplicem diuisionem complectitur, eorum, quæ dicuntur prior est, eorum quæ sunt posterior: duplicia igitur sunt quæ dicuntur: cum complexione quadam, sine cõplexione alia, hoc est, quædam complexa vel composita, alia incomplexa vel simplicia, exemplum illorum est, homo currit, horum vero, equus, vel leo.

Diuisio posterior.

Diuisio posterior quadrimembris est, eorũ quæ sunt quædam de subiecto dicutur, in subiecto tamen non sunt, vt homo, qui de Petro quidem enunciatur & Ioanne, sed in aliquo subiecto non inhæret, est quidem in ipsis, cum necesse sit id quod de aliquo enunciatur, in eo etiam esse, ab eo enim, quod res est, vel nõ est vera, vel falsa enunciatio dicitur Cæterum nõ est in illis per inhæsionem, sed tanquã quidditatiuum prædicatum, & idcirco non tanquam in subiecto. Alia in subiecto sunt, de nullo vero subiecto enunciantur, qualia sunt accidentia singularia, vt quædam Grammatica in anima inhærens, tanquam in subiecto in ea esse dicitur, & id genus alia, cæterum de nullo quidditatiue inferiori, aut æquali enunciatur, quemadmodum de homine in primo membro explicatum est, de singularibus enunciari hominibus, in subiecto autem esse

ais

ait Arist. idque vt ostendat, obiter explicat, quid nam sit esse in subiecto, nempe esse in alio, non vt partem, sed vt completam naturã quæ tamen sine subiecto esse nequit, quo verbo propriam inhærentiæ rationem indicat, vt in annotationibus explicatius ostẽdemus: alia de subiecto dicuntur, atque etiam sunt in subiecto, nam in quibusdam inhærent, simulq; habẽt alia, de quibus quidditatiue prædicantur, vt accidentia eadem in vniuersali accepta, hoc est ab inferioribus abstracta, eiusmodi est scientia, quæ ad animam comparata, tanquam in subiecto inhæret, & de particularibus scientijs quidditatiue enunciabilis est. Postremum mebrum eorum est, à quibus vtrumq; negatur, nam neq; insunt alicui neque habere possunt, de quibus quidditatiuè enuncientur, de quorum numero sunt singulares substantiæ vt quidam homo, quidam equus, atq; ex singularibus simpliciter, hoc est determinatis, Petrus, & Ioannes, singularis albedo, vel grãmatica, huius enim conditionis sunt omnia hæc, vt de subiecto nullo enũcientur, si vero substantiæ sint, vtroq; carẽt, & si accidentia, cum de subiecto non dicantur, in subiecto tamen esse possunt: rem perspicuam faciunt prædicta exempla, & his vtraque diuisio exposita est, integrumque caput.

Postremũ membrũ.

CAPVT TERTIVM.

De regulis prædicatorum essentialium.

TEXTVS ARIST.

QVando alterum de altero prædicatur, vt de subiecto, quæcumque de eo, quod prædicatur dicuntur, omnia etiam de subiecto dicentur, &c.

TEXTVS EXPOSITIO.

DVobus præcedentibus capitibus generali quadam ratione nonnulla tetigit Arist. quæ ad ordinem prædicamẽtalem percipiendum visa sunt oportuna, æquiuoca, atque ex consequenti analoga ab eo exclusit: cõplexa deinde, simplicia dũtaxat prædicata futura esse statuens, ex quibus constituere illum oportet, & rursus eiusmodi eam conditionem habitura esse, vt superiora de inferioribus tanquã de subiectis enuncientur, hoc est tanquã de quidditatiue inferioribus, quod est vniuoce de illis prædicari, cum statutum etiam sit vniuoca esse debere, quib. prædicamentalis dignitas obuenire potest: præsenti autem capite propius ad rem accedens geminam adhibet regulam, modũ, quẽ simplicia prædicata seruare debẽt in constitutione eiusdem, ac diuersorum prædicamentorum præscribens: & hæc est totius capitis sũma, quod, & si in duos codices quidã diuidãt pro singulis singula capita distinguẽtes, cõmunis tamen interpretũ consensus sub capite vno vtramq; cõprehendit, nosq; ab eo nõ recedentes primam regulam exponemus, vt ad secundam gradum mox faciamus.

Continet igitur regula prior ordinẽ, quẽ seruare debent inter se prædicata in eadem prædicamentali linea disponẽda, qui talis est, vt si vnũ prædicatur de altero tanquã de subiecto, hoc est quidditatiue inferiori, quæcũq; de prædicato enũciantur, de subiecto enunciari necesse sit, dicitur homo de Petro, tãquam de subiecto, de homine vero animal, modo simili oportet de eodem Petro enuncietur animal, & sic se habere debẽt quæcumq; in eadẽ categoria disponuntur, imo ex tali modo se habẽdi categoria ipsa cõstituitur, nam quasi extenditur eius linea ex prædicatis secundũ talem modum inferioribus, ac superioribus, cuius latera differentiæ item superiores, atque inferiores cingunt, quæ de æqualibus, ac se inferioribus generibus, & speciebus enunciatur. Prior regul.

Secunda regula non est ita facilis, ac prima, sed obscurior longe, quã his verbis transtulit Boetius. Diuersorum generũ, & non subalternatim positorum, diuersæ sunt specie differentiæ, vt animalis, & sciẽtię, si vero subalternatim ponantur, easdem differentias habere possunt *Postquã ex regula superiori habemus superiora in lineæ prædicamẽtali de inferioribus enũciari: prius tum differẽtias diuersas esse, exempla docẽt,*

quæ

quæ sequuntur, animalis differentiæ sunt gressibile, bipes, volatile, & aquatile, scientia vero nullam ex his habet, sed per comparationem ad obiecta diuersa accipiuntur eius differentiæ, quibus sub hoc genere distinguuntur dialectica, physica, & metaphysica.

QVAESTIO VNICA.

An genera non subalternatim posita differentiam aliquam communem habere possint.

Prima opinio cum fundamentis.

I. Sententia Difficilis huius regulæ sensus interpretes Arist. in diuersas sententias distraxit, quia in triplici sunt differentia, nam quidam genera non subalternatim posita non solum esse arbitrantur ea quæ diuersorum prædicamentorum sunt, sed quæ eiusdem dummodo vnum nō sit sub altero, sed vtrumque sub tertio, priorum exemplum præbet animal, & scientia, posteriorum substantia spiritualis, & corporea, quo præsupposito prorsus negant communem aliquam differentiam habere posse, huius sententiæ fuit magister Soto in expositione huius regulæ, quam in eodem textu Arist. fundare nititur, sic enim habet in translatione Argyropili à se exposita. *Eorum, quæ sunt diuersa genere, & non ita se habent, vt alterum sub altero collocetur, diuersæ sunt specie differentiæ & rursus, eorum vero generum, quorum alterum sub altero collocatur, easdem esse differentias nihil obstat, &c.*

Confirmatur hæc sententia. Confirmari potest hæc sententia duobus alijs Arist. locis 1. enim topicorum c.13 circa finem statuit, generum non subalternatim positorum diuersas esse differentias, adeò, vt si aliquando easdem esse appareat non re ipsa, sed solo nomine verum sit, verba Arist. sunt *Considerandum, si quæ sub eodem sunt nomine diuersorū generum, & non subalternatorum diuersæ differentiæ sint, vt acutum vocis, & magnitudinis, differt enim vox à voce, eo quod acuta sit, similiter, & magnitudo à magnitudine, quare æquiuocum acutum, &c.* Ecce Aristotelem plane docentem idem

2\. esse genera subalterna, & subalternatim posita, sed subalterna non sunt nisi ea, quorum vnum sub altero collocatur, vt nomē ipsum indicat, ergo, & subalternatim posita ea dumtaxat erunt: quapropter non subalternatim posita idem erit, ac non subalterna, nempe quorum vnum sub altero nō ponitur, etiam si ambo sint sub vno tertio de quibus decernit eisdē verbis Arist. non posse in aliqua differentia cōuenire, nisi solo nomine, vel æquiuocè, 4. denique Topicorum lib. c. 2. loco 11. affirmat vnā speciem non esse sub duplici genere nisi vnum sit sub altero positum, his verbis. *Videtur enim quando species vna sub duobus generibus est, alterum ab altero contineri*, à contrario igitur sensu, si non se contineant non poterūt differentiam aliquam habere communem de quibus præsentem proinde regulam accipere necesse est, si vera esse debet.

Et confirmatur secundo, quia si per genera non subalternatim posita non solum intelligēda veniunt ea, quorum vnum sub altero non collocatur, sed etiam quæ sub tertio non continentur, sequitur pro generibus dumtaxat diuersorum prædicamentorum positam esse, nam vniuersa eiusdem prædicamenti genera, vel sub alijs collocantur, vel certe duo non inuenies sub aliquo tertio non constituta, vt inductione potest manifestum fieri, & si ita se res habet, facilis adeò regula erit, ac si quispiam statuat diuersa prædicamenta non habere easdem differentias, quemadmodum notum est, neque eadem genera, vel species habere. Nam qui fieri poterit, vt substantia, & qualitas, vel relatio, species, vel differentias communes habeant, postquam in modis essendi primo diuersis constituuntur, de quo nullus relinquitur dubitandi locus, cum tamen de sensu illius, ac veritate non leuis fuerit inter Arist. interpretes excitata controuersia, quare sequitur quidpiam aliud maioris difficultatis cōtinere, quod aliud esse non potest, nisi an eiusdem prædicamenti genera quorum alterum non est sub altero positum communem aliquam differentiā habere valeāt? ad huiusmodi igitur genera nō subalternatim posita iuxta vocabuli proprietatem restringenda erunt, quo supposito locum habet quæstio proposita. Confirmatur 2. 3. 4

Secunda sententia refertur.

Alij vero ex modernis interpretibus admittunt vtramque conditionem habere genera non subalternatim posita, nempe vt neque vnum sit sub alio, neque ambo sub Sententia quorūdam 5.

bo sub vno tertio, de quibus prior pars Aristo. regulæ intelligitur, vt non possint aliquam differentiam habere communem, sed addunt, secundā partem admittentē sub alternatim positorū easdē differētias esse posse, verā in eis solis esse, quorum vnū sub alio collocatur, nullo modo in his, quæ collocantur sub tertio, quibus licet aliqua videatur esse communis, voce quidē, & non re ipsa verū erit, loquuntur autē de differentijs diuisiuis, idq; confirmant validis (vt aiunt) argumentis.

6 Aristot. modo primo id asserere credunt 4. lib. top. c. 2 loco 22. dum constituit genus de pluribus, quā differentiam, enunciabile esse & 1. de partibus animaliū c. 3. tot esse ait differentias, quot sunt species, vtrūq; autē falsum erit, si eadē differentia diuisiua generi ad duo alia inferiora genera possit se extendere, nam de tot prædicabitur, ac genus à se diuisū, & in minori numero differentiæ erunt, quam species, siquidem vna, eademq; pro duobus, quibus cōmunis est numerabitur.

Et argumentum hoc id cōuincit, quia cum aperta ratione pugnat vnum indiuiduum formaliter contineri sub duplici specie, non secus ac duplicem habere essentiam, ac simili ratione eandem speciem contineri sub duplici diuerso genere, cum vnico genere, vnicaq; differentia constituatur, hoc autem postremum sequitur euidenter, si eadem differentia diuisiua duobus sit generibus communis, ergo nullo pacto admittendum est: minor ostenditur,

7. nam sub illo genere constituitur species, quod differentia eam constituens diuidit, vt sub animali homo, à cuius differentia rationali diuiditur, si ergo eadem est differentia diuisiua diuersorum generum, species inferior per eam constituta sub vtroque posita erit & confirmatur, quia differentia assimilatur physicæ formæ sed contradictionem inuoluit eādem formam physicam duplicem componere speciē physicam, ergo & eandem differentiam constituere duas species, id autem elicitur plane, si differentiam diuisiuam communem habeant cùm notum sit, eandem differentiam diuidentem genus constituere speciem.

Vtraque sententia vt pote Aristoteli contraria refellitur.

Refutantur authores. Miror profecto viros in doctrina Arist. versatos non vidisse oppositam ex diametro sententiam expresse ab eo fuisse alijs locis definitam, duobus præsertim, quos referre libet, vt aperte id constet: quarto libro Topicorum c. 2. loco 11. hanc eandem regulam magis explicatam tradens ita ait. *Videtur quibusdam prudentia, & virtus, & scientia esse, & neutrum genus à neutro contineri, non tamen ab omnibus conceditur prudentiam scientiam esse, si igitur quis admittat, quod dictum est, verum esse, attamen sub alterna, vel sub eodem ambo fieri, quæ eiusdem sunt genera, necessarium videbitur esse, quemadmodum, & in virtute, & in scientia accidit, vtraque enim sub eodem genere sunt, nam vtrumque horum habitus, & dispositio est, considerandum igitur, si neutrum est in assignato genere, si enim neque sub alterna sunt genera, neque sub eodem ambo, non erit quod assignatum est genus.* Et 6. lib. c. 2. loco 41. eandem controuersiam, in qua versamur his verbis proponit. *Nam non videtur eadem differentia duorum generum esse non continentium se inuicem, si autem non accidit speciem eandem in duobus generibus esse non continentibus se inuicem, infert enim vnaquæque differentiarum proprium genus, vt gressibile, & bipes animal conferunt. Quare si de quo differentia, & generum, vtrumque manifestum vtique quoniam species in duobus erat generibus, non continentibus se inuicem.* Soluit autem verbis sequentibus. *An non impossibile eandem differentiam duorum generum esse non continentium se inuicem, sed addendum, neque vtroque sub eodem existente, nam gressibile animal, & volatile animal genera sūt non continentia se inuicem, & vtriusque eorum bipes differentia, quare addendum est, neque sub eodē vtroque existente, nam hæc ambo sub animali sunt, manifestum etiam quoniam non necesse est differentiam omnem proprium genus inferre, eo quod contingit, eandem duorum generum esse non continentium se inuicem sed alterum tantum necesse est inferre, & superiora omnia, vt bipes, gressibile, vel volatile infert animal, &c.* Ecce duo expresse ab Aristot. asserta hoc præsertim vltimo loco, primum genera subalterna non ea solum appellari, quæ ad inuicem se continent, sed etiam, quæ sub vno tertio continentur, euidēs igitur apud ipsum est, genera non subalternatim posita, quibus communis differentia negatur, vtrumque item negare, & vnum sub alio poni, & vtrumq; sub tertio, atq; adeò ad sola genera diuersorum prædicamentorū restringenda esse, quod communis loquendi modus in schola vsurpatus etiam conuincit, nam si genus subalternum appellatur, quod sub alio ponitur, sub alio collocatum subalternum erit,

8. contrariæ opinionis.

& si duo sint sub tertio, vtrumque appellabitur subalternum, & in plurali subalternatim posita dicentur: verbum igitur non subalternatim positorum in regula præsẽti vtrũq; negare necesse est aduersus primam sententiam. Secũdo affirmat Arist. possibile esse, vt eadẽ sit differẽtia duorũ generũ, quorũ vtrũq; sub tertio ponitur, vt gressibile, & volatile, quæ diuersa sunt genera animalis communem habent differentiam bipedis, nam sub vtroq; genere animalia reperiuntur duos pedes habentia, vt autẽ regulam exponentes admonuimus, licet gressibile, & volatile accidentia sint, locum differentiarum essentialiter diuidẽtium animal, & diuersas species subalternas constituentiũ, quas ignoramus, tenẽt, atq; etiam bipes pro essentiali differentia incognita ponitur ab Arist. doctrinæ igitur illius expresse aduersatur secunda sẽtentia quantum ad posteriorem eius partem, atque etiam prima ex parte, euidentiq; ratione quæ in his tribus exemplis conspicitur.

II. Arist. testimoniũ

Quantitas diuiditur in successiuam, & permanentem, tanquam in duo genera diuersa, vtrique autem communis est differentia
12 continui, atque etiam discreti, quæ diuisiuæ sunt eiusdem supremi generis, nam sub vtroque genere reperiuntur discreta quantitas, & continua, imo, & continua quantitas, atque discreta genera cum sint diuersa, habent communem differentiam successiuam, & etiam permanentem: potentia item diuiditur in appetitiuam, & apprehensiuam, tanquam in duo genera diuersa, quibus tamen spiritualis, & corporalis differentiæ communes sunt, si quidem in vtroque genere potentiarum vtraque differentia inuenitur: habitus demum intellectualis diuiditur ab Arist. in scientiam, artem, & prudentiam, & rursus scientiam in practicam, & speculatiuam, est igitur practicum communis differentia illorum trium generum, nam de arte, & prudentia apertum est
13 in practicis perfectissimè numerari, & tamen neutrum sub altero collocatum est, sed sub tertio, omnia nempe habitu intellectuali.

Tribus assertionibus deciditur quæstio.

I. Assertio veræ sentẽtiæ.

NOstra igitur sententia tribus assertionibus aperitur, quibus explicatius refelluntur præfatæ sententiæ, quarum prima est, genera non subalternatim posita in præsenti regula appellantur ea, quæ nec se cõtinent, nec sub tertio continentur, atque adeò ea dumtaxat, quæ in diuersis sunt prædicamentis, de quibus tenendum est nullam posse differentiam diuisiuam, vel constitutiuam habere communem: corroborata satis est prima pars, postremam vero præter autoritatem Arist. euidenter probat hæc ratio, diuersa prædicamenta cõstituuntur in modis essendi primo diuersis, qui tales idcirco appellantur, quia nihil commune vniuocum habere possunt, quemadmodum ergo non potest genus eis esse commune, pari ratione, nec differentia vlla constitutiua, vel diuisiua.

Secunda assertio. Genera subalternatim posita se se continentia communes habent omnes differentias superiorum generum constitutiuas, diuisiuas vero aliquot, non tamen omnes Hanc expressit Arist. vltimis verbis huius cap. quæ ita habent. *Subalternatorum verò generum nihil prohibet easdem esse differentias, superiora enim de his, quæ sub ipsis sunt generibus prædicantur, quare quotcumq; differentiæ prædicati fuerint, totidem, & subiecti erunt, &c.* II. Assertio 14

Fit autem manifesta hoc exemplo, animal claudit differentias constitutiuas à modo intrinseco substantiæ vsque ad propriam sensibilis, qua constituitur claudit corporeum constitutiuum corporis, item differentiam viuentis, quæ sunt quasi intermediæ, diuisiuas vero non omnes, sed cuiuslibet superioris generis vnam, nam, cum sint oppositæ, repugnat vtrãque claudere, sed ex diuisiuis substantiæ corporeum, ex diuisiuis corporis differentiam viuentis, ex diuisiuis demum viuentis solum sensibile, vnde elicitur ex generibus quorum vnũ sub altero ponitur illud, quod inferius est, tot differentias, quot superius, continere, & insuper vnam aliam, quæ in superiori non clauditur, sed cum sit diuisiua illius, & inferioris constitutiua, actu in inferiori continetur, in superiori vero solum potentia, sensibile namq; in potentia sub viuenti clauditur, actu vero in animali. Exemplũ 15

Postrema assertio. Subalterna genera, quorum ambo sub tertio ponuntur, neutrum tamen est sub alio, easdem differentias constitutiuas, & diuisiuas superiorum generum cõmunes habent, ac præfata genera se se cõtinẽtia, sed vltra illas in vna, vel altera ex diuisiuis proximi generis communicare possunt & hæc est sententia Aristot. expressa, vt vidimus, qui primus hanc veritatem inuenit, quam plures eius interpretes non fuerũt assequuti, alij vero III. Assertio.

minus

minus, quā par esset, eā explicarūt, quapropter
16. neque satis est ab auditoribus percepta, eam
continent expresse duo illa loca ex topicis à
nobis relata, eam item efficaciter confirmant
rationes, atque exempla ex verbis Arist. petita,
quæ ad confutandas aliorum sententias nuper
attulimus, & quidem quantum ad generales
superiorum differentias constitutiuas, & diui-
siuas noua explicatione non indigent, quem-
17 admodum à nemine negatur, cum constet a-
nimal, & plantam differentias omnes consti-
tutiuas corporis, & viuentis claudere, & insu
per singulas diuisiuas eiusdem viuentis, quod
proximum eorum genus est, vltra quam nul-
lam aliam communem participant, vt intelli-
gatur quid sibi Aristot. voluerit dum asseruit
non prohiberi, quin genera non subalterna-
tim posita, quorum neutrum positum est sub
18. alio, sed ambo sub tertio, aliquam differenti-
am communem habeant, etenim in primo nō
est accipiendum de vniuersalibus superiorum
differentijs diuisiuis, & constitutiuis, cū con-
stet iam non minus esse certum eas claudere,
quam si vnum sub altero esset positum, sed de
particularibus aliorum generum, cum qui-
bus proxime sub tertio collocantur, in quo di-
stinguuntur ab alijs subalternis generibus se se
continentibus.

Arist. exemplo cōfirm. Perspicua res fiet, si exemplo Arist. vtamur:
sub genere animalis continentur subalterna
hæc, animal gressibile, animal volatile, & a-
nimal duobus pedibus præditum, ita vt præter
vniuersales superiorum differentias constitu
tiuas, communis sit alijs duobus differentia
bipedis, tam in volatilibus, quam in terrestri-
bus clausa: hæc autem differentia particularis
19 est, & licet constitutiua sui generis, vel subal-
ternæ speciei nempe, animalis, duos pedes ha-
bentis iuxta regulam vniuersaliter veram sta-
tuentem nullam esse differentiam diuisiuam
vnius generis, quæ non sit alterius speciei con
stitutiua, simpliciter tamen diuisiua appellatur
quia simul cum differentijs illorum generum
particularium, in quibus clauditur vniuersale
genus animalis, proximè diuidit. Deinde non
est accipiendum quasi in cunctis generibus
hoc modo subalternatim positis necessarium,
non enim conuenit vniuersis, cum notum sit
animal, & plantam præter superiorum diffe-
rentias nullam particularem habere commu-
nem, atque etiam de alijs similibus generibus:
qua propter notanter Arist. non dixit genera
eiusmodi communes habere differentias, sed
non prohiberi, quin communem differen-
tiam habeant, vt indicaret quibusdam tantum
id esse permissum.

Occurritur cuidam obiectioni.

Sed qui fieri potest, dicet aliquis, vt cū essen
tiales sint differentiæ, omnes eiusdem præ- Obiectio.
dicamenti non se habere eodem modo in
cunctis generibus sic dispositis, sed quædam es- 10
se, quibus aliqua differentia particularis di-
uisiua eiusdem generis proximi communis est
cum tamē alijs nulla talis communicetur, hoc
opus, hic labor est.

Respondetur tamē rationem esse, quia quo Obiectioni
inferiora sunt genera, plures differentias ha- respōdetur.
bent diuisiuas, propterea quod dispersa sunt in
inferioribus, quæ in superioribus vniuntur, ex
generibus autem intra eandem naturam con-
tentis quædam huiusmodi sunt, vt nonnullas
habeant inferiores species subalternas, non
nihil vniuersaliores alijs, quarum differentiæ
idcircò pluribus speciebus sui ordinis pos-
sunt esse communes: huius conditionis est
animal, quod diuiditur per differentias op- 11
positas rationalis, & irrationalis, & hæc dif-
ferentia priuatiua plurium positiuarum lo-
cum habet, omnium quidem animalium,
quæ ratione non vtuntur, ex quibus sunt vo-
latile, gressibile, aquatile, bipes, quadrupes, bi-
pes autem primis duabus vniuersalior est, id-
circo in generibus ab eis constitutis clauditur,
neque videtur alia ratio excogitabilis, sed
cum naturales sint differentiæ, ex propria na-
tura earum, & non aliunde desumenda est.
nec tamen genus ab hac vniuersaliori diffe-
rentia constitutum (quod absque dubio in
alijs includitur) non secus ac propria diffe-
rentia adæquate per easdem differentias mi-
nus vniuersales diuiditur, sed quadam ratio-
ne inadæquata, non enim est adæquata diui-
sio bipedis animalis per volatile, & gressibile,
cum plura sint sub his generibus animalia plu-
ribus pedibus prædita, & vt vno verbo rem
totam aperiamus, talis conditionis sunt eius-
modi genera, vt illud idem, quod in duobus
alijs clauditur, vtrumque etiam inadæquatè
includat, animal enim bipes in duobus alijs
clausum generibus vtrumque etiam continet,
cum notum sit inter animalia duos pedes ha- 12
bentia, quædam esse gressibilia, volatilia,
alia, ergo eiusmodi differentiæ se se inuicem

 inclu-

includunt cum suis generibus, ac diuersa consideratione magis, & minus sunt vniuersalia: loquimur autem de duobus prædictis cum tertio vtrique communi collatis, nam inter se non se includunt, & quod in exemplo isto ab Arist. apposito dicimus, in cæteris quæ nos attulimus simili modo est accipiendum.

Ad argumenta vtriusque partis respondetur.

Notandum pro solutione argumentorum.

EX quibus illud elicitur apprimè obseruandum pro argumentorum solutionibus, differentiam communem his generibus sic subalternatim positis neutrius esse vltimatè constitutiuam, nam differentia, quæ vltimatè constituit aliquam speciem, distinguere illam debet à cæteris eiusdem præsertim generis, sed eo ipso quòd communis est
23. illa differentia duobus, neutrum ab alio separat, ergo non est differentia sic cōstitutiua, itaque neque volatile animal, neq; gressibile con
24. stituuntur per differentiam bipedis, sed proprijs differentijs, quibus & ab alijs, & inter se specie sunt distincta.

Primus locus Arist. explicatur.

Ad primum locum Arist. quem pro se attulit Magist. Soto, quanquā sic habeatur in translatione Argiropyli, non cogit genera non sub alternatim posita ad illa extendere, quæ in eodem prædicamento non se continent, sed sub tertio continentur, nam & si vnum tantummodum subalternationis negent expresse, aliud tamen ab eadem negatione non excludunt, vt exempla ab eodem Aristot. producta in solis generibus diuersorum prædicamentorum confirmant, præsertim cùm à nobis fuerit ostensum sub eadem vocabuli proprietate non minus sub alterna esse appellanda, quæ sub tertio genere continentur, quàm quæ se se continent: sed illud difficultatem prorsus tollit, quod Aristot. duobus alijs locis, quos ex topicis attulimus hanc eandem regulam explicatius repetens expresse docet, ita esse accipiendam. Verba igitur huius capitis ab Argiropylo translata ex eisdem locis explicanda sunt, vt iuxta optimum interpretandi genus, sensū vnius loci ex alio hauriamus, ad Boetij itaque translationem, quæ verum sensum continet referenda sunt.

25 In primis locus Aristot. ex topicis desumptus ex adnotatis exponitur facile, verum est enim apud Arist. idem penitus esse genera non subalterna, & non subalternatim posita, negandum tamen est in sub alternis non connumerari ea, quorum vtrumque sub tertio positum est, eiusmodi enim simul cùm his, quæ se se continent, sub alternorum nomine comprehenduntur, atq; adeò vtraq; excluduntur à generibus non subalternatim positis, de quibus solùm negat Arist. communem differentiam re ipsa habere, admonens æquiuocam esse eā, quæ aliquando communis apparet, vt de acuto vocis, & magnitudinis exploratum est.

II. Locus Arist. explicatur.

Pro secundi testimonij expositione adnotandum est genera esse, in duplici differentia, quædam sunt vniuersalia per duas differentias oppositas diuisa, quæ totam prædicamenti lineam comprehendunt, totam, inquam, sui ordinis, non oppositi, constat enim prædicamentum duplici linea ex generibus duplicis ordinis, quæ per oppositas differentias diuiduntur, & constituuntur, vt si in prædicamento 26
substantiæ exemplum designare volumus, vnam lineam constituit supremum genus substantiæ, si simul cum substantia incorporea, cæterisque ipsius generibus, vsque ad atomas Angelorum species, aliam idemmèt supremū genus cùm corpore, viuenti, animali, eiusq; generibus, & speciebus, vsque ad atomas species, & indiuidua: & quoniā notiora nobis sunt postremi ordinis genera, vt pote sensibus subdita & magis quoad nos eorum linea protenditur idcirco in ea exemplum prædicamenti substātiæ nobis præponitur.

Genera itaque in vtraque linea disposita vniuersalia appellamus, quia quodlibet diuidi tur per oppositas differentias propriam lineam comprehendentes, & quælibet duo differentijs ex æquo oppositis constituta, vtramque lineam prædicamenti exhauriunt, atque adeò totum ipsum prædicamentum ex ea parte, in qua ponuntur, talia sunt viuens, & animal ad propriam lineam comparata, talia corporea, & spiritualis substantia ad integrum 27
prædicamentum, & quidem sub duobus ex his vniuersalibus generibus repugnat eandem speciem contineri, nisi ipsa genera se se contineant, qualia sunt priora, nempe, viuens, & animal, ac de ijs plane accipiuntur verba huius testimonij.

I. acceptio.

II. acceptio generum.

Alia sunt genera particularia sub his contenta per diuersas quidem differentias constituta, non sic ex directo oppositas, sed ad aliquam ex vniuersalibus differentijs genera vniuersalia ex æquo diuidentibus referendas, talia

talia sunt diuersa genera plantarum sub planta comprehensa, ac tandem ad genus viuentis insensibilis relata, talia item sunt diuersa genera animaliũ volatilium, & terrestrium, talia item, quæ per differentiam bipedis, quadrupedisue constituuntur, & huiusmodi cùm particularia sint genera, & sub eodem vniuer- 28. sali genere contenta, non sic habent differentias oppositas, quin aliquando contingere possit vnam, vel alteram in alijs eiusdem naturæ generibus claudi, vt eodem libro, & cap. fatetur Arist. & expressius 6. Topicorum loco iam indicato; sub duobus igitur ex his generibus eandem speciem inueniri non repugnat, quemadmodum nec sub eodem speciem duplicem; vtrumque verum esse comprobatur exemplo Arist. nam cum bipes sit communis differentia gressibilis, & volatilis, sub vtroque reperitur genus ab ea constitutum, & vtrumque item sub bipedis genere: inadæquata tamen est vna, & alia continentia, sub solo enim animali, tamquàm sub proximo, & vniuersali genere ponuntur adæquatè eiusmodi omnia genera, vt expositum est.

Ad solutionem secundæ confirmationis.

Ad confirmationem secundam dicimus ita esse regulam accipiendam, vt prima eius pars de solis generibus diuersorum prædicamentorum statuta sit ab Aristot. controuersia autem ex hac parte cessaret quidem, si oppositæ sententiæ Patroni attente voluissent Aristotelem prædictis locis consulere, quæ adeò sunt expressa, vt omnem controuersiam dirimant; & similis esset ratio de alia controuersiæ parte, quam non minus expresse componit Aristot. verum quidem est rem esse adeò intellectu dif- 29. ficilem, vt solus Arist. eam assequi potuerit, quàm adhuc ab eo expressam plures interpretes non infimæ notæ impossibilem reputantes, testimonia eius ad alium sensum longè diuersum detorquent.

Alia duo Arist. testimonia soluuntur.

Duo alia Arist. testimonia, quæ pro se attulit secunda sententia, difficultate carent, si semel adnotata à nobis percipiantur, nam & si communis sit aliqua differentia duobus generibus sub tertio positis, non sit, vt de tot enuncietur differentia, quot genus, nam regula hæc absque dubio de differentia constitutiua eiusdem generis non loquitur, cùm apertum sit de tot prædicari corporeum, ac genus corporis à se constitutum, de tot sensibile, ac enunciatur animal; sed diuisiua, & tunc verissima est in his adhuc generibus, quæ sub tertio positis

in aliqua differentia cõmunicant, nam quamuis duobus his generibus communis sit aliqua differentia, de pluribus tamen alijs genus a se diuisum enunciabile est, exempli gratia: spiri- 30. tuale communis est differentia potentijs apprehensiuis & appetitiuis, de quibus à fortiori enunciatur, sed commune genus potentiæ, quod diuidit simul cùm opposita differentia corporea, de alijs multis potentijs dicitur, & in primis de vtroque genere apprehensiuæ, & appetitiuæ potentiæ, cùm tamen quælibet harum differentiarũ per se sumpta de vno dumtaxat enuncietur; & rursus de alijs potẽtiarum generibus sub se adæquatè comprehensis, de quibus non enunciantur singulæ differentiæ, 31. sed de vno, vel altero; constare etiam id facile poterit in exemplis ab Arist. allatis, atque in his, quæ nos attulimus; demum cùm differentiæ istæ non sint vltimatè constitutiuæ earum specierum, quibus communicantur, sed propriam vltimo constituant (vt adnotauimus) fit vt nostra sententia minorem numerũ specierum, quàm differentiarum non ponat. 32.

Rationi respondetur.

Ad rationem dicendum est, sub duobus generibus vniuersalibus differentijs ex æquo oppositis constitutis, non posse eandem speciem contineri, sub particularibus tamen eiusdem naturæ, vel ordinis, & quidem continentia quadam inadæquata nullũ est inconueniens, vt postremum testimonium pro sententia prima allatũ explicantes copiosè adnotauimus. 33.

Ad confirmationem.

Confirmatio autem soluitur cùm animaduersum à nobis sit, talem differentiam communem eo ipso quod communis est, nõ esse constitutiuam illorum generum, physicæ autem formæ omnes sunt constitutiuæ, quapropter vna non potest esse duplici speciei communis, est autem ratio discriminis, quia differentiæ non sunt res, sed conceptus à rebus desumpti, atq; ab speciebus, vel indiuiduis abstracti: vnde elicitur pluribus esse commune cùm natura physicæ formæ pugnare, secus verò cùm natura differentiæ: quando autem dicitur genera diuersorum prædicamentorum nõ habere ali- 34. quam differentiam communem, loco differentiæ modus intrinsecus accipitur, qui pro differentia est in his, quæ ea carent, qualia sunt suprema genera, vel certè de supremis generibus, non pro se proxime acceptis, sed pro inferioribus sub eis contentis, sermo est.

* * *

CAPVT QVARTVM.

Incomplexorum in decem prædicamenta diuisionem continens.

TEXTVS ARIST.

EOrum, quæ secundum nullam complexionem dicuntur, vnum quod, aut substantiam significat, aut quantum, &c.

TEXTVS EXPOSITIO.

Diuisio capitis huius. *BReuissimum est præsens caput, bimembrisq́, eius diuisio iuxta duo ab Aristot. præstita, diuidit ens incomplexum, vel simplex, in categorias decem, nempe in substantiam, quantitatem, qualitatem, relationem, vbi quando, situm habere, agere, & pati, quorum exempla in textu patent, & sequenti carmine inclusa cernuntur.*

1. Arbor, sex, pueros, friges, refrigerat vstos,

Rori, cras stabo, nec tunicatus ero.

Substantiam arbor significat, senarius numerus quantitatem, cuius species est, pueri relationem, qui ad Patrem referuntur, qualitatem frigus refrigerat, actionem. à passione vero vsti. denominantur, quos ignis comburit: rus locū in quo, vel à quo aliquis continetur, importat, quem, prædicamentū vbi appellamus, nō quidem locum ipsum qui ad prædicamentu quantitatis spectat, sed in eo esse: cras tempus nominat, quod licet species etiam sit quantitatis, in tempore tamen esse prædicamentum speciale constituit, quando appellatum stare autem, situm significat; ac demum tunicatum esse idem, quod tunicam

2. *possidere, vnico verbo prædicamentum habitus, vel habere nuncupatum.*

Non esse affirmationes, vel negationes, quæ disponuntur in prædicamentis. *Ostendit deinde Aristot. eiusmodi omnia, quæ in prædicamentis disponuntur non esse affirmationes, vel negationes, sed talia, ex quibus affirmatio, atq́; negatio conficiuntur, ratio eius talis est: in affirmatione, & negatione inuenitur veritas, vel falsitas, in his*

autem nihil tale reperitur, cùm simplicia quædam sint, ergo no sunt affirmationes, vel negationes.

QVAESTIO PRIMA.

An ratio formalis prædicamenti, realis sit, vel rationis, & ex quibusnam rebus per se componatur.

Prior controuersiæ pars.

PRæsupponit controuersia hæc definitionem prædicamenti, quam in procemio huiusce operis designauimus, & ea præsupposita, quærit duo, primum, an prædicamentum formaliter sit ens rationis, vel reale, duo etenim ad prædicamentum concurrunt, & prædicata ipsa, ex quorum ordinatione series prædicamentalis coalescit, quæ quasi fundamenta censentur, & ordinatio eorundem predicatorum superiorum, & inferiorum, quę est quasi formalis ratio prædicamenti, nam vnitas prædicamenti ex sola ordinatione accipi potest, cum ea, ex quibus prædicamentum fit, tam multa, ac diuersa esse constet, & de fundamento quidem citra dubium est, esse reale, propter duo, primum, quia ens reale diuiditur in categorias decem, ergo categoriæ ipsæ reales sunt, si fundamenta eorum respicias, reale quid substantia est, quantitas quoq; & qualitas, sicque de cæteris. Secundum, quia prædicata omnia, ex quibus integratur, conceptus quidam obiectiui sunt reales, quos ex diuersis naturarum realium gradibus intellectus format. Realis conceptus est substantia, cum sit ens per se, realis conceptus est corpus, pariterq́; de cæteris notum est, de ordinatione vero eorundem prædicatorū dubium esse potest, an realis sit, vel rationis, & si realem esse inueniamus, dicemus prædicamentū pro formali esse reale, si vero non sit, nisi rationis, necesse erit prædicamentum formaliter ens rationis appellare. Ordinatio autem præsupponit distinctionem eorundem prædicatorum, quia ordinari nequaquam possunt, nisi plura sint, & quo pacto sint plura, eodē dicentur ordinari, pendet igitur decisio huius controuersiæ, quantū ad hanc partē ex distinctione prædicatorū prædicamentorum, vnde qui tenent ex na-

ex natura rei distingui, consequenter asserunt ex natura rei esse ordinata in prædicamenti formam, vt Scotus, quem quæst. 6. de differentia retulimus, & eandem sententiam sequitur Fonsec. 5 metaphysicæ cap. 7. quæst 1. sect. 2. vbi rationem formalem prædicamenti docet esse realem, cuius sententiæ argumenta retulimus, ac propterea superuacaneum erit eandem hac in parte repetere, hoc solum addere possumus, quod prædicamenta per se sunt metaphysicæ considerationis, nō solùm pro fundamentis, sed pro formali ordinatione, at metaphysica entia realia per se considerat, cū proprium eius obiectum ens reale sit, ergo prædicamentum erit reale formaliter.

Nos vero sicut de compositione metaphysica speciei ex genere, & differentia locuti sumus, pariter de prædicamento sentire debemus, est enim eadem prorsus ratio vtriusque, quam vt melius intelligamus adnotandū est, quod sicut propositio, & syllogismus sunt quædam composita arte facta, hoc est ab intellectu fabricata per certā quandam ordinationem prædicatorum, & subiectorum, atque etiam propositionum, pari ratione prędicamentum est compositum quoddam arte rationis fabricatum ab intellectu, qui plura prædicata in eadem re distinguens, præsupposito in ea fundamento, inter se se ordinat, atque disponit, & talis dispositio series prædicamentalis appellatur: quod autem eiusmodi prædicata sic ordinata ab intellectu, non realiter, nec ex natura rei sint distincta, fortissimis argumentis probauimus capite de differentia, constat vero per talem ordinationem intellectus, sicut per talem distinctionem prædicamentorum nihil reale, vel intrinsecum in rebus ipsis, quibus conueniunt, poni, ergo prædicamentum ex ea coalescens nihil reale præter fundamentum habebit: vnde sicut propositio, & syllogismus formaliter sunt entia rationis, pariter prædicamentum: hæc est communis sententia quam profitentur D. Thom. opusc. 48 titulo de prædicamentis cap. 1. Soncinas 4. Metaphysic. quæst. 4. ad 2. & lib. 5 quæst. 13 Nimphus 5. Metaph. disput. 7. cap. 2. Sot. in proœmio prædicamentorum, imo, & Scot. ipse qui genus, & differentiam ex natura rei distinguit, & ex consequenti prædicata superiora, & inferiora, videtur tenere prædicamentum formaliter esse ens rationis.

Nec probat contrarium argumentum à nobis additum, quia etsi verum sit Metaphysicum entia realia considerare, non tamen semper realiter distincta, sed aliquando sola ratione, vnde cum prædicamentum ordinatio sit realium prædicatorū, licet sola ratione distinctorum, per se potest ad considerationem metaphysicam spectare, non solum ratione fundamenti, sed ratione ordinationis, quæ licet ens rationis sit, ab eo etiam consideratur, in quantum à proprio obiecto reali degenerat, & vt per quod idem ens reale melius intelligitur, adde etiam in quantum per distinctionem prædicatorum essentialium, rerum essentias efficit manifestas.

Pars controuersiæ posterior.

Posterior controuersiæ pars postulabat, ex quibusnam prædicamentum sit constituendum, vbi illud est iam fere apud omnes certum, ex entibus rationis non constitui, tum quia expressa est sententia Arist. vbicumq; de hac re disserit ens reale diuidi in hæc decem prædicamenta, præsertim 5 lib. Metaphysic. cap 7. text. 14. vbi entia per se in decem prædicamenta diuidi docet, ens autem per se, & ens reale idem sunt. Nam entia rationis nō sunt entia, vnde nec per se, nec per accidens, sed ad similitudinem entium fabricata ab intellectu, quare ad prædicamenta nō pertinent. Tum etiam quia si per singula prædicamenta discurramus, inueniemus quodlibet habere suam entitatem realē intrinsecam, vel extrinsecam, quodlibet dari in rebus citra opus intellectus, quanquam non omnia sint à parte rei distincta, cum tamen ens rationis per opus intellectus fiat, & ante illud non extet. Vnde, & nos in tractatu de natura entis rationis extra prędicamenta realia ordinari posse relationes rationis, aut secundas intentiones ostendimus, & sic ordinata prædicamentum quoddam constituere, non quidem rerum, cum neque vera entia sint, sed quasi prędicamenti effigiem, vera igitur prędicamenta ex solis entibus realibus fiunt; vt benè D. Thom. 5. lib Metaph. lectione. 9. & quæst. 7. de potentia, articul. 9. quem sequuntur. Capre. in 1. dist. 8. quęst. 2. & dist. 29, quęst. vnica ad 5. Sotus cap. 4. antepredicamentorum quęst. 2. ad 4. Fonsec. 5. Metaph. cap. 7. quęst. 6. sect. 1. Oña cap. pręsenti quęst. 2. art. 1. ad vlt. Ens rationis à prædicamentis relegatur.

Etsi quispiam opposuerit prędicamenta ex generibus, speciebus, atq; differentijs cōstitui, tū ex solis & omnino ex prędicatis vniuersalibus, ergo entibus Prędicamē- cum realibus fit.

Obiectio. Solutio. cum genera, & species, atque vniuersalia sint entia rationis spectabunt hæc ad prędicamenta? Respondeo prædicamentum, cum sit series quadã prædicatorum, quæ intellectus distinguit, & ordinat inuoluere quidem entia rationis, cum hæc non sint, nisi relationes ipsæ, quibus prædicata distinguuntur, ac denominationes ea vt sic distincta consequentes, cæterum ipsamet prædicata, ex quibus prædicamentum coalescit, realia sunt, vnde sola entia realia possunt esse materia ex qua intellectus prædicamentum extruit, & cum dicimus aliquid ad prædicamentum pertinere, vel ab eo excludi, de serie ipsa reali prędicatorum sermo est, nõ de formali ordinatione, aut distinctione prædicatorum, quasi sensus sit sub aliquo genere, & specie prædicamentali claudi, vel non, & cum notum sit nullum ens rationis contineri sub prædicatis realibus, aut sub generibus, & speciebus, ex quibus prædicamentum integratur, merito à prædicamentis exclusa censentur, valeant ergo Buridanus ad finem libri prædicamentorum, & Gandauensis 6. Metaph. quæst. 9. qui relationes rationis in prædicamento ad aliquid collocantes tenere videntur, non ex solis entibus realibus, sed etiam ex entibus rationis constitui.

Ex triplici ente prædicamentũ constituitur. Entia autem realia, ex quibus solis prædicamentum integratur, triplicia esse possunt, nam vel complexa sunt, vel incomplexa, completa, aut incompleta, finita, aut infinita, & de omnibus potest esse difficultas, de primis quidem, an ex solis incomplexis prędicamentum fiat, vel complexa quoque ad ipsum spectent incompleta sunt, substantia, viuens, animal, complexa, ens per se, viuens sensibile, ac similia, finita sunt entia creaturæ, infinitum ens est Deus, & quodammodo forent infinita entia creaturæ, quas Deus infinitas actu conderet (si hoc possibile reputabitur) vt infinitum corpus, infinita linea, aut albedo infinite intensa, completum est totum, incompletum partes.

An complexa ponantur per se in prædicamento, vt talia sunt.

6. ET de complexis quidem distinguendum putant moderni quidam, nam vel rem vere vnam, atque incomplexam significant, & termino alicui incomplexo, eam significanti æquiualent, vel plures, ac diuersas important: primi generis sunt definitiones substantiarum, vt animal rationale, viuens sensibile: secundi vero definitiones accidentium, præsertim in abstracto, in quibus præter intrinseca accidentis clauditur subiectum sine quo in definitione posito explicari nequit intrinsecus ordo eiusdem accidentis ad ipsum, 15. vt definitio risibilitatis est aptitudo hominis ad ridendum. De complexis igitur primi ordinis aiunt, in prædicamento collocari, non secus, atque incomplexa, vt animal rationale, non secus, atque homo, alia vero, cum extrinsecum quid important, & à proprio prædicamento alienum, non possunt in eo collocari: hanc arbitrantur fuisse sententiam Porphyrij cap. de specie vbi prædicamentum substantiæ ordinans, loco viuentis posuit corpus animatum, & animal rationale pro quodam genere in quo arbitratus est homines cũ dæmonibus conuenire, censuit igitur complexa huius conditionis in prædicamento collocari, quod etiam suadet ratio: nam vbique licet loco definiti propriam definitionẽ nihil extrinsecum claudentem ponere, vt loco hominis animal rationale, quia eidem rei simplici, aut incomplexæ æquiualet, ergo licebit in recta linea 7. prædicamentali tantundem efficere, quare ex hisce complexis non secus, atque ex incomplexis efficietur prædicamentum.

Nihil complexum in prædicamentis collocatur, sed ex solis incomplexis fit.

8. Sententia communis vera. COmmunis tamen consensus omnium interpretum Aristotelis capite præsenti complexa omnia à prædicamento excludit, quos propterea non est necessario referre, nec mirum, quia Aristoteles ipse perspicuis verbis ea exclusit, sic caput quartũ inchoans. *Eorum, quæ secundum nullam complexionem dicuntur, vnumquodque, aut substantiam significat, aut quantum, aut quale, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut agere, aut pati*, ergo non sunt in prædicamento collocanda: viderunt moderni interpretes quam apertum sit hoc, sed nihil referre putant: viderunt quoque verba Arist. quæ intelligenda esse aiunt, non de omnibus complexis, sed de his tantum, quæ aliquid extrinsecum important, vel certe de cunctis complexis, etiam primi ordinis ad secundam operationem intellectus pertinentibus, & ideò affirmationem, aut negationem claudentibus, verumque aut falsum

ſum ſignificantibus, qualia ſunt, homo eſt animal rationale, animal eſt viuens ſenſibile: eiuſmodi enim, nec incomplexa eſſe poſſunt, nec eis æquiualent. Hæc tamen expoſitio quam ſit extorta, quis non videat: nouerat enim Ariſt. quid complexum ſit, quid incomplexum, & vnum ab altero diſtinguens non potuit alio verbo vti, quo vniuerſalius excluderet complexa omnia, ſiue definitiones ſint, nihil extrinſecum continentes, ſiue enunciationes deſignantes verum, vel falſum quam dicens, eorum quæ ſecundũ nullam complexionem dicuntur, ergo tam expreſſe aduerſatur menti illius, quam expreſſa ſunt verba, quibus id docuit.

Nec ſine maximo fundamento rationis excluſa ſunt ab Ariſtot. & omnibus complexa à prædicamento, quia cum non ſit aliud prædicamentum, quam prædicabilium ordinatio, ſub vno ſupremo genere, & prædicabilia, vt quæſt. vltima vniuerſalium oſtendimus, non ſint quæcumque prædicata, ſed ſimplicia, ſequitur planè ex ſolis ſimplicibus prędicamentum eſſe extruendum.

Secundò. Recta linea prædicamentalis ſolis generibus, atque ſpeciebus fit, ſed complexa, etiam ſi ſint definitiones ſubſtantiarum, non ſunt genera, nec ſunt ſpecies, ergo nõ poteſt ex eis prædicamentum conſtitui, quod nõ ſint genera patet, cum differentiam actu contineant, genus vero ſolum in potentia, ſed nec ſunt ſpecies; nam ſpecies implicitè tantũ continet genus, & differentiam, definitio vero exprimit vtrumque: præterea, definitio vt ratione diſtincta ab ſpecie, explicatio eius eſt, non ergo ſpecies ipſa, quæ definitum potius vocatur reſpectu definitionis: ad hæc, nec quidquam valet, quod ab his modernis dicitur, definitionem æquiualere definito, & loco illius deſignari poſſe: nam licet, hoc quantum pertinet ad veritatem propoſitionum, quæ ex vno aut altero componuntur, admitti poſſit, atque etiam quantum ad extructionem definitionis, non tamen quantum ad conſtitutionem prædicamentorum, quæ non ex quibuſcunq; etiam idem ſignificantibus extrui poteſt niſi tali modo concipiantur, hoc eſt per modũ ſimpliciũ, per modũ generũ per differentias diuiſorũ ex diuiſione namq; generis per differẽtiam ſeparantur prædicata, ac multiplicantur, vt ſeriem prædicamentalem conſtituere valeant, & ex hoc intelligitur complexa eiuſdem etiam ſignificationis, non pertinere vt talia ad prædicamentum, & quod æquiualentia non ſufficiat, probatur planè hoc exemplo. Definitio, vt ipſi aſſerunt æquiualet definito, & loco illius poni poteſt, & nihilominus definitum eſt obiectum ſcientiæ, & non definitio, ſed medium probandi paſſiones de illo in eadem ſcientia, quia obiectum ſcientiæ modum incomplexi habere debet; pariter ergo non ſufficiet æquiualentia, vt ad prædicamentum pertineat definitio, quia prædicamentum ex ſolis generibus, & ſpeciebus fieri debet, quæ per modum ſimplicium apprehenduntur, non ex complexis, quæ nec genera ſunt, neque ſpecies, quantumlibet cum ſpeciebus conuertantur.

Definitio non pertinet ad prædicamentum.

9.

Complexa non ſunt in prædicamentis.

An, & quomodo partes ad prædicamentum ſpectent.

AD prædicamentum ſubſtantiæ præcipue pertinet dubium hoc, quia in eo ſolo omnes differentiæ partium reperiuntur, phyſicæ videlicet, atque metaphyſicæ: nam accidentia materia, & forma carent, ex quibus componantur, vt ſuis locis oſtenditur, nihilominus, cum integrantes habeant, atque etiam metaphyſicas, quantum ad has pertinet, eis etiam accommodabitur, quod de partibus ſubſtantiæ definietur, partes igitur ſubſtantiæ quædam ſunt phyſicæ, metaphyſicæ aliæ, phyſicas vocant materiam, & formam, atque etiam eſſentiales in eodem ordine phyſico, metaphyſicas, genus, & differentiam, præter has verò integrantes enumerant, quæ ad phyſicas etiam quodammodo reuocantur, ex ea parte, qua reales ſunt, & citra opus intellectus reb⁹ conueniunt, & quaſi materiales, atque ex parte quantitatiuæ in rebus corporeis, ac propterea non eſſentiales, ſed ex parte ſubſtantiales, & accidentales ex parte, vt in homine caput, manus, & pedes: quod vero etereogeneæ ſint, hoc eſt diuerſæ rationis, vt in aſſignato exemplo conſtat, vel homogeneę, hoc eſt eiuſdem rationis, vt partes aquæ, nihil ad præſentem conſiderationem refert, quia cum omnes ſint incompletæ, eodem modo pertinebunt ad prædicamentum, vel ab eo excludentur.

De phyſicis ergo, tanquam de fundamento aliarum prius loquendum eſt, definiendumque, an per ſe, & directè pertineant ad prædicamentum; ſed prius pro cunctis explicare oportet, quid ſit per ſe & directè pertinere ad

prædicamentum. Duo sint in qualibet coordinatione prædicamentali, & est series ipsa prædicatorum essentialium superiorum, atque inferiorum, quæ genera, & species vocantur, à supremo genere, quod est substantia (vt de hoc speciali prædicamento loquamur) vsque ad indiuiduum, vt Petrum, vel Ioanñe, quod omnium prædicatorum fundamentum est:
10. & series hæc appellatur recta linea prædicamentalis, pro qua supponit prædicamentum in communi modo loquendi: extra rectam lineam suo ordine collocantur differentiæ diuisiuæ generũ, & constitutiuæ specierum eam hinc inde quasi cingentes, & propterea duo isti ordines oppositarum differentiarum vocantur latera eiusdem prædicamenti: nunc ergo, cum sola recta linea prædicamentum simpliciter sit, ea solum dicuntur directè, & per se ad prędicamentum pertinere, quæ in ea collocantur, idem est ergo quærere, an partes, & quælibet entia incompleta, in prædicamento per se, & directè ponantur, ac si quæratur an ponantur in recta linea prædicamentali.

Non desunt, qui affirmantem partem teneant, partes physicas in ea collocantes, quorum fundamentũ duplex esse potest; primum, quod ex his essentialiter componatur, vel integretur completa substantia, in qua genus, speciem, ac differentiam intelligimus, vt ex corpore, & anima rationali homo, quapropter si composita substantia in recta linea collocatur, nõ videntur excludi posse partes, alioqui his exclusis, completa substantia, quæ sine illis non constat, exclusa censebitur, quod maiori ratione verũ est de partibus homogeneis, quæ cum sint eiusdẽ rationis cum toto, quod componunt, nec necessario ab eo dependeant, sed separatæ consistere in eadem essentia possint, vt partes aquæ, quarum quælibet etiam separata à toto consistere in eadem natura aquæ potest, atque adeò, non videtur minus in recta linea prædicamentali collocanda, quam totum quod constituit. Secundum, quia etiam in partibus substantiæ intelligimus genera, species, atque differentias, & partem substantiæ diuidimus in corpoream, & incorpoream, sicque de cæteris generibus atque speciebus, ergo suo etiam modo possumus prædicamentalem coordinationem ex his constituere, ideoque non debent à prædicamento excludi.

Propterea in hanc sententiam inclinasse videntur quidam ex antiquioribus interpretibus Aristotelis: vt Simplicius, & Boetius in expositionibus ad caput de substantia, quos secuti sunt ex modernis Villalpandus, Louanienses, & alij ibidem.

Opinio excludens partes physicas essentiales & integrantes à prædicamento, tanquam communis, & vera præfertur.

VTrasque partes excludit à recta linea cuiuslibet prædicamenti vera sententia, quam tenuit in primis D. Thomas. 1. part. quæst. 29. art. 4. ad 5. & quæst. 76. art. 3. ad 2. de veritate, q. 27 art 1. ad 8. Scotus, quæst. 15. prædicamentorũ, AEgidius Romanus 1. d. 2. quæst 3. & moderni fere omnes Caietan. & Sotus in expositionibus capitis de substantia, Toletus, quæst. 5. eiusdem prædicamenti, Fonseca. 5. Metaph cap. 7. quæst 7. sectione 2. & cap. 8. quæst 3. per totam, & probatur planè ex ipsamet natura prædicamentalis ordinationis, quæ ex diuisione generum per differentias ad constitutionẽ specierum coalescit. Ita vt subordinatio inferiorum, & superiorum prædicatorum quidditatiua, quasi rectam quandã lineam, à supremo genere (quod 11.
caput prędicamenti est) vsque ad indiuiduum, quod pro fundamento est, constituat, sed genera, & species completam rationem prædicatorum important, ergo cum partes physicæ, atque integrantes incompleta entia sint, rectã lineam prædicamenti attingere non valent, quam ex partibus physicis fieri repugnat, vt probat secundum argumentum.

Secundo probatur, quia substantiæ com- II. Ratio
pletæ, atque incompletæ non datur ratio vniuoca, cum incompleta intrinsecam dependentiam habeat à completa, & per ordinem, & attributionem ad eam dicatur semper, ergo nec dabitur eis commune genus sub quo in prædicamenti linea collocari valeant, quã completæ dumtaxat substantiæ habere possunt, & idcirco ex eis solis prædicamentum per se constituetur, ad quod partes indirectè, & quasi reductiuè pertinent, quia vbi totum est, partes quoque eius esse debent, ex quibus constituitur, quare aliquo modo, ad eandem prædicamentalem lineam referendæ sunt & hoc solũ est, quod primum argumentũ conuincit, nec enim sat est eandem entitatem componere, quæ in recta linea ponitur, vt ipsæ quoque ad eam pertinere dicantur, quia non tam secundum

dum entitatem, quam secundum modum essendi, quo concipiuntur, ab intellectu constituunt prędicamentum, modus autem essendi partium, sub quo ab intellectu concipiuntur incompletus est, ineptusque ad genericam, & specificā rationē apprimè necessariam ad constitutionē prædicamentalem, & propterea nō per se ad illam pertinent, sed præcise ratione entitatis completæ, quam componunt.

Partes homogeneæ.

De partibus vero homogeneis, quas idem argumentū tetigit, asserunt moderni quidam, qui sententiam nostram sequuntur, non esse eandem rationem, ac de essentialibus physicis, & heterogeneis integrātibus, sed eas directè, & per se pertinere ad prædicamentum, quia eadem ratio totius eis conuenit, & ab eo non habent necessariam dependentiam, cum possint separatæ consistere, vt conuincit argumentum. Nihilominus si sub ratione partium accipiantur, quam absq; dubio retinent, dum sunt in toto, spectare per se ad prædicamentū nequaquam possunt, cum notum sit habere esse incompletum, & dependens à toto: quod vero ratio totius eis congruat, duobus modis verum est, primo secundum denominationem, quę non tollit dependentiā à toto quamdiu in eo sunt, sed pars aquæ non nisi cum eo addito aqua dicitur, dependens à tota in qua est, alio modo propter potentiam, quæ in eisdem est consistendi per se, ex qua solum colligi potest, habere potentiam cōsistendi in prædicamento per se, & in eadem specie, ad quam tota ipsa aqua pertinet, quia per separationem possunt esse indiuidua ab ea distincta, & in hoc absq; dubio differunt à partibus heterogeneis, quæ non possunt separatæ consistere, sed eo ipso quod separantur, amittunt esse, quod ab anima accipiebant, & adhuc nec esse completum cadaueris habere possunt separatæ, cum forma cadaueris suo etiā modo heterogenea sit, & quæ non conseruatur complètè in partibus separatis: itaque quantum ad esse actuale eadem est ratio partium homogenearum, & heterogenearum, quia omnes habent esse incompletum, & dependens à toto, & propterea nequeunt per se, & directè in prædicamento collocari, discrimen vero est quantum ad potentiam, quia homogeneæ possunt in eodem prædicamento, & in eadem specie, cū toto collocari, si ab eo separentur, quia possunt habere modum entis completi, quem certum est eas consequi dum separantur, quod non habent heterogeneæ, vnde nec secundum actum, nec secundum potentiam collocantur per se in prædicamento.

An ex partibus physicis essentialibus fieri possint alia prædicamenta ab Aristotelicis diuersa.

Circa solutionem secundi argumenti asserunt etiam idem moderni ex partibus physicis essentialibus effici posse alia prædicamenta distincta ab his, & æque perfecta formaliter, in quibus directè, & per se reponantur: ostendunt primum, quia in his entibus incompletis reperitur vera ratio vniuersalis, & subijcibilis, & ex consequenti vera ratio generum, atq; specierum, vt forma verum genus est ad formam substantialem, corpoream, & corporis expertem, & ad formam viuentis, & vitæ expertem; & rursus anima, ad vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem: & pariter de corpore ad corpora specie diuersa censendum est, quod vero æquè perfecta sint formaliter prædicamenta horum entium incompletorum, ac prædicamenta Aristotelica, probant, quia ordinatio prædicatorum superiorum, & inferiorum, in qua formalis ratio prędicamenti posita est, æquè perfecta esse potest in entibus completis, atque incompletis, vt relatio similitudinis, & æqualitatis eiusdem perfectionis formalis est in partib⁹ quantitatis, & qualitatis, ac in quantitate, & qualitate integra, erit igitur æqualis perfectionis formalis prædicamentalis ratio in incompletis, atque completis entibus. Cæterùm materialis ratio prædicatorum imperfectior erit, cum sit incompleta, & ex hac parte minus longè perfecta erunt prædicamenta ex partibus physicis conflata, quàm ex entibus totalibus, atque completis. Hæc tamen sententia singularis, & falsa mihi videtur in duobus, quæ asserit, nempe ex partibus physicis fieri verum prædicamentum, & tale prædicamentum non esse minus verum, nec minus perfectum, quam alia ex entibus completis constructa; singularem in primis esse affirmo, quia nullum reperies autorem communem sententiam (quam isti sequuntur) tenentem, qui easdem partes è prædicamento non reijciat propter rationem incompletam, quam ineptam prorsus, ad rationem prædicamentalem esse testantur, nemo igitur prędicamentum ex eis, præsertim æquè perfectum, formaliter confici posse arbitratur.

Probatur falsitas eius. Sed iam probo esse falsam, quia species completam rationem totius actualis importat, & genus completam totius potentialis (at in partibus physicis, vt tales sunt, nequit completa ratio reperiri, vel ipsis aduersarijs concedentibus, qui propterea eas excludunt à prædicamentis Aristotelieis) ergo nec reperietur vera ratio speciei, & generis, ex quibus constat prædicamentum extrui. Probatur minor, in qua consistit difficultas: completa ratio independens est ab alio, & vt talis concipi, ac significari debet, vt completa censeatur, sed partes physicæ, vt tales, intrinsecam habent dependentiam à toto, sub qua concipiuntur semper, alioqui eo ipso, quod sine dependentia conciperentur, & idcirco sub ratione totius completi, ad hæc nostra prædicamenta per se forent referenda (quod negant ipsi) ergo pertingere nequeunt completam rationem entis, nec sub ea concipi, nec propterea veram rationem speciei, & generis, ex quibus verum prædicamentum constare oportet: & hinc sequitur mag's falsum esse secundum, quod asserunt, tale prædicamentum ex his partibus conflatum æquè perfectum esse formaliter, ac nostra, quia sicut eiusmodi partes concipiuntur semper tanquam incompleta, sic tanquam à ratione specifica, ac generica per se completis exclusa simpliciter, ergo nec intellectus tribuit eis rationem vniuersalis simpliciter, aut subijcibilis, nec ordinationem talium prædicatorum efficit, quæ prædicamentalis simpliciter possit appellari, nec ex consequenti categoria ex eis æquè perfecta extrui potest, ac ex entibus completis. Nam ordinatio prædicatorum talis est, qualia sunt prædicata, vt concepta ab intellectu, ex quibus fiunt: hinc est enim, quod ex partibus integrantibus etereogeneis non potest prædicamentum extrui, quia licet in vniuersali possint concipi, & ideò per modum generis, & speciei, nunquam tamen vt vniuersalia genera, & species, simpliciter talia: idque non alia de causa, nisi quia, vt incompleta accipiuntur; sed partes Physicæ essentiales semper accipiuntur ab intellectu vt partes, semperque vt incompletæ, ergo nunquam vt vniuersalia simpliciter, nec vt genera, & species, nisi secundum quandam similitudinem, & analogiam: quare non perfectè, non simpliciter, sed secundum analogiam, & similitudinem prædicamentum ex eis confici posse censendum est: & hoc solum probat secundum argumentum, circa cuius solutionem excitatum fuit dubium.

Incompleta non sunt genera.

14.

An partes metaphysicæ, quæ sunt differentiæ, ponantur per se, & directè in prædicamento.

Partes Metaphysicæ supersunt (quas vocant differentias) de quibus sciscitamur, an in recta linea prædicamentali ponantur, de quibus tenuerunt nonnulli, quod ad prædicamentum qualitatis per se pertineant omnes, quorum sententiam merito vt plane falsam refert, ac reijcit Fonseca 5. lib. Metaphysic. cap. 8. quæst. 2. nam cum differentiæ diuersorum prædicamentorum adeò sint diuersæ conditionis, pugnat cum earum diuersitate ad idem prædicamentum pertinere, nec refert modum prędicandi earum in quale quid, similem esse modo prędicandi qualitatis: nam licet aliqua ex parte simile sit, dissimile simpliciter censetur, cum non sint accidentia, sed essentialia prædicata, vnde, quæ vnius sunt essentiæ ad vnum prædicamentum, quæ alterius, ad aliud diuersum pertinere necesse est, sicut de generibus est manifestum: & rursus, cum constituant species diuersorum prædicamentorum, repugnat in diuerso alio prædicamento collocari.

Hæc igitur explosa sententia, tenuit Ammonius in commentarijs prędicamenti substantiæ quaslibet differentias directè, & per se collocari in suo prædicamento, vt differentias substantiarum in prædicamento substantiæ, differentias quantitatum in eodem prædicamento, sicq; de reliquis, cuius fundamentum vnicum est, nam vel differentię excluduntur à recta linea prędicamenti, quia simplices, vel quia incompletę, cum sint partes actuales speciei, sed vtraq; ratio concurrit in generibus, ergo vel illa excludenda sunt, vel si admittuntur (vt necessariũ à cunctis iudicatur) necesse erit differentias in eadẽ recta linea admittere. Probatur minor, quia conceptus genericus, vt talis, non est compositus, licet contingat, vt speciem ex genere, & differentia componi, incompletus tamen est, & vera pars speciei, sed tantundem habere genus ambigit nemo, cum componat simul cum eadem differentia speciem; nec fit satis, si dicatur genus vt partem designatum non pertinere per se ad prędicamentum, sed reduci ad prędicata specifica; at vt totum potestatiuum, continens quid-

Ammonij sententia.

15.

quid

quid est in specie actu simul, & potentia, prædicatum est completum, ex quo per se conficitur recta linea prædicamenti. Hoc inquam nō satisfacit, quia etiam differentia vt prædicatur de specie, significatur per modum totius actualis continentis quidquid est in specie, alioqui non posset per modum partis verè prædicari de illa, ergo non minusquam genus collocabitur in recta linea prædicamentali.

Communis, & vera sententia differentias non per se collocans in recta linea, sed ad latus prædicamenti.

Vera sententia. NVLLVM ex interpretibus Aristotelis reperio, qui differentias non excludat à recta linea prædicamenti, eisq; solùm ad latera eius locum concedat, vt in commentarijs huius capitis, & sequentis inspicere potest quisquis eos consuluerit, propterea nullum nominatim refero, nec particulares
16. rationes ob quas vnus, vel alter eas expellit, sed duas solum, in quibus omnes, vel plures failē conueniunt, & quæ rem conficere videntur: prior est ratio partis incompleta, ob quam physicas partes excludendas esse ostendimus, etenim differentia formaliter sumpta solam partem speciei importat, solùm gradum super additum generi, per quem illud contrahit, determinat, & ad speciem constituendam trahit, ergo ex propria conditione incompletam rationem habet, cui nulla sedes in recta linea prædicamenti (ex solis entibus completis extructi) concedi potest: nec satis est differentiam in cōcreto desumptam genus etiam claudere, & ideò totum quod est in specie: nam inclusio hęc non est formalis, sed materialis, & prorsus similis in modo se habendi inclusioni concreti accidentalis, subiectum nō formaliter, sed materiali quadam ratione per modum connotati claudentis, etenim rationale solùm importat formaliter gradum ratiocinandi specificum, genericum vero animalis quasi per modum subiecti, seu connotati, & absq; dubio tanquā id cui forma rationalis adiacet, nam etsi verè sit forma substantialis hominis, cùm gradu tamen generico comparata extra rationem illius est, vnde ex modo se habendi ad illum quasi ad iacens reputatur ex quo ab omnibus conceditur, non prædicari per se differentiam de genere, sed quasi per accidens, si non ab accidenti prædicamentali, saltem ab accidenti prædicabili, nam ad quintum prædicabile referuntur omnes similes prædicationes, in quibus de genere prædicatur differentia, ergo cum inclusio generis per accidens se habeat respectu differentiæ, & nimis materialis sit, nequit eius ratione cōpletum quid per se differentiam efficere, sed in ratione incompleti per se, & formaliter permanet semper, & idcirco, nec rationem totius per se habet, ob quam in recta linea prædicamenti sedem habere possit, sed ad latus eius collocanda est. At genus totius potentialis conditionem habet non per accidens, sed per se, potentialitate absque dubio in ratione generis intrinseca, & formali clausa, & cum ratione huius potestatis differētias complectatur per se, & formaliter, sequitur vtramque partem speciei per se, & formaliter claudere, & ideo totum quod est in specie, vnam actu, potestate alteram formaliter, & per se vtramque: ex quo habet, vt per se sit totum, & completum quid, cui propria sedes in recta linea prædicamenti debetur, imo & prima, cum primum, ac supremum prædicatum, quod caput prædicamenti est, sit genus: & discrimen hoc inter genus, & differentiam valde hac in parte commendandum est, quia non solum veritatem ex suo extractam principio demonstrat, sed deceptionem oppositæ sententiæ, & quorundam modernorum quasi digito ostendit, contendentium non esse differentias à recta linea excludendas ob rationem incompletam (quam putant reperiri in genere) sed alias ob causas; cum tamen allatum discrimen ex formali, & vltima ratione generis, & differentiæ, hac ratione eas excludat. Ratio posterior.

Ratio posterior talis est. Recta linea prædicamenti extruitur ex prædicatis essentialiter, & per se ordinatis secundum rationem superiorum, & inferiorum, vt eam intuenti statim patebit, sed differentię non subordinantur per se tanquam superiora, vel inferiora prædicata cum generibus, quia nec genera per se includunt, vt probauimus, nec eis proinde per se subijciuntur, ergo nequeunt lineam prædicamenti cum generibus per se efficere, nec ad eam per se pertinere, sed cum sint per se eorundem generum diuisiuæ, latera quædam prædicamēti efficiunt, & propterea ad eiusmodi prædicamenti latera solum pertinebunt, & ex his solutum est argumentum oppositæ sententiæ.

An, & quomodo indiuidua in prædicamento sint collocanda.

NOn defuerunt, qui indiuidua sic à prædicamento excluderent, vt directè saltem,

 tem,

tem, & per se in eo collocanda non esse censeant, sed ad summum per quandam reductionem, vt Iauellus in sua Logica titul. 5. capit. 1. quod visus est sentire Porphyrius cap. de specie, vbi pro terminis prædicamentalis lineæ ponit supremum genus, & atomam speciem, ita vt sicut vltra illud non licet ascendere, ita infra istam descendere non liceat: cui addit talem descensum ad indiuidua prohibuisse Platonem ob infinitam eorum multitudinem, atque etiam quia indiuidua ad scientiam non pertinent, ergo neque ad ordinationem prædicamentalem, ad demonstrationem, & scientiam ordinatam, & Aristoteles capit. 1. anteprædicamentorum vniuoca definit intendens talia esse oportere, quæ in prædicamentis collocanda sunt, at indiuiduum vniuocum non est, cum nec nomen commune habeat, nec ratio substantiæ nomini accommodata sit eadẽ in multis, ergo indiuiduum ex mente Aristotelis non pertinet per se ad prædicamentum.

17 Nihilominus antiquiores, ac moderni interpretes, vt bene adnotant Fonseca 5. Metaphysic. cap. 7. quæstion. 7. sectione 2. & quæ. 8 sectione 3. & Pater Franciscus Suarez, indiuiduum tanquam basim, & fundamentum totius ordinationis prædicamentalis in recta linea collocandum censent, & merito, quia ens completum est, in se claudens vniuersa prædicata à supremo genere vsque ad atomã speciem, in quo subsistunt, & quasi sustentantur omnia, ergo nihil ei deficere existimandum est, vt propria ei sedes, & quasi fundamẽtalis in recta linea prædicamenti debeatur. Secundo, quia indiuiduum directe, quidditatiue, & per se subijcitur speciebus, & generibus prædicamenti, quæ de eo etiam per se prædicantur, quod vt Aristotelis se ita sentire ostenderet, statim ac de prædicamento substantiæ agere cœpit, primam substantiam tanquã totius fundamentum descripsit, atque ex professo explicuit, prima autem substantia indiuiduum est, ergo directè, & per se ad prædicamentum pertinet, ex quibus intelligitur cum eisdem generibus, & speciebus esse per se ordinabile.

Nec Porphyrius cogitauit illud excludere, sed extrema prædicamenti posuit supremum genus, & infimam speciem ex prædicatis essentialibus, præsupponens indiuiduum esse vltimum extremum simpliciter versus partem inferiorem prædicamenti. Aristoteles etiam vniuoca definit, vt intelligamus talia esse debere quæcumque prædicata vniuersalia ad prædicamentum per se expectantia: indiuiduum vero non pertinere ad prædicamenti lineam, vt prædicatum, sed potius vt primum subiectum, & fundamentum, cui innitũtur cũcta prædicata, ex quibus extruenda est.

De entitatibus tandem infinitis, an, & quo modo ad prædicamẽta spectent, hoc verbo res absoluenda est. Nam vel infinitum est secundũ essentiam, vt Deus, vel finitum secundum essentiam, infinitum vero secundum aliquam rationem accidentalem extensionis, aut intensionis, quæ in quantitate, & qualitate excogitantur, & forsan in quibusdam horum prædicamentorum rebus erunt possibiles per potentiam Dei absolutam: & quidem de infinito secundum essentiam ostendetur non pertinere ad prædicamenta capite sequẽti, de cæteris vero in categoria quantitatis, quod vere in prædicamentis collocarentur, si per possibile, vel impossibile in natura rerum consisterent. 18

QVAESTIO SECVNDA.

An prædicamenta sub nominibus abstractis, vel concretis constituenda sint?

Status controuersiæ ostenditur.

De concretis, & abstractis substantiarum dubitat nemo, vtrum hæc, vel illa sint per se in prædicamento collocanda, cum notum sit abstracta per modum partis designari, vt humanitas, animalitass, &c. atque adeò per modum cuiusdam incompleti minimè ad prædicamentum per se pertinentis, siquidem entia completa esse oportet, ex quibus prædicamenta constituuntur, vt quæstione prima statutum est, sola igitur concreta substantiarum, vt homo, & animal completam naturam continent, & propterea eis dumtaxat conuenit ratio generis, atque speciei, ex quorum ordinatione recta linea prædicamenti coalescit, itaque per se hæc, reductiuè abstracta in prædicamento collocantur, ad prædicamenta igitur accidentium reuocatur controuersia, cuius status est, an ex concretis, vel abstractis eorum conficiantur, hoc est, 1 2

An

An album, vel albedo, calor vel calidum per se ad prædicamentum qualitatis spectet? pariterque de reliquis accidentibus aliorum generum, & inprimis Arist. vtriq; parti fauere videtur: nam 3. lib. top cap. 1 loco 4. concreta videtur à prædicamento excludere hisce verbis: *Est autem simpliciter quidem melius, ac eligibilius quod secundum meliorem disciplinam, alicui aut?, quod secundum propriam, deinde, quod id ipsum, quod est eo quod non in genere est, vt iustitia iusto, nam illa quidem in genere bono, hæc autem nõ, &c.* Idem est autem rem esse in genere, & in prædicamento, ergo idem erit à genere excludere concretum iustitiæ, quod est iustum, & à prædicamento: ex opposito vero 7. Metap. text. 3. dubitans an accidentia in concreto significata vel in abstracto sint entia: respondet in concreto quidem esse, minime in abstracto, cuius rationem reddit, quia accidẽtia nõ sunt entia, nisi vt inhærent substãtiæ, cuius aliquid sũt, sed in concreto significãtur per modũ inhærentis, in abstracto verò, quasi per se sint, ergo hoc modo significata vere non sunt entia verba Arist. sic se habent. *Nihil enim horum est per se naturæ aptum, neque possibile à substantia separari, sed magis, si quidem ambulans entium aliquid, & sedens, & sanum, hæc autem magis entia apparent, quoniam subiectum in eis determinatum est, &c.* sic igitur abstracta non sunt entia, neq; in prædicamento collocabuntur, sed solum concreta

Arist. vtrique parti fauet.

3

4

Sententia Caietani proponitur, & excluditur.

Caiet. sententia.

Vtrisque testimonijs Arist. consentanea videtur sententia Caietani, opusculo de ente, & essentia cap 7 distinguentis prædicamenta in Logica, & Metaphysica, asserentisque in prædicamentis metaphysicis concreta accidentium per se collocari, in logicis vero abstracta potius, quæ præcipue substant intentionibus generis, & speciei, & in quibus prædicamentis potius exercentur: ordinantur namque prædicamenta logica ad secundas intentiones, & prædicationum exercitium.

5.

Hæc tamen sententia à cunctis reijcitur hoc loco, & merito, quia prædicamenta logica, & metaphysica, eadem prorsus sunt, ex eisdem igitur prædicatis, & eodem modo conceptis cõstituuntur, quia constitutio non variatur, licet finis, in quem consideratio Metaphysica, & Logica ordinatur, diuersus sit, ergo si concreta, vel abstracta in metaphysica ponuntur, pariter in logica, atque è conuerso, testimonia vero allata non compellunt hanc diuersitatem logici, & metaphysici prædicamenti absque fundamento rationis excogitare.

Secunda opinio, sola concreta in prædicamentis accidentium collocans.

II. Sentent.

HAC igitur exclusa sententia, quod abstracta accidentium nullo modo ponantur in prædicamentis, sed sola concreta, tenuerunt Niphus 5. Metaph. qu 7. & 3. Toletus quæstione 2. post prædicamentorum, quos sequuti sunt recentiores nonnulli, id in primis ostendentes ex Aristotel. capit. præsenti, vbi prædicamenta in concreto enumerauit in translatione Boetij, quanquam ea in abstracto Argyropolus transtulerit, & cap. de quantitate supremum genus in concreto posuit apud Argyropolum, quanquam illud in abstracto expresserit Boetius, sed concretum magis videtur græco originali consonum, & 1. lib. topica 7. iterum decem genera in concreto enumerauit iuxta vtramque translationem 4. demum lib. topic. cap. 1. loco 4. cum dixisset in eadem linea prædicamenti debere esse genus, & speciem, exemplum designat in albo, quod sub quali esse affirmat, tanquam sub genere supremo. Sed probant deinde ratione vtrumque: primum quidem, quod abstracta accidentium non ponantur in prædicamento per se, deinde quod per se ponantur concreta, & ratio primi est, quia perfectior est natura substantialis, quam accidentalis, sed abstracta illius vt humanitas, & animalitas non collocantur per se in prædicamento, quia significant naturas per modum incompleti, hoc est non completas per subsistentiam, ergo nec collocabuntur abstracta accidentium, cum significent naturas non completas per actualem inhærentiã se habentem ad illas, sicut subsistẽtia ad substantiales, quod vero concreta ponantur, probant: quia si excludenda forent, maximè quia sunt entia per accidens, vt pote ex subiecto, & forma accidentali, quæ sunt res diuersorum prædicamentorum composita, sed hoc non est verum, quia ex potentia, & actu fit per se vnum, vt docet Aristo. 2. lib. de Anima text. 2. sed in compositione concreti accidentalis subiectum se habet vt potentia, accidens

6.

Probatur vtrumq; pars.

7

8.

dentalis forma vt actus, ergo id quod ex reali vtriusq; coniunctione coalescit, erit per se vnū 9 vt album ex corpore vt potentia, & albedine vt actu.

Probat. II. Secundò, in concretis accidentalibus sunt genera, & species, ergo ex eis confici poterit recta linea prædicamentalis: probatur antecedens, quia hæc est prædicatio generis, album est coloratum, sicque de cæteris concretis in aperto est, cum ad aliud prædicabile pertinere repugnet, ergo vera in his sunt genera, atque species, ex quibus prædicamentum per se conficitur, ad quod proinde per se pertinebunt.

Vltim. Probari demum potest hæc sententia, quia nouem prædicamenta accidentium constituuntur, ac distinguuntur per diuersos modos inhærendi, & prædicandi sola concreta significant, non abstracta, cum per illa significentur formæ accidentales vt inhærentes substantiæ, per hæc verò non vt inhærentes, sed vt per se stantes ad modum substantiarum, ergo non hæ, sed illa disponuntur per se in prædicamentis.

Tertia sententia concreta prorsus à prædicamento relegat, & ex solis abstractis confici, statuit.

III. Sent. Sola nihilominus accidentium abstracta in prædicamentis collocant grauissimi interpretes Arist. & in primis Diu. Thom. opusc. 42. cap. 19. & opusculo de ente, & essentia, cap. 7. prope finem, Scotus quæst. vniuersaliam 5. & quæst. 11. prædicamentorum, & vtroque antiquior Auicen. lib. 3. suæ Metap. cap. 3. Iauellus 5 Metaphy. quæst. 16. Magist. Sotus cap. de quantitate quæst. 1. Paulus Venetus 4. cap. antepræ dicamentorum. Villalpandeus cap.
11. de genere qu. 4. Oña cap. 4. antepræ dicamentorum qu. 3. art. 4. in eandem sententiam nouissime inclinat P. Fonseca 5. Metaph. cap. 7. quæst. 5. sect. quoque 5 qui etiam si concreta per se in prædicamentis collocat, sed abstracta præcipuè.

Pobatur I. Hanc partem confirmant magni ponderis argumenta, nam concreta accidentium, vt album, & musicum sunt entia per accidens, vt
12 hisce verbis testatur Arist. 7. Metaph. text. 25. *Quod autem secundum accidens dicitur, vt musicū, aut album propterea quod duplex significat, non est verum dicere quòd quid erat esse, & ipsum, &c.* Quibus efficacem simul reddit rationem, nempe quia cum significant res diuersorum

prædicamentorum, non sunt vnius quidditatis, vel essentiæ, & idcirco vnum per se haud quaquam efficiunt, quod si ita se res habet, facile conuincitur ad prædicamentum non pertinere, quod ex entibus per se coalescit: cui accedit, quod si non sunt vnius quidditatis, vel essentiæ, vt vult Arist. ergo non possunt habere rationem vnius generis, vel speciei, nec proinde in recta linea prædicamenti constitui. Idem etiam Arist 3. lib. Topicorum cap 1. loco 13. 3. & 4 docet. *Iustitiam esse in genere non iustum*, & lib. 2. capit. 2. loco 1. videtur dicere coloratū non esse genus albi, atq; adeò plane sentire in concretis accidentium non esse per se genera, & species, neque ex eis prædicamenta confici, sed ex abstractis. Quod secundo videtur conuinci, nam prędicationes generis de speciebus Probatur II non solum veras, sed proprias admittunt omnes, vt dum colorem prædicamus de albedine, aut quantitatem de linea, pro certo igitur ducunt in eisdem verè, & propriè esse genera, & species, atque adeò per se prædicamenta conficere.

Tertium argumentum sumitur ex discrimine inter concreta, & abstracta eorundem ac- Probat. III. cidentium, nam ab illis non videtur posse excludi subiectum, quod cum sit substantia, res est alterius prædicamenti, ab albedine, aut forma quacumque accidentali significata eodem 14 nomine, ergo necesse est significatum concreti permixtum esse ex rebus diuersorum prædicamentorum, & proinde ad vnum, idemque spectare minime posse, & abstractum solam naturam accidētalem, quasi impermixtam significat, & ideò quasi puram, ac simplicem, hoc est à compositione cum re alterius prædicamenti liberam, in qua cum sit verum genus, verque species, vnum determinatum prædicamentum constituere valet, quod ex consequentis ex solis abstractis, & non ex concretis constituitur.

Ratio concreti, & abstracti expenduntur, & quo nam modo ex vtraque prædicamentum cōstituendum sit, declaratur.

Deciditur quæstio. Decisio huius controuersiæ explicationem postulat concreti, & abstracti, & vt 15. ab illo exordium sumamus, adnotandū est, quod quemadmodum natura substantialis propria existentia, atque subsistentia completur, ac perficitur, sic suo modo natura acciden-

dentalis, habet quidem humana natura existẽtiam, per quam est extra causas, & vltra hanc habet subsistentiam, per quam vltimo terminatur, & in supposito constituitur, suppositum vero propriè concretum est, aut singu-
16 lare, vt Petrus, vel Paulus, aut commune, vt homo, quia naturam completam, atque perfectam in suo genere, ac prædicamento importat, existentia verò, & subsistentia, per quas in concreto constituitur natura, actus quidem sunt, & modi substantiales eius, primus ille, ab eadem natura non distinctus, nisi sola ratione, vltimus vero subsistentia, quæ ex natura rei ab ea distincta censetur, & vtrumque actum siue modum habet forma accidentalis quanquam imperfectum. Habet in primis imperfectam existentiam sola ratione distinctam, per quam dicatur esse extra causas, habet etiam actualem inhærentiam correspondentem subsistentiæ substantiali, per quam in suo esse accidentali completur, & vtroque actu completa in concreto constituitur, itaque sicut concretum substantiæ fit ex natura, & subsistentia, pari ratione concretum accidentis fit ex natura accidentali completa per proprium modum actualis inhærentiæ, & sicut concretum illud, est per se vnum, sic etiam concretum hoc per se vnum est, cum importet solam naturam suo proprio, atque vltimo termino completam, quanquam imperfectum, ob imperfectum modum accidentis, & rursus,

Per suo modo idem dicitur de accidenti, ac de substantia.

17 cum vltimus terminus per quem completur non sit subsistentia, sed modus imperfectus actualis inhærentiæ in subiecto, non valentis constituere naturam per se, & independenter ab alio existentem, sed vere in alio inhærentem, eiusque adminiculo sustentatam, concretum per se accidentale subiectum extrinsecè connotat, in quo natura accidentalis per proprium modum completa inhæret, ac naturaliter sustentatur: extrinsecè subiectum cõnotare assero, quia subiectum non solum extra essentiam eius est, sed etiam extra proprium modum, quo completur, & in concreto constituitur, necessario tamen, quia adhuc ita completa sustentari nequit, nisi in eo inhæreat, vnde connotare subiectum non est aliud, quam simul denotare, quod ei quasi affixa sit natura accidentalis completa; quam per se, & adæquatè significat concretum accidentale ex quo satis clare intelligitur concretum per se accidentale non significare subiectum, sed adæquatum eius significatum esse naturam proprio modo terminatam, simul tamen denotare subiectum, cum significetur, tanquam ei affixa per inhærentiam, à quo (vt sic loqui liceat) quasi extrinsecè terminatur, concretum autem accidentis sic explicatum vocamus per se, quia alio modo accipi potest, vt significat quippiam compositum ex forma accidentali, & subiecto, cui actu inhæret, quam compositionem subiectum ingreditur tanquam vera pars materialis per potentiam seu capacitatem receptiuam eius, accidens, verò, tanquam forma, & actus. Cæterum, quia subiectum & forma accidentalis diuersi generis, ac prædicamenti sunt, nequit ex vtroque tanquam componenti vnum per se coalescere, sed plane per accidens. Concretum etiam hoc modo sumptum differt à concreto accepto primo modo, quia compositio illius ex sola natura, & modo, quo vltimo terminatur, atque completur fit, subiectum vero non ingreditur compositionem, sed extra illam est, tanquam id cui inhæret completa natura per se constituens concretum, at concretum posteriori modo consideratum non ex sola natura componitur, sed ex subiecto. Quod propterea compositionem per se ingreditur, tanquam altera pars componens, & hinc est, quod concretum hoc modo sumptum non cõnotat subiectum, sed per se significat, sumptum vero illo modo non significat, sed connotat, hinc est etiam, quod concretum sumptum modo priori non componitur ex rebus diuersorum prædicamentorum, sed vnius tãtum, nempe ex natura accidentali pertinente ad prædicamentum accidentis, & ex modo eam terminante, atque complente, sumptum vero modo posteriori ex rebus diuersorum prædicamentorum componitur, nempe ex subiecto, quod est substantia, & ex natura accidentali. Hinc denique fit, vt illo modo sumptum dicatur concretum per se, quia per se vnum est, hoc autem modo non nisi concretum per accidens, quia non nisi vnum per accidens est.

Quomodo concretum accidentale denotet subiectum.

18

Quomodo sit ens per se.

Ex subiecto & forma accidentali non fit vnũ per se.

19

20

Infertur vltimo.

21.

Circa naturam vero abstractorum accidentium aliud obseruare oportet, nempe, quod formam accidentalem abstractam à subiecto importet abstractione physica, & non naturam abstractam à genere, aut specie abstractione metaphysica: quo fit, vt licet forma accidentalis nomine abstracto significata vere inhæreat subiecto, non tamen significetur per

Obserua circa abstracta accidentium.

modum

22 modum inhærentis, sed quasi per se stantis ad similitudinem substantiarum à materia separatarum, quæ quidem licet materia careant, & ex ea non componantur, completæ tamen substantiæ sunt, vt Angeli, ad quorum similitudinem significatur natura accidentalis nomine abstracto, licet in se sit imperfecta, ac subiecto inhærens: quare ex modo significandi completa natura est, in qua per se, & proprie reperiuntur genera, & species, quamuis in abstractis substantiarum, quia Metaphysice abstrahuntur à generibus, & speciebus, & per modũ incompleti significantur, genera, & species nõ sunt, sed earum dumtaxat principia.

Quid sit respondendum ad Quæstionem.

23 EX his iam patet quid sit respondendum ad propositam controuersiam, quàm his tribus assertionibus absoluimus. Prima: concretum accidentale ex sola accidentali forma completa per proprium modum actualis inhærentiæ constans, & subiectum non significans, sed solum connotans, per se constituitur in prædicamento, vt album, coloratum, & similia: probatur hæc ex adnotata doctrina, quia ex duobus per se concurrentibus per modum potentiæ, & actus componitur, nempe ex natura accidentali, & actuali inhærentia in subiecto, eam vltimo, atque intrinsecè terminante, & complete, nam subiectum extrinsecè se habet ad hanc compositionem, ergo est vnum per se, & ex consequenti pertinet ad prędicamentum.

I. Assertio

Probatur.

24.

Secunda assertio, concretum per accidens pro composito ex natura accidentali, & subiecto non collocatur per se in prædicamentis, probatur hac potissimum ratione, quia in prædicamentis solum disponuntur entia per se, qualia esse omnino oportet, vt genera sint, & species, at concretum hoc modo sumptum nõ est per se vnum, sed per accidens, ergo non collocatur per se in prædicamento, euidens est argumentum cum maiori præmissa: quare solum est probanda minor, quam hisce in primis verbis profitetur Aristotel. 7. Metaphy. capit. 5 textu 21. *Quod autem secundum accidens dicatur, vt musicum, aut album, propterea quod duplex significat, non est verum dicere, quod idem sit, quod quid erat esse, & ipsum*, quibus non solum vnum per accidens esse docet, sed rationẽ eius reddit, quia cum multa significet diuersorum prædicamentorum, non habet vnam quidditatem, neque vna potest definitione explicari, nam vna definitio, & vna quidditas ex vno genere, & vna differentia constat, sed tale concretum non est vnius generis, sed diuersorum, substantię quidem ex parte subiecti, & accidentis ex parte formę, ergo neque vnam quidditatem, neque vnam definitionem habere potest, quare neque vnum genus, & vnam differentiam, vt in vno prædicamento collocetur: neque expositionem aliquam admittere possunt verba Arist. ex duabus, quas oppositæ sententiæ patroni afferunt, dicentes primo loqui Aristot. de ente per accidens, quod ex multorum congregatione sine ordine resultat, vt de cumulo, vel aceruo, quod patet esse falsum, cum exempla in albo, & musico proferat, quæ non fiunt ex multis sine ordine concurrentibus, imo neque ex multis solum ordinatis vna, ac reali vnione coniunctis, nempe corpore, & albedine, musica, & homine. Quod cernentes alij asserunt de his plane loqui, non tamen velle eos excludere ab entibus per se absolutè, sed solum comparatione substantiæ, quasi dicat non habere tantam vnitatem, quantam illud, quod ex materia, & forma substantialibus fit, & ideò posse comparatione eiusdem vocari vnum per accidens, nihilominus esse in suo genere vnum per se, hanc tamen solutionem excludit plane ratio ab Arist. allata, qua probat non esse per se vnum, quia multa diuersi generis, ex quibus cõponitur, significat, & idcirco non habet vnam quidditatem, nec definitionem, vnde infertur necessario non esse vnum per se in aliquo genere, nec posse in prædicamento vllo collocari.

II. Assertio.

25

Probatur.

26

27

I. Solutio circa Arist.

II. Solutio

28

Sed probatur iam eadem minor ratione, primo, quia ex quibuscumque componẽtibus resultat totum, quod est tertium quid, re, vel saltem ratione ab vtroque distinctum, ergo ex vnione reali accidentis cum subiecto resultabit tertium quid ab vtroque distinctum, saltem ratione, de hoc igitur tertio contẽdimus, an sit per se vnum, vel per accidens: & quod non sit per se vnum ita probo, quia si per se vnum est, aut est pura substantia, vel purum accidens, vel mixtum ex substantia, & accidenti, non pura substantia, cum includat naturam accidentalem: non purum accidens, cũ includat subiectum tanquam intrinsecum cõponens, quod est substantia, erit ergo mixtum ex substantia, & accidenti, ad diuersaque prædic-

Probatur min. ratio. I.

29

dicamenta spectabit, quare nec habebit vnum genus, nec vnam differentiam, neq; erit vna species ex vtroq; composita, neq; ad vnum aliquod prædicamentum pertinebit.

Secundo. Quidquid aduenit enti iam in actu completo constituto, aduenit ei per accidens, & propterea ex coniunctione cum eo nequit vnum per se, sed per accidens constitue-
Prob. 2. re, sed accidens aduenit subiecto iam completo, in proprio genere substantiæ, ergo ex coniunctione cum eo efficietur vnum per acci-
30 dens, imo & subiectum est extra rationem accidentis præsupponens naturam eius completam, quam adhuc intrinsece non terminat: ergo omni ex parte coniunguntur per accidens. At dices vtrumque aduenire alteri iam completo in proprio genere, nihilominus subiectũ adhuc esse in potentia ad recipiendam formã accidentalem, & hanc ad ipsum tanquam actum ordinari, & ideo fieri ex coniunctione vtriusque vnum per se, sicut in quibuscumque alijs ex potentia, & actu. Hoc tamen non remittit vim argumenti, quin potius ostendit planè deceptionem modernorum, qui oppositam sententiam sequuntur, huic præcipuè fundamento innixi, quod fallax esse ostendi-
31. tur: quia licet subiectũ sit in potentia ad recipiendum formam accidentalem, hæc tamen potentia accidentalis est, vt ostendit euidenter actus accidentalis, ad quem ordinatur, & probat ratio, cum sit ad constituendum aliquid extra propriũ genus, & prædicamentum, non ergo respicit per se actum accidentalem, sed per accidens: probatur euidenter consecutio, quia sicut accidens non prædicatur per se de subiecto sic non per se ab eo respicitur, imo nec ipsum secundum actualem inhærentiam per se respicit accidens, nequeunt ergo per se coniungi, sed per accidens, atq; adeò, nec vnum per se, sed per accidens constituere.

Assertio postrema.

NOn solum concretum per se sumptum collocatur per se in prædicamento, sed
III. assert. etiam abstractum accidentium, vt albedo, color, & similia. Probatur hoc ex varijs locis Aristotelicæ doctrinæ, in quibus in abstracto enumerat prædicamenta, præsertim in prædicamento qualitatis, vbi qualitatem tanquam supremum genus definit dicens: *Qualitas est, qua quales esse dicimur*, probatur præte-
32. rea rationibus secundæ opinionis iam fere in schola communis: quibus hanc adijcimus, quia licet natura accidentalis non sit omnino completa sub ratione accidentis, nisi actu inhæreat subiecto, cum per modum actualis inhærentiæ vltimo terminetur, atque compleatur, & nomine abstracto non significetur vt actu inhærens, si tamen modum significãdi respiciamus, vt præcipue in hac materia respici debet, eo ipso, quod nõ significatur per modũ inhærẽtis, sed per se stãtis, habet modum substantiæ completæ, qui modus per se est prædicamentalis, quare per se collocatur in prædicamento. Probatur ratio ...

Has tres assertiones, quibus propriã sententiam explicui, reperi apud Doctorẽ Frãciscum Suarez tom. 1. suæ Metaph. disputat. 4. sect. 3. 33
num. 13. & disputat. 16. sect. 1. num. 12. & tom. 2. disput. 39. section. 1. num. 10.

Diluuntur argumenta oppositæ sententiæ.

EX quibus constat in primis sensus, quem Aristot. tenuit in illis locis, quos opposita sententia pro se attulit, in quibus prædicamenta in concreto posuit, cõcretum per se accipiens iuxta primam assertionem nostrã, quod sicut est per se vnum, sic per se ad prædicamentum pertinet: constat etiam sensus, Ad testim. Aristo.
quem tenuit alijs locis, in quibus eadem sub nominibus abstractis recensuit, quia abstracta quoque per se collocantur in prædicamentis propter modum, quo natura accidentalis significatur, qui licet minus sit naturalis, longè tamen perfectior, ac propterea per se prædicamentalis, quãquam natura substantialis nomine abstracto significata non per se ponatur in prædicamento, sed solum vt principium con- 34
creti, quod discrimen constituit diuersus modus abstractionis physicæ, ac Metaphysicæ copiose à nobis expositus.

Ex quo soluitur primum argumentum oppositæ sentẽtiæ, cui damus libenter duo, quæ Ad I. argu.
assumit: primum, perfectiorem esse naturam substantialem in abstracto significatam, & nõ per se poni in prædicamento, quia nõ signifi- 35.
catur modo completo, sed vt principium generis, vel speciei, negamus tamen eandem esse rationem de natura accidentali in abstracto significata, quia cũ nõ significetur vt abstracta Metaphysica abstractione à genere, aut specie, sed Physica, tãquam forma à subiecto, significatur planè tãquam per se subsistens, atque adeò tanquam completa, & prædicamentalis, vnde quo perfectior est secundum se natura substãtialis nomine abstracto significata, eo est imperfe-

perfectior ex modo, quo significatur.

Ad II. 36. Secundo argumento damus etiam concretum, vt ex forma, & subiecto compositum, propterea à prædicamento excludi, quia est vnum per accidens, & dum dicitur ex potentia, & actu vnum per se effici, distinguendum est, nam si potentia, & actus sint per se ordinata, efficiunt quidem vnum per se, vt constat de potẽtia, & actu substantialibus, quales sunt materia & forma, corpus, & anima, si vero nõ sint per se ordinata, vt potentia subiecti ad formam accidentalem, & forma eadem, non efficiunt per se vnum, sed per accidens, sicut per-

Arist. sens. accidens ordinantur. Arist. vero de potentia, & actu substantialibus, ac per se ordinatis loquebatur, non de accidentalibus, vt ostẽdit institutum illius capitis, quod non erat aliud, ac

37 probare, quod ex corpore, & anima vnum per se fiat, constat autem hæc se habere tanquam actum, & potentiam substantialem, ac per se ordinatam.

Ad vltimũ resp. Extremum argumentum haud difficile soluitur: nam si concreta accidentalia accipiantur, vt ex compositione accidentis cum subiecto resultant, negandum est in eis esse genera, & species, licet nomine tenus esse appareant, quia cum sint entia per accidẽs, neque genera nec species veras cõstituunt, & certè si eodem modo accipiantur album, & coloratum, dum hoc enunciatur de illo, non est vera prædicatio generis, licet talis appareat, quia entia per-accidens intentiones generis & speciei non fundant, si vero concreta eadem accipiantur per se, hoc est, vt subiectum nõ significant, sed extrinsecè connotant, genera sunt, & species, ex quibus per se efficitur prædicamentum, atque etiam ex abstractis: ex illis quidem connaturalius, ex his vero purius, quia naturam accidentalis significãt omnino à permixtione subiecti depuratam.

Obiectio. Etsi tandem quis opposuerit per actiones physicas non fieri per se abstracta imo nec cõcreta, nisi vt significant subiectum, quare hæc tantũ videtur per se accidẽtia, quia actio ad v-

38 nũ per se tendit: respõdetur per actionem solũ intendere naturam imprimere formam accidentalem subiecto, circa quod operatur, quod

Solutio. vero vnum per se, vel per accidẽs ex tali coniũctione efficiatur, non curat, quare nec ex actione desumi potest argumentum ad probandum vnum per se effici ex physica coniunctione formæ accidentalis cum subiecto, sed nec ad probandum, quod abstractum non sit per se vnum, quod absq; dubio magis ex modo significandi, quam ex productione iudicandum est, alio namque, ac diuerso modo significatur natura, ac per actionem physicam producitur. 39

QVAESTIO TERTIA.

An necesse sit prædicamenta separari reali distinctione, vel sufficiat formali, aut rationis.

1. *Variæ sententiæ referuntur.*

VArius modus loquendi de distinctione prædicamentorum rem fecit non solũ ambiguam, sed valdè confusam: quidam enim prædicamenta se ipsis primo separata esse aiunt, vel per diuersos modos essendi quod idem est, vt Iauellus 5. Metaphys. quæst. 16.

Alij diuersis modis non essendi, sed prædicandi: & quoniam modus prædicandi pendet ab intellectu, etiam per diuersos modos intelligendi, vt Paulus Soncin. 5. Metaphysic. quæst. 13. & vterque modus loquendi occasionem accepit ex Aristot. & Diu. Thom. qui diuersis suæ doctrinæ locis eis vtuntur, Aristoteles quidem 8. lib. Metaph. text. 16. se ipsis, & non alio esse diuersa profitetur, at 5. Metaphys. text. 18. diuersis modis essendi, diuersisque prædicationum figuris: & Diu. Thom. in commentarijs huius loci, & 3. lib. Physi. lect. 5. vtroque modo prædicamenta separat, & essendi, & prædicandi: vnde, & sufficientiam prædicamentorum accidentium accipit, vt quæstione sequenti videbimus, ex diuersis modis, quo inhærent substantiæ, de eaque enunciantur: 41 sed in ratione ipsa maximum habuere fundamentum hi modi loquendi, nam prædicamenta sunt suprema genera, ergo nihil habent superius, in quo vniuocè communicare possint, sed in vniuersalissimo dumtaxat conceptu entis analogo, qua propter neque aliquo distinguuntur, vel separantur, sed se ipsis, cum separatio ab aliqua sit superiori conuenientia vniuoca: separantur homo, & leo proprijs differentijs ab ea, quam habent conuenientiam genericam in natura animalis, sed iam quod aliquo separata sint, vel distincta prædicamenta, non

ta, non alio profectò, quam modo essendi, prædicandi, & intelligendi: diuiditur enim vniuersalissimum ens in eiusmodi decem genera, tanquam in diuersos modos entitatis & rursus nouem genera accidentium, cum aliquid sint substantiæ, cui insunt, ex diuersis in-
42. hærendi modis censentur diuersa: item prædicamentum est prędicatorum ordinatio secundum debitam subiectionem, & prædicationem inferiorum de superioribus, ergo diuersa prædicamenta erunt diuersæ ordinationes diuerso modo prædicandi distinctæ: ac demum cùm prædicata sint cõceptus ab intellectu formati, de eisdem modis essendi distincta erunt ex modo, quo ab intellectu concipiuntur: colligitur ergo ex huiusmodi discursu non abs re diuerso modo locutos esse interpretes Aristotelis de modo distinguendi prædicamenta.

I. Opinio. Sed circa realem distinctionem, quam ex directo inquirit præsens controuersia, diuersa sunt eorundem placita: nam quidam arbitrantur prędicamenta omnia distingui realiter inter se se, cũ sint membra realis diuisionis vniuersalissimi entis: diuiditur animal in diuersa animalia, color in diuersos colores, quantitas in diuersas quantitates, ergo ens in entia diuersa, atque adeò in res distinctas, cum res sit quædam passio entis, & certè si sunt primo diuersa, vt ex Aristotele in principio attulimus, non communicabunt in entitate, ita vt multorum vna, eademque sit, sed entitates primo diuersas habere oportebit, alioqui eadem res ad plura, ac diuersa spectabit prædicamenta, quod magnam pariet confusionem. Ita sentiunt Paulus Venetus. lib. 3. suæ Metaph. cap. 31. Nymphus. 4. Metaph. quæst. 4. & lib. 5. q. 12 quos videtur secutus Caietan. 1. p. quæst. 28. articul. 1. vbi ex eo, quod relatio est in vno genere, & substantia in alio, intulit realem vtriusque distinctionem, & vniuersaliter quoties aliquid determinatur ad vnum genus, & excluditur ab alio, realiter esse distinctum ab his, quæ sub eo clauduntur: & idem tenere videtur. q. 54. art. 2. agens de distinctione reali inter esse angeli, & eius intellectionem.

Alij verò non semper esse necessariam realem, sed sufficere inter nonnulla formalem opinantur, per formalem distinctionem intelligentes diuersas essentias, siue formalitates ex natura rei seclusa operatione intellectus, quam requisitam esse aiunt; & sufficientem inter prædicamentum actionis, & passionis, postquam Aristoteles. 3. lib. physic. text. 19. expressè docuit non esse re distinctas, & ex alia parte, cap. antepraedicam. 3. & 1. topic. 13. vniuersalem regulam statuit de generibus non subalternatim positis (qualia sunt, quæ in diuersis prædicamentis ponuntur) diuersas habere species, & differentias, quod est diuersas habere essentias, & formalitates ex natura rei distinctas: hunc modum dicendi retulit. D. Fonseca 5. Metaphysic. cap. 7. quæst. 3. sect. 1. pro eoq; Ioannem Gandensem. 3. lib. physic. quæst 5. ad 6. quem tamen excludere videtur. sect. 2. concl. etiam 2. quę ita habet, non est necesse, vt prædicamenta distinguantur formaliter: ad sect. 3 q. in fine expressè affirmat prædicamentorũ distinctionem non pendere ab intellectu, sed ante operationem eius cuncta distingui: idque multis exemplis corroborat, nã motus alium modũ habet in mouente, alium in re, quæ mouetur; vbi, alium modum habet à loco diuersum, neque oportet spectare operationem intellectus tales modos distinguentem, cum nulla sit in eis confusio, sed ex propria sint ratione distincti, non tamen reali distinctione. Ecce attulimus vniuersa, quæ à diuersis statuuntur tam circa modos distinguendi prædicamenta, quam circa distinctionem interea ponendam, vtrumque enim petit proposita quæstio. 43.

Vera sententia tenenda.

NOstra autem sententia duabus continetur assertionibus. Prior modũ distinguendi prædicamenta docet, & est talis: prædicamenta distinguuntur, primo per modos essendi primo diuersos, & consequenter per diuersos modos prædicandi, & intelligendi, & est expressa apud Aristotelem, & D. Thom. locis nuper memoratis, quam sequuntur, etiam Sonzinas, & Iauellus, vt vidimus, & egregie Durandus in 1. distinct. 30. quæst. 2. ad 1. sic autem est explicanda, vt veritas eius intelligatur; vniuersalissimum ens continet omnia prædicamenta non tanquam genus, vel vniuocum, sed analogum, & transcendens, quapropter non descendit ad prædicamenta per differentias diuersos gradus perfectionis designantes, sed per quosdam modos intrinsecos, quibus modificatum diuersa constituit, per modum quidem per se ad substantiam, & per modum inhærendi ad accidens, quod rursus diuersis modis inhęrendi in substãtia determinatur ad diuersa prædicamenta constituenda, I. Concl. 44. Explicat. 45.

luenda, vt per modū extendendi substantiam ad quantitatem, per modum qualificandi ad qualitatem, sicque de cæteris: ecce tibi prædicamenta diuersis modis constituta, quibus etiam inter se se separantur.

Explicat. magis. Cæterum quia modi isti non continent diuersos perfectionis gradus, vt differentię, non dicuntur ens contrahere, sed modificare, nec prædicamenta aliquo alio differre, sed esse primo diuersa, vel se ipsis diuersa, hoc est nō alijs perfectionis gradibus, nam idcirco species sub eodem genere non dicuntur se ipsis distingui, sed per differentias, quia differentiæ gradum perfectionis à generico diuersum important,
46. ideò, aliud quidpiam sunt à genere, at modi intrinseci non sunt ab ente vniuersalissimo, ab eisdemue generibus secundùm perfectionem essentialem distincti, ac propterea cum distinctio prædicamentorum essentialis sit, idem est, his modis esse diuersa, ac se ipsis: quod attēdens Aristoteles docuit se ipsis separari, & rursus, cum his modis constituantur, & separentur, verè, & proprie dicitur in hac nostra assertione diuersis essendi modis separari.

Ex modo autem essendi accipitur modus prædicandi, nam quemadmodum veritas propositionis fundatur in ipsa veritate rei, iuxta illud Aristotelis, cap. de substantia, ab eo quod
47. res est, enunciatio dicitur vera, vel falsa, pari ratione modus prædicandi fundatur in modo essendi; iudicans enim intellectus quantitatem inhærere substantiæ, eam verè de substantia prædicat dicens, substantia est quanta, & iudicans talem modum inhærendi habere, vt partes eius extendat, supremum quoddam genus concipit cunctis quantitatibus commune, sub quo diuersa intermedia, atomasque species vsque ad indiuidua ordinans, categoriam efficit quantitatis, modum etiam qualitatis proprium concipiens, ac sub eo intermedia, & species atomas, efficit prædicamentum qualitatis, sicque de cæteris: etenim vt benè adnotauit Durandus vbi supra, quanquam prædicamenta sint entia realia, constitutio tamen prædicamentalis opus est intellectus distinguentis genera, & species per differentias, inferioraque sub superioribus ordinantis, sic
48. enim à cunctis describitur, prædicamentum est prædicabilium, vel prædicatorum ordinatio; prædicata autem constituere, eaque ordinare, quis nisi intellectus potest? & cum intelligendo id faciat, benè dicitur prædicamenta separari per diuersos modos intelligendi, ex quibus intelligitur necessariam esse consecutionem inter modum essendi, intelligendi, & prædicandi in ordine ad constitutionem prædicamentorum, ita tamen vt modus essendi, sit aliorū fundamentum, qui ergo dicit distingui prædicamenta per diuersos modos intelligendi, vel prædicandi, negare non debet separari per modos essendi, nisi velit absque fundamēto loqui, sed sic rem se habere intelligat, vt primo per modos essendi, sed in quantum stant sub modo intelligendi, & prædicandi, constituantur, & separentur, substantia quidem per modum essendi per se, & prædicandi; accidentia per diuersos modos afficiendi substantiam, & prædicandi de eadem.

Duo tamen aduersus hanc nostram assertionem obijci possunt, primum est prædicamenta esse entia completa, ergo nō constituuntur, vel separantur per diuersos modos essendi, nisi velis modaliter dumtaxat distingui, & quasi modalia esse, non completa. I. Obiectio. 49.

Secundo abstractum, & concretum in quocunq; genere, & specie habent diuersum modū essendi, præsertim in accidentibus, quæ in concreto significata habent modū actualis inhæsionis in subiecto, in abstracto verò ab eo abstrahunt, vnde modū potius substantiæ imitantur, atq; ex hoc discrimine in modo essendi, oritur aliud in modo prędicādi, si quidem concretum de subiecto prędicatur, abstractum minimè, non est enim verū sic enunciare, Petrus est albedo. Ex quibus infero ad diuersa prædicamēta pertinere abstractum, & concretum, si prædicamenta per diuersos modos essendi, & prædicandi de substantia separantur, quod cum sit planè falsum, erit etiam falsa conclusio. II. Obiect.

Ad primum nihilominus dicendū est, prædicamentorū distinctionem esse primam, atq; adeò maximam, ac propterea nō posse per differentias fieri, quæ iam præsupponunt conuenientiam genericam eorum, quæ distinguuntur in eodē gradu essendi; sunt etiam suprema genera entia completa, nō tanquā species, sed vniuersalissimi cōceptus à speciebus abstracti, & ob vtramq; causam non constituuntur, nec separātur nisi modis intrinsecis essendi, qui sic modificant vniuersalissimū ens, vt ei adiuncti singula prædicamenta efficiant primo diuersa ab alijs, quia in entitate, quæ primus gradus est, diuersa censentur: si autē propterea velis ea appellare modalia, refert parum, cū id non ex- Ad 1. resp. 50. 51.

cludat

cludat completam rationem supremorum generum, licet excludat completam specierum.

De abstractis verò, & concretis dicendū est, non importare diuersum gradum essendi vniuersalem, sed particularem, in quantū diuerso modo, rem determinatā ad certū genus significant, vt de albedine, & albo, colorato, & colore exploratū est, quæ diuerso modo significant genus, vel speciem qualitatis, vndè ad idē referuntur prædicamentū, vt quæstione præcedente adnotauimus: prædicamenta verò separantur per modos essendi vniuersalissimos, & per modos prædicandi de substantia, siue in concreto, siue in abstracto significentur.

Cæterum: an modi essendi, & prędicandi re ipsa distinguantur, & consequenter prædicamenta ipsa, definit assertio nostra 2. quę sic ha-
52. bet: quanquam modi intrinseci quorundam prędicamentorū re ipsa separentur, non est tamen necessario ponenda distinctio realis inter omnes, nec formalis ante operationem intellectus, sed sufficit distinctio rationis pręsupponens fundamentum in re ipsa.

Primam partē communis iam totius scholæ consensus recipit de substantia, quantitate, & qualitate: secundā verò tenet expresse D. Tho. 11. Metaph. lect. 9 q. 2. ad 18. Mag. Sotus. q. 1. de quantitate, D. Tolet. q. 5 ex cōmunibus cunctis prædicamentis. D. Fonsec. 5. Metaph. cap 7. q. 3. sect. 2 con. 1. Magist. Offa. cap. antepradic. 4. q. 3. art. 5. & est etiam communis in schola, quam euidenter deducimus ex his, quæ docet Arist. 3. lib. Physic. text. 19. de actione, & passione, esse eundē motum realem, & distingui sola ratione formali, nā in quantū motus ab agente egreditur, actio est formaliter, passio verò,
53. vt in passo recipitur; egressio itaq; , & receptio, quæ sunt modi intrinseci constituentes, & separantes duo hæc prędicamenta, non sunt res diuersæ, sed diuersæ rationes formales eiusdē motus, sufficit autē de actione, & passione probasse non distingui realiter apud Aristotelem, vt pars secunda nostræ conclusionis, tenens, non esse necessario ponendam realem distinctionem inter omnia prædicamenta, de mente illius censeatur: fauet etiam huic parti ratio, quia prædicamenta separantur per diuersos modos essendi, qui in eadem entitate reali inueniri possunt, & inueniuntur in actione, & passione quæ sunt idem motus.

Vltima pars nostræ assertionis affirmat, nō esse necessariam formalem distinctionem ante operationem intellectus inter omnes modos essendi prædicamentalis, vel quod idem est, inter omnia prædicamenta, sed satis esse 54.
eam, quæ fit ab intellectu præsupposito in re ipsa fundamento. Pars hęc valde consentanea est doctrinæ D. Thomæ, qui talem distinctionem nunquā posuit, sed pręter realem diuersarum entitatum realium, solum distinctionem rationis; duplicem tamen, vnam ab intellectu factam absque aliquo fundamento in re, sed ex eo solum, quòd sub diuersis quibusdam conceptibus eandem rem concipit, diuersasque ei denominationes, vel intentiones attribuit; sic distinguit Petrum à se ipso diuersis conceptibus eum concipiens, & sub vno subiectum, sub alio prædicatum denominans huius identicæ propositionis, Petrus est Petrus, & hæc appellatur in schola D. Tho. distinctio rationis ratiocinantis, quasi ex solo officio rationis, vel intellectus facta, non in re ipsa fundata: alia est distinctio rationis fundamentum habens, quam facit quidem intel- 55.
lectus, natura tamen eiusdem rei postulante, quæ, & si vna sit entitas, & vnum habeat modum essendi realem, in duos conceptus est diuisibilis, quorum quilibet distinctam rationem formalem ab alio continet, exempli gratia, actio, & passio sunt idem motus realis ante operationem intellectus, in quo tamen reperimus egressionem ab agente, & receptionem in passo, & hoc est fundamentum distinguendi actionem à passione, nam in quantum intellectus motū concipit vt à principio egredientem, nō considerata receptione in passo, proprium conceptum actionis format, & rursus concipiens motum vt in passo receptum, 56.
non considerata egressione, proprium conceptum format passionis, & quilibet horū conceptuum modum essendi ab alio distinctum continet, rationem item formalem, & essentialem distinctione à solo intellectu facta, præsupposito fundamento, nempè motu eodem egrediente, & recepto.

QVAESTIO QVARTA.

Sit ne vniuocum ens respectu prædicamentorum, vel analogum.

MOdo distinctionis prędicamentorum discusso, superest tandem modus vnitatis discutiendus, an videlicet aliqua detur conuenientia vniuoca his decem generi-

generibus, quę breuissimè examinanda est hac in parte pro dialecticorũ captu, copiosam huiusce rei controuersiam (Metaphysicis propriam) eis relinquentes, & vt difficultas eius aperiatur, memoria repetere oportet, quid vniuoca, quid etiam analoga sint. Vniuoca sunt, quæ cõmune nomen habent, quo significantur omnia, & prętereaa rationem eiusdem nominis etiam communem, & ex æquo ab eisdem participabilem: analoga vero excepto communi nomine non habent quippiam ab eo significatum, quod ita sit eis commune, vt æque à cunctis participetur, sed vel in vno solo analogato formaliter reperitur, in cæteris vero quadam extrinseca denominatione per similitudinem, aut attributionem ad illud desumpta, vel certe si in cunctis formaliter reperta, adhuc cum quadam dependentia, seu attributione ad præcipuum: primi generis analogum est sanum respectu animalis, vrinæ, ac medicinæ, postremi vero exemplum in alijs solet designari. Quærimus ergo, an decem hęc genera sub nomine aliquo ita conueniant, vt rationem ab eo significatam formaliter, & ex æquo participent, vel si commune nomen habent, analogum potius eorum comparatione sit, & quia statim occurrit ens, à quo significantur omnia, & sub quo etiam in entitate ab eo significata conueniunt, huc reducitur controuersia, an ens vniuocũ sit ad omnia decem genera, aut non nisi analogum.

Prior sententia adstruens vniuocum esse ens ad omnia prædicamenta.

ET fuit opinio Scoti satis celebris in schola, quod vniuocum sit ens respectu horũ prædicamentorum, quam profitetur in primo d. 3 quæst. 1. & in 3. d. 8. quæst. 2. cum eo tota eius familia, & Nominalium turba, vt Gabriel testatur in primo, d. 2. quæst. 4 cuius potissimum fundamentum est, vniuocorum definitionem ei conuenire, cum, & nomen entis commune sit, & conceptus tam formalis, quam obiectiuus entitatis vnus, & idem à cunctis prædicamentis participatus: & hoc vltimum sic probat (nam primum satis notum est) primo, quia contingit nos esse certos de re aliqua quod sit ens, & postmodum dubitare, atque inquirere, sit ne substantia, vel accidens, ergo cõceptus prior distinctus est ab vtroque, eisque communis, atque vniuocus: secundo, quia accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est, hoc est substantiam, vt sæpè ex Aristotele attulimus, & nos quotidiè experimur per effectus, & operationes, rerum entitates peruestigantes; quod non esset possibile, nisi in entitate similia valdè forent, potest igitur intellectus cõmunem conceptum entitatis, substantiæ, & accidentibus communem abstrahere, in quo necesse erit vniuoce conuenire: tertio, quia nõ solum vera est vtraque hæc prædicatio, substantia est ens, accidens est ens, sed formalis, & intrinseca, cum non minus accidens suam habeat entitatem realem, per quam formaliter sit ens, quam substantia, ergo prędicatum ens vtrique subiecto cõuenit formaliter, ac propterea sub eadem vniuoca ratione. Etsi fortè dixeris, conuenire quidem vtrique formaliter, sed perfectius substantiæ, cum sit ens per se, accidenti verò solum secundum quid, in quantũ est aliquid substantiæ, & ex consequenti non vniuoca ratione, sed analogica; non tollitur difficultas argumenti, quia eiusmodi inæqualitas perfectionis non ex communi conceptu entitatis accideret, sed ex particularibus rationibus contrahentibus, quæ sunt per se & in alio, à quibus, cum abstrahat ille, non tollitur, quin æqualiter eis conueniat, atque adeò vniuoca ratione, quemadmodum genus animalis non æque participatur ab speciebus, sed perfectius quidem ab homine, quæ tamẽ perfectior participatio, cum non eueniat ex parte naturæ genericæ, sed solius differentiæ perfectioris, non tollit, quin vniuoca sit eadem generica natura.

His rationibus aliam addere possumus nam sic se habet ens respectu decem prædicamentorum, sicut accidens respectu nouem accidentium, sed hoc est vniuocum, ergo & illud: probatur minor, quia ratio accidentis est inesse subiecto, sed inhærentia conuenit cunctis accidentibus non solum formaliter, sed prorsus æqualiter, cum nullum inhæreat substantiæ per attributionem ad aliud, ergo vniuocum erit accidens respectu nouem prædicamentorum, & ex consequenti ens respectu decem.

Sententia posterior, neq; ens, neq; quidpiam aliud vniuocum admittens respectu omnium prædicamentorum, præfertur priori.

ARistoteles de hac re loquens 4. lib. Metaphysic. cap 2. & lib. 7. cap. 1. & 4. & 1 lib. ethico-

ethicorum, cap. 6. & sæpè alibi, expressis verbis docet, ens analogum esse respectu substantiæ, & accidentis, quibus locis antiquiores, ac moderni interpretes eandem sententiam sequuntur; præsertim Auerroes, Alexander, & D. Thom. qui pluribus alijs locis idem sentit, & cũ eo omnes eius discipuli. Porphyrius quoque cap. de specie, & ibidem Albertus, Ammonius, & plures alij, estque communis scholæ sententia, & tanquã vera acceptanda: sed multis rationibus probari solet, nescio an rem conficientibus: probari solet primo, quia ens esset vniuocũ, esset genus omniũ prædicamentorũ, vnde & pro vno prædicamento entis connumerarentur omnia, quod nemo admisit. Sed profecto ratio hæc nõ conuincit, quia plus postulat ratio generis, quam ratio vniuoci, nempe esse præcisum à differentijs, ita vt in eis non includatur, at ens quantumlibet vniuocum foret, in quibuscunque differentijs includeretur, ergo extra rationem earum nõ esset, nec proinde genus: quod autem intrinsecum sit generi, sic esse à differentijs præcisum, atq; extraneum, præterquam quod Aristoteles id expresse docet 4 lib. topicorum cap. 6. loco. 64. & 71. vt cap. de differentia ostendimus, probatur ratione satis efficaci: quia si non sit extra rationem differentiarum, nequibit profecto speciem cum illis componere, cũ necessarium sit partes cuiuslibet compositionis, vt ad eam concurrunt condistinctas esse, ita vt vna non sit alia, alioqui si vna includat alteram, non erit distinctum componens ab ea, nec vlla fiet compositio cessante partium distinctione.

Et si forte dixeris vera hæc esse de ente in toto suo ambitu, prout transcendit quamcunq; entitatem completam, & incompletam, ex eo enim in quibuscunque differentijs, ac modis clauditur cæterum si pro sola entitate completa accipiatur, sicut substantiam accipi videmus, dum supremum genus est prædicamenti substantiæ, non includetur in differentijs, quæ incompleræ quædã entitates sunt, quare poterit per eas contrahi; & erit verum genus, quod est inconueniens. Respondeo iam extrahi ens à suo proprio modo significandi vniuersalissimo, ac transcendẽte, quo pacto probatũ est genus esse non posse, etiamsi sit vniuocum; & secundo, etiamsi ita extraheretur, alijs rationibus probatur: non posse esse vniuocũ vt intelligatur adhuc non habere locum Scoti sententiam.

Alij vero ens non esse vniuocum contendunt, quia non importat vnicum conceptum omnibus prædicamentis communem, quod omnino necessarium est ad vniuocationem, videlicet vt ratio nominis vniuoci, hoc est conceptus, quo medio multa significat, eadem in omnibus sit, sed aiunt plures conceptus importare, tot nempe, quot sunt prædicamenta significata, & diuersos quidem simpliciter, quamuis similes, quemadmodum accidentia diuersa sunt inter se se, ex diuersis modis afficiendi substantiam. Sed hæc etiam ratio non probat efficaciter intentum, quia adhuc est in opinione positũ inter eos, qui ens esse analogũ sentiunt, an conceptus entitatis, quem importat, vnus sit simpliciter, vel multiplex; vel vt clarius loquamur, an præscindi possit à prædicamentis conceptus entitatis, ita vt nec ea, nec modos eorum intrinsecos, quibus primo diuersa censentur, actu claudat, & ita nõ significet prædicamenta immediate, sed eundem conceptum eis communem, quo medio ad illa per varios modos descendat, & eadem ipsa prædicamenta quasi remote significentur, nec minus probabile est hoc postremum, quã primum, iuxta quod proxima significata censentur prædicamenta, ad quæ absque vllo medio conceptu abstracto, aut præciso descendit, sed difficile profecto est iuxta hunc modum dicendi, verum, ac proprium sensum tribuere his prędicationibus, in quibus de singulis prædicamentis enunciatur ens, si nullum conceptum simpliciter communem, ac prẹcisum ab eis importat, quales sunt, substantia est ens, quantitas est ens, & similes: nam vel sensus est, substantia habet entitatem, & quantitas habet entitatẽ, & tunc cõmunis erit cõceptus entitatis respectu omniũ, & idcirco ab eis abstrahibilis, cũ cõmune sit prædicatũ vtriusq; enunciationis, & nõ solo nomine, alioqui essent prædicationes æquiuocæ; quod vero Sonzinas. 4. Metaphysic. quæst. 2. arbitratur, conceptũ entis in his prædicationibus non esse simplicem, sed quasi compositum ex substantia, & accidenti, sub disiuncto quodam designatis, ita vt sit sensus, substantia est substantia, vel accidens; quantitas est quantitas, vel cætera prædicamenta, friuolum esse Deo fauente ostendemus in principio Metaphysicæ.

Ratio igitur, qua probatur efficaciter ens non esse vniuocum, sed analogum, est, quia entitas, quam significat, siue præscindi possit à prædicamentis simpliciter, siue solum secun-

dum quid, siue nullo modo, ex propria natura est diuerso modo participabilis; primo quidem, ac præcipuè ab vno, nempè substantia, ab alijs vero nempè accidentibus per similitudinem, dependentiam, & attributionem ad illam: ex se dicimus, id est, non ratione modorum, ac differentiarum; nam entitas accidentis ex propria ratione dependet à substantia, & propterea nō est ens per se, sed in alio, quod in vniuocis, & generibus non reperimus, sed communis eorum conceptus, quem proximè important, æque participabilis ex se est à cunctis significatis, & solum ex parte differentiarum, in quibus non clauditur, diuersus, aut inæqualis in inferioribus fit.

Satisfit argumentis oppositæ sententiæ.

ARgumentum Scoti conuincit quidem conceptum entis communem esse substantiæ, & accidenti, & aliquo modo distinctum à particularibus conceptibus prædicamentorum, nō tamen probat esse vniuocum, cum communis, atque distinctus secundum rationem esse possit, & non vniuocus: sed hoc duobus modus explicatur à diuersis nostram sententiam tenentibus, à quibusdam quidem communis, ac distinctus ponitur non simpliciter, sed secundū quid, ita vt plures sint conceptus simpliciter diuersi, similitudine autem, proportione, & attributione conueniant, & cum cōuenientia efficiat vnitatem, aliqualem vnitatem habent omnes, quę cum non sit secundū entitatem, in qua simpliciter, & quasi primo diuersi per modos intrinsecos censentur, & solum ratione similitudinis, & proportionis in eadem entitate habere vnitatem plures vocātur simpliciter, & vnus secundū quid, sed non significantur distinctè nomine entis particulares isti conceptus, nisi ratione similitudinis: at secundū proprios modos per quos diuersi sunt, confusa quadam ratione: & ecce quo pacto licet conuincat argumentum Scoti, distinctum esse aliquo modo conceptum entis à particularibus prędicamentorum, qua ratione certus potest esse intellectus de aliquo, quod sit ens, dubius vero, an sit substantia, vel accidens, non conuincit esse vniuocū, quia conceptus communis entis, de quo certus est intellectus, potest diuersa ratione conuenire substantiæ, & accidenti, & huic per attributionē ad illam, & ita esse analogum, & non vniuocum.

Alio modo explicatur ab alijs, qui conceptū entis non vtcunq; communem, & abstractum à prædicamentis ponunt, sed vnū simpliciter, & abstractū simpliciter, nō tamen subinde vniuocum, sed analogum, quia ex propria natura diuerso modo participabilis est à substantia, & accidenti, per attributionē huius ad illam, in qua posita est ratio analogiæ: & hæc sententia satis probabilis est, & facilius argumentum Scoti diluit, nam si conceptus entis distinctus ratione est, præcisusque, atq; vnus simpliciter respectu prædicamentorum, benè potest intellectus esse certus de aliquo, ratione huius conceptus communis, ac præcisæ entitatis quod sit ens, dubius vero de conceptu particulari eius, an sit substantiæ, vel accidentis, quia conceptus substantiæ, & accidentis non includuntur in eo, actu, sed solū potentia, quemadmodum certus esse quispiam potest de aliquo, quod sit animal, & dubius, an sit equus, vel leo, quia conceptus animalis distinctus, & abstractus est à conceptibus equi, & leonis, nec eos actu, aut distinctè claudit, sed confuse solum, & in potentia: in hoc solo discrimen consistit inter conceptum animalis, & entis, quod ille secundum se ex æquo participabilis est ab equo, & leone, cæterisque speciebus, at conceptus entis ex se est diuerso modo participabilis à substantia, & accidente, & propterea vniuocus ille est, iste analogus, sed discrimen hoc nihil refert ad solutionem Scotici argumenti, quo solum probatur communem esse abstractum, atque distinctum à conceptibus inferiorum, non vero quod eodem modo, vel diuerso ab eis participetur, in quo consistit ratio analogiæ, vel vniuocationis.

Sit ne accidens vniuocum, vel analogum respectu nouem prædicamentorum accidentium.

POstremum argumentum difficilem hanc controuersiam tangit, an vniuocum, vel analogum sit accidens respectu nouem prædicamentorum, quam non est nostrum discutere, sed Metaphysici interest, quare ei relinquenda est. Sed vt paucis argumentum diluamus, diuersas versari de hac re sententias dicimus, nam quidā sentiunt esse vniuocum, & negant esse genus, quia transcendens est, & idcirco in vltimis quibuscunq; differentijs, ac modis clausum, vel alijs de causis: ita sentit Sotus cap. præsenti quæst. 2. ad primum.

At con-

At cæteri omnes, qui de ente negant esse vniuocum ad decem genera, pariter de accidenti ad nouem negandũ esse censent, & hæc est communis sententia scholæ, quam nos vt probabiliorem sequimur, sed supposito, quod non sit vniuocum, sed analogum, difficile explicatu est, in quonam analogia sit ponenda. Etenim cum accidens æque de cunctis dici videatur, & de nullo per attributionẽ ad aliud, non apparet quo nam modo locum in eo possit habere analogia: constat illud, quia ratio nominis accidẽtis significata est inhærere subiecto, actu quidem, vel aptitudine, eiusmodi autem inhærentia æque in cunctis reperitur, ergo vniuocè cunctis attribuenda erit; quod enim quidam sufficere arbitrantur ad analogiam accidentia omnia per attributionem dici talia, nõ inter se se, sed in ordine ad tertium nempè ad substantiam, friuolũ est, nam attributio, vt analogiam constituat, inter analogata ipsa, vt tali nomine significantur, reperiri debet, non secus atq; ratio eadem, vel diuersa prorsus, inter significata vniuoci, vel æquiuoci nominis ponenda est, vt sub ea vniuocè, aut æquiuocè dicantur, quod vero vno, aut alio modo dicantur in ordine ad tertium alio nomine significatum, refert nihil, ergo nec accidentia analoga inter se se faciet, vt significantur nomine accidentis, quo non significatur substantia, sed solũ in ordine ad ens, quo significantur simul cũ ea; par ergo ratio est de analogia. Adde, attributionem ad substantiam æqualiter cunctis accidentibus cõuenire, si inhærentia æqualiter cõuenit, ergo licet talis attributio sit eis communis, tanquã in omnium rationibus clausa, vniuoca sub ea erunt.

Alij verò prius de quantitate dici arbitrantur, de cæteris verò cum ordine, ac dependentia ab ea, tanquam à subiecto communi omnium, quo medio inhærent substantiæ: sed hunc
50. etiam modum insufficientiæ conuincunt accidẽtia spiritualia longè nobiliora corporeis, quę nullam attributionem ad quantitatem dicere possunt, cum ergo omnia designentur accidentis nomine, non erit respectu omnium hac ratione analogum.

Dicendum igitur est inter accidentia, quædam esse intrinseca, alia extrinseca, illa formaliter inhærent substantiæ, hæc non, sed similitudinem inhærentium habent, in ratione eorũ clausa; & propterea quandã attributionem respectu inhærentium habent: præterea alia sunt, quæ veram naturam, & entitatẽ habent, & prorsus appellantur completa; alia verò modi earum dumtaxat, à quibus proinde ex se dependent, & dependentia hæc intrinseca, quasi attributio est; qua respectu omnium sufficit analogiam constituere.

Et si forte dicatur constituere hanc analogiam in accidente secundum suum ambitum considerato, hoc est, vt tam completa, quam incompleta accidentia significat, tam intrinseca, quam extrinseca; cæterũ si pro solis completis, atque intrinsecis desumatur, non videtur posse ab vniuocatione excludi. Respondeo non posse vllo modo accidens sub tali abstractione sumi, tunc propter vniuersalissimã eius rationem ex propria natura transcendentem quamcunque rem inhærentem, siue completa sit, siue incompleta: tũ etiam, quod valde notandũ est, quia ratio accidentis de se solũ importat esse in alio, quod imperfectionis est, ac dependẽtiæ, ergo propter maiorẽ imperfectionem, ac dependentiam excludi nequeunt imperfecta, atq; incompleta accidẽtia à communi conceptu accidentis: nec ideò accidens pro solis completis, atque intrinsecis accipi.

Quod si adhuc ita abstrahi posse admittimus, respondetur secundo: non posse esse vniuocum cunctis generibus accidentium completorũ, ac formaliter inhærentium, quod ita probo, accidentia sunt completa per proprios modos intrinsecos, sed per eosdẽ modos sunt primo diuersa, ergo nequeunt vt tali modo completa aliquid habere cõmune vniuocum, quod si abstrahatur conceptus communis à ratione completa; sequitur talem conceptum solum importare rationem accidentis, vel adiacentis vt sic, quam constat conuenire quibuslibet accidentibus completis, aut incompletis, formaliter inhærentibus, aut extrinsece adiacentibus, sub qua vniuersalitate, non erit vniuocum, sed analogum, vt vidimus, nec etiam poterit esse genus verè accidentium completorum, atque inhærentium. Cætera, quæ ad conceptum analogum entis, & accidentis pertinent, aliorumque analogorũ, consultò prætereo, quia iuuenum captum valde superant, & experientia compertum est, nunquam ab eis percipi, sed confundi potius intellectũ eorum: ad principium igitur Metaphysicæ, vbi copiosius ex instituto ea discussa tradere pro mittimus, referenda censemus.

QVAESTIO QVINTA.

An prædicamenta sint decem, ita vt nec plura, nec pauciora?

Prima opinio plura quam decem prædicamenta inducens.

I. Opinio. Diuersi opinantes circa numerum prædicamentorum ad tres classes referuntur, prima est eorum, qui plura, quam de-
51. cem posuere, quos Simplicius retulit in commento prædicamentorum, ex quibus non defuisse, qui suprema genera entium vsq; ad infinita multiplicauerint testatur Plotinus, lib. 1. AEneade. 6. cap. 19. & 25. & quanquam horũ positio veritati sit planè opposita, cum innumero, pondere, & mensura vniuersa condiderit, ac disposuerit supremus artifex, quod de rerum generibus, atq; speciebus in primis certissimum est: plura tamen ponenda esse, quam decem his argumentis videtur conuinci.

I. Argum. Pro causa efficienti ponitur prædicamentum actionis, & pro materiali prædicamentũ passionis, si quidem pati, vel recipere genus causæ materialis denotat, ergo pro alijs duobus causatũ generibus formali, & finali, duo alia erunt multiplicanda.

II. Argum. Secundo, substantiæ separatæ à materia, nõ minus dicuntur esse, aut viuere in mensura durationis sibi propria, nempè in æuo, quam corporeæ in tempore: dicuntur etiã esse in loco, vel habere vbi, ergo erunt pro eis designanda alia duo prædicamenta, quando, & vbi.

Postremum argum. Postremo. Prædicamentũ habitus importat quippiam medium inter vestes, & vestitũ; vt docet Arist. 5. Metaph cap. 20. text. 25. non
52. secus, ac motus medium quoddam est inter agens, & passum; quemadmodum ergo motus vt actio efficit vnum prædicamentum, & motus vt passio aliud, pari ratione vestes, in quantum hominem quasi actiuè induunt, vnũ efficient prædicamentum induentis, & vestitum esse, passiuè aliud: eademque similitudine locus, vt continens, vnum erit prædicamentum locantis, vel continentis, aliud contenti, vel locati: sic etiam tempus, vt mensurans vnum, res mensurata aliud, ac demum ex situ duo alia secundũ eandem proportionem, loci videlicet, vt situantis, & rei situatæ.

Secunda opinio pauciora quam decem prædicamenta constituens.

Secundæ classis sunt, qui ex opposito pauciora quã decem efficiunt, ex quibus primus fuit Plato in duobus dialogis de ente & vno, qui alijs nominibus vocantur, Sophista, & Parmenides, in quibus vnum tantum prædicamentum ponendum esse statuit, videlicet vniuersalissimum entis, quod supremum omnium generum esse arbitratur. II. Opinio. Plato. 53.

Fauet huic sententiæ vnica ratio, si ens non est commune omnium genus, maximè propter transcendentiam, ratione cuius in vltimis differentijs imbibitur, aduersum intimã generis conditionem, quod extra rationẽ differentiarum esse oportet, sed hæc ratio non tollit, quin verum sit genus, ergo vnum tantum prædicamentum cunctorum entium constituendum erit: minorem ostendo, quia quibuslibet entibus completis, vel incompletis commune est, sed si pro solis completis accipiatur, sub hac determinata acceptione non claudetur in vltimis differentijs, sed neque in modis intrinsecis prædicamentorum, eritque proinde verum omnium genus. Ratio vnica.

Sed esto de ente sustineri possit, non esse genus cunctorum entium, negari tamen nõ poterit de accidenti, vnde si plura prædicamenta ponenda sint, non tamen plura, quam duo, vnũ substantiæ, aliud accidentis quod supremum sit vniuersorũ genus: hæc enim fuit positio Zenocratis, & Andronici, vt retulit Simplicius vbi supra; nam argumentum de ente constitutũ efficacius videtur probare de accidenti: habent enim omnia modum essendi in alio communem, quanquã peculiaris cuiusq; vnũ separet ab alio, erit igitur à cunctis abstrahibilis cõmunis conceptus inhærendi æqualiter omnibus conueniens, atque adeò vniocè quod si vniuocum est, erit ex consequenti genus omnium accidentium supremum. Instat ratio. 54.

Alij verò ex antiquioribus philosophis, quos retulit Plotinus lib. 1. AEneade. 6. cap. 29. posuerunt quatuor, nempe substantiam, qualitatem, relationem, atq; modũ rei. Et hic modus dicendi maximum videtur habere fundamentum in doctrina, quam postea tradidit Aristot. 1. lib. top. c. 7. vbi post prædicata dialectica recenset prædicamenta, ex his constituta; nõ est enim aliud prædicamentum, quam prædicatorum ordinatio, sed eius modi prædicata sunt Aliorum opinio. 55.

sunt quatuor, ergo quaternarius etiam erit prædicamentorum numerus. l si ex prædicatis quibuslibet velis prædicamenta confici, non decem, sed pene infinita erunt cum prædicata accidentalia positiua, & priuatiua innumera pene sint. Plotinus ipse, lib. 2. AEneade. 6. cap. 13 quinque, nempe motum, quietem, identitatem, diuersitatem, & ens posuit. Quidam demum, vt Scaliger exercitatione 65. & alij, nouem tantum prædicamenta nam, vel vbi ad quantitatem referunt. l. prædicamentum, quā do, ad quantitatem, & certè pro situ, & habitu
56 non videntur necessario addenda duo prædicamēta: etenim vestes, & arma ad prædicamētum substantiæ, & qualitatis pertinent propter talem duritiem, mollitiem, & figuram, quàm præter substantiam addunt, ergo habent rationem vnius entis per accidens, quòd maiori ratione efficient vestito, l. armato adiunctæ. Vbi verò importat esse in loco, situs tali modo se habere in loco, istæ autem rationes non sunt diuersæ, sed vnam efficiunt tali modo se habentem, qua propter non distinguunt prædicamenta, quemadmodum qualitas, & modus eius intensionis, l. extensionis ad idem referuntur prædicamentum. Istæ sunt celebriores opiniones de numero prædicamentorum l. maiori, l. minori decennario.

Tertia sententia Aristotelis profertur, & probatur.

TErtiæ nihilominus opinantium classi mediæ inter duas extremas principium dedit Architas Tarentinus sapientissimus Pythagoræ discipulus: cuius viam secutus Arist. decēnarium prædicamentorum numerum in scholam inuexit: pro cuius senten-
57 tia non oportet quenquam referre alium, cum omnes post D. August. lib 10. categoriarum c. præsertim 8. & D. Thom. 3. physi. lect. 9. & 5. metap. lect. 5. eundem numerum tueantur. Cuius sufficientiam diuerso modo accipiunt diuersi, placuit tamen vniuersis ea, quàm D. Thom. eiusdem locis attulit, sic procedens.

Prima substantia est omnium prædicamentorum fundamentum, idcirco secundum diuersos modos essendi, & prędicandi de illa numerum prædicamentorum oportet inuestigare: vno autem ex tribus modis se habet prædicatum respectu primæ substantiæ, nam vel pertinet ad quidditatem eius, vel extra illam est, sed desumptum ab aliquo, ei formaliter inhærente, vel certè ab extrinseco adiacente: ex primo modo accipitur prædicamentum substantiæ, ex 2. accipiuntur tria alia, ex postremo
sex. etenim prædicatum ab aliquo inhærente 58
desumptum, vel conuenit primæ substantiæ modo absoluto, vel cum respectu ad aliud, & si quidem absolutè conueniat, vel ratione materiæ, vel formę, illud est quantitas, hoc qualitas, dicitur autem ratione materiæ conuenire quantitas, & ratione formę qualitas, non quod soli materiæ illa inhæreat, aut ex sola materia profluat, hæc vero ex sola forma, sed quia toti substantiæ primæ conuenit, quia materialis est, vel corporea, qualitas ve-
rò quia formam habet, vel certè forma est à 59
materia separata, si vero non inhæreat primæ substantiæ prædicatum absolute, sed respectu alterius, constituit prędicamentum ad aliquid: prædicata verò, quæ ab aliquo extrinseco accipiuntur, vel ab eo, quod est mensura extrinseca permanens, cuiusmodi est locus, & efficitur prædicamentum vbi, cuius propria ratio est esse in loco, vel ab eo, quod est mēsura extrinseca successiua, quale est tempus, & est prædicamentum quādo, quod nō est aliud, quam tempori accommodari, ab eoq; mensurari, si autem prædicatum accipiatur ab eo quidē, quod non est mensura, sed propriè dicitur habere, vt vestem habere, aut arma, quod est vestitum, vel armatum esse, efficit prædicamentum habitus. Si vero accipiatur ab extrinseco, tanquā à principio, à quo effluit, est actio, & si tāquam ab eo, cui ab alio imprimitur, est passio, ex quibus efficitur denarius prædicamentorum numerus.

Quem & si euidens ratio non conuincat, valde tamen probabilis, nam ad eiusmodi decē capita referri possunt vniuersa entia realia creata: ergo decem sunt prædicamenta, ita vt, nec plura, nec pauciora, nec enim Deus, vt in prædicamento substantiæ definietur sub prædicamento clauditur, neq; ens rationis, quod est ab intellectu fabricatum, dignitatem prædicamentalem attingit: accedit communis totius scholæ consensus, à quo nullo modo recedere iam licet.

Soluuntur argumenta priorum sententiarum.

SVperest proposita argumenta in fauorem vtriusq; extremi præiacta dissoluere: nam in hoc tota huius controuersiæ difficultas posita est: primum eorum, quæ plura esse, quam

se, quam decem prędicamenta contendunt, ex diuersis causarum generibus procedit, cui respondet D.Thom.3.lib. physic.lect.5. post medium, ex quatuor causis materialem in primis, & formalem partes esse substantiæ essentiales, vnde non constituunt aliud prædicamētum distinctum ab ea, sed ad illud idē reuocantur: itaque propter rationem partium incōpletam non pertinēt per se, & directè ad prædicamentū: & iam quod pertineret non ad aliud quam ad primum propter substātialem. Quod si substantia completa modum habēs materialis causæ, in quantum actionē recipit ab agente impressam, speciale prędicamentum constituit, ideò est, quia id, quod est recipere realem actionem ab alio, modum realē essendi distinctū à cæteris prædicamētis importat, quod de causa finali non est verum, cū nō sit agens, vel recipiēs, sed mouēs obiectiuè causam efficientē ad agendū, cuius effectū finaliza: (vt sic liceat loqui ad propriam eius causalitatem cōmodius explicandā) vndè non agit quando est, vel quando obtenta est, sed dum apprehenditur possibilis apprehensione se habente tanquam conditione causandi, vnde nō importat rationem prędicamentalē, vt pro ea, quemadmodū pro causa agente speciale sit prædicamentum constituendum, à qua verè, & realiter dicimus effectum profluere.

61

62 Circa solutionē secundi argumenti illud puto obseruatione dignū, antiquos videlicet Philosophos, qui categoriarum numerū cōstituerunt, nullā separatarū substantiarū habuisse rationem, nam vel eas, Deos fecerunt, vel certè modum, quo à primo principio procederent, penitus ignorauerunt, vel (quod magis crediderim) cuiusdam ordinis superioris esse arbitrati sunt, longè à rebus corporeis diuersi, ac propterea non esse sub prædicamento includendas, sed ex solis substantijs materialibus, accidentibusque eas afficientibus prædicamētalem ordinem constituisse, nec leui ducor coniectura ad id afferendum, cum Aristot. de separatis substantijs protulerit, nec in tempore esse, nec sua natura posse existere in loco 1. libro de cœlo, & mundo textu 99. hisce verbis. *Extra cælum autem, quod nec est, neque contingit esse corpus, ostensum est, manifestum igitur est quod neq; locus, neq; vacuum, neque tempus est extrinsecus, quapropter neq; quæ illic sunt, nata sunt in loco esse, neque tempus ipsa facit senescere, neque vlla transmutatio vllius eorum est, quæ super extrema disposita sunt latione, sed inalterabilia, & impassibilia optimam habentia vitam, & per se sufficientissimam, perseuerant toto æuo.* Vnde fit, vt propria ratio prędicamenti vbi, sit esse in loco non quomodocunque, sed cum dependentia ab eo, ita vt res locata à loco ipso contineatur, & quando, est esse tempori subiectum, ac variationem eius, mutabilitatemque pati: ad hæc igitur pręd camenta non propriè pertinent substantiæ separatæ, cū non sint hoc modo in loco, neq; in tempore, sed suprà locum, & temp' sed neq; in propria mensura æui cū his imperfectionibus, ac dependentijs, nos vero eas in loco ponimus, quanquam modo quodā superiori, & vbi habere cēsemus, quare ad prædicamentū vbi eas reuocamus, & quia vniuoce cōueniunt in genere cū substantia corporea, dicimus sub ea propriè esse collocandas: & quia in naturali potentia, in habitibus, atq; actionibus immanentibus cū corporibus, horū etiam accidentium ratione in prædicamento qualitatis, actionis, & passionis eas collocamus.

Ad solutionem 2. arg. not.

63

64.

65

Postremum argumētum difficultate caret, nam etsi habere vestē, medium sit inter vestē, & vestitum hominem, non eodē modo ac motus inter agēs, & passū, sed lōgè diuerso, nā motus verè fluit ab agēte, vereq; in passo per realem inhæsionem recipitur, modus autem essendi realis egressionis ab vno, & realis receptionis in alio, circa quod fit operatio, diuersa constituunt prædicamenta: vestis autem vt induens hominem nihil tale habet, sed simplicem quandā denominationem extrinsecā confert, per se non valentem prædicamentū efficere: efficitur autem prædicamentum habitus ex modo, quo homo adaptatur vestibus, vel armis, simul cum extrinseca ab eis denominatione: ex vtroque igitur non duo, sed vnum prædicamentum coalescere potest, nēpe ex veste vt induente, & homine vt ei coaptato, vel vestito, & pari ratione de tempore, & quando, de loco, & vbi iudicandum est.

Ad vltim.

66

Circa solutionem argumentorum, quę pauciora esse prædicamenta contendunt, differendū esset de ente, & accidenti, an illud respectu omnium entiū, & hoc respectu omniū accidētium vniuocum sit, vel analogum, & si vniuocum sit accidens, an eo ipso sit genus, & ideò duo sint ponenda prædicamenta? cæterùm cū tractatum de analogia vniuersalem, & specialem de analogia entis, & accidentis, ad principium Metaphysicæ, tanquam ad propriam retulerimus sedem, nec verbum in præsentiarum de his à nobis proferendum est: sed ad

67

for-

formâ vtriusq; respondendum, vtrumque esse analogum, siue ab entibus, vel accidentibus cõpletis abstractum pro solis completis accipiatur, siue pro vniuersalissimis conceptibus cunctis communibus: vt ex analogorum definitione facile intelligi potest: analoga enim sunt, quorum nomen commune est, ratio verò nomini accommodata, partim eadem, partim diuersa, sic autem se habet ens respectu omnium prædicamentorum, si quidem, & diuersum essendi modum continent, & similem: sic etiam accidens respectu nouem, cum modum tantopere diuersum inhærendi in substantia habeant, nec tamen omnino dissimilẽ: itaq; diuersis modis vtrumq; à diuersis entibus, & accidentibus natũ est ex propria conditione participari: vndè omnium cõparatione nõ est vniuocum, sed analogũ, atq; adeo nec genus esse potest, sed quodlibet suum genus habet supremum primo diuersum ab alijs, & propterea denarium numerum constituunt.

Alia solutio valde probabilis. Huic solutioni adiungi potest alia probabilis, negans eiusmodi conceptus vniuersalissimos abstrahibiles esse ab incompletis entibus, vel accidentibus, quia ens ex propria conditione vniuersalem transcendentiam importat,
69. cum sit prima omnium ratio, à qua siue paruũ vel magnum, aut etiam minimum, totale, vel partiale absolui non potest, nec intelligi, quin ab eo participetur, vnde ab aliqua etiam parte, vel differentia, aut modo, velle illud abstrahere, non est aliud, quàm à propria natura, vel significatione vocis illud extrahere, tantundem que de accidenti censendum est respectu nouẽ prædicamentorum, & hoc est etiam maximũ fundamentum analogiæ: est autem longè diuersa ratio de substantia, vel accidenti particulari, nam cùm sint determinatæ naturæ sub v-
70 niuersalissimis iam conceptibus prædictis habentes determinatum modũ essendi, determinatam etiam considerationẽ habere possunt, magis vel minus ab inferioribus abstrahentẽ, & sic pro completis dumtaxat rebus sui ordinis accipi, vel vniuersaliter pro cunctis, & sub consideratione prima vniuocam, atq; adeò genericam habebunt rationẽ, sub secunda analogam.

Ad aliud argum. Argumentum pro ea sententia præiactum, quæ quatuor tantum prædicamenta ponit, soluimus dicentes numerum prædicamentorum non coarctari ad numerum prædicatorum dialecticorũ, nam nec definitio, quæ vnũ est eorum, in prædicamẽto collocatur, nec accidens sub vniuersalissimo conceptu prædicamentum constituere valet, cum sit analo- 71.
gum: maiorem igitur extensionem habet ens ad omnes videlicet modos essendi per se, & in alio, qui cum sint nouem præter substantiam, denarium numerum efficiunt, prædicata autem dialectica ex modo se habendi ad peculiare subiectum, videlicet ad speciem, accipiuntur, & ideo minor est eorum numerus: nec tamen idcirco existimandum est prædicamentum ex quibuslibet prædicatis confici, vt vltima pars argumenti contendebat, sed ex cunctis, & solis his, in quibus sequentes conditiones reperiuntur, nempe vt sint entia realia, finita, completa, vniuoca, & incomplexa, cætera vero, quæ ab his conditionibus deficiunt, ad prædicamenta ex eisdem constituta, per quandam reductionem pertinent, & idcirco prædicamenta non multiplicant, & si pene infinita sint.

Conditiones requisitę ad rationem prędicamentalẽ.

Ad vlt. Opinio Fonsecę. Propter vltimum tenuerunt quidam habitum, vel habere inter prædicamenta connumerari iuxta popularem sensum, vel loquendi modum, at secundum rigorem philosophicum non esse verum prædicamentum.

Ratio. Quorum ea est ratio quia vestes, vel arma, quæ illud efficiunt, sunt entia per accidens, vt pote ex rebus diuersorum prædicamentorum fabricata ex substantia nimirum ac certe duritie, vel mollitie, certa, item, ac determinata figura: cui addunt hæc ab arte esse inuenta non solum ad ornandas partes substãtiæ, sed etiã figuras earum. Situm etiam populari sẽsu distinctum esse à cæteris prædicamentis docent, si tamen res, aiunt, ad Philosophorum normam reuocetur, non est re vera distinctum à prædicamento vbi, quia situm esse non est aliud, quã hoc, vel illo modo esse in loco, atque adeò esse hoc vel illo modo in prædicamento vbi, esse autem hoc, vel illo modo in prædicamento non est distinctum prædicamentum efficere: 73
duo igitur auferunt prædicamenta à numero denario communi, habitum videlicet, & situm, si propria rerũ conditio sit spectanda, illũ de medio tollentes, hunc vero cum prædicamento vbi confundentes.

Nos verò omnino discedẽdum esse ab hoc modo dicendi putamus, tanquàm à singulari, ac doctrinæ Aristotelis, & communi scholæ sententiæ opposito, quæ denarium prædicamentorũ numerũ iam diu constitutum complexa est: & merito quidem, cùm non minus duo hęc, quam cętera modum essendi, ac prędicandi

candi de substantia primo diuersum importet & quidem de habitu ostēdemus suo loco propriam rationem eius esse dicentes, modum humani corporis in quantum vestibus, & armis, ex propria conditione se se accommodat, quę non habent alia corpora ab ipsamet natura, propriis, ac quasi intrinsecis vestibus, vel armis induta, ad artem quidem pertinet, quod talibus armis, aut vestibus induatur, ad naturam verò, quòd vestibus, vel armis accommodatum sit: ergo modus iste naturalis se habendi inuariabilis est, determinatumque proinde prædicamentum constituit, cum sit realis & accidentalis, quanquàm vestes, vel arma varientur per artem, negandum est igitur vestes, aut arma constituere prædicamentum habitus sed ad illud ea solùm ratione reducenda esse, quia extrinsecè denominant hominem vestitum, vel armatum, ratio verò formalis huius prædicamenti est coaptatio, vel accommodatio hominis ad illa, claudens quidem ex consequenti talem denominationem extrinsecam: vnde extrinsecum vocatur prædicamentum hoc, quemadmodum alia quinque, non quod sit pura denominatio extrinseca, quam ostendemus non constituere per se prædicamentū, sed quia modus essendi intrinsecus ab his rebus extrinsecis desumitur, earumque denominationem claudit. Ex quibus intelligitur nihil referre ad huius prædicamenti constitutionē, quod vestes, & arma sint entia per accidens, l. secus, ad alia vè prædicamēta spectare possint, si quidem modus essendi illud constituens valde ab eis diuersus est. De situ etiam statuimus diuersum modum formalem essendi importare à prædicamento vbi, nempè determinatam dispositionem partium in loco, quam ex natura, l. generatione postulant secundum determinatam correspondentiam, ita vt quemadmodum quædam pars corporis sursum est, vel deorsum aliorum comparatione dextra, vel sinistra, ita ei pars loci correspondeat, & modus iste neq; clauditur in prædicamento vbi, neq; accidens eius est: cuius illud est euidenti argumento, sæpe variari vbi, corpore in eodem situ permanente, vt si iacens, vel sedens deferatur, mutat vbi in eodem situ. Decipi autem, qui hæc duo prædicamenta confundūt, in hoc existimo, quod cum situs quasi pro materiali, ac fundamento præsupponat vbi, putant formaliter illud claudere.

Quid de habitu.

74.

Illius formalis ratio

75.

De situ.

76.

Ad argum. formam.

Vndè ad formam argumenti dicimus situ importare talem modum se habendi in loco, non ita vt esse in loco ad rationem formalem eius spectet, sed vt sit quasi materialiter præsuppositum: formalis autem ratio situs sit dispositio partium in loco, quam vel ex natura, 77
vel generatione exigunt, vel ex libera voluntate comparant, valde à ratione formali, vbi, diuersa: & hæc de ante prędicamentis dicta sufficiant.

CAPVT QVINTVM.

PRAEDICAMENTVM substantiæ continens.

TEXTVS ARIST.

Svbstantia autem est, quæ proprie, & principaliter, & maximè dicitur, quę neque in subiecto aliquo est, neq; de subiecto aliquo dicitur.

TEXTVS EXPLANATIO.

P*OST communia, à nobisq; explicata theoremata, categorias ipsas tradit Arist. incipiens à substantia, de qua præfiat quatuor capi. præsenti. 1. tacita quadam ipsius substantiæ diuisione præmissa in primā & secūdam, vtrumque membrum propria explicatione declarat, secundum vtriusq; membri rationem designans ostendit, qua de causa substantia prima, atque etiam secunda appellantur tales. Tertium, eadem inter se conferens docet primam substantiā præstare secundæ, quanquam inter primas, & secūdas inter se collatas, eiusmodi gradualis differentia non inueniatur. Postremo proprietates enumerat substantiæ. Explicatio primæ substantiæ his verbis continetur.* Substantia, quæ proprie, & principaliter, & maxime dicitur, est quæ neque de subiecto aliquo dicitur, neque in subiecto aliquo est: *Ex quibus priora illa encomia potius definiti eius dignitatem ostendentia censentur, quam partes definitionis, sunt autem tria, nempe proprie, principaliter & maxime iuxta tres excellentias primæ substantiæ.*

tia. Accipitur substantia communi quadam
ratione pro eo, quod ad cuiusque rei essenti-
am pertinet, siue substantia sit, vel accidens,
quemadmodum dicimus animal spectare ad
essentiam hominis: in qua significatione vo-
cabulo substantia vsus est Aristot. cap. præ-
2. cedenti, dum vniuoca definiens ait esse: quo-
rum nomen est commune, substantię vero
ratio eadem: est autem apertum non solū in
prædicamento substantiæ, sed in nouem acci-
dentium vniuoca esse prædicata Secundo, ca
pitur substātia pro re stante per se, cæteraq;
sustinente, & eiusmodi est propria acceptio
substātiæ primū prædicamentū constituentis,
atq; etiam propria significatio verbi prioris
(nempè, propriè) itaq; prima substantia pro-
prie substantia appellatur, vt à cōmuni acce
ptione separetur accidentia cōprehendente.
Ea est rursus primæ substātiæ dignitas, vt ex
propria conditione accidentibus supponatur,
eaq; sustētet absq; alterius adminiculo, cum
tamen si secundæ substant, nō id propria vir-
tute habeant, sed eiusdē primæ substantiæ, cu
ius ea est ratio, quia illud per se sustētat alia,
quod per se, hoc est à nemine sustentatur, sed
sola prima substantia sustentatur à nemine,
3. cum tamen substantias secundas sustentet, ip
sa ergo sola est, quæ propria virtute accidēti-
bus substat: minor ostenditur, quia sola pri-
ma substantia per se subsistit, secūdæ vero in
ea sustentantur, cum notum ex superioribus
sit, vniuersalia nō esse à singularibus separa-
ta, sed in ipsis subsistētia: id ergo sibi vult par
ticula principaliter, vel in primis, quod sui ra
tione, aut virtute, vt primam substantiam à
secundis separet, ex quibus postrema eius ex
cellentia infertur, nempe in ratione substādi
supremū tenere locum eo, quod vniuersis sub
stare intelligatur, nempe accidentibus, alijsq;
substantiis, idq; explicari intelligimus, dū ma
ximè substantia vocatur. hucusq; igitur ex-
I. Proprietas substantiæ. ponitur res definita: Sequitur modo definitio
conditionem illius exprimens postremis dua-
bus particulis, quę neq; de subiecto aliquo
dicitur, nèq; in subiecto aliquo est. quarū
4. propriā intelligem9 significationē ex his, quæ
nos docuit Ari. ca. 2. nuper à nobis explicato,
vbi in quatuor mēbra diuidens ea, quæ sunt,
postremum esse inquiens eorum, quæ neq; in
subiecto sūt neq; de subiecto dicūtur sub quo
singulares substantias cōprehensas esse volu-
it: declarans autem ibidem quid significet in
subiecto esse, ait, non aliud, quā in aliquo esse
non vt partem, atq; ea cōditione vt seorsim
ab eo esse non possit, quibus verbis propriā ac-
cidentis inhærentiam indicat, & si ita est, pa
tebit certè, quid sibi velit postremū huius de-
finitionis verbum nēpe in subiecto nō esse, 5.
id namq; importat, quod est in nullo inhærere
subiecto. C 1. rursus. 3. regulam primam ante
prædicamētalem trades, quid sit de subiecto
dici ostendit nempe de quidditatiue inferio-
ri prædicari. Id igitur erit non dici de subie-
cto, ac de nullo se inferiori quidditatiue enū-
ciari & hoc est certè, quod prima particula
designat asserens, primā substantiā de nullo
inferiori esse prædicabilem, quod explicatius
tradens Ari. c. præsenti, ait, à prima substātia
nullā esse prædicationem, hoc est, nihil esse, de
quo ipsa amplius enuncietur, cum tamen cæ-
tera enūcientur de illa. ex quibus talem sen-
sum totius definitionis haurire possumus, sub-
stantia per se subsistēs, cunctaq; propria, vir-
tute sustentans est, quæ neq; de aliquo quiddi
tatiue inferiori prædicabilis est, neq; in ali- 6.
quo subiecto inhæret. Secundas substātias in
hūc modum describit, sunt species, & genera
in quibus primæ insunt: sunt quidem secundæ
substantiæ in primis, primæ etiam in secūdis,
modo tamē diuerso, tanquā formæ vniuersa
les, illæ, prædicataq; essentialia, & idcirco se-
cundū actum, primæ vero eo modo, quo subie
ctum continetur sub prædicato, ideo non secū
dum actum, sed secundum potentiam, nec tā-
quam partes eius actuales, sed potestatiuæ:
homo, & animal sunt in Petro, & Ioanne (vt
exemplum primi designemus) tanquā prædi-
cata vniuersalia, ac superiora ad eorū essen-
tiā pertinentia. ita vt homo cōpletam essen- 7
tiam, animal vero partē importet, quapro-
pter secundum actualē continentiā in eis esse
dicuntur: è diuerso autē Petrus, & Ioannes
sunt in animali, & homine, nō tanquā prædi-
cata, sed subiecta, & cū subiectum in proposi
tionibus directis quibuscunq; extra essentiā
prædicati sit, non continentur in secundis sub

stantijs secundum modum actualem, sed potentialem, in quantũ determinabiles sunt illæ ad primarũ substantiarum cõstitutionem, quando ergo in definitione dicitur secundas substantias esse, in quibus primæ insunt, de potestatiua continentia, non actuali accipiendũ est. Ita vt sit sensus, secundæ substantiæ sunt genera, & species, sub quarum potestate singulares substantiæ continentur, vt designatis exẽplis fit manifestũ. Traditis definitionibus primæ & secũdæ substãtiæ, de vtraq; ostendere nititur tale esse, ac prius de prima substantia, verba autem, quibus id cõuincit obscura sũt, hoc vero modo exponẽda, vt percipiatur quo modo cũ præcedentibus cohæreãt, ex c. 2. constat ea, quæ sunt (excepta prima substãtia quæ neq; est in subiecto, neq; de subiecto enunciatur) quadã esse, quæ nomine, & ratione de illa prædicantur, vt prædicata sibi essentialia alia quæ solo nomine, ratione vero minimè, eiusmodi sunt accidentia in cõcreto, vt albũ horũ enim ratio cum sit accidentalis, alia est ab essentia primarum substantiarum: alia demum, quæ neq; nomine neq; ratione, vt accidentia eadem in abstracto significata. Ex quibus inferre licet secundas substantias in primis subsistere, tanquã vniuersalia prædicata in subiectis, accidẽtia vero in eisdẽ inhærere, ac sustentari, atq; ex consequenti dependere tanquã à sustentantibus, primã vero substantiam nullo, hoc est autem eam esse principaliter, & maximè substantiam, vt assertum est in principio. Ostendit præterea de generibus, ac speciebus in quibus primæ substantiæ sunt, merito secundas substantias appellari. Sed probationem hanc cõparationibus primarũ, ac secundarũ substantiarũ ad tertiã capitis partẽ spectantibus inseruit: cuius tamen propria sedes hæc est, & sensus talis. Secundæ substantiæ sunt illæ, quæ de primis enunciantur tanquam prædicata quidditatiua, sed genera, & species, sub quibus primæ substantiæ ponitur, quidditatem eius enunciant, nam qui vult huius substantiæ singularis quidditatem designare, dicet Petrũ hominem esse, vel animal rationale. Hæc ergo vniuersalia prædicata appellãtur merito secundæ substantiæ quasi dignitatem substantiæ post primã substantiam attingant, ex definitione autẽ vtriusq; substantiæ constat tacita quadam ratione Ari. diuisisse substãtiã in primã, & secũdam

8. (margin, beside "substantias esse, in quibus primæ insunt")

Nota. (margin, beside "gulares substantiæ continentur")

Corollariũ ex dictis. (margin, beside "mum, quæ neq; nomine")

9. (margin, beside "probationem hanc cõparationibus")

Et ex tota hac doctrina habetur, vt ad cõparationem vtriusq; substantiæ, & ad secundam partem capitis veniamus facta collatione inter vtramq;, magis esse substantiam primam, quam secundam, postquam ex sui ratione, & vniuersis substat, hoc est secundis substantijs, & accidẽtibus, secundæ verò substantiæ, non omnibus substãt, neq; propria sed eiusdem primæ virtute. 10. Illatio ex adnotatis.

Cõparatio verò inter secundas substãtias de qua expressius in hac parte loquitur Arist. duobus modis fieri potest, nam vel genus cum specie confertur, vel species vna cum altera; & quidem in prima comparatione præstantior est species genere, quod duplici ratione confirmat Arist. Prior est, illud est perfectius in quocumq; ordine rerum, quod propius accedit ad absolutissimũ eiusdẽ ordinis, sed species propinquior est primæ substantiæ, quæ in hoc genere supremum locum perfectionis tenet, à qua magis est remotũ genus, perfectius igitur species dignitatem primæ substantiæ participabit, eritq; magis substantia, quam genus, minorem hoc modo ostendit, si quispiam velit quidditatem primæ substantiæ indicare, distinctius magisq; ex proprijs illi' id præstabit specie designata, quàm genere. Tũc vltra, quæ magis sunt propria, sũt magis propinqua, quã magis cõmunia, ergo homo propinquius ad primæ substantiæ dignitatem accedit, quã animal, & vniuersaliter species, quàm genus. 11.

Ratio posterior talis est. Ideo prima substãtia absolutissima est, quia vniuersis substat ergo inter secundas illa erit potior, quæ pluribus substat, sed species pluribus substat, quã genus, ergo. Minor ostenditur, quia ita se habet species atoma ad cæteras substantias secundas, quemadmodũ prima ad omnes, substat enim cunctis hæc, & species cunctis alijs à se, & vt hoc verbo totius probationis vis exprimatur, species cunctis, quibus genus, substat, atq; etiam ipsimet generi, cùm tamẽ genus non substet speciei, si quidem ad conuertentiam non dicuntur, exemplum in homine,

mine, animali, & quodam singulari homine apposuit Arist. in quibus manifesta sunt omnia, nam Petrus homini, animali, cæterisq; generibus, ac speciebus substat, nec non cunctis
12. accidentibus, homo vero sibi soli non substat, bene tamen cæteris, ac demum animal cæteris præter se, & hominem, pluribus ergo homo, & species quæcumq;, quã genus propriũ. In secunda verò comparatione vnius speciei cum alia similis excessus non reperitur, sed æqualẽ rationẽ substantiæ participant eiusdẽ generis omnes species, idemq; iudiciũ faciendum esse docet Ari. de primis substantijs inter se se comparatis, non est enim vna magis substãtia quam alia, vtrumq; autem sola inductione confirmat, quia non minus substantia est equus, quam leo, vel homo, cum æquè propinquum prædicatum sit equus respectu singularis equi, ac respectu Petri homo: cæterum ex doctrina superiori ab eodem Ari. tradita talem rationẽ id cõuincentem formare
13. possumus, illa est absolutissima substãtia, quæ maxime, hoc est vniuersis substat, inter cæteras vero maiorẽ dignitatẽ pertingit, quæ pluribus substat, æqualis igitur perfectionis substantialis erunt illæ, quæ eisdem substant, at inter species eiusdem generis non pluribus vna, quam altera substat: ergo in ratione substantiæ non se excedunt: substant enim homo & leo eisdem superioribus prædicatis, & tamen neuter substat alteri: & similis est ratio de primis substantijs, nam cum qualibet substet vniuersis, supremum locũ omnes tenẽt.
14. Quod vero de speciebus, singularibusq; substantiis affirmat Arist. de generibus in eodem gradu consistentibus (mea quidem sententia) accipiendum est, cũ eisdem superioribus prædicatis substẽt, atq; etiã neutrum alteri.

Prima proprietas substantiæ.

Explicata ratione substãtiæ enumerat Ari. sex illius proprietates in extrema parte capitis, quarũ primã esse ait, vt in subiecto non sit: primæ autem substantiæ id conuenire ex eius definitione probat, quæ nec de subiecto dicitur, neq; in subiecto aliquo est: de secundis vero nõ est adeò manifestum, nã cum in primis, de quibus enũciantur, subsistant, apparet in eis tanquã in subiectis esse, quapropter pluribus id ostẽdere nititur, duobus in primis exemplis hominis, & animalis, quæ & si de Petro dicantur in eo tamen non sunt tanquã in subiecto, duabus deinde rationibus ex cap. anteprædicamẽtorum secundo depromptis, vbi diuidens ea, quæ sunt, in quatuor membra primũ statuit esse eorum, quæ de subiecto quidem dicũtur in nullo tamen subiecto esse constat: etenim cũ dici de subiecto idẽ sit quod de quidditatiue inferiori, apertum est in eo non esse tanquam in subiecto, de quo aliquid tanquã de subiecto enunciatur, siue in substãtiis, vel accidentibus accipiatur, neq; enim homo in Petro tanquam in subiecto esse potest, neq; color in albedine, vel albedo in aliquo singulari, postquam de his tanquam de subiectis enunciantur, sed secundæ substantiæ prædicantur de primis tanquam de quidditatiue inferioribus, atque adeo tãquam de subiectis, vt
homo, & animal de Petro, ac Ioanne, ergo in 15
eisdem tanquam in subiectis esse repugnat. Præterea in secundo eiusdem diuisionis membro constitutum est, quæ in aliquo sunt tanquã in subiecto, nomine quidem de eo enunciari posse, nequaquam vero ratione. cũ alia sit eorum ratio à quidditate subiecti valde diuersa, vt in albo, & homine intuemur, nã formam albedinis illud importat ab hominis natura alienam, sed secundæ substantiæ prædicantur de primis non solo nomine, sed etiam ratione, cum vniuoce de eis enunciẽtur, vt de Petro, & Ioanne animal, & homo: pugnat igitur cum earum conditione in eisdem
esse quasi in subiectis: subdit autem Aristot. 16.
hanc proprietatem non solũ primis, & secundis substantijs conuenire, sed etiam differentijs earum, vt eisdem fermè rationibus ostẽdi facile potest, nam differentiæ de primis substantijs tanquam de subiectis prædicantur, nec solo proinde nomine, sed etiam ratione, etenim de quibuscunq; enunciatur homo, ex consequenti rationale, & cum eadẽ sit vtriusq; ratio, de eisdem enunciabitur differentia nomine, & ratione, de quibus species si igitur speciei repugnat in indiuiduo esse tanquam in subiecto, non minus differentiæ repugnare necesse erit. Nec solum differentijs
consentaneam esse, sed partibus substan- 17.
tiæ integrantibus docet, vt capiti, & bra-

chio, & quæ & si plures conturbauerint putãtes in toto esse tanquã in subiecto, re tamẽ melius perspecta, inueniuntur in subiecto non esse, vt ex cap. eodem ante prædicamẽtorum secundo non obscure elicitur, vbi definitum est, quid sit in subiecto esse, nempe in aliquo esse non vt partem, sed vt cõpletam naturã, sic tamen à subiecto pendentem, vt separata ab eo nequaquã possit subsistere, excludũtur ergo substantiarum partes à proprio modo essendi in subiecto. Eiusmodi itaq; primæ substantiæ proprietas non modo cõpletis substantiis, sed incompletis, & partialibus adaptatur & huius rei gratia non dixit Arist. propriũ esse substantiæ, sed omni substãtiæ in communi, in subiecto non esse, vt omnes comprehenderet.

II. Proprietas. *Secunda proprietas substantiæ est vniuoce prædicari, his verbis ab Ari. explicata:* Inest autẽ substantijs, differentijsq́; oẽs vniuocè vt prædicentur: *Caiet. innumera penè verba, ac notabilia congerit ad hanc proprietatem explicandã in singulis ipsius text⁹ particulis mysteriũ inueniens, quibus obscurissimam eam reddidit, cum tamen non sit adeò difficile sensũ Ari. haurire, cui nonnihil*
18. *difficultatis verba ab eo minus ordinate posita attulerunt, continet namq; syllogismum quendam, cuius maior propositio simul cum conclusione in fine textus collocantur, minor vero probata, & exposita in medio ac principio: inuerso igitur tantisper ordine literæ, formare illum hoc pacto oportebit, vt melius sensum teneamus. Vniuoca sunt, quorum nomen commune est, ratio vero substantiæ nomini accõmodata eadem, sed vniuersa prædicata tam à secundis substantijs, quam à differentijs desumpta, enunciantur de prima substantia secundum nomen, & rationem, ergo vniuoce minorem hoc modo explicat, & probat, nam maior definitio est vniuocorum su-*
19. *perius assignata, prædicata quæcunq; ait, à secundis substantijs, & differentiis desumpta prædicantur de speciebus, vel de indiuiduis, nam vltra primam substantiam prædicationes non procedunt, si quidem inferiora sub se nulla habet, de quibus enunciari possit, sed primum subiectum, & fundamentum totius prædicationis ipsa est, ita vt merito dicere possimus à prima substantia nullam penitus esse prædicationem, sed ita est quod genus, & differentia prædicantur nomine, & ratione de specie, hæc autem simili modo de indiuiduo, ac de primo ad vltimum de eodem genus, ac differentia (loquitur enim Arist. de solis subalternis) ergo eiusmodi omnia prædicata vniuoca sunt comparatione primæ substantiæ, vt sequens exemplum ostendit, homo, animal, & sensibile sunt genus, species, ac differentia, quæ de Petro enunciantur, proximè quidem homo, animal, & sensibile, eo mediante, virtute illius regulæ antepredicamẽtalis, cum quidpiam de quopiam prædicatur vt de subiecto, quæcunque de prædicato dicũtur de subiecto etiam enunciantur, si ergo animal. & sensibile enunciantur de homine, vt de subiecto, cum sit quidditatiue, aut essentialiter inferior vtriusque comparatione enunciabuntur quidem de Petro, de quo homo ipse tanquam de subiecto prædicatur, & quidem non solo nomine, sed etiã ratione, cũ pro prius conceptus animalis, & sensibilis intra essentiam vtriusq; sit.* 20.

Proprietas tertia substãtiæ est, hoc aliquid significare, q̃ euidẽs esse ait, in primis substãtijs, apparens vero in secundis ꝑpter appellationis figurã, cæterũ re vera non hoc aliquid, sed quale quid significare, nõ veluti accidentalia concreta, quorũ exemplũ est albũ, qualitatem dumtaxat importãs, sed quale circa substantiã, idcirco integram eius significationem appellamus, quale quid, in genere tamẽ amplior est, quam in specie significatio. III. proprietas.

Vt hæc proprietas intelligatur, quid sibi velit vox hoc aliquid, *explicare in primis oportebit, ac deinde intentum Aristot. in hac proprietate designanda.* Aliquid *substantiã denotat,* hoc *vero singularitatem, vnde* hoc aliquid *substantiam singularem per se subsistentẽ, à quocunq; alio separatam, atq; adeo vnã numero, vnde elicitur idẽ esse substantiã* hoc aliquid *significare, q̃ singularẽ, & per se subsistentem substantiam Arist. autem pluribus sua doctrina locis, 7. præsertim meta. ca. 8. text. 38. statuere aduersus Platonem intendit præter singulares substantias, quas primas hoc loco appellat, nullam esse* Nota. 21.

vni-

vniuersalem substantiam per se subsistentem, ab eiúq; separatam, hac ratione confirmans. Quidquid factum est, determinatum est, & singulare. quod hoc aliquid vocatur, sed vniuersalis substantia extra causas producta est, ergo si à singularibus separata producitur, ac per se subsistens singularis erit, & vna numero, atq; hoc aliquid appellabitur, sed pugnat cum ratione vniuersalis esse
22. hoc aliquid, & vnum numero, ergo etiam pugnabit esse per se subsistens, & à singularibus separatum. Idem ferè est intentum huius proprietatis, nempe solam primam substantiam esse, hoc aliquid, hoc est singularem, & per se subsistentē substantiam, nequaquā vero secundas, quæ licet videantur hoc aliquid significare propter figuram appellationis, quia dū hominem, vel animal dicimus, videmur suppositum significare, atq; adeo aliquid singulare per se subsistens, vere tamen vniuersale quid, atq; indeterminatum important, neq; per se, sed in primis substantijs subsistens, quod esse hoc aliquid repugnat, quapropter soli primæ substantiæ proprium est hoc aliquid significare, secundæ vero potius, quale, important, non purū de prædicamēto qualitatis, vt album, sed circa substantiā, quod idcirco quale quid appellatur.

IIII. Proprietas. Quartum inter substantiæ proprietates locum tenet, nullum habere contrarium, quod substantiæ conuenire exemplis dumtaxat docet Aristot. quid enim, ait, cuidam homini, Petro v. g. vel Ioanni contrarium esse potest? quid homini, vel animali? profecto nihil, eiusmodi autem facili admodum probatione cōtentus fuit Arist. quia contrarietatis natura, ex qua efficacius pos-
23. set ostendi, non ad dialecticum, sed ad philosophum pertinet: subiungit tamen hanc proprietatem non conuenire substantiæ quarto modo, quemadmodum præcedentes, sed sibi esse cum pluribus alijs cōmunem, nam quantitas contrario etiam caret, nihil enim bicubito, vel tricubito lineæ, superficiei, vel corpori contrarium esse potest, sed neq; magnū paruo opponitur, neq; multū pauco, licet opposita primo aspectu appareant, vt in prædicamento quantitatis explorabitur.

Consentaneum esse etiam dignitati substantiæ vt gradus non suscipiat, docet Arist. V. Proprietas. quod communibus scholæ verbis dicitur, non suscipere magis, & minus, idq; tam primis, quam secundis substantijs quadrat, nec enim 24. Petrus magis, quam Ioannes, neq; homo magis, quam leo substantia est, quemadmodum album, vel calidum maiorem, vel minorem qualitatis perfectionē gradualem in diuersis indiuiduis habere conspicimus, iuxta maiorem, vel minorem intensionem, quam suscipiunt. Proprietatem hanc sola inductione probatam ab Arist. euidenti ratione colligere nos possumus ex præcedenti, nam suscipere magis, & minus, ex maiori, vel minori admixtione contrarietatis profectum est, vt in philosophicis erit manifestum: etenim calor eo maiorem, vel minorem intensionem sortitur, quo minorem secum admixtionem oppositæ frigiditatis habet, sed substantia contrarietate caret, ergo magis, & minus non admittit. Vltima proprietas substantiæ poni- Vltima proprietas. tur ab Aristot. vt vna numero perseuerans susceptiua contrariorum sit, quā alijs à substantia repugnare docet, colorē namq; eundem album fieri, & nigrum, negotiumq; idē bonum fieri, & malum etiam successiua mutatione impossibile est, sed esse desinunt hæc, & similia, dum in contraria mutantur: at substantia eadē numero permanens vtrumque contrariorum in se suscipit diuersis mu- 25. tationibus, diuersis item temporibus, vt in homine contingere videmus, qui idem numero permanens calore modo, frigiditate deinde afficitur, vitiosus præterea, vel studiosus fit. Vnum autem est accidens ait Aristot. de quo posset quispiam suspicari, quod idem perseuerans contrariorum sit susceptiuum, nempe oratio, vel opinio, videmus namq; orationem eandem enunciatiuam (de hac enim Aristot. loquitur, quæ sola veritatis aut falsitatis capax est) modo esse veram, postea 26. vero falsam, vt Petrum sedere verum est si sedeat, quo tamen surgente falsa redditur propositio, tantundemq; de opinione, quæ circa idem obiectum versari potest, dicendum est. Sunt autem verum, & falsum contraria, ei igitur contraria suscipere, nō soli substantia

ſtantiæ conuenit. Duplicem adhibet Ariſt. ſolutionem huic obiectioni non multum diuerſam, quanquã valde diuerſæ appareant. Prior eſt duobus modis cõtingere poſſe quidpiam contraria ſuſcipere, primo quidem per ſui mutationem, ita vt ſub vtroq; idem eſſe diuerſis temporibus contingat, alteratum tamen ac mutatũ per inhærentem vtriuſq; receptionẽ, & in hoc ſenſu conuenit ſubſtantiæ: ſecundo modo penitus ab extrinſeco per ſolam mutationem alterius, non propriam, & ſic contingit orationem veram fieri, & falſam ex ſola rei ſignificatæ mutatione. Vera eſt enim propoſitio, Petrus ſedet eo ſedente, ſi vero ſtet, falſa; variatio autem contingit ex diuerſa diſpoſitione rei, nam ab eo, quod
27. *res eſt, vel non eſt, ait Ariſt. oratio, vel opinio vera, vel falſa dicitur, vera ſi eſt, vt per eam enunciatur, falſa, ſi ita non ſit, ergo dũ dicitur proprium eſſe ſubſtantiæ contrariorum eſſe ſuſceptiuam, per realẽ inhæſionem, ſuiq; mutationem intelligendum eſt, quo pacto ei ſoli conuenire poteſt.*

Secunda ſolutio negat vllo modo enunciationem ſuſcipere contraria, nam contraria ſuſcipere id importat, quod eſt ab vno in aliud oppoſitum moueri ſubiectum, vnumq; amittere, aliud de nouo acquirere, at oratio cum falſa ſit ex vera, nõ mouetur à vero in falſum, ſed propter ſolam extrinſeci mutationem talis ſit: nihil præterea de nouo recipit, nihil amittit, ex eo igitur, quod modo ſit falſa, cum vera eſſet antea, non dicitur contraria ſuſcipere.

QVAESTIO PRIMA.

An aliquod ſit supremũ genus prædicamenti ſubſtantiæ, & quodnam illud ſit.

Rationes dubitandi proponuntur.

Rationes dubij. SVpremum genus, quod generaliſſimũ vocant, caput eſt totius prædicamenti, ideò an aliquod ſit huius prędicamenti, & quid
1. nam ſit illud, principio inueſtigare oportet, vt prædicamentum ipſum ſtatuamus; nullum autem eſſe ſupremum genus ſubſtantiæ hoc argumento videtur conuinci.

Si aliquod eſſet ſupremũ genus huius prædicamenti, illud eſſet ſubſtantia ſub vniuerſali ratione concepta, ſed ei repugnat ratio generis, ergo nullum tale reperitur: minor ſic probatur. Ens diuiditur in ſubſtantiam, & accidens, tanquam in duo membra ex ęquo diſtincta, & ſuæ vniuerſalitati adæquata, ſed accidens non conſtituit vnum aliquod prædicamentum, ergo neque ſubſtantia. Si reſpondeas diuerſam eſſe rationẽ de accidenti, quod propter tranſcendentiã non poteſt eſſe genus, nec determinatũ prædicamentum conſtituere, ſed nouem prædicamentis eſſe commune, cũ notum ſit quodlibet prædicamentũ determinatũ modũ eſſendi importare. Tunc oppono eandẽ eſſe rationem de ſubſtantia, nam tranſcendentia accidentis in eo poſita eſt, quod in quibuſcunq; accidentib' clauditur intrinſece, ſed ſubſtantia ſub ratione vniuerſali concepta clauditur intrinſecè in quibuſcunq; ſubſtãtijs, ſi quidem verũ eſt de qualibet enunciari, quod ſubſtantia ſit, ergo nõ conſtituit vnũ aliquod genus, cum intrinſecè ſit in differentijs clauſa, quemadmodũ accidens; quod cũ ratione generis pugnat. Etſi iterũ dicas non eſſe vniuocum, ſed analogum accidens, & ideò nõ eſſe genus. Iterũ oppono ſubſtantiam etiã eſſe analogum, poſtquam vniuerſaliter accepta communis eſt completis, & partialibus ſubſtantijs, de quibus vniuocè prędicari impoſſibile eſt, ſi quidẽ partes non ſunt ſubſtantia ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Et ſi demum dicatur abſtrahibilem eſſe communem rationẽ ſubſtantiæ completæ, à qua excludantur partes, & differentiæ, eamq; genus prædicamenti ſupremũ eſſe poſſe. Oppono etiam eandẽ rationem accidentis completã abſtrahibilem eſſe, à qua incompleta, partialia, atque adeò differentiæ excludantur, quæ non erit tranſcendens, neque in differentijs incluſa, neq; analoga, ſed vnum quoddam ſupremũ genus, ſub quo cuncta accidentia diſponantur; & tunc vnũ erit prædicamentum pro accidentibus, ſi vnũ ponitur pro ſubſtantijs, hoc autẽ doctrinæ Ariſt. nouem prædicamenta accidentium diſtinguentis, aduerſatur, ergo non videtur poſſibile vnũ aliquod ſupremum genus ſubſtantiæ, à quo prædicamentum trahere poſſit originem.

Right margin: 2. 3. Solutio. 4. 5. II. Obiect. Solutio. III. Obiect. Solutio. 6.

Quædam

Quædam substantiæ acceptiones notantur.

PRo huius quæstionis solutione omnes
substantiæ acceptiones enumerari opor-
tet, vt eam, in qua proprium, ac peculia-
re prædicamentum efficit, eiusq; supremum
genus capere possimus; quas in præsentiarum
Arist. non recensuit, quia ad rem potius Me-
taph. spectare sibi visum est, & idcirco, vt quid-
piam difficile eas prætermisit, illas vero, quę ad
præsens institutũ sunt accõmodatæ, alijs præ-
7. termissis, summatim colligere possumus ex
his, quæ cap. præsenti, & 5 Metaph. cap. 8. text.
15. docuit, atq; etiam ex doctrina D. Thom. in
eius loci cõmentarijs, & de potentia. quæst. 9.
art. 1 ad 4. & 5. accipitur 1. substantia pro rei es-
sentia; quę acceptio communis est substantiæ,
& accidẽtibus, si quidẽ suo etiam modo in eis
reperitur essentia, & ideò nõ est propria, neq;
vniuoca, sed analoga, quia nihil reale com-
mune est substantiæ, & accidentibus; sed in so-
la substantia inuenitur essentia simpliciter, in
accidentibus vero per comparationem ad sub
stantiam, & idcirco secundum quid.

Sequuntur acceptiones substantiæ.

Secunda acceptio substantiæ est pro ente per
se, vbi duo clauduntur, negatiuum videlicet,
& positiuum: negatiuum est non esse in alio,
8. positiuum esse entitatem adeò perfectam, cui
debeatur existentia, ac subsistentia per se, qua
sustentatur absque alterius adminiculo, vnde
acceptio hæc duas claudit, priorem quidem, &
quæ erit in ordine secunda, prout dicit ens nõ
inhærens alteri, quæ alijs verbis explicari so-
let, prout distinguitur contra accidens. sub qua
consequenter comprehenditur quidquid non
est accidens, & propterea communis est nõ so-
lum substantijs completis, sed incompletis, &
partialibus: & cum notum sit completam sub-
stantiam talem esse simpliciter, partialem ve-
rò secundum quid, cum non in se, sed in totali
sustentetur, quamuis non per inhærentiam si-
cut accidens; sed per dependentiam intrinse-
cam, infertur, substantiam iuxta hanc secundã
significationem modo simili esse analogam,
atque adeò non esse genus huius prædicamen-
ti, in quo non ponuntur per se, & directè par-
9. tiales substantiæ. Acceptio igitur tertia in ea-
dem secunda clausa, contractior est, pro sub-
stantia completa, cui existentia ac subsistentia
per se debetur: hæc tamen adhuc secundũ totũ
suum ambitum analogum quoddam est ad in-
finitam, & limitatam substantiam, illa enim à
se habet vt per se sit, atque esse per essentiam,
limitata verò substantia habet esse per partici-
pationem, constabit autem quęstione sequen-
ti Deum, cuius essentia illimitata est, & sim-
plicissima, extra ordinem prædicamentalem
esse, vtpote à compositione generis, & differen
tiæ immunem, quapropter substantia sub com
muni hac significatione non erit supremũ ge-
nus huius prædicamenti, sed quarto modo ac- 10.
cepta pro substantia completa, & finita, abs-
tracta tamen ab inferioribus prædicatis, nam
supremum genus vniuersalissimũ esse oporte-
bit; substantia igitur finita, & completa, tan-
quam primũ genus diuiditur per corpoream,
& incorpoream, tanquã per primas differen-
tias: corporea per viuentem, ac vitę expertem,
& viuens per sensibilem, & insensibilem, ac
demum sensibilis per rationalem, & irrationa-
lem, quibus differentijs atomæ species consti-
tuuntur, sub eisq; singulares substantiæ collo-
cantur tanquã fundamenta totius prædicamen 11.
ti, hisq; prędicamentalis ordinatio substantiæ
coalescit: & quemadmodũ à supremo genere
excluduntur partes substantię physicæ, & inte-
grales, atq; etiam metaphysicæ, pari ratione à
cæteris generibus & speciebus rectam lineam
componentibus, atq; adeò ab ipsa linea prædi-
camentali; quapropter non pertinent per se, &
directè ad prædicamentum, sed reductiuè, aut
indirectè, reductiue quidem partes physicæ, vt
materia, & forma, atque etiam integrantes, vt
caput, brachium, & manus, quia aliquid sunt
eorum, quæ per se prædicamentum consti-
tuunt, sub qua etiam consideratione differen-
tia in prædicamento reductiuè tantum collo-
catur, quia pars est speciei, sed pertinet etiam
indirectè, in quantum diuidit genus, ex quo
habet, vt latera prædicamenti constituat, quæ
sunt quasi rectã lineam circunstantia. Postre-
ma acceptio substantiæ est iuxta quandã eius
proprietatem, quæ est substare accidentibus,
& hoc modo acceptam substantiam, finitam,
& completam partitus est Aristoteles in eam,
quæ propria virtute substat accidentibus, ac
prædicatis vniuersalibus, quam idcirco pri-
mam vocabit, & in eam, quæ substat quidem,
sed virtute primæ, & propterea vocatur secun-
da, quasi secundo substans, sub qua acceptio-
ne constans est, non esse substantiam supremũ 12.
genus huius prædicamenti: cum vniuersalior
sit, vtpote, genera, species, atque indi-
uidua comprehen-
dens.

I. Acceptio substantiæ.

Postrema acceptio.

Resolu-

Resolutio quæstionis.

EX quibus colligitur conclusio responsiua quæstioni: vnũ quoddam supremum genus datur, quod sit caput prędicamenti substantiæ, & illud est substantia completa. & finita, iuxta tertiam acceptionem explicata, à qua quasi deriuantur per essentiales diuisiones cætera prædicata generum, & specierum rectam prędicamentalem lineam cum ea constituentium, & hæc fuit mens Arist. vt ordinatio ipsa prędicamentalis ab eo statuta ostendit: hæc item communis sententia philosophorum omnium, qui post ipsum secuti sunt; quam non probamus alia ratione, nisi à sufficienti quadam diuisione: nam cum determinatum modum essendi habeat substantia sub ente vniuersalissimo, determinatum prædicamentum constituendum est, ad quod referantur omnes substantiæ suis generibus, & speciebus distinctæ, & ita fiat, vt agnoscere facile possumus cuius generis, atque speciei quæque substantia sit, atque adeò cuius naturę & essentiæ. Vlterius, genus & differentiam, atq; adeò essentiam ex his compositam solum habet substantia completa, atque finita, ad quam reducuntur partes eam componentes, ergo supremum genus completam, atque finitam substantiam continere debet, & cum vniuersalissimum esse oporteat, non potest esse aliud, nisi substantia completa, & finita sub vniuersali ratione considerata; corroborabitur etiam eadẽ conclusio solutione argumenti propositi: cæterum vt eius solutio expeditior fiat.

Vera sententia.

13.

Probatur à sufficienti diuisione.

II. Notab. Obseruandum est discrimen inter substantiam, & accidens quantùm ad modum abstractionis in duobus consistens, vnum est accidens esse analogum etiam ad completa accidentia (vt in principio Metaphysicæ Deo dante videbimus) analogum autem ab vniuersis analogatis non est abstrahibile simpliciter, ita vt vnus sit eius conceptus, in quo analoga ipsa non claudantur, vt in ente apparet, vel certè si ab eis præscindi potest, non conceptu vniuoco æqualiter participabili, sed analogico, cuius analogia in eo ponenda est, quòd ex propria natura diuersis modis participabilis est. Primo quidẽ ab vno, & per attributionem ad ipsum ab alijs, &c. Vnde fit, vt non sit consi-
17. derabilis vnus aliquis conceptus communis accidentis, qui possit esse genus. Alterum est, iam quòd vniuocum ponatur accidens ad nouem accidentia completa, quæ in prædicamento collocãtur, à partibus tamen, differentijs accidentibusúe incompletis excludi minime potest, sed in cunctis clauditur transcendentaliter; cuius ratio ex similitudine entis accipitur, nõ est enim abstrahibilis vnus aliquis conceptus completæ entitatis, à quo incompleta excludantur propter maximam eius vniuersalitatem, in minimis etiam entitatibus clausam: nam cùm esse sit primum, quòd in quolibet inuenimus, in quo modus quisque 18.
particulariter essendi fundatur, eo ipso quòd vniuersalissimam rationem entis non claudat, in nihilum cedit, benè igitur communis tenet Doctorum sententia in modis intrinsecis prædicamentorum, incunctisque differentijs intrinsece claudi, & ideò non esse omnium genus. Ita etiam de accidenti sentiendũ est, quod vniuersalissimum est confusè continens id omne, quod alteri quoquo modo inhæret siue completum sit, vel incompletum, non determinans modum aliquem particularem essendi in alio, sed plures, valdeque diuersos complectens; ex proprio igitur modo suæ significationis indiscriminatim clauditur, & in modis intrinsecis quantitatis, qualitatis, cæterorumque generum, atque etiam in cunctis differentijs, vnde abstrahibilis non est conceptus completorũ accidentium, à quo incompleta excludantur, si quidem talis abstractionis modus, cum vniuersalitate eius pugnat: & cum ad rationem generis tria spectent, nempè determinatum essendi modum importare, esseque vtrumque ab speciebus abstractum, & in differentijs non inclusum, vt in commentarijs prędicabilium ex Aristotele, & Porphyrio attulimus, fit, vt non possit vllo modo esse genus, sed vniuersa completa, atque incompleta 19.
transcendens, non secus, ac ens vniuersa entia; at in substantia nihil istorum reperitur; nõ primum, cum notum sit modum essendi determinatum, ac peculiarem importare, & eo minus indeterminatum quo magis perfectum: Videlicet entitatem perfectam, cui debetur existentia per se, hoc est, independens ab extrinseco, sub quo essendi modo satis constat, 20.
non claudi plures: & rursus licet ad completam, & partes eius, sit analoga, ad solas completas substantias verè vniuoca, quapropter ab eis abstracta verè genus esse poterit, ex quibus patet argumentum esse solutum.

(∴)

QVAESTIO

QVAESTIO SECVNDA.

An Deus Optimus Maximus in prædicamento substantiæ collocetur.

Notab. SCriptorum, atque interpretum, vsus nè dicam abusus, cogit nos in hoc prædicamento cōtrouersias Metaphysicæ, & ali-
21. qua ex parte Theologiæ proprias disputare, & talis est, quam modo proponimus discutiendam, multa de excellentia diuinæ naturæ, non pauca de Deo Incarnato tangens, dabimus tamen operam, vt quæ de his afferenda sunt, ab auditoribus percipiantur iam, quod ab eis abstinere non possumus.

Sententia affirmatiua refertur, & probatur.

1. Sentent. ELiceretur facile ex definitis in superioribus Deum Optimum, & Maximum prędicamenti limitibus non claudi, postquam substantiam finitam statuimus esse genus supremum prędicamenti substantiæ, nam
22. de prædicamētis accidentiū clarius longè constat locū in Deo non habere, vt in calce huius quæstionis vno verbo ostendemus. Plura tamen sunt in doctrina sanctorum Patrum, quæ leuiter saltem attingere necesse est, & apparentes rationes non desunt, quibus plus quam par esset probabilitatis tribuentes nonnulli, arbitrati sunt Deum non esse saltem à prędicamento substantiæ excludendum, cum quibus manus conserere oportebit, vt veritatem ab eorū calumnijs vindicemus, & hac oblata occasione eam illustriorem reddamus.

Tenuerunt igitur hanc affirmantem partem in primo sententiarum, vbi controuersia agitari solita est, Gregorius Ariminensis, & Gabriel distinctione. 8. quæst. 3 Holcoth quæst. 6 & Ioannes Baconius, distinctione 9. quæst. 1. quibus fauere videtur Occam. in 1. distinctione 8. quæst. 1. fulcitur autem sententia hęc testimonijs Aristot. sanctorum Patrum, & rationibus, Arist id in primis docere videtur 1. ethicorum lib ad Nicomachum. cap. 6. hisce
23. verbis: *Cum bonum tot idem modis dicatur, quot illud, quod est, nam & in substantia dicitur, vt Deus, & mens, &c.* Præterea in dialecticis 4. lib. topicorum cap. 2. loco 17. Deum docet esse in prædicamento substantiæ sub genere animalis, separari autē ab homine per propriam differentiam immortale, verba eius sunt: *Si differentiam vt genus assignauit, vt si immortale genus Dei, nam differentia est animalis immortale, & loco 2. eiusdem capitis, si differentiam in specie posuit, vt immortale id ipsum, quod est Deum, &c.* Et 12. Metaph. cap. 3. text. 50. sentit Deos verè appellari primas substantias sic loquens: *Si quis ipsum solum primum separando accipiat, quod Deos arbitrabantur primas substantias esse, diuine profecto dictum putabit.* 10. denique Metaph. cap. 3. text. 4. vniuersale principium statuit in quolibet genere vnū aliquod esse ponendum, quod 24.
sit cæterorū eius generis mensura, & quidē in eodem genere clausum: compertum est autem Deum esse omnium substantiarū mensuram, ergo clauditur sub genere substātię, vnde commentator Auerroes in commētarijs huius loci, illud vnum, quod est cæterorum mensura apud Aristotelem, ait, esse primum motorem: huic Aristotelicæ doctrinæ, & sententiæ subscripsit Porphyrius cap. de specie, ac de differentia, vbi Deos collocat sub genere animalis rationalis in prædicamento substantiæ, eos ab 25.
hominibus separans per differentiam immortalem.

D. Augustinus inter sanctos Patres perspicuis verbis Deum in prædicamento collocat, nam cum decem prædicamenta proprijs nominibus recensuisset, substantiam, relationem, & actionem propriè de Deo enunciari ait, cætera prædicamenta abusiuè, & per metaphoram, sermone 3 in S Epiphaniæ, & 5. lib. de Trinitate. cap. 8. in eadem est sententia de substantia, & relatione Boetius 1. lib. de Trinitate cap. 12. quibus videtur planè consentire Damascenus. 3. lib. fidei orthod. cap. 4. in principio, vbi speciem in Deo ponit, & indiuiduum his verbis: *Sæpenumero à nobis dictū est, quod essentia communem speciem, ac personas eiusdem speciei complectentem significet, vt Deus vt homo, hypostasis autem indiuiduum declaret, &c.* Et D. Thomas, quamuis Deum esse directè, & per se in prędicamento neget, reductiue tamen eum ponit in prædicamento substantiæ, de potentia quæst. 7. artic. 3. ad vltimum, & in 1. distinct. 7. quæst. 4. artic. 2. ad vltimum. 26.

Rationibus demum corroboratur: primo, Probatur substantia denotat ens per se, cui debetur per rationibus.
se existentia, & subsistentia, eiusmodi autem nullam imperfectionem designat, ergo propriissimè de Deo enunciatur substantia, atque

adeò vniuoce de Deo, & creatura; à quibus abstrahibilis erit conceptus, qui sit genus supremum prędicamenti substantiæ, spiritus etiam, qui genus est proximè sub substantia collocatum, non minus propriè Deo, quam Angelis
27. conuenit, vnde Ioannis quarto dicitur, *Spiritus est Deus*, ergo sub eo etiam subalterno genere cum illis collocabitur.

II. Proba. Secundo, si quid obstaret quo minus Deus verè esset in prædicamento substantiæ, esset eius immensitas, vel simplicitas, sed illa non obstat, tū quia ex infinitate non habetur aliud, quam proprius ei, quam creaturæ conuenire rationem prædicamentalem: tum quia si in creaturis esset infinitas, ea à prædicamento nō excluderetur, vt si imaginemur albedinem infinite perfectam secundùm intensionem, vel lineam secundùm extensionem, citra dubium est in prædicamētis qualitatis & quantitatis collocari, infinita igitur perfectio diuina non obstat, quo minus in genere substantiæ Deus sit, quemadmodum creatura. Sed minus obstat simplicitas, nam vt aliquid sit in prædicamento, non requiritur compositio realis ex materia, & forma, quam non ponimus in an-
28. gelis, neque ex subiecto, & accidenti, quia ex ea vnum per accidens resultat à prædicamento excludendum; sed sufficit compositio ex genere & differentia, quam ex rebus nō esse, sed ex conceptibus, admittunt omnes; quod autem res ex his consideretur composita, nullam in ea imperfectionem ponit, cùm non ponat compositionem veram, & realem, sed intellectualem; vnde sequitur nō contrahere Deum vllam imperfectionem, etiamsi in genere substantiæ ponatur, ex eo, ac differentia compositum; quod satis est, vt in prædicamento sit cū creatura collocandus.

Postremo probatur. Postremo. Christus est verus homo, & vniuocè nobiscum, ex genere animalis, ac differentia rationalis compositus, ergo ratione naturæ humanæ est sub genere, & specie, pertinetque ad prædicamentum substantiæ. Tunc vltra, virtute vnionis hypostaticæ verbi diuini cum humana natura habetur, vt absolutè enuncientur de filio Dei prædicata vtriusque naturæ, diuinæ, & humanæ, hæc est enim, quā Theologi vocant idiomatum communicationem, ratione cuius non minus est verum, Deum esse passum, crucifixum & mortuum, quam esse omnipotentem, sapientem, atq; infinite bonū; sed ratione humanæ naturæ conuenit Christo esse compositum ex genere, & differentia, esse in prædicamento substantiæ, ergo absolutè hæc de Deo enunciantur; qua-
29. propter, licet ante Incarnationem Deo repugnaret esse in prædicamento; post Incarnationem non solum non repugnat, sed necessario concedendū est. Cui accedit, quod de Christo verum est ratione humanę naturæ, esse indiuiduum speciei humanę, esse hypostasim, ac personam humanæ naturæ, ergo conuenit illi esse primam substantiam, atq; ex consequenti absolutè eadem conueniunt Deo, sed prima substantia absolutè est in prædicamento, ergo ad-
30. mittendum est absque aliqua additione posita, Deum esse in prædicamento substantiæ.

Veritas huius rei proponitur, & explicatur.

Dubij conclusio. Veritas nihilominus ipsa profitetur Deū optimum, vt Deus est, sub prædicamento aliquo non comprehendi, non solum per se, & directè, sed neque reductiue: id in primis est communis consensus Peripateticorum, vt refert Picus Mirandulanus de
31. ente, & vno, quamuis apud Arist. nullus inueniatur locus, vbi de hac re loquatur, expresse tamen hanc veritatē profitetur Mercurius Trismegistus antiquissimus Philosophus, in Pimandro cap. 1. cōmentator Auerroes in dispu-
32. tationibus aduersus Algazelem, disputatione 7. cap. vltim. Auicenna. 8. metaph. cap. 4. non procul à fine, & interpretes Arist. vniuersi.

Ex sanctis Patribus, nullus est de diuina substantia sermonem instituens, qui eam à modo, & ordine creaturarum non excipiat, sed
33. de prædicamentali ordinatione expresse loquentes eum à prædicamēto planè excludunt. August. pluribus suæ doctrinæ locis, præsertim libro de cognitione veræ vitæ cap. 3. sub his verbis *Nomine, & verbo cuncta exprimuntur, quæ sub decem prædicamentis, humano corde concipiuntur, sed quod ex his nullum propriè Deo conueniat, manifeste ratio probat, nam si dixerimus quod Deus substātia sit, quæ omnibus subsistere tribuat, & per quàm omnes res esse habeant, mox vniuersalia, & indiuidua de quibus substātia prædicatur, genera, & species, in quibus versatur, simul, & nouem accidentia, quæ ei necessario inhærent, animo occurrunt, quæ cuncta liquent, quia minime in Deum concurrunt.* Anselmus in Mono-
34. logio, cap. 26. *Quomodo quis summam naturam in aliarū substantiarum tractatu contineri intelligit, quæ neque in puras substantias se diuidit, neque in vnam*

vnam cùm aliqua alia per essentiæ communicatio-nē se colligit. His patribus annumero Boetium 1. lib. de Trinitate, cap. 5. & 6 vbi ita loquitur. *Decem omnino traduntur prædicamenta, quæ de rebus omnibus prædicantur, substantia, quantitas, &c. At hæc cùm quis in diuinā vertit prædicationem, cuncta mutantur quæ prædicari possunt.*

Scholastici omnes. Scholastici verò nemine excepto eandem veritatem amplectuntur cùm Magistro in 1. dist. 8. & in primis D. Thom. quæst. 4. art. 2. quæst. 7. de pot. art. 7 1. lib. aduersus gentes cap. 24. & 25. & ibidem Ferrar. 1. part. quæst. 3. artic. 5. & ibidē Caietanus, Albertus Magnus, Scotus, Bonauent. Ricardus, Durandus, Ægidius Romanus, cùm cæteris in controuersijs eiusdē octauæ distinctionis, Alexand. Alens. 1. part. quæst. 42. membro. 5 artic. 2. & 3 plures demum afferunt rationes in confirmationem eius, ex communibus quidem procedentes, ideò non omnes conuincunt. Placuit duas, vel
35. tres seligere ex tribus diuinis perfectionibus desumptas, quibus efficaciter ostendatur.

I. Probat. Et erit prima ex infinitate Dei. Prædicamenta sunt quidā modi essendi determinati, vniuersam latitudinem entis diuidentes, quorum quilibet est primo diuersus ab alio, nam per esse per se descendit ens ad substantiam, per esse extensiuum substantiæ ad quantitatem, per esse ad aliud ad relationem; quilibet ergo determinatam continet perfectionem, à
36. qua excluduntur cæteri, & ex hoc sequitur euidenter ad certum gradum esse limitata, vnde fit, vt si res aliqua perfectionem plurium prædicamentorum complectatur, quanquàm sub communi ratione, ita vt de illis enuncietur, eo ipso extra omnia prædicamenta esse censeatur, & quasi prædicatum transcendens reputetur: notum id est, in ente, & accidente, quæ idcirco ad nullum prædicamentum pertinent; sed Deus est infinite perfectus non solum duorum, triumúe prædicamentorum perfectionem continens, sed vniuersorum, nec tanquàm vniuersale prædicatum, vt ens, & accidens, sed perfectiori longè ratione tanquam aliquid determinatum, singulare, & per se subsistens, ergo non limitatur ad vnum aliquem modum essendi prædicamentalem, sed transcendit omnes, non prædicatione, sed nobilissimo modo essendi, quapropter neque in vno aliquo, neque in omnibus, sed extra omnia prædicamenta constituitur.

II. Probat. Secunda ratio ex diuina simplicitate ortum habet. Prædicamentum coalescit ex supremo 37.
genere, differentijs illud diuidentibus, ac speciebus ex genere, & differentia constitutis; quidquid ergo in prædicamento collocatur ex genere, & differentia, vt minimum, oportet esse compositum; eiusmodi autem compositio, quanquàm ex diuersis rebus non fiat, sed ex diuersis conceptibus, quorum alter potentialis est, ac determinabilis, actualis, & determinans alius, necessario tamen fundatur in reali compositione, vel ex materia, & forma in rebus materialibus, vel ex actu, & potentia in spiritualibus, vt capite de differentia in prę- 38.
dicabilibus ostendere cæpimus: nisi enim in re ipsa, à qua intellectus accipit gradum essendi genericum, & differentialem, vere sit aliquid se habens, vt potentia, & aliquid etiam vt actus, in quo fundentur; fictitia penitus vtpote absque fundamento, censenda erit similis compositio, quæ tamen cùm metaphysica sit realium conceptuum, reales proinde gradus eiusdem naturæ continens, vtrumque habet, & veritatem, & fundamentū alterius realis compositionis ex esse, & essentia: diuina autem essentia nullam penitus admittit realem compositionem, ergo contradictionem implicat in ea esse compositionē generis, & differentiæ, sine qua ad prædicamentum spectare vllam rem impossibile est. In hoc igitur planè deceptos inuenio priores sententiæ patro- 39.
nos, quòd crediderint compositionem generis, & differentiæ summæ simplicitati nō repugnare, intrinsecam conditionem eius ignorantes, quæ realem aliam compositionem pro fundamento postulat.

Atque hinc deducitur tertia ratio ex modo Vlt. prob.
essendi diuino perfectissimo, cum in infinitū eleuans à quocumq; esse creato, quod receptū est, atq; participatum; ex quo habetur, vt tam essentiale sit Deo suum esse, ac sua essentia, quæ idem penitus sunt, in creaturis verò non est essentiale prædicatum, sed essentiam integram concipere possumus esse recipientem à Deo communicatum, ad quod tanquàm potentia comparatur per illudque completur, atque perficitur; & hinc est quod in qualibet creatura possimus concipere quidpiam per aliud determinabile, compositionemq; ex deter- 40.
minabili, & determinante efficere iuxta eiusdem rei conditionem; in Deo autem, si secundum propriam conditionem intelligatur, repugnat essentiam concipere per modum potentiæ per actum determinabilis, cùm sit ipsummet

ipsummet esse, atq; adeò vltimus, ac proprius actus; pugnat igitur cùm perfectissimo modo essendi eius compositio, conceptus determinabilis, ac determinantis, atq; ex consequenti generis, ac differentiæ, quapropter nec sub genere, vel predicamento concipi potest, tanquã prima substantia, vel secunda, cui accedit alienũ esse ab eodem modo essendi puri, ac perfectissimi actus accidentibus substare; quod proprietas est prædicamentalis substantiæ, aliquẽ
41. modum realis potentiæ claudens. Duplicem hanc rationem hausi ex doctrina D. Thomæ opusculo de ente, & essentia cap. 6 primam verò ex alijs locis nuper commemoratis: quælibet autem per se, atque omnes simul efficaciter probant, Deum non esse per se, & directe in prædicamento substantiæ, nec in alio quocumque. His rationibus, vltimam adjicio, quæ eiusmodi est; repugnat Deo esse sub genere, ergo & collocari in prædicamento; probatur antecedens: genus oportet esse vniuocum, & de multis specie differentibus prædicabile, sed nihil tale datur respectu plurium deorum specie differentium, quos constat euidenter non esse possibiles; nec respectu Dei, & creaturarum, quibus nihil commune vniuocum dari potest, cum Deus habeat esse, & sit substantia per essentiam, creatura per participationem, & attributionem ad ipsum, ergo nequit vllo modo Deus esse sub genere, neq; in prædicamento collocari.

Secunda ratio desumpta ex D. Thom.

Quidam dicendi modus non probatur.

Refutatur P. Fonseca.

NOn assentior modo loquendi, quo Doctor Fonseca vtitur 5. Metaphysicor. cap. 15. quæst. 9 sectio. 7. vbi quamuis ex vna parte excludere videatur Deum ab vni-
42. uersis prædicamentis, ex alia verò in prædicamentis eum ponere videtur, quæ extrinsecam denominationem continent; vt in prædicamento actionis, vbi, & quando: verba illius referam, quæ sic habet. *Nec quatenus Deus excludendus est ab omnibus prædicamẽtis extrinsecus denominantibus, dici enim potest agere transeunte actione ad prædicamentum actionis pertinente, vt mouere aliquid, ac perficere; & induere etiam personam Regis, aut pastoris, quod pertinet ad prædicamentum habitus, si dignetur ipse per se ornatum regum; aut pastoris habitum sustinere; sic ergo nullum est incommodum si dicatur esse in templo, aut loco alio, à quo, & si non circumscribitur, nec definitur, denominatur tamen accidentaria quadam, & extrinseca denominatione, &c.* Hæc ille. Quibus si velit similes denominationes ex-
43. trinsecas Deum in his prædicamentis ponere, planè falsum existimamus, non quidem denominationes extrinsecas negantes, sed non sufficere intelligentes, vt earũ ratione in prædicamento ponatur Deus: nam, & si solam denominationem extrinsecam eiusmodi prædicamenta importent, (quod modo nõ disputamus suis locis disputatum) absque dubio respectu rerum eiusdem ordinis, cùm quibus aliquam commensurationem habent, vt prædicamentales censeantur, esse debent; ita vt si talem non habeant conditionem, non sufficiant res extrinsece denominatas ad propria prædicamenta referre. At respectu Dei, qui al-
44. terius longè ordinis est, nullam habent commensurationem, nullam correspondentiam, vnde non proprie, sed abusiue ei conueniunt; ita enim ad extra operatur, vt non propterea agens prædicamentale dicendus sit; sic est vbique, vt non propterea prædicamentalis sit ei vbicatio tribuenda, vt ita loquar; quid enim proprius videbitur Deo conuenire, quam esse substantiam; hanc tamen appellationem non propriè Deo tribuere debemus, si de substantia prædicamentali sit sermo, sed abusiue, vt perspicuis verbis docet August. 7 lib. de Trinitate. capit. 5. sic loquens. *Nefas autem est dicere, vt subsistat, & subsit Deus bonitati suæ, atque illa bonitas non substantia sit, vel potius essentia, neque ipse Deus sit bonitas sua, sed in illo sit tanquàm in subiecto.* Vnde manifestum est Deum abusiue substantiam vocari, vt nomine vsitatiori intelligatur essentia, quod verè, ac propriè dicitur; ita vt fortasse solum Deum di-
45. ci oporteat essentiam; ita ergo de alijs prædicamentalibus denominationibus censendum abusiue Deo conuenire, vt hisce verbis concludit idem D. August. 5 de Trinitate. cap. 1. *Sic intelligamus Deum (si possumus) sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine intelligentia creatorem, sine situ præsentem, sine habitu omnia continentem, sine loco vbiq; totũ sine tempore sempiternum, sine vlla sui mutatione mirabilia facientem, nihilq; patientem, &c.* Nõ quidem propter defectum proprietatis ex parte ipsius, sed propter eminentem eius conditionem, nam ea, quàm nos proprietatem prædicamentalem vocamus, intrinsecam limitationem, & commensurationem cùm creatura claudit, quæ à
46. diuina immensitate aliena est; vnde communis con-

D. August.

nis cõsensus ethnicorum philosophorum, sanctorum Patrum, qui de hac re loquuntur, & scholasticorum omnium, quos retulimus, sic Deum à prædicamento remouet, vt in nullo penitus per se, & directe collocandum admittat: & sic nobis, & loquendum, & sentiendum est.

Ex adnotatis infertur.

Ex quibus etiam infertur neq; reductiue in prædicamento collocari, vt posterior pars nostræ conclusionis docet, quod efficaciter conuincit Richardus, in 1 distinctione 8. art. 4 quęstione 1. tali ratione Res illa pertinet ad prædicamentum reductiue, quæ à ratione eius prædicamenti perfecta, atq; completa deficit, sicut
47. punctum, quod reducitur ad prædicamentum quantitatis, quia rationem quantitatis non attingit formaliter, sed vt initium dumtaxat, materia, & forma ad prædicamentum substantiæ tanquam partes, priuatio ad prædicamentum formæ, non quam dicit, sed qua priuat. At Deus optimus non desinit esse in prædicamento verè, & proprie, quia rationem prędicamentalem non attingat, sed quia in immensum illã excedit, ergo si non pertinet directè, & per se, vt ostẽsum est, sequitur planè neq; directe, vel reductiue pertinere posse. Quam rationem altius D.Thom. expẽdens in eo loco primæ partis à nobis commemorato, docuit Deum per se ad prædicamentum non spectare, exprimẽs neque etiam reductiue pertinere, eam sententiam retractans, quàm in duobus locis disputatarum quæstionum, & sentẽtiarum quondam tenuerat.

Diluuntur opposita sententia argumentum.

Argum. fit satis.

SVperest argumenta proposita soluere, & quantum ad loca Arist. attinet, in primo, vbi de Deo vero loqui videtur, verè esse substantiam affirmans, vniuersaliter substantiam accipit, sub qua acceptione nõ solum veram substantiam esse admittimus, sed perfectissimam, ideoque non prædicamentalem,
48. quæ plures imperfectiones continet. In alijs verò locis non de Deo vero sermonem facit, cum in plurali numero loquatur, notum autẽ sit vnum esse ex mente ipsius, sed de illis substantijs superioribus, corporeis quidem, sed subtilissimo corpore præditis, quas quidem rationales esse posuerunt, longe tamen homine perfectiores, quia immortales, & perpetuas sub
49. genere animalis per differentiam, immortale,

ab eo separatas Has ergo Philosophi Deos appellarunt, vel propter excellentiam, vel certè errore decepti, plures esse ponendos Deos putauerunt, quanquàm, & error etiam sit similes substantias fingere, aut igitur ex horum Philosophorum sententia, in qua planè videtur esse Porphyrius, loquitur Arist. vel certè Deorum nomine Dæmones, aut cœlestia corpora, seu intelligentias, vel mentes intelligit, de quibus quæstione sequenti disputandum est, an verè in prædicamento substantiæ collocentur.

Pro solutione adhuc nota.

Pro solutione verò aliorum argumentorũ duo sunt in hac materia apprime obseruanda, vnum est, tanquam firmum fundamentum tenendum esse, non solum substantiam, sed neq; scientiam, vel sapientiam, vel quidpiam simile vniuoce de Deo, & creaturis enunciari, cuius ea est pulchra ratio, quia quęcunque Deo, 50
& creaturis communia sunt, Deo quidem conueniunt per essentiam, creaturis verò per participationem, vnde si in rigore sermonis loquendum est, entitas, substantia, sapientia, & quodcumq; aliud de solo Deo simpliciter enũciatur, vt Deus ipse in Exodo cum Moyse loquens plane significat illis verbis. *Ego sum qui sum, sic dicẽs filijs Israel, qui est, misit me ad vos,* quemadmodum enim solus Deus dicitur esse simpliciter, ita etiam esse substantiam: vnde elicitur illud, quod quæstione præcedenti attingere cæpimus, & in principio Metaphysicæ (diuino fauente numine) perficiemus, nempe analogum esse nomen substantiæ Deo, & crea 51.
turis, & propterea sub vniuersali hac significatione, qua substantiam creatam, & increatam comprehendit, non esse supremum genus prędicamenti substantiæ, sed in quantum contractiorem significationem habet ad substãtiam finitam, & creatam, completam tamen dumtaxat extensam, & sub hac limitata acceptione simpliciter de creaturis enunciatur, minime sub priori illa vniuersaliori: & iuxta diuersitatem harum acceptionum substantiæ, accipienda est illa eius descriptio, qua dicitur esse ens per se, nam iuxta primam acceptionem soli Deo definitio conuenit, cùm solus ipse habeat per se entitatem, hoc est, independẽtem à quacumque alia, creatura verò non absolutè à se, sed ab alio acceptam, ac dependentem. Si verò iuxta postremam acceptionem, vt in communi modo loquendi vsurpatur pro substantia finita, & prædicamentali, verè sub ea non comprehenditur Deus, quemadmodum prædica-

menti ipsius terminis non clauditur.

II. Nota. Secundò obseruandum est illud, quod egregiè adnotat Alexander Alensis loco supra citato, ex decem generibus tria esse, quorum rationes geminam acceptionem habere possunt, substantiam, relationem, & actionem, nam vel accipiuntur sub proprijs rationibus his nominibus significatis, nempè prout substantia importat perfectissimam entitatem, relatio ordinem vnius ad aliud (quam definiens in concreto Aristotel. in prædicamento ad aliquid id esse docuit, *Cuius totum esse est ad aliud se habere*, actio verò, *emanationem, secundum quam quidpiam ab alio procedit*. Vel sub determinatione prædicamentalis substantiæ, relationis, & actionis, quæ accidentales rationes denotant, nam relatio prædicamentalis accidentalis est, & prædicamentalis actio medium quoddam accidens inter effectum procedentem, & agens à quo procedit. Et quidem sub priori significatione vniuersali propriè dicuntur de Deo, sub posteriori verò nullo modo, & de substantia notum est ex præcedenti notabili, de relatione verò, & actione exemplis fit manifestum. relatio realis, qua Pater æternus refertur ad Filium, verè, & propriè relatio est, cùm totum esse Patris sub formali ratione Patris, sit esse ad Filium, idemq; de relatione Patris, & Filij ad Spiritum sanctum sentiendum est, neq; enim veritati relationis obstat esse subsistentes, & substantiales, quia ratio vniuersalis relationis abstrahit à substantia, & accidenti. Imo ab accidenti reali, & rationis, si quidem in entibus rationis propriè reperitur, cùm verè genus relatiue dicatur ad speciem, totumq; esse illius sit ad illam se habere, sed prædicamentales relationes non sunt, quia prædicamentum relationis realem, & accidentalem rationem determinat, quæ longè abest à diuinis relationibus. Modo etiam simili processio diuina, qua Filius emanat à Patre vera actio est sub vniuersali ratione ab imperfectionibus abstrahenti, non tamen est actio prædicamentalis, quia hæc non solum accidentalem rationem, sed dependentiam importat effectus à sua causa. Et rationes tantum horum trium, geminam acceptionem, vniuersalem, & particularem habent, cum tamen rationes aliorum prædicamentorum ab imperfectionibus non sint abstrahibiles, neque enim *qualitatis* ratio, *vbi, situs*, vel *quando*, considerabiles sunt absque accidentali imperfectione, alijsq; dependentijs, & commensurationibus, quas ex proprijs rationibus importent: & hoc sibi voluerunt D. Aug. & Boetius statuentes tria dumtaxat prædicaméta de Deo enunciari propriè, cætera verò non nisi abusiue, vel per metaphoram, quia rationes eorum sub vniuersali consideratione ab imperfectionibus abstrahūt, quo pacto verè, & propriè Deo conueniunt, quanquam, vt prædicamentales sint, vt potè imperfectionem concernentes, repugnent, quæ tamen distinctio in cæteris prædicamentis locum non habet, cum tamen nō ignoremus vnam, vel alterā speciem prędicamenti qualitatis, vt scientiæ, & sapientiæ, sub tali abstractione esse considerabilem, vereque ac propriè de Deo enunciari, esto sub prædicamentali determinatione ei repugnet.

53.

54.

55.

Ex adnota doc. solutio arg. ad 5. Eiusmodi adnotata doctrina facile soluit proposita argumenta. Primum quidem, quia si substantia consideretur sub ea vniuersali ratione abstrahente ab imperfectionibus prædicamentalibus, non solū Deo proprijssime cōuenit, sed ei soli simpliciter, tanquam principali analogato, minime verò prædicamētali substātiæ imperfectionem limitationis, & compositionis importanti, vnde nec definitio primæ substantiæ Deo adaptari potest, in qua loco generis subintelligitur finita substantia eum excludens. 56.

Ad secundùm verò dicimus, & ratione infinitatis, & simplicitatis, Deo repugnare esse in prædicamēto substantiæ, infinitas namque nō efficit, vt Deo præstantius conueniat prædicamentalis substantia, sed vt prorsus repugnet, cùm supremum genus illius sit limitata substantia, sub qua DEVM collocari impossibile est, de linea verò, & albedine infinitis, si darentur, admittimus in prædicamento quantitatis, & qualitatis fore collocandas, propterea quòd extensione dumtaxat, & intensione essent infinitæ, at secundum essentiam non minus ad certum genus, & speciem limitarentur, ac modo determinatam intensionem, & extensionem habentes, nam affectiones istæ accidentales sunt, non mutantes earum essentiam, Deus autem optimus non est ab aliqua ratione accidētali infinitus, sed ex propria essentia, ratione cuius res ad prædicamētum spectant, & ideo sub genere non includitur. Nec minus obstat simplicitas, cui repugnat omnis cōpositio, non solum illa, quæ est ex materia, & forma, sed ex genere, & differētia, tum quia si vera est, cōpositionem realem ex actu, & potentia tanquam fundamentum præsupponit, 57. 58.

quæ

qua propter negandum est in solo intellectu eam esse, ita vt nihil compositionis in re ipsa ponat, nam cum sit obiectiuorum conceptuũ realium diuersos gradus naturæ importantiũ, necesse est in tali reperiatur natura, quæ fundamentum habeat potentiæ, & actus realis, à quibus vnus, & alius conceptus accipiatur, tum etiam quia ipsamet compositio generis, & differentiæ multiplicitatem rationum formalium, quarum vna est extra aliam, quarum altera vniuersalis est, particularis alia, determinabilis vna, determinans altera, cõtinet, diuinæ simplicitati repugnantem.

Appendix: Dubium de Christo Domino.

59 VT autẽ quid de Christo Domino quãtum ad rationem prædicamentalem sentiendum sit definiamus, propositũque argumentum vltimo loco diluamus duas positiones falsas omittendas censeo, quæ de hac propositione, Christus est homo, in schola versantur, tanquàm à præsenti instituto alienas, vnam Scoti in 3 dist. 7. q 1. & dist 22. qu. 1. cui cõsentiunt in eisdem locis suę factionis viri, Basolius, & Lichetus, atq; etiam Durand. & Ocham in 3. qu. 9. ponentem nõ necessariam, sed contingentem esse, atq; adeò nõ speciei de suo indiuiduo, sed quasi accidentis de subiecto ea ratione: quia Christus, vt est hic homo, includit naturam diuinam, cui humana accidit, & ex consequenti accidit huic homini, qui est diuinum suppositum, & persona; Positio altera tenet accidentaliter prædicari hominem de Verbo Diuino, quæ alia ratione ducitur: existimat enim nomen Christus ea tãtum significare, quæ sunt naturæ nostræ in concreto, connotare tamen Verbum Diuinum, cui vnita sunt, non secus atq; album, quod albedinem significat in concreto cõnotando corpus, cui vnitur, vel in quo inhæret, enunciatur ergo homo de Christo, tanquam species de indiui-
60 duo, eo prorsus modo, quo de Petro, ac Ioanne, sed de Diuino Verbo connotatiue, vt album de corpore, vnde accidentalis erit prædicatio, Verbum Diuinum est homo, sicut accidẽtalis est, homo est albus, hanc insinuat sententiam Gabriel in 3. dist. 7 quæ. vnica, & clarius profitetur Almain. dist 4 quęstio. vnica: etsi vtraq; hæc sententia vera esset, cessaret penitus difficultas propositi argumẽti de Christo, nam
61 iuxta Scotum Christus nõ erit per se in prædicamento substãtię, quia diuinam naturam per se importat, humanam, ratione cuius ad prædicamentum spectare posset, quasi per accidens. iuxta secundam vero esset quidam per se in prædicamento substantiæ Christus, quia finitam duntaxat essentiam significat, infinitam vero personam non significat, sed connotat, connotatum autem non est per se in prædicamento rei significatę; sed omnino per accidẽs, vt corpus in prædicamento albedinis, quapropter non infertur Deum esse in prædicamento.

Cæterum falsæ sunt ambæ quia denotant 62
accidentalem esse vnionem Verbi Diuini cum humana natura, quam fides Catholica vere substantialem confitetur.

Vera igitur sententia est, quam tenet D. Veram esse sententiam D.Thom.
Thomas 3. part quæst. 16. art. 1. in corpore, & ad primum, hanc propositionẽ, Christus est homo, necessariam esse, & per se, atque in materia naturali, vt pote in qua species de sua hypostasi, vel persona enunciatur: nam ex mysterio Incarnationis infertur Filium Dei esse hypostasim humanæ naturæ, ergo natura humana in concreto significata nomine hominis enunciatur de Christo, vt de propria hypostasi, quæ talis est propter naturam assumptam.

Iuxta hanc sententiam videtur conuincere argumentum propositum Christum esse in prædicamento substantię, cum sit sub humana specie tanquam eius indiuiduum, & ex consequenti sub genere animalis, viuentis, corporis, atque substantiæ: tenet id quidem Diu. Thomas 3. part. q. 2. art 3 ad 3. & necessario tenendum est, postquam fides Catholica docet verũ esse hominem, vnde sequuntur cætera: & si vera est sententia Diu. Thomæ explicata, etiam erit admittendum Verbum Diuinum ratione humanæ naturæ assumptæ, cuius persona, & hypostasis est, in prædicamento collocari: ex quibus quis nõ videat euidenter inferri Deum esse in prædicamento substantiæ ratione eiusdem humanæ naturæ, cùm Verbum Diuinum verè, & propriè sit Deus. Ita certè sentiẽdum, ita loquendum est Nec mirum id videri debet cum Deo sint post Incarnationẽ attribuenda innumera prædicata, quæ antea deneganda erant, & modo secundum se repugnant, Deum esse passibilem, mortalem, iniuriæ, & dolo- Notatu digna.
ris capacem, quis auderet anteà concedere? nũc autem propter naturam nostram assumptam ad vnionem personalem, verissimè, ac propriissimè, & absque vllo addito, Deo attribuuntur, quid ergo mirum est, si eum propter eãdem causam simpliciter sub specie, sub gene

re, sub

re, sub prædicamento substantiæ collocatum esse existimemus. Quis enim Catholicus negare audeat Deum hominem factum verum habere corpus, & iuxta illud veram quantitatem secundum quam verè, & propriè agebat, & patiebatur, in loco erat, situm habuit, vestitus fuit, &c. ex quibus euidenter infertur, cœpisse post incarnationem ad hæc omnia prædicamenta spectare, spectabit igitur ad prædicamētum substantiæ ratione humanæ naturæ, propter quam ei attribuuntur.

Argumentū soluitur. Argumenti autem difficultatem penitus tollit id, quod D. Thomas adnotat loco nuper indicato, rem quamlibet non collocari in specie in genere, & prędicamento ratione substantiæ personalitatis, vel indiuiduationis, sed ratione naturæ, in qua est compositio generis, & differentiæ, propter hanc enim per se in prædicamento collocatur species, eiusque indiuidua,
69 non e diuerso natura ipsa propter personam, vel indiuiduum, aut primam substantiam: quę si vera sunt, Christus Dominus non ratione suppositi diuini, sed solius humanæ naturæ erit in prędicamento, atque adeò diuinum verbum, & Deus ipse post incarnationem, non ratione sui, sed humanæ naturæ assumptæ ad prædicamētum spectabit. Nihil ergo infertur aduersus nostram conclusionem principalem ex his; cùm duo hæc simul stent in veritate, Deus vt Deus est, hoc est ratione diuinæ naturæ, vel personarum, nullo modo continetur in prædicamento: atq; etiam idem Deus, vel Dei Filius ratione humanæ naturæ assumptæ in prædicamento collocatur.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrùm Angeli, & corpora cælestia verè sint in prædicamento substantiæ?

Prima sententia omnino negans adducitur.

I. sentent. Diuersa loca Arist. magnam occasionem exhibuerunt multis, diuerso modo opi-
70 nandi circa incorruptibilia corpora, substantiasque purè spirituales, quas Philosophorum antiquitas intelligentias appellauit: tùm quia puræ intellectuales substantiæ sunt à sensibilibus abstractæ, tùm quia intellectu opērantur absque instrumentorum corporalium adminiculo. Nos verò fide Catholica initiati ex sacra pagina didicimus Angelos vocari, quod, vt sapienter D. Gregorius adnotat homilia 34. in Euangelia, non est naturę nomen, sed officij, id namque sibi vult Angelus, quòd missus, vnde Angeli vocantur, quia à Deo optimo maximo pro diuersis officijs, ac functionibus circa animarum salutem in terra exercendis mittuntur, de quibus licet ab antiquioribus, non solùm Philosophis, sed sanctis Patribus dubitatum sit, corporibus ne præditi sint, vel eorundem expertes, & plures, licet à corporea terrestrique mole eos liberauerint, subtilissimis tamen, atque à corruptione liberis corporibus esse à natura circundatos, non secus atque animas rationales terrestribus, ac corruptibilibus arbitrati sunt, & inter vtrosque nō defuerunt, qui considerata harum substantiarum cōditione eas effecerint simplices, & ab omni compositione alienas esse duxerint, & cùm notum apud omnes semper fuerit sub prædicamentali ordine non claudi nisi composita, 71
post primum principium ab eo excludendas esse voluerunt, nonnulli quidem simul cum corporibus cęlestibus occasione accepta ex 10. Metaph. cap. postremo, vbi genere diuersas esse res corruptibiles à perpetuis his verbis docet Arist. *Cùm vero contraria specie diuersa sint, corruptibile autem, & incorruptibile contraria sint necesse est diuersum genere esse corruptibile*, & paulò inferius. *Corruptibile vero, & incorruptibile oppositionem habent, quare necesse est genere diuersa esse*. At quæ genere differunt, in eodem prædicamēto includi nequeunt nam cum prędicamenta sint diuersa entis genera, idem est genere aliqua esse diuersa, & prædicamento, constat autem corruptibiles substantias pertinere ad prædicamentum substantię, ergo extra illud constituuntur intelligentiæ simul cùm corporibus cœlestibus incorruptibilibus, in alio autem prædicamento accidentium collocari impossibile est, cùm sint substantiæ, ergo à prædicamento prorsus excluduntur. Ita de vtriusque sentit Auerroes 10. Metaphysic. in commentarijs prædicabilium cap. de specie, & 10. Metaphysic. cap. vltimo commēto 16. quē sequuntur Ioānes Gandauensis 10. Metaphy. quæst. 22. Niphus 10. Metaphy. quæst 9. & iuxta hanc sententiam supremum genus prædicamenti substantiæ est substantia, non solùm composita, sed corporea, & corruptibilis, quam Themistius sequi videtur hoc modo pro-

prædicta verba Arist. exponens, corruptibile, & incorruptibile non conueniunt in aliquo vniuoco.

Secunda sententia collocans corpora cælestia in prædicamento, & excludens Angelos.

I. Sentent. ALij vero corpora cælestia in prædicamento substantiæ collocantes ab eo remouent intelligentias, vt Plotinus æneadis 6 l.b. 1. Egidius Romanus in commentarijs huius prædicamenti, & quod lib. 1. qu. 8. Albertus Magnus in prædicamentis tractatu de substantia cap. 12. vbi cum corpora cœlestia in prædicamento esse statuat, de intelligentijs tamen his verbis negat. *Sic intelligentia*
73. *est agens intellectus, quod est essentia potius quã substantia, & non habet compositionem nisi eam, quæ est esse, & quod est, & non est in genere vniuocè cũ alijs, quæ sunt in genere, sed reducitur ad genus, & suscipit nomen generis secundum analogiam, & proportionem, sicut causa prima: & hæc solutio est secundum intentionem Philosophiæ Peripateticorũ, qui de intelligentijs bene locuti sunt.* Hæc Albertus, quæ in doctrina Arist. non leue fundamẽtum habent, nam 10. Metaphysicæ text. 30. simul cùm primo principio quasdam alias substantias ponendas esse arbitratur, quibus medijs perpetuum efficiat superiorum corporum motum, in quem finem necesse sit non solum à tempore, sed à potentia esse abstractas, esseq; actus puros primo principio similes, verba Arist. sic habent. *Oportet igitur esse tale principium cuius substantia actus sit, item has oportet esse substantias absque materia, sempiternas enim esse oportet, si aliquid quidem æternum est, actu igitur sunt &c.* Materiæ autem nomine potentiam quãlibet positiuam intelligit, vt benè Alexander in eiusdem loci commentarijs, & Iauellus 12. metaph. quæst. 12. quod etiam ex contextu illius capitis plane colligitur, vbi Aristot. tanquam certam rem statuit illud, quod aliquo modo est in potentia non posse esse motorem perpetuum: cum potentia radix deficiendi sit.
74 Et rursus eiusmodi separatas substantias proximos esse cœlorũ motores, quibus medijs motor primus sempiternum eorum motum perficit, vnde planè concludit esse ab omni passiua potentia liberas, atq; adeò esse puros actus sola potentia actiua præditos, & purè simplices, omni compositione carentes, quod si ita est, euidenter sequitur apud Arist. non esse in genere, cùm compositum esse oporteat, quidquid in genere collocatur. Vtramque perfectionem simplicitatis, ac puri actus tribuit ex- 75.
pressius Arist. eisdem substantijs. 9. metaph. text. 22. in hæc verba. *Non est enim decipi circa quod quid est, nisi secundum accidens: similiter autem est circa non compositas substantias: non enim est decipi, & cuncta sunt actu, non potentia.* Et pau- 76
cis interpositis de eisdem loquens, *quæcumque itaq; sunt verum ipsum esse quid, & actu circa hæc non est decipi, sed aut intelligere, aut non, &c.* Ecce Arist. non compositas, sed simplices substantias vocat eas, idemq; confirmat ex modo eas intelligendi, nam simplicia cum partibus componentibus careant, non per partes intelliguntur, sed modo quodã indiuisibili naturæ earũ consentaneo, ita vt tota earum essentia capiatur, vel nihil omnino eius percipiatur, ac tandem non esse in eis aliquã potentiam affirmat, sed solo ac puro actu constare, ex quibus habetur, quod quemadmodum Deum quæstione superiori à prædicamento exclusimus, propter summam eius simplicitatem, & puritatem actus, ita apud Arist excludere intelligentias oporteat. Accedit illud, quod sæpenumerò in
prædicabilibus à nobis ex doctrina illius rela- 77.
tum est, genus à materia esse desumẽdum, differentiam verò à forma, quibus cum intelligẽtiæ careant, sequitur compositionis generis, & differentiæ esse expertes, sine qua in prædicamento collocari repugnat, quapropter supremum genus prædicamenti substantiæ iuxta hanc sententiã erit substantia corporea.

Idq; ratio ipsa admonet, quia non apparet qualis possit esse potentia in substantia intelli- Probatur ratione.
gentiarũ: etenim vt actiuam potentiã missam faciamus, quæ cõpositionem non inducit, neque imperfectionem, cũ verè ponatur in Deo, passiua non videtur in eis ponenda, quæ ad aliquid recipiendum ordinatur, receptio autem alicuius in aliquo præsupponit iam illud esse, nam quod nondum est, quam potentiam habere potest? fiunt quidem eiusmodi substãtiæ à Deo ex nihilo per creationem, id vtroq; lumine naturali intellectus, & supernaturali fidei ostendente, in potentia autem ad recipiendum esse ex nihilo nõ possunt considerari, nisi ante quam sint, nam dum sunt, illud actu habent, at antè quã sint, non dicentur esse in potentia ad essendum, tùm quia cum nihil sint, non est maior ratio potentiæ in his, quę fiunt, quàm in his, quæ nunquam sunt futuræ: tum
etiam, quia res per creationem non produci- 79

tur ex aliqua potentia passiua, sed ex sola actiua Dei in qua continetur, Infertur ergo primo non esse aliquam potentiam passiuam in substantia intelligentiarum, ex qua simul cum
I. Illatum. actu componantur, sed sunt formæ completæ per se subsistentes, & quasi quidam actus simplices, compositionis realis expertes. Vnde infertur secundo compositas non esse ex genere, & differentia, nam vt superius statutum reliquimus, compositio hæc diuersorum conceptuū, determinabilis, & determinantis, in reali compositione actus, & potentiæ fundatur, & si ita est, infertur postremò nō esse sub specie, vel genere, atque adeo neque in prædicamento collocari.

Sententia Durandi, & Marsilij.

Sent. 2. TAnti ponderis fuit ratio hæc apud Durandum vt licet in prædicamento substantiæ Angelos collocauerit, compositionem tamen generis adhuc, & differentiæ, quæ minima videtur omnium esse ab eis exclusit, in 2. d. 3. quæstione prima, num. 12. quem in hac re secutus est Marsilius in 1. q. 2. quod probare contendit his rationibus: differentia, vt testis est Prophyrius in 3. prædicabili enunciatur de specie in quale quid, ergo partē eius duntaxat prædicat, nam si integrā essentiam, non in quale, sed in quid esset perdicabilis, in Angelis autem non sunt partes, cum sint simplices formæ, ergo non sunt in eis differentiæ, ex qua simul cum genere componantur. 2. in rebus compositis aliud est, quod distinguitur, aliud ratio distinguens, aliud quo constituitur, aliud constitutum, simplicia verò se ipsis constituuntur, & distinguuntur, sed differentia est, quo aliquid constituitur in specie sub aliquo genere, atq; etiam, quo ab alijs speciebus separatur, ergo in compositis, nō in simplicibus locum habet, qua propter intelligentiæ, vt pote formæ simplices, differentijs carent, in cuius signum (ait Durandus) nullus vnquam designauit differentias accidentium, nec definitionem eorum genere, & differentia compositam, quia simplices formæ sunt, sed cōpositarum dumtaxat substātiarum, sic ergo concludit Durandus, vt verba illius referamus. *Ex hoc apparet propositum. Scilicet, quod Angelus licet sit in genere, quia limitatus est re, & ratione, tamen non proprie cōpositus ex genere, & differentia, cùm sit substantia simplex.*

(Margin: 80. I. Ratio. II. Ratio. 81.)

Declaratur præsens controuersia tribus assertionibus.

TRia nihilominus inuenio in Angelis necessario ponēda aduersus prædictas sententias, & ideò triplici assertione explicatur nostra sententia. Vera sent. 82.

1. Conc. Assertio prima. In Angelis est vera, atque realis compositio ex actu, & potentia, siue ex esse, & essentia.

2. Conc. Assertio secūda. In Angelis verè, & propriè ponenda sunt genus, & differentia, ex quibus eorum species componuntur.

3. Conc. Postrema assertio. Angeli in prædicamento substantiæ collocantur, primo quidem sub genere supremo substantiæ, proxime verò sub genere subalterno substantiæ spiritualis.

83. In his tribus assertionibus conueniunt Scholastici omnes præter Durandum, & Marsilium, in 1. d. 8. & in 2. d. 2. quibus locis Magister compositas esse, ac verè in prædicamento collocari profitetur: omnes item interpretes Aristot. in hoc prædicamento eas recipiunt,
84. tamquàm doctrinæ illius valdè consentaneas, & quamquam Aristotel. de intelligentijs expresse non loquatur, coordinatio tamen prædicamentalis ab ipso statuta stare nullo modo potest, quin Angelos comprehendat, & verè ex genere, & differentia compositos esse inferat: nam supremum genus huius prædicamenti ponit substantiam, incorpoream, & in incorpoream tamquàm in proximas differentias diuisam, si verò Angeli non sunt in hoc prædicamento, nulla substantia spiritualis in eo collocabitur, nam, & si homo anima rationali constet, quæ spiritualis est substantia, ex ea tamen, & corpore, quod informat, non spiritualis, sed corporea substantia coalescit, vndè fit, vt tanquàm primum genus prædicamēti ponēda sit substantia corporea, nō est enim aliud membrum, cui substantia vniuersalis cōmunis sit, neq; in corpoream, & spiritualem diuisibilis erit, sed corpus tanquàm supremum genus diuidetur in viuentem, & non viuētem substantiam, & rursus, si incorporea substantia vnum est ex primis generibus subalternis ex sententia Aristot. non sunt aliæ species sub eo positæ præter intelligentias materia carentes. Verè igitur in eo genere collocandas, verè item ex eo, proprijsque differentijs, quib⁹ separātur, cēset esse compositas, idq; cōfirmare videtur

detur, 5. metap. text. 5. & 7. meta tex. 8. & & 5. met tex. 1 quibus locis dæmonia enumerat inter compositas substantias, ea quæ Porphyrius vt quæstione præcedenti retulimus, ex genere, & differentia componi docet, qui etiam cap. de specie tanquàm primum prædicamenti genus posuit substantiam, & sub eo substantiam corpoream, quod stare non posse notum est, nisi substantias spirituales in prædicamento substantiæ collocari censuerit. Præter Arist. & Porphyrium extat D. Thom. tres omnes cōclusiones expressis verbis recipiens pluribus suæ doctrinæ locis, præsertim his quatuor sequentibus opuscul 42. cap. 5. in 1 dist. 3. quæst. 1. art 5 1. p. quæst. 50. ar. 2 ad 1. & 3. & quæst. 88. art. 2. ad 4.

85. (margin beside line 2)

Probatur efficaci ratione.

Ex quibus hinc in primis elicio rationem satis efficacem pro assertione prima confirmāda. In rebus materialibus, ait D. Thom. duplex reperitur compositio, formæ, & materiæ, ex
86. quibus earum natura constituitur, sic autem constituta natura comparatur ad suum esse, tanquàm potentia ad proprium actum. Ecce tibi duplicem compositionem, ex quibus, etiam si primam auferas, naturam materialem cōsiderans, ea non considerata, adhùc stabit secunda, siquidem adhùc comparabitur natura ad suum esse tāquàm potentiā ad actum. Ita est ergo, quod in spirituali natura non reperitur compositio prima ex materia, & forma sed necesse est reperiri secundam, à qua Angelus non potest vllo modo liberari, quod adhùc probandum super est, vt solida sit omni ex parte ratio. In hoc differt esse creatum à diuino, quòd hoc non est ab alio receptum, sed ex proprijs essentiæ ipsius habetur, & idcirco prædicatum est Deo essentiale, non secus ac
87. esse Deum, esse bonum, sapientem, & potentem, esse autem creatum ab alio receptum est, non ex proprijs essentiæ habitum, nec proinde essentiale prædicatum, sed extra essentiam, ei quidem à Deo communicatum, vnde essentia creata intelligitur quasi potens esse, & verè est in potentia reali, vt per esse compleatur. Ecce tibi essentiam ex se in potentia ad esse, & actū eam potentiam perficientem, ergo intra Angeli substantiam inuenimus potentiam realē, & actum, ex quibus composita est. Nam vbi plura sunt, ex quibus vnū quidpiam coalescit, ibi est vera compositio.

2. Ratio.

Accedit secunda ratio ducens planè ad impossibile, nam si in Angelis nō sit compositio actus, & potentiæ, cum nulla sit alia intra eorum substantiam, sequitur euidenter esse pure simplices, puros actus habentes esse per essentiam, quæ omnia tāquàm proprijssima Dei attributa, & tanquam intrinsecæ perfectiones eius creaturæ repugnant, non secus ac omnipotentia. 93.

Vnde elicitur prima ratio secundam assertionem confirmans, nam compositio realis ex actu, & potentia fundat compositionem ex genere, & differentia, hoc modo ab actu, & potentia desumendis. etenim ex eo, quod essentia ex se non est perfecta per proprium actum substantialem, sed habet rationem perfectibilis per actum extra se ex stentem, procedit, vt 94. possit intellectus considerare in ea conceptum perfectibilem, ac determinabilem per alium, & conceptum determinantem: nam in quantum eadem essentia concipitur, vt ab esse actuali remota, consideratur vt perfectibilis, hoc est quasi approximabilis vt sic loquamur ad esse. Et rursus in quantū concipitur, vt actui essendi propinqua, hoc est, ita determinata vt proxime ex ea esse actuale procedat, cōsideratur vt perfecta essentialiter. Et quia concep- 95. tus prior est communis, in quo conueniunt spirituales naturæ, genericus est, posterior vero, in quo separantur, differentialis, sed per diuersum gradum quo ad esse appropinquant, separantur, vt si priorem cōceptum ponamus esse cōmunem rationē spiritus, sub quo adhùc procul distant ab esse actuali, posteriorem vero Gabrielis, vel Michaelis, à quo actuale esse proximè dimanat. itaque genus accipitur à potentia intra essentiam clausa, differentia vero ab actu, non quidem subsistentiæ, quia extra essentiam constituitur, sed ab eadem essentia in quantum ei proxima sic est, vt ab ea tanquā à proximo principio oriatur, ita enim considerata quasi in actu est respectu sui ipsius, in quantum, vt magis remota ab eodem esse accipitur.

Probatur 2. eadē prop. cont. Duran.

Probatur secundo eadem propositio argumento ad hominem aduersus Durādum, nam si Angeli ponuntur in prædicamento, euidenter sequitur primo esse sub genere substantiæ, & proxime sub genere substantiæ spiritualis, genus autem pertinet ad quidditatem eius, quod sub eo collocatur, ergo intra essentiam Angeli datur genus, quæ autem in genere con 96. ueniunt, distinguuntur specie sub eo, ergo habent etiam essentiales differentias, quibus separantur, ex quibus simul componi cum genere necesse est. Vnde intelligitur sententiam

Durandi duo continere inter se pugnantia, nam ex vna parte ponit Angelum in prædicamento per se, ex alia negat esse compositum ex genere, & differentia, idem namque est in prædicamento esse, & esse in genere, cùm caput prædicamenti sit genus supremum, esse autem in genere idem est, quod genus habere, sub quo collocetur, ex quo non componi repugnat.

Quid sequatur ex duabus assertionibus roboratis.

Ex duabus autē assertionibus iā corroboratis plane sequitur veram esse postremā, quòd Angeli sint per se in prædicamento substantię sub quo notum est vniuersas substantias compositas contineri, ipsis etiam aduersarijs concedentibus, sed efficaciter probatum est duplicem esse in Angelis compositionem, ex actu

97. videlicet, & potentia, atque ex genere, & differentia, ergo necessario admittendum est eos in prædicamento substantiæ collocari. Eisdemque rationibus conuincitur aduersus primam sententiam cœlestia corpora in prędicamento includi, de quibus planè Arist. docet compositas esse substantias ex partibus etiam integrantibus 5. metaph. text. 15. & 7. metaph. text. 5 & 8. metaph. tex 1. Nec testimonium eius pro prima sententia oppositum conuincit contrarium, illud enim hoc modo exponit D. Thom. in commentarijs illius, & 1. parte quæst. 66 art. 2. ad 2. & quæst. 88. art. 2. ad 4. duplex esse genus, Physicum quidem, quod est materia, in qua primo inuenitur potentia realis fundans rationem genericam in rebus materialibus, aliud est genus logicum, nempè commune prędicatum, vt substantia à corporea, & incorporea, atq; etiam corpus à diuersis corporum speciebus. Dum ergo Aristot. corruptibile, & in-

98. corruptibile genere differre docet, de physico intelligit, nam cùm corpora incorruptibilia materiam sibi vendicent à priuatione aliarum formarum liberam, corruptibilia verò materiam habeāt priuationibus obnoxiam, sic sunt diuersa sub cōsideratione physica, vt communem materiam habere repugnet. Est autem huiusmodi differentia ex parte materiæ principium totius contrarietatis, vt ait, D. Thom. cum primam oppositionem priuatiuam contineat, merito ergo genericam differentiam in hoc ordine constituere dicitur inter corpo-

99. ra priuationi subdita, & ab ea libera, quæ tamen in genere logice sumpto conuenire vniuoce possunt, cùm vna sit ratio corporis ab vtrisq; abstrahibilis.

Scio hanc solutionem non esse receptam à patre Fonseca 5 metaph. ca. 8 quæst 4. sect. 1. 2. & 3. sed nullum aduersus eam video efficax argumentum. Præstat igitur auctoritas D. Tho. quem in hac parte vniuersa ferme schola complectitur. Adhibetur nihilominus alia solutio ei non opposita. Loqui Aristotelem de genere, sub logica etiam, & metaphysica consideratione, genus autem prædicamentale duplex esse 100

supremum, & intermedium supremum est substantia intermedia sunt corpus, & spiritus corpus corruptibile, & incorruptibile, De intermedio igitur intelligit Arist. dū ait genere diuersa esse in prædicamento substātiæ, corruptibile, & incorruptibile, cū quo stare potest, vt sub eodem supremo genere substantiæ collocētur. Consentanea videtur hęc solutio verbis Arist. cum specie, & genere diuersa esse affirmet corruptibile, & incorruptibile.

Argumenta vtriusq; opposita sententiæ diluuntur.

Soluuntur loca Arist.

Loca autem Arist. vt iam proposita argumenta soluamus, difficilia sunt, sed si attenta consideratione expendantur, nihil aduersus sententiam nostram continent, etenim in 1 loco, vt verborum cōtextus non obscure indicat, id docere de spiritualibus substātijs intendit, quòd perpetuæ sint, si motus a- 101.

liquis cœlorum sempiternus est, nam cùm cœlestia corpora à primo ente, vel motore moueantur, qui opera, ac assistentia intelligētiarum vtitur ad motum perficiendum, necesse est eas esse perpetuas, quòd si perpetuæ sunt ingenerabiles esse, & incorruptibiles necesse est, nam generabilia, & corruptibilia, vt experimur, aliquando oriuntur, aliquando intereunt, & quia principium generationis, & corruptionis 102.

est materia, ab ea in primis immunes erunt, nec solùm à materia, sed etiam à potentia nō essendi, quæ in principijs earum insit, nam si vno, vel alio modo principium, vel potentiam non essendi haberent, absolute pronunciandum esset ex propria cōditione non fore perpetuas, atque adeo neque ipsum motum ab eis depēdentem, & hunc esse germanum sensum Arist. præter verborum testimonium docet D. Thom. in expositione secundi loci, vt vidimus, quem sensum tenere ait Aristotelem dùm de hisce substantijs profert esse entia 103

omnino in actu, & nullo modo in potentia, quod certè verū est, nā cùm sint purę spirituales.

les, nullum est in eis naturale principium deficiendi, & idcirco à natura habent semper esse in actu, & non aliquando in actu, aliquando in potentia, quemadmodum generabilia, & corruptibilia: hæc tamen vera sunt, quanquàm intra substantiam earum sit compositio actus, & potentiæ explicata. Et esto à primo principio dependeant in esse, fieri, & conseruari, (quod nusquā negare intendit Arist.) hoc tantum inducit potentiam non essendi obedientialem, si dependentia à primo principio potentia non essendi appellanda est. Nec minus difficilis est locus posterior, propterea quod intentum Arist. longè diuersum est ab eo, quod verba primo aspectu sonare videntur, vt D. Thom. cuius explicationem sequimur, in commentarijs illius docet; intendit Arist. ostendere quodammodo circa quidditatem rei intelligendam se habeat intellectus, & statuit circa illam decipi non posse, vel errare, sed vel eam attingere sicut est intelligendo, vel potius non attingere, quod ignorantia potius, quàm error appellatur. Id vt explicet, tanquàm certum præmittit, in intelligendis simplicibus non esse veritatem, aut falsitatem, sed solum in compositione, & diuisione vt 1. de interpretatione libro videbimus, quia simplicia veritate simplici non complexa, vera esse dicuntur, sed quidditas rei cuiuslibet simplex est, hoc est nō complexa, quamquàm ex partibus essentialibus componatur, ergo circa illam intelligendam nō contingit error, vel deceptio, sed si non intelligantur, vt verè sunt, penitus non attinguntur, & nesciri, vel ignorari dicuntur ab intellectu potius, quàm intellectus ipse errare, vel decipi in eis attingendis dicatur, quia nec diuidit, nec componit, sed simplici intuitu in eas fertur, quemadmodum sensus circa sensibilia, vt expresse docuit Arist. 3. lib. de anima text 26 his verbis. *intellectus autem non omnis, sed qui est ipsius quid est secundū ipsum quòd erat esse, verus est, & non aliquid de aliquo, sed vt visio proprij vera est, si autem album homo, aut non, non verum semper est, sic se habent quæcunq; sine materia sunt, &c.* Et quamquàm verum hoc sit, D. Thom. non solum circa quidditatem rerū simplicium, sed compositarum, quia quidditas in vtrisque consistit in indiuisibili, hoc est in determinato prædicatorū numero, à quo si deficiat aliquod, vel ei superaddatur, non constabit essentia; in spiritualibus tamen speciali quodam titulo verum est, quia semper eodem modo se habent in actu existentes, cùm tamen materialia varientur sæpè. Hæc autem per se loquendo vera sunt; sed per accidens contingere potest error, vel deceptio circa quidditatem rei, si ei aliquid attribuatur ab intellectu, quòd verè non conuenit, idq; non solum circa quidditatem rerum materialium, sed etiam spiritualium, vt si substantiæ spirituali attribuatur esse corpoream, vel ex materia, & forma compositam, cùm verè sit spiritualis, talique compositione careat; adhuc tamen eiusmodi deceptio per accidens, minus contingit circa spiritales, quàm corporeas substantias, quia istæ quidditatem habent ex pluribus rebus compositam, vnde in compositione earum percipienda deceptio contingere potest; minime verò in spiritualibus, quæ ex multis rebus non componuntur, sed eadem res est in eis quidditas, & suppositum vel quod est, & id, quo est; quanquàm enim Angelus ex esse, & essentia sit compositus, vel ex actu, & potentia, non tamen tanquàm ex multis rebus, sed tanquàm ex re, & modo eius substantiali, tanquàm ex natura, in qua est potentia, & proprio eius termino, qui est actus substantialis; in quo sensu simplices, vel non compositæ quidditates appellantur ab Arist. intelligentiæ, non absolute, sed rerum materialium, & corruptibilium comparatione; & quo plures sunt compositiones, magisque componentia diuersa, pluribus modis errare contingit in coaptandis componentibus, vt debito modo facta intelligatur compositio. Merito ergo Aristot. minorem esse deceptionem adhuc per accidens in simplicibus, quàm in compositis vult; & ita constat germanus literæ sensus, non omnem compositionem, neque omnem potentiam ab intelligentiarum substantia remouens. Illud autem, quod ex sententia Arist. demum obijcitur, de genere, & differentia à materia, & forma accipiendis, iam à nobis expositum superius est, sic esse accipiendum, vt à materia, vel à potentia similitudinem materiæ tenente sumi dicantur, neque enim minus potentia fundat rationē contrahibilis in conceptu generico, quàm physica materia.

104. 105. 106. 107. 108. 109.

Occurritur solutioni.

Sed neque argumentum in fauorem oppositæ sententiæ propositum eam tollit. E enim dum potentiam intra substantia intelligentiarum ponimus, non loquimur de actiua (vt benè argumentum præsupponit) sed de passiua, vel certe ei simili; non quidem præsupposita ipsi substantiæ ex nihilo producendæ, sed 110.

 contenta

contenta in eadem substantia iam producta, cuius productionis terminus completus, & totalis, neque est essentia, vel natura, nec; etiam esse actuale, sed suppositum vtroque constans; ita tamen vt realis ipsa essentia, vel natura, à qua esse actuale prodijt tanquam substantialis effectus, sit in potētia, vt eo tanquàm substantiali actu perficiatur, atque ex vtroq; substantia ipsa spiritualis subsistens resultet, quæ sit
111. terminus totalis productionis, itaque non est potentia ex qua spiritualis substantia producitur: nam hæc solum in rebus materialibus generationi, & corruptioni subditis ponitur, sed in ipsa substantia consistens, & idcirco in rebus adhuc ex nihilo conditis locū habens. Et ita ruit secundum argumentum de compositione generis, & differentiæ procedens.

Argumentis Durandi occurritur.

Ad 1. Durand. respondetur. AD primum Durandi respondetur, in compositione reali Angelicæ substantiæ componentia non habere modum partium; nam etsi vt actus, & potentia se habeant, diuersa longè ratione, ac se habent materia, & forma in compositione physica, habent quidem istæ conditionem potentiæ, & actus recipientis, & informantis, quia materia potentia est recipiens in se formam ad modum subiecti, & forma in materia recipitur per modum informantis: non sic autem res se habet in potentia, & actu naturæ spiritualis: natura quidem ipsa potentia est non per modum recipientis subiecti, sed cùm omnino
112. completa sit substantialiter, per esse actuale completur, quod tamen nō complet rationem eius per modum informantis, sed substantialiter terminantis; habet enim iam natura esse essentiale simplex, cui simile complementum deficit, eoque tanquàm termino substantiali perficitur: eiusmodi autem compositio licet non sit ex partibus proprie, est tamē sufficiens fundamentum alterius compositionis metaphysicæ, generis nempè, & differentiæ, quæ verè sunt partes speciei, non vt materia, & for-
113. ma, quæ diuersæ sunt res, sed iuxta metaphysicum modum, & ordinem, qui cùm à materia abstrahat, materiales etiam res considerans, ex earundem rerū conceptibus tanquàm ex partibus speciem componit, vnde sequitur, vt genus, atque differentia in Angelis partem duntaxat enuncient, sed genus per modum totius potentialis subsistentis, differentia verò per modum adiacentis formæ, ac propterea illud in quid, hæc in quale de specie prædicantur: admittendum igitur est ad formam argumenti, in Angelis non esse partes physicas, negandum tamen omnino non esse partes metaphysicas.

Ad secundum argumentum dicimus simplicia se ipsis constitui, atq; distingui, in hoc sensu, quòd non constituuntur, ac distinguuntur rebus alijs à se diuersis: nam vt in corpore quæstionis admonuimus, non est in eis suppositum res diuersa à natura, à qua tamen distinguitur distinctione reali includentis, & inclusi, cùm claudat suppositum esse actuale realiter à natura distinctum, non vt rem aliam, sed vt modum, ac terminum substantialem; si verò sic intelligatur se ipsis constitui, ac distingui, vt non constituantur, ac distinguantur aliquo reali intra substantiam contento, non solùm est falsum, sed absurdum satis, cùm notum sit in aliquo cōuenire, & differre in alio, vt explicuimus: & si in ordine metaphysico loquendum est, absolute negamus Angelos se ipsis distingui, si talis sit sensus, quòd non distinguantur differentijs essentialibus: nam cùm in substantia spirituali, vel in genere spiritus communicent, necesse est proprijs differentijs separati. Nec dicuntur simplices substantiæ quòd omni prorsus compositione careant, sed quia carent compositione realium partium, quæ maiorem inducit imperfectionem. Illud verò, quod Durandus de accidentibus addit, neminem genera, differentias, ac definitionem eorum designasse quidditatiuam, planè falsum est, cùm constet Aristotelem, & post ipsum omnes coordinationes prædicamentales accidentium posuisse ex summis generibus, atomis speciebus, ac intermedijs constantes, & quæ diuisionibus generum per oppositas differentias coalescunt; definitiones item quidditatiuas ex eisdem generibus, ac differentijs compositas, licet perfectionem substantiæ minimè pertingentes, quia non nisi per additamentum, hoc est, subiecto in eis superaddito designabiles sunt, id accidentium imperfecta conditione postulante. Et si aliquando appellantur simplices formæ, in eo tantum sensu verum esse potest, quòd physica compositione materiæ, & formæ careant, vt in materia prædicabilium statutum reliquimus.

Ad 2. arg.
114.
115.
116.

QVÆSTIO

QVAESTIO QVARTA.

Qualis nam sit diuisio substantiæ in primam, & secundam?

Obijciuntur aliqua contra diuisionem.

I. Impugnatur.

VT quæstionis difficultatem aperiamus, libet diuisionem his argumentis impugnare. Substantia prædicamentalis in communi est genus supremum huius prædicamenti, ergo nullum est vniuersalius prædica-
135. tum completæ substantiæ eo superius, sed diuisum huius diuisionis debet esse substantia completa, non secus, ac membra diuidentia, & quidem superius comparatione supremi generis, quod est secunda substantia; cùm ergo tale prædicatum non detur, nec dabitur diuisum huius diuisionis, & sic erit penitus impossibile.

II. Impugnatur.

Secundo. Quia diuisum huius diuisionis ex vna parte debet esse substantia ponibilis in prædicamento, cum sit substantia completa, ex alia verò poni in prædicamento repu-
136. gnat, ergo repugnantiam continet substantiam completam secari in primam, & secundam. Probatur hoc secundum; quia quidquid in prædicamento ponitur per se, & directe, vel est genus, vel species, quæ sunt secundæ substantiæ, vel indiuiduum, quod est prima; sed diuisum non potest esse genus, neque species, quia diceretur ad conuertentiam cùm vno membro, nempè cum secunda substantia: neque indiuiduum, quia tunc esset alterũ membrum, quod est prima, ergo neque in prædica-
137. mento collocari? Tertio. Membra bonæ diuisionis nõ solũ distincta, sed opposita esse oportet, at prima substantia, & secunda, nec distinctæ sunt, neq; oppositæ, quin potius vna pertinet ad essentiam alterius, in eaq; proinde clauditur, nempe secunda substantia in prima, de qua vniuocè prædicatur, vt docet Aristoteles cap. præsenti: ergo minus bona erit diuisio.

Postremo impugnatur.

Postremo: nec diuisum est possibile, nec membra adaptari possunt bonæ diuisioni, ergo omni ex parte vitiosa erit; ostendo primũ: quia vel diuisum est aliquid reale, vel rationis; non reale, quia vel est singularis natura, & sic pugnat cùm secundo membro, nempe cùm se-
138. cunda substantia; vel vniuersalis, & pugnabit cùm primo, sed neque est ens rationis, vel secunda intentio, nam hic diuiditur substantia completa, & prædicamentalis, quæ ens reale est, & quemadmodum propter realem entitatem pertinet ad prædicamentum, & non ratione secundæ intentionis, sic etiam propter eandem est diuisum huius diuisionis: vnde nec secunda intentio diuisum est, nec prima vt substat secundæ.

Explicatur præsens diuisio.

PEtunt proposita argumenta explicationem præsentis diuisionis, vt intelligamus quodnam sit diuisum, quo etiam modo membra diuidentia sint accipienda, vt cohærere cùm eo possint priusquam varias exposi- 139.
torum sententias circa qualitatem eiusdem diuisionis (in qua designanda tota controuersia posita est) referamus: nam ex varijs modis accipiendi diuisum, & membra, absque dubio orta est diuersitas opinandi. Adnotandum est, quatuor modis accipi posse tam diuisum, quã membra. Primo quidem, vt diuisum sit reale, membra verò rationis; vel, vt aiunt, diuisum sit prima intentio, membra secundæ: & ita eiusmodi sit diuisio, substantia realis, alia est vniuersalis alia particularis: vel alia primum subiectum, alia secundum: & tunc duobus adhuc modis reale diuisum considerabile est, vel pro substantia secundum essentiam, vel secundum proprietatem substandi; & si primo modo consideretur, diuisio est subiecti in diuersa accidentia rationis. Si verò secundo, diuisio est accidentis in accidentia, rea- 140.
lis tamen in diuersa accidentia rationis; & iuxta primum sensum idem est, ac si diuidatur substantia realis in subiectum, & prædicatum, in vniuersalem, & particularem: accidit enim naturæ reali vniuersalem esse, vel singularem; iuxta posteriorem verò eiusmodi est 141.
diuisio, substantia realiter substans, alia est primũ subiectum in propositione, alia secundum. Secundo modo, vt ex opposito diuisum sit ens rationis, membra verò realia; nempe prima, & secunda substantia secundum realem entitatem acceptæ, & tunc erit quasi diuisio accidentis rationis in diuersa subiecta realia.

Explicatur diuisio. — *Varijs modis accipitur tam diuisum quã membra diuidentia.* — *I. Modo.* — *II. Modo.*

III. Modo.

Tertio, vt tam diuisum quàm membra sint entia rationis, sitque diuisionis sensus, subiectum propositionis, quod sub prædicatis collocatur, aliud est primum, hoc est singulare, aliud secundum, nempe vniuersale; & cùm esse hoc.

hoc, vel illo modo ſubiectum diuerſa ſint en-
142. tia rationis ad communem rationem ſubiecti, tanquam ſpecies ad ſuum genus, *comparata*, erit diuiſio *generis* in ſpecies. Poſtremo accipi
4. Modo. poſſunt tam diuiſum, quàm membra ineſſe reali ſubſtandi, & tunc erit ſenſus: ſubſtantia realiter ſubſtans alia eſt prima, quæ propria ratione ſubſtat ſe ſecundis ſubſtantijs, & accidentibus, alia ſecunda, quę ſubſtat ratione primæ; & in præſentia modum ſecundũ miſſum facimus, quem ſequitur nemo, quia impertinens eſt ad præſens inſtitutũ, & omnino præter mentem Ariſt. nam, ſi membra realiter accipiuntur, impertinens eſt diuiſum pro ſecunda intentione accipere, quod ad membrorum explicationem, atq; cognitionem ordinatur.

Referuntur variæ ſententiæ.

I. Sent. IVxta rationem trium modorum ponitur à diuerſis interpretibus Ariſtotelis qualitas huius diuiſionis; nam, qui primũ mo-
143. dum, & primum eius ſenſum tenent, ponunt eſſe diuiſionem cuiuſdam ſubiecti in diuerſa accidentia, non ſecus, ac ſi diuidas naturam realem in particularem, ac vniuerſalem, vel corpus in album, & nigrum: hanc ſententiam tenet Doctor Canterus in huius capitis principio, quàm primo probat teſtimonijs Ariſtotelis capite prędicamentorum ſecundo, & pręſenti, eiuſmodi namque diuiſio ſubſtantiæ in primam, & ſecundam pars eſt illius diuiſionis, eorum, quæ ſunt, &c. poſitæ ab Ariſtotele eo capite, cuius primum, & tertium membrũ ſic habent; quædam de ſubiecto dicuntur, in nullo verò ſunt prorſus ſubiecto, vt homo; alia neque in ſubiecto ſunt, neque de ſubiecto
144. dicuntur, vt quidam homo. Ecce primum membrum continet ſecundas ſubſtantias, tertium primas; ſenſus autem vtriuſque, quantũ ex verborũ contextu elicitur, non poteſt eſſe alius, quã ſubſtantiam vnã eſſe vniuerſalem, ſingularem aliam, & idem eſt ſenſus pręſentis diuiſionis, nã eſſe vniuerſalem eſt eſſe ſecundam ſubſtantiam, eſſe ſingularem, primam; ergo quemadmodũ vniuerſalem eſſe, vel particularem ſunt accidentia naturæ ſubſtantialis, quæ diuiditur, pari ratione eſſe primã, vel ſecundã ſubſtantiam; cenſet ergo Ariſtoteles diuidi tanquàm ſubiectũ in diuerſa accidentia rationis. Idemque capite præſenti planè docet, vbi primam, & ſecundam ſubſtantiam ea ſola ratione
145. ſeparat, quod prima de ſubiecto non dicatur, ſecundæ ſunt genera, & ſpecies, in quibus ſunt primæ ſubſtantiæ, quod eſt de ſubiecto prædicari; dici autem de ſubiecto, & non dici, ſubſtantiæ in cõmuni accidit, diuiditur ergo ſubiectum in ea, quæ ſibi accidunt. Probat ſecun- Probatur
do à ſufficienti partiũ enumeratione; etenim ſecundo
diuiſio hæc non eſt ſolius vocis in diuerſa eius rat.
ſignificata, vt poſſet aliquis exiſtimare, cum non ſola vox ſubſtantiæ primæ, & ſecundæ
communis ſit, ſed etiã res ſignificata, cui con- 146.
ueniunt diuerſa hæc accidentia vniuerſalis, & particularis, non ſecus atque homini albũ eſſe, aut nigrum: ſed neque eſt enumeratio par-
tium duntaxat, propter duo. Tum quia vna 147.
pars earum, in quas totum ſecatur, dũ dicimus partium hominis alia eſt caput, alia manus, &c. non continet aliam, prima verò ſubſtantia ſecundam continet; Tum etiam, quia totum, quod diuiditur, non prædicatur de ſingulis partibus; falſum eſt enim enunciare caput, vel manũ eſſe hominem: at ſubſtantia in præſentiarum diuiſa benè de prima, & ſecunda prædicatur.

Nec tertiò, eſſe poteſt diuiſio generis in ſuas ſpecies, quia & vna ſpecies clauderet aliã, ſiquidem prima ſubſtantia claudit ſecundam, quæ de ea enunciatur, & ſurſus genus aliquod ſubſtantiæ daretur ſuperius generaliſſimo huius prædicamenti, quod, cum ſit ſubſtantia ſecunda, inferius eſt diuiſo huius diuiſionis, &
cùm altero membro conuertitur. Nec demum 148.
analoga diuiſio appellari poteſt, ita vt ſubſtantia diuiſa ſit in eam, quæ primo, & principaliter dicitur ſubſtare, quæ eſt prima, & in eam, quæ minus principaliter, & ratione alterius, quæ dicitur ſecunda: nam, ſi talis eſſet diuiſio, non eſſet ſubſtantiæ, ſed cuiuſdam affectionis
eius, ſiquidem ſubſtare affectio, vel proprietas 149.
eius eſt, non ipſamet ſubſtantia, quod ſatis abſurdum eſt, & menti Ariſtotelis repugnans, qui inter proprietates ſubſtantiæ enumerauit non poſſe ſuſcipere magis, & minus. At, ſi ſubſtantia in principaliter, & minus principaliter ſubſtantem diuiſa eſſet ab Ariſtotele, eadem diuiſione profiteretur magis, & minus ſuſcipere, eſſetque ſibi planè contrarius.

Secundò: pugnaret profecto diuiſio, ſi ſic analoga eſſet, cùm definitione ſecundarũ ſubſtantiarum, quæ ſic definiuntur: ſunt genera, & ſpecies, quibus primæ ſubſtantiæ inſunt, prædicantur ergo ex propria ratione, non ſubijciuntur. Ergo etiam ergo diuiſio eis non conuenit, qua dicitur ſubſtantiam aliam eſſe, quæ

primo

primo subſtat, aliam, quæ ſecundo : ſubſtare autem non eſt eſſe prædicatum, ... ctum.

Aliæ ſent. Sunt alij, qui eundem modum accipiendi diuiſum, & membra tenent, diuiſum pro ſubſtantia reali, pro ſecundis verò intentionibus membra, aliam tamen ſequuntur ſenſum quantum ad diuiſum, non pro ſubſtantia ſecundum eſſentiam, ſed vt ſtat ſub proprietate ſubſtandi illud accipientes, atque etiam affirmant diuiſionem eſſe accidentis cuiuſdam in alia accidentia diuerſa, quia ſubſtare pro-

150\. prietas eſt ſubſtantiæ, accidensque proinde illius, diuiſa igitur ſubſtantia, vt ſubſtat, tantundem erit, ac ſi diuideretur formaliter ſubſtare, vel ipſa ſubſtantia, vt ſtat ſub tali accidenti: & cùm membra ſint vniuerſalis, & ſingularis

151\. ſubſtantia, quæ verè accidunt ſubſtantiæ, vt ſic, atque etiam vere ſunt accidentia rationis, ſequitur planè quoddam accidens ſubſtantiæ diuiſum eſſe formaliter in alia accidentia, nō ſecus, ac ſi album ſic diuidas; alborū aliud dulce, aliud amarum. Pro hac ſentētia referuntur Louanienſes Pater Tolet. quæſt. 1 & M. Oña. quæſt 1. art. 1 quos ego, qua potui diligentia conſulens, id afferentes non inueni.

3\. Diuiſionis ſenſus. In tertio loco extant tertium diuiſionis ſenſum tenentes: videlicet tam diuiſum, quam membra eſſe ſecundas intentiones, qui ex conſequenti aſſerunt diuiſionē eſſe generis in ſuas ſpecies, eiuſmodi ſunt ex modernis Ariſtotelis interpretibus nonnulli; quorum ſententiam non ſolum approbat idem Magiſt. Oña,

Ratione confirmat Oña. ſed confirmat hac ratione: ſumpto diuiſo, & membris pro intentionibus ſubiecti in communi, & in particulari: nempè primi, & ſe-

152\. cundi: non pendet ſecunda ſubſtantia à prima in eo, quod eſt eſſe ſubiectum propoſitionis, nam quando copula propoſitionis abſoluitur à tempore, vt in hac: homo eſt riſibilis, nō eſt homo ſubiectum propter primam ſubſtantiam, ſed ratione ſui ei inhærent paſſiones; nec rurſus prima in propoſitionibus contingentibus a ſecunda pendet, dum dicimus Petrum, vel Paulum eſſe album, ergo ratio ſubiecti in communi, quæ diuiditur, parti-

154\. cipatur à membris diuidentibus abſque dependentia vnius ab alio, quod eſt æqualiter participari, vt genus à ſuis ſpeciebus, quibus ratione differentiarum permittitur vnam eſſe alia nobiliorem, vt hominem equo: ita ergo cenſendum eſt rationem ſubiecti genericam æqualem eſſe in prima, & ſecunda ſubſtantia, licet ratione differentiæ, hoc eſt particularis modi ... à prima participetur.

Quarta ſententia diuerſè à diuerſis explicatur.

QVarta ſententia profitetur diuiſionem eſſe analogam, ſed patroni illius non in eodem ſenſu eam accipiunt, ſed quidam iuxta primum modum, diuiſum nempè pro reali ſubſtantia, membra pro ſecundis intentionibus. Sic ſentit Magiſter Sotus quæſt. 1. inter ſoluendum argumentum primum, de cuius mente ſubſtantia realis diuiditur in quantum ſubſtat diuerſis ſecundis intentionibus denominantibus primam, & ſecundam ſubſtantiam, Caietanus item, quanquā modum realem poſſe etiam membris adaptari teneat, ſed magis eſſe logici inſtituti, vt pro ſecundis intentionibus accipiantur, ita vt iſte ſit ſenſus: ſubſtantia alia eſt modo particulari, alia modo vniuerſali concepta. IIII. Sententia. 155.

Propria ſententia ſtabilitur.

SEd D. Thomas analogam diuiſionem eſſe ſtatuit in ſenſu realitam diuiſum, quam membra accipiens, quæſtione 9 de potentia, articulo 1. ad 6. cuius hæc ſunt verba: *Cum diuiditur ſubſtantia in primam, & ſecundam, non eſt diuiſio generis in ſpecies, cum nihil contineatur ſub ſecunda ſubſtantia, quod non ſit in prima, ſed eſt diuiſio ſecundum diuerſos modos eſſendi, nam ſecunda ſubſtantia ſignificat naturam generis ſecundum ſe abſolutè, prima vero ſubſtantia ſignificat eam, vt indiuidualiter ſubſiſtentem. Vnde magis eſt diuiſio analogi quam generis*: Eodem modo ſentiunt Albertus Magnus in prædicamentis, tract. 2. de ſubſtantia, capite 3. Iabellus 5. Metaphyſic. quæſtion. 17. Pat. Toletus, quæſtione 1. & hæc mihi videtur propius ad mentem Ariſtotelis, & veritatem accedere. Sed prius explicanda erit, poſtea confirmanda. Vera ſententia. 156. 157.

Adnotandum eſt ergo prædicamentalem ſubſtantiam tribus modis conſiderabilem eſſe, vel ſecundum eſſentiam, vel ſecundum vltimum eius actum, qui eſt ſubſiſtentia, vel ſecundum proprietatem ſubſtandi accidentibus, eſſentia ſubſtantię eſt gradus quidam realis eſſentiæ perfectæ, hoc eſt, independentis ab alio, quæ quamuis realis eſſe non poſſit, Nota. 158.

 niſi

nisi extra causas existens, abstrahit tamen ab *existentia*, quia ad essentiam substantiæ creatæ non pertinet existentia, sed nec subsistentia, quæ est vltimus actus naturæ, per quem constituitur in supposito, vel persona: & qua perficitur substantialiter, vt substare secundis substantijs, & accidentibus valeat: & hæc est secunda consideratio substantiæ. Substare verò est alia in se sustentare, qua ratione Petrus, qui substantia per se subsistens est, albedinem, cæteraque accidentia sibi inhærentia sustentat, hæc autem tria ita se habent, vt essentia substantiæ sit primum, à quo duo alia oriuntur, tali quidem ordine, vt subsistentia proximè, quasi remote vero ea mediante substare:
159. gradus enim realis essentiæ perfectæ ad substantiæ quidditatem pertinens, talis est, vt ei debeatur subsistentia, quapropter, & si essentiam non ingrediatur, non est tamen sic extra illam, vt accidens sit, vel propria eius passio, sed medium tenet inter accidentalia, & essentialia prædicata, & propriè loquendo terminus est substantialis naturæ, & quasi vltimum
160. eius complementum substantiale, ab essentia autem per subsistentiam completa oritur substare, quod alius actus substantialis est eiusdē substantiæ, non enim substat, vel sustentat alia medio aliquo accidenti, sed virtute, & excellentia propriæ subsistentiæ: constituitur autem in prædicamento substantia secundum essentiam, non secus, atque accidentia cætera prædicamentalia. Cæterùm, cum lateat nos essentia eius, noluit Aristoteles eam ostendere per actum, aut proprietatem substandi nobis notiorem, quæ ei conuenit in communi consideratæ, hoc est abstrahendo à prima, & secunda, sed primo, & per se in singulari, quasi secundario, dum consideratur in vniuersali, & hac de causa noluit eam diuidere, nec definire per essentialia, sed per actum substandi, & quia actus iste manifestatur particularibus substantiæ considerationibus, nempe singulari, & vniuersali, idcirco diuisit substantiam,
161. & in quantum in se subsistens est, & ratione huius excellentiæ sustentat cætera. Vnde sensus diuisionis est: substantia, quæ est ens completum, atq; perfectum, cui debetur subsistentia, & quæ eius ratione quasi sustentatiua est aliorum, alia est prima, alia secunda, hoc est primo, & per se, & principaliter id habet in singulari, quasi secundario in vniuersali.

Intelligitur plane vtri- Et iuxta hunc sensum diuisionis intelligitur sane vtriusque membri definitio: substantia, quæ propriè, principaliter, & maximè dicitur est, quæ neque de subiecto aliquo dicitur, neque in subiecto aliquo est, ac si dicatur: substantia singularis, cui primo conueniunt subsistentia, & substare, non est in alio, sed per se primo habet esse, & independenter ab alio, & cum id, quod non est in alio, non sit de alio enunciabile, neque in subiecto esse dicitur. Secundæ autem substantiæ sunt genera, & species, hoc est, reales substantiæ in vniuersali consideratæ, quibus insunt primæ, ac si dicatur, quæ cum in ipsis singularibus actu subsistant, singularia eadem quasi sub earum potentia continentur. Hunc sensum diuisionis explicuit D. Thom. dicens substantiam diuidi in primam, & secundam, quasi in diuersos modos essendi, hoc est subsistendi, & substandi per se primo, qui proprius est essendi modus primarum substantiarum; subsistendi ac substandi quasi secundario, qui secundis substantijs conuenit, & cum actus isti substantiales, sub quorum consideratione diuiditur substantia in communi, & definitur, vtrumque membrum prius, ac principalius ratione substantiæ primæ ei conueniat, concludit D. Thom. magis esse analogam, quam genericam diuisionem. Quod hoc argumento efficaciter probatur: nam actus subsistendi, & substandi, sub quibus diuiditur in præsentiarum substantia, per se primo, & non per participationem ab altero conueniunt primæ substantiæ: Secundis verò non à se, sed ex participatione primæ, ergo vtrique membro analogice conuenit diuisum. Notum est antecedens, cum subsistentia, ratione cuius substare conuenit, natura singulari oriatur, eamque tanquam vltimus eius actus terminet, secundis vero non conuenit, nisi in quantum à primis abstractæ sunt, & in eisdē subsistunt, propter subsistentiam igitur primarum substant, & nō per propriam, & hoc est plane per participationem earū substare: esse autem de mente Aristotelis tam modum accipiendi realem diuisionem, quā eius qualitatem, probatur manifeste. usq; membri definitio. 162. 163. 164.

Quia Aristoteles eiusmodi diuisionem expressè non designauit, sed tacitè eo ipso, quod vtrumq; membrum descripsit, ergo definitiones ipsæ inferunt diuisionem: eodē igitur modo, quod definiuntur, sunt membra diuisionis: sed realiter esse definitas ostēdunt verba Arist. initio capitis expressa, quibus prima substantia explicatur, videlicet: *Substantia, quæ primò, principaliter, & maximè dicitur, &c.* Eiusmodi 165.

namque

namque excellentiæ non propter secundam intentionem, sed propter proprium modum essendi realem, ei attribuuntur; nempè quia per se subsistit, & propria virtute cuncta susten tat, vt ex communi omnium Doctorum sententia literam Aristotelis exponentium attulimus, ergo secundum esse reale definitur, & ex consequenti eodem pacto est membrum diuisionis, quod etiam declarant duæ negationes eam definientes: non esse in subiecto, nec dici de subiecto, quibus positiuus modus essendi quasi à posteriori manifestatur, nempè vt per se, propriaque virtute subsistat, atque adeò independenter ab alio, accidentia enim à quibus per primam negationem separatur,
166. non per se, sed in alio tanquam in subiecto existunt, ideoque ex stentia eorum inexistentia potius, quam existentia per se vocatur, & secundæ substantiæ, cum de subiecto dicantur, hoc est de quidditatiue inferiori, in eo subsistant necesse est, & ex consequenti eius virtute, & non propria: latet igitur sub his negationibus perfectissimus modus essendi primæ substantiæ, sub quibus definitur, & alterum membrum diuisionis est. Nec minus notum est sensum realem continere definitionem secundarum substantiarum, de quibus constat sic definiri, quemadmodum in prædicamento collocantur, in eo autem collocari secun-
167. dum realem naturam in communi conceptam, & non ratione secundæ intentionis, superius ostendimus luce clarius, ergo de reali fundamẽto generis, & speciei verba definitionis accipiuntur, non de secundis intentionibus, ita vt sensus sit, secundæ substantiæ sunt naturæ reales genericæ, atque specificæ in communi con-
168. ceptæ, atque adeò vt determinabiles per differentias specificas, atque indiuiduales, sub quarum proinde ambitu, potestateque contrahibili continentur primæ substantiæ reales, realem item earum essentiam participantes: vnde fit, vt actu in eisdem primis substantijs, ac virtute earum subsistant, accidentibusque substare valeant: elicitur ergo ex mente Aristotelis secundum eundem essendi modum realem esse membrum diuisionis. Comparans etiam Aristoteles primas, & secundas substantias inter se se, statuit primas esse maximè substantias, quia omnibus, inquit, subijciuntur, ac cætera de ipsis prædicantur, vel in eis sunt, primum ad accidentia referens, quasi dicat
169. cunctis accidentibus substare, postremum ad secundas substantias indicans in primis sub-

sistere, vnde de vtrisque agens secundum actus reales substandi, & subsistendi, quod vt ostendat clarius, concludit dicens, desinentibus primis substantijs impossibile esse aliquid aliorum permanere, hoc est neque accidentia, neque secundas substantias, quæ in primis subsistunt, ab eisque sustentantur. Accedit Aristotelem proprietates substantiæ in primam, & secundam à se diuisæ in principio capitis, attulisse in postrema, sed proprietates sunt reales nõ congruentes ei, vt subsistat secundis intentionibus, sed secundum esse reale entis per se, ergo realis est diuisio, & non intentionalis ex mente Aristotelis.

Rationibus probatur, & aliæ sententiæ impugnantur.

SEd rationibus conuincitur eadem veritas, nam diuisum huius diuisionis est substantia completa ponibilis in prædicamento, sed non ponitur in prædicamento ratione secundæ intentionis, quin potius propter realem entitatem, ergo secundum modum essendi realem diuiditur: & membra diuidentia, quæ propter eundem, rectam lineam constituunt, tanquam subiecta, & prædicata realia eodem pacto vsurpantur. Probatur rationibus. I. Ratio. 170.

Nisi velis prædicamenti lineam ex secundis intentionibus formaliter coalescere, quemadmodum de prædicabilibus superius constitutum est. Quapropter audiendi non sunt in hac parte Magister Sotus, & Caietanus, qui membra vsurpari aiunt pro eo, quod est in propositione sub ipsa primaria, ac secundaria ratione, ita intentio subiecti, & prædicati non sunt formæ prædicati, & subiecti, vt in prædi- 171.
camento disponuntur, sed realis vtriusque natura, nec magis substantiam, quam accidentia denominant, si quidem non minus accidentia in propositionibus subijciuntur, & prædicantur, quam substantiæ, quemadmodum æquali ratione eis conueniunt intentiones generis, & speciei, cæterorumque prædicabilium.

Secundo pugnat apertè cum ratione diuisum, & membra pro secundis intentionibus vsurpari, vt cæteræ ponunt sententiæ, ergo omnes sunt falsæ: probatur efficaciter antecedens de diuiso aduersus secundam, & quartam sententiam: membra diuidentia sunt intentiones subiecti, & prædicati, cum secundæ substantiæ apud Aristotelem sint genera, & species, in quibus primæ insunt, primæ vero II. Ratio. 172.

 de sub-

de subiecto non dicantur, sed potius subijciantur cæteris, sed nulla datur intentio communis subiecto, & prædicato, nisi forte vniuersalis ratio entis rationis, ergo diuisum non accipitur pro secunda intentione, nisi velis sensum diuisionis esse ens rationis aliud esse subiectū, aliud prædicatum, quod satis absurdum est.

Confirm. Rursus diuisum est substantia, sed ens rationis præterquam quod nihil denominat, vt sic abstractum à ratione subiecti, & prædicati, nō
172. magis denominare posset substantiam, quam accidentia, & etiam si dicatur communem intentionem subiecti esse formale diuisum, hæc proculdubio, vt talis est, denominat quidem subiectum, sed abstrahendo à substantia, & accidenti, postquam subiectum secundæ intentionaliter sumptum non magis illam, quam hoc determinat, quemadmodū nec prædicabile, nec prædicatū, repugnat ergo substantiam esse diuisum, sub formali ratione subiecti, ei cum accidentibus ex æquo communi.

Probatur II. idē antecedens. Probatur secundo de membris aduersus opinionem primam, quę sic diuisionem exponit, substantia alia est vniuersalis, alia particularis, ac si dicatur, alia est subiectum, alia prædicatum, &c. S. subiectum, & prædicatum formaliter conferamus, hoc est pro ipsis intentioni-
174. bus accipientes, vel pro fundamentis, vt substant intentionibus, præstat longè prædicatum tanquā propositionis caput, & tanquam subiecti forma, ergo membris hoc modo acceptis fatendum est potiorem esse secundam, quàm primā substantiam, quod planè aduersatur verbis Aristotelis, qui sæpè in hoc prædi-
175 camento oppositū docet. Vidit Doctor Canterus argumentum hoc, sed friuolam profecto adhibuit solutionem, dicens; dum Aristoteles ait, magis esse substantiam primam, quam secundam, non agere de diuisione substantiæ, sed de quadam eius proprietate: id autē friuolum esse patet, nam prius, quam proprietatem vllam recenseret, primam substantiam cum secundis contulit, discernens, & probans potiorem esse primam: & à principio huius prædicamenti adhuc ante quam vtramq; definiret, primam substantiam illis verbis compellare cœpit: *Substantia, quæ propriè, principaliter, & maximè dicitur.*

Aduersus hanc etiam sententiam, & duas alias refutatas militant testimonia Aristotelis,
176. & argumenta pro confirmatione nostræ sententiæ producta.

In calce vero huius controuersiæ extra ordinem aliarū referend est singularis illa sententia tenens enumerationem quandam partium potius, quam diuisionem esse eiusmodi, de qua loquimur, nō secus, ac si quispiam partes, quibus oratio componitur, enumeraret dicens, primas esse literas, secundas syllabas, dictiones verò postremas, cuius autor fuit Ammonius in prologo prędicamentorum, eumq; secutus est Doctor Villalpandeus in commentarijs huius prædicamenti, quæ præter efficax Canteri argumentum à nobis commemoratum, alio non minus efficaci à nobis explodenda est: si substantia partium potius enumeratione, quam vera diuisione distribuitur ab Aristotele in primam, & secundam, sequitur membra esse partes comparatione diuisi: vel ergo integrantes, veluti caput, manus, &c. Aut 178. sicut partes aquæ homogeneæ, quod non est possibile, nam totum in has partes diuisum nō potest ab eis abstrahi, cum verè ex illis actu sit compositum, nec de eis enunciatur: eademq; ratione conuincitur non esse partes actuales Physicas, quales sunt materia, & forma, nec Metaphysicas, quales sunt genus, & differentia, præterquam quod prima, & secunda substantia completam rationem substantiæ continent, non solum ex parte rei significatæ sed modi significandi, quod cum vtroq; partium genere pugnat, superest igitur, vt sint partes subiectiuæ, quem modum species tenent ad genus comparatæ, prima autem, & secunda substantia non sunt species substantiæ: quæ diuiditur, & si essent, vera esset diuisio, & nō nuda partium enumeratio, & ita absque dubio 179. censendum est, nam cum non desint illi conditiones diuisionis, ad vnum, vel alium consuetum diuidendi modum referenda est, vt communis tenet scholæ sententia.

177.

Argumentis primæ sententiæ occurritur.

SOlum restat argumenta soluere: primo Soluuntur argumenta primæ sententiæ. quidem, quæ à Doctore Cantero aduersus nostram sententiam obiecta sunt, deinde quæ in principio quæstionis propositæ diuisionem ipsam labefactare contendunt, & di- 180. cendum est ad primum: substare accidentibus, & secundis substantijs, non esse affectionem substantiæ, nisi affectionis nomine substantialē eius actū ex propria subsistentia ortū intelligat, vt ergo notior nobis fieret substātia, diuisa est ab Aristotele, vt sub his actib' consideratur.

ſideratur, qui cum per ſe primo ei conueniant in primis ſubſtantijs, ſecundario in generibus, & ſpeciebus, idcirco analoga diuiſio eſt. Nec tamen hinc elicitur, vt ſecundum argumẽtum contendit, ſubſtantiam magis, & minus ſuſcipere, cum id non contingat per intenſionem, vel remiſſionem, aut alicuius contrarij admixtionem, ſed quia modus ſubſtandi, & ſubſiſtendi ex ipſa rei natura primo & per ſe conuenit ſubſtantiæ ſingulari, & ex eius participatione vniuerſali, quemadmodum ex oppoſito propriæ paſſiones primo & per ſe conueniunt ſpeciei, à qua prodeunt, & ex eius participatione indiuiduis, abſque intenſione, & remiſſione.

Ad vltimum argumentum dicendum eſt ſubſiſtere, & ſubſtare non ſolum in propoſitione, ſed extra illam conuenire ſubſtantiæ, quãuis propoſitio, in qua vnum ſubijcitur, ac de ipſo enunciatur aliud, eiuſmodi reales actus præſupponat tanquam fundamentum prædicationis, definiuntur autem ſecundæ ſubſtantiæ per poteſtatiuam continentiam primarum, & proprietatem earum eſſe, vt de primis enuncientur, aſſeritur, vt oſtendatur actu in primis ſubſtantijs ſubſiſtere, nam cum prædicatum realiter eſſe in ſubiecto neceſſarium ſit, in eo, quod dicitur ſecundas ſubſtantias de primis enunciari, continetur realis modus in eis ſubſiſtendi, qua propter noſtra ſententia non modo cum definitione ſecundarũ ſubſtantiarum, earundemque proprietate non pugnat, ſed miro quodam modo conſentit. Reſolutio itaque præſentis controuerſiæ eſt ſubſtantiam pro actu reali ſubſtandi diuiſam eſſe ab Ariſtotele in primam, & ſecundam, hoc eſt in ſubſtantem ex ſe, & à ſe & in ſubſtantem nec ex ſe, nec à ſe, ſed virtute alterius, hoc eſt ſubſtantiæ primæ per ſe ſubſiſtentis, atque ſubſtantis, ita vt diuiſum huius diuiſionis ſuperius ſit ſupremo generi prædicamenti, quod conſtat eſſe ſecundam ſubſtantiam, ſuperius item ſpeciebus, atque indiuiduis, & ſuperius quidem non vniuocum, nec propterea tanquam genus, cum repugnet planè, ſupremum genus habere, ſed analogum, vt copiosè expoſitum eſt.

Obiecta in principio poſita diluuntur.

PRO ſolutione argumentorum primi ordinis adnotandum eſt completam ſubſtãtiam duobus modis eſſe conſiderabilem: vno quidem, in quantum contrahibilis eſt per oppoſitas differentias ad conſtitutionem diuerſarum ſpecierum, & ſub hac acceptione eſt ſupremum genus prædicamenti, & vocatur ſecunda ſubſtantia, alia eſt vniuerſalior conſideratio ſubſtantiæ completæ abſtrahentis à prima, & ſecunda, ac de vtraque prædicabilis, quę nec vniuoca eſſe poteſt reſpectu primæ, & ſecundæ ſubſtantiæ, nec etiam genus: probatur, nam ſiue pro eo cui in ſe, & à ſe ſuſtentatur, aut cui debetur ſubſiſtentia per ſe, ſeu pro eo, quod ſuſtentatiuum eſt aliorum, eam acceperis, aut etiam pro vt non ſuſtentatur in alio, vt accidentia, omnes iſtæ rationes per ſe primo, & ratione ſui conueniunt ſubſtantiæ vt ſingulari, atq; etiam ratione ſingularis conueniunt ſecundis ſubſtantijs, quia natura nec per ſe ſubſiſtit, nec in ſe, & non in alio ſuſtentari ei conuenit, niſi vt ſingulari, à qua promanat ſubſiſtentia, vt ſic etiam eſt aliorum ſuſtentatiua, in vniuerſali vero conſiderata, quo pacto eſt ſecũda ſubſtantia, nihil horum habet, niſi ratione primæ, in qua habere illa neceſſe eſt, ergo analogum erit ſubſtantia, vt communis ad primam, & ſecundam ſub quibuſcunque cõſiderationibus: quod vero non ſit genus eatione conuincitur, & ex conſequenti quod analoga diuiſione ſit diuiſa ab Ariſtotele, vt cõmunis ſentẽtia quam ſequimur profitetur. Vnde ad formam primi argumenti dicimus non eſſe impoſſibile aliud prædicatum genere ſupremo vniuerſalius, quod ſit diuiſum huius diuiſionis abſtrahens à prima, & ſecunda ſubſtantia, quod proinde nec genus eſt, cum non ſit ſecunda ſubſtantia, nec generaliſſimo ſuperius tanquam genus, ſed vt analogum, nec mirum id eſt, cum aliud prædicatum vtroque ſuperius extet, nempè ſubſtantia, vt à completa, & incompleta, totali, & partiali abſtrahit, in ſubſtantiam completam, & incompletam analogice diuiſibilem, ſub cuius diuiſionis primo membro genus ipſum ſupremũ, omnes item ſpecies, & indiuidua, diuiſum prętereà præſentis diuiſionis, de qua loquimur, comprehendũtur. Supremum ergo genus prædicamenti diuiditur per corporeum, & incorporeum tanquam per oppoſitas differentias, ſubſtantia vero completa vniuerſalior per primam, & ſecundam tanquam per diuerſos modos ſubſtantiales.

Ad II. Secundum argumentum ſic ſoluendum eſt, ponibile in prædicamento duobus modis vſurpatur, vel pro eo, quod ponitur, vel pro ratione

tione abstracta ab his, quę ponuntur formaliter consideratis, diuisum huius diuisionis est substantia ponibilis in prædicamento, vt ratio communis, non vt id, quod in prædicamento ponitur, quemadmodum in definitione primæ substantiæ dicemus, definitum formale esse
187 se primam substantiam pro ratione communi à cunctis primis substantijs abstracta, quæ tamen communis est, non singularis, talis est ergo substantia, quæ hic diuiditur, ponibilis quidem in prędicamento non vt quod, sed vt quo quod non est aliud, ac esse rationem abstractā ab his, quæ in prædicamento ponuntur, quæ distinctio alijs solet explicari verbis: in actu exercito, vel in actu signato, & in actu exercito poni in prædicamento dicitur illud, quod actu exercet ipsam prædicamentalem ordina-
188 tionem, actu vero signato, quod concipitur eis, qui actum exercent, conuenire, & hoc modo diuisum huius diuisionis in prædicamento ponitur, & non alio. Vel secundo respondere potest diuisum huius diuisionis esse substantiā completam, sed analogice consideratam, & ideò non dicitur ponibilis in prædicamēto, vel prædicamentalis, nisi ratione membrorum, in quæ diuiditur.

Ad vltimū respōdetur. Ad vltimum respondetur diuisum huius diuisionis reale esse, cum neutro tamen membro pugnat, sed cum sit communis ratio substantiæ completæ vt subsistentis, & substantiis de vtroq; enunciatur, nam verum est primam substantiam esse subsistentem, & sustentati-
189 uum aliorum, atque etiam secundam, neque ergo est singularis natura, neque vniuersalis, vt secunda substantia, sed vtraque vniuersalior, atque vtramque continens eo modo, quo analogum continet sua analogata.

QVAESTIO QVINTA.

Quod nam sit formale definitū definitionis primæ substantiæ.

Explicatur substantiæ primæ definitio, & ratio dubij proponitur.

Definitio primæ substantiæ. HISCE verbis continetur definitio primæ substantiæ: *substātia, quæ propriè principaliter, & maximè dicitur, est quæ neque de subiecto aliquo dicitur, neq; in subiecto aliquo est*
190 ex quibus, vt in eorum expositione admonere cœpimus, tria illa aduerbia, *propriè, principaliter & maximè*, iuxta communem interpretum sententiam ad definitionem nō pertinent, sed excellentiam definiti exprimunt, quare singularis est Iauellus in expositione huius capitis cōtendens vnam quandam definitionem integrare, aliam vero verba statim sequentia, atque Sententia Iauelli.
ita duplici definitione explicatam esse ab Aristotele primam substantiam. 191 Vnica est ergo definitio his verbis contenta: *Quæ nec de subiecto aliquo dicitur, nec in subiecto aliquo est*, in qua quidpiam loco generis subintelligunt omnes, nempè substantiam completam, vel prædicamentalem, vt excludantur partes substantiæ, nam de differentijs notum est per eam particulam expelli: *quæ nec de subiecto aliquo dicitur*, cum commune sit secundis substantijs, & differentijs de inferioribus tanquam de subiectis enunciari. Definitionem hanc ita explicatam vniuersis primis substantijs esse communem, atque ex æquo conuenire communis est omnium sentētia, vt bene in eius expositione adnotat Caietanus, 192 nec enim singulare, vt ab alijs distinctum, definibile est, sed vt commune aliquid cum cæteris habere potest. Ratio dubitandi. Illud igitur, quod per hanc definitionem explicatur, commune esse oportebit, & tunc vel reale aliquid est, vel secunda intentio, difficile est primum, nam cū singularia sint primo diuersa in quantum talia, non videtur quidpiam reale habere posse, in quo conueniāt, sed quemadmodum homo iste singularis, qui Petrus nuncupatur, & homo ille singularis, cui idem nomē impositum est, sola voce conueniunt, & propterea æquiuoce sub tali appellatione, pari ratione ijdem singulares homines æquiuoce cōueniunt sub nomine singularis, vel primæ substantiæ. Vnde nihil reale præter solam vocem commune eis esse poterit, quod in definitione primæ substātiæ explicetur: sed non minus difficile est intētionem secundam esse definitum, nam licet ita se res habeat, quod omnes substantiæ singulares denominentur à secunda intentione primæ substantiæ, quemadmodum genera suprema à secūda intentione generis, & vltimæ differentiæ à secunda intentione differentiæ, 193 & idcirco communis sit omnibus secunda intentio, cęterum in ordine ad prædicamētalem dispositionem nō secundæ intentiones, sed naturæ ipsæ reales cōsiderantur, non quidem vt substant secundis intentionibus, sed secūdum proprias essentias metaphysicas realibus

libus conceptibus compositas, alioqui non cõstituerentur diuersa prædicamenta, si quidem sub denominatione secundarum intentionum nõ distinguuntur genera nec species substantiæ, atque accidentis, sed vniuoce ad primum, & secundum prædicabile referuntur, vt suis
194 proprijs locis adnotauimus: itaque quamuis conditio sit necessaria, vt à secundis intentionibus denominẽtur res in prædicamentis dispositæ, ordinatio tamen prædicamentalis ex naturis realibus absque dubio fit, vnde infertur primam, & secundam substantiam pro natura ipsa reali explicari hisce definitionibus, atque adeò reale esse definitum, non rationis.

Prima sententia cum argumentis.

I. Sent. Ratio hæc dubitandi ambiguam fecit vtramque partem, & in varias sentẽtias dialecticos distraxit. Etenim Magist. Sotus quæstio. vnica præsentis capitis art. 1 ad 4. quem sequitur Oñ qu. 1. art. 2. cõclusione. 1. asseueranter tenet materiale definitum reale
195 esse nempè singularem substantiam, formale vero secundam intentionem talem denominationem ei tribuentem, itaq; censet vniuersis primis substantijs definitionem quadrare, non vt in aliquo reali conueniũt, sed vt sunt sub secunda intentione, non secus ac in definitionibus prædicabilium stabilitum fuit pro substrato explicari naturam realem, pro formali vero secundam intentionem, à qua vnitatem accipiunt, vt eadem possint explicatione comprehendi: huius sententiæ triplex argumentum esse potest.

I. Argum. Primum est ex verbis ipsius definitionis acceptum, etenim de subiecto non dici prædicationem negat, & in subiecto non esse prædicationis fundamentum: nam vt Aristoteles circa
196 finem huius capitis testatur, ab eo, quod res est vel nõ est, vera enunciatio, vel falsa statuitur, ergo vtrumq; verbum secundam intẽtionem denotat potius, quam realem naturam, & illa erit formale definitum.

II. Argum. Secundum, primæ substantiæ sunt singularia naturæ substantialis, vt Petrus, & Ioannes, non quidem vt homines sunt, sed vt singulares homines, sed ratione singularitatis non conueniunt, cum differẽtiæ indiuiduales sint primo diuersæ, ergo nihil reale cõmune habẽt, quod
197 explicari in definitione possit, nisi velis infinitum quendam processum admittere: nam si à differentijs indiuidualibus communem rationem abstrahas, in qua cõuenire Petrum & Paulum affirmas, statim sequitur alijs differentijs differre, à quibus similis erit alia ratio abstrahibilis vsque in infinitum.

Postremum. Definitio primæ substantiæ alicui reali communi conuenire nequit, etenim III. Argu.
si commune est, de primis substantijs in particulari enunciabitur, & cum sit realis conceptus, absq; dubio tanquam de subiectis, vt similes prædicationes testantur: Petrus est prima 198
substantia, Ioannes est prima substantia, quare iam de subiecto enunciabitur, & in illo erit, cuius oppositum profitetur definitio, sicq; cum definitio non cohærebit. Quod rursus corroborari potest, si rem communem, atque realem designat prima substantia, statim sequitur non esse primam substantiam, sed secundam, cum prima substantia singularis sit, non communis.

Secunda sententia opposita verior.

Ex opposita vero parte extat Caietanus, qui inter explicãdam definitionem, quid II. Sent. Caietani.
piam reale esse definitum non solum pro substrato, sed pro ratione formali affirmat, bifariam itaque considerabiles esse ait singulares substantias Petri, & Ioannis, nempè secun- 199
dum humanam naturam, quam participant, & rursus secundum modum particularem subsistendi, qui est indiuidualis differentia, eos distinguens, & sub vtraque consideratione vni- 200
uocam habent conueniẽtiam, specificam quidem sub priori, sub posteriori vero modalem, nam cum vterque talem modum subsistendi sortiatur, abstrahibilis est ab eis ratio communis particulariter subsistendi, & cum hæc eadẽ sit ratio primę substantiæ conceptũ cõmunem abstrahimus, quem nomine primæ substantię in cõmuni significamus. Duplex igitur est defi Duplex definitum.
nitum præsentis definitionis, materiale, & formale: singulares omnes substantiæ pro substrato definiuntur: eis siquidẽ definitio conuenit, vt Petro, & Ioãni, formalis autẽ ratio, sub qua explicantur, est singularitas ipsa substantialis, in qua conueniunt, & à qua appellantur hoc aliquid (vt verbis Aristotelis vtamur) atque ex vtroque vnum totale, & completum definitum conflatur, quod appellamus primam substantiam in communi.

Præ-

Praedicta sententia approbatur, & confirmatur.

201 Hanc sententiam, tanquam expressam Diu. Thomae, doctrinae Aristotelis, & veritati magis consentaneam, semper secutus sum, etenim Diu. Thomas 1. p. quaest. 29 articul. 1. ad 1. hisce verbis illam profitetur. *Licet hoc singulare, vel illud definiri non possit, tamen id, quod pertinet ad communem rationem singularitatis, definiri potest, & sic Philosophus definit substantiam primã, & hoc modo definit Boetius personam*: & quaest. 30. articul. 4 ad 2. de persona, quae idem est ac prima substantia, ita loquitur. *Licet persona sit incommunicabilis, tamen ipse modus existendi incommunicabiliter potest esse pluribus communis.* Elicitur etiam satis efficaciter ex doctrina Aristotelis, cap. enim 2. huius libri, diuidens ea, quae sunt, in quatuor membra collocat primam substantiam in postremo sic inquiens: *Eorum, quae sunt, alia neque in subiecto sunt, neque de subiecto aliquo dicuntur, vt quidam homo, & quidam equus.* Ecce diuisum huius

Probat ex doctrina Arist.

202 diuisionis reale est, membra item diuidentia secundum varios essendi modos explicantur, inter quae prima substantia eisdem verbis connumeratur caeteris, quibus capite praesenti definitur, ergo secũdum proprium esse reale mẽbrum est illius diuisionis, & huius definitionis definitum, vt verba Aristotelis, hic expressa ostendunt, *substantia*, ait, *quae proprie, principaliter, & maxime dicitur*, his enim iuxta omnium fere interpretum sententiam explicatur prima substantia in quantum definita res est, dubitare autem nemo potest tria illa verba reales cõ

203 ditiones exprimere, ergo secundum eas definitur, non vt substat secundae intentioni, vt rationes istae conuincunt.

Probat ratione I.

Prima substantia, definitur, vt in praedicamento collocatur, tanquam totius praedicamenti fundamentum, sed ad praedicamentum spectat in quantum realem habet naturam, completam, atque per se subsistentem, non vt intentioni substat, cum haec non sit realis consideratio, sed rationis (necessaria quidem ad praedicamentalem ordinationem, vt requisita cõditio, minime vt formalis ratio eorum, quae in praedicamento collocantur, eiusmodi enim realis est cuiusque essentia) ergo iuxta realem definitur prima substantia, vt confirmat secunda ratio.

II. Ratio.

Ens diuiditur in decem praedicamenta per modos intrinsecos reales, ergo trahitur ad constituendum praedicamentum substantiae 204 modo reali, per se modificatum, sed prima substantia definitur, vt res praedicamentalis, ergo vt ens per se completum, quod absque dubio naturam realem pro materiali, & formali importat.

III. Ratio.

Postremo: prima substantia idem est cum hypostasi, & persona, vt aduersarij, cum caeteris dialecticis admittunt, eo duntaxat ab ea distincta, quod prima substantia ad quamlibet 205 naturam substantialem se extendit, persona vero solum ad intellectualem, sed persona definitur secundùm esse reale a Boetio vniuersa schola approbante libro de duabus naturis in principio illis verbis: *Rationalis naturae indiuidua substantia*: ergo eodem definibilis erit prima substantia, qua propter necessarium non est ad secundam intentionem recurrere, vt aduersarij arbitrantur, in hoc proculdubio decepti (mea quidem sententia) quod primam substantiam definiri credunt tanquam primũ subiectum caeterorum, esse autem primum 206 subiectum à secunda intentione habeat, cum tamen veritas sit subiectum geminam acceptionem habere: realem vnam rationis alterã, prima quidem substãtia subiectum primũ reale est, in quantum propria virtute subsistẽs, ac sua reali subsistẽtia praedicata realia superiora, accidentiaq; sustẽtat, hoc est enim, vt superius attingere caepimus, propriè, principaliter, & maximè substare. Quis enim dubitet substare actum realem substantiae esse, ac primae substantiae, cui primo conuenit subsistentia, principaliter conuenire, secundis verò in quan- 207 tum in ea sustentantur, etenim vocabulum secundae substantiae primo ab Aristotele fuit inuentum, vt errorem Platonis refelleret, qui vniuersalia putabat propriam habere subsistentiam ratione cuius à singularibus separata subsisterent, nec secus, atque illa, hoc aliquid possent appellari, cum tamen veritas ipsa hunc modum subsistendi solis substantijs singularibus conuenire posse ostendat, quia subsistentia proprijssimus modus est naturae singularis, à qua tanquam à proxima causa oritur, vniuersalia vero solum esse realia quaedam praedicata ab eisdem singularibus officio intellectus abstracta, quae cum in eisdem sint singularibus, eorum virtute subsistunt, & haec fuit potissima ratio appellandi substantias singulares primas, quasi primo subsistẽtes, & propria virtu-

208 virtute cætera sustentantes: vniuersalia vero secundas, quasi secundario subsistentes ex participatione primarum, atque ex eadem superioribus prædicatis, accidentibusque substantes, hoc est ergo primam substantiam esse primum subiectum reale, hoc item modo in diuisione substantiæ in primam, & secundam, nec non in propria definitione consideratum, & in vniuersa dispositione prædicamentali, à secunda autem intentione denominatur subiectum, in quantum ea vtitur intellectus in prædicationibus, cuius in præsenti opere non alia ratio habetur, nisi in quantum realis prędicamentorum ordinatio ad constituendas e-

209 nunciationes refertur, itaque in prædicabilibus formalis est ratio constitutionis: & considerationis secunda intentio, in prædicamentis non nisi conditio, quia necesse est res in prædicamentis disponendas sub vniuersalibus conceptibus realibus quidem considerare, genera per differentias diuidere in suas species, vsque ad primam substantiam, in qua sicut subsistunt omnia, sic in eadem fundantur,

210. nam cum metaphysica sit principaliter constitutio prædicamentorum, genera, species, & differentia reales sunt conceptus respectu illius, & (vt vulgo dicitur) vniuersalia metaphysica, ad logicam tamen considerationem referuntur tanquam fundamenta, ex quibus enunciationes, & syllogismi cōstituendi sunt. Ostendit igitur doctrina hæc, quam vera sit nostra sententia affirmans primam substantiam, tanquam per se subsistentem, realiterque vniuersis substantem in præsentiarum esse cōsideratam, ac definitam, & hac de causa primū subiectum appellari, nam per subsistentiam, & actum substandi accidentibus, & superioribus prædicatis denominationem subiecti consequitur, & primi subiecti, sicut ipsa est, quæ primo substat.

Argumenta alterius partis soluuntur.

Ad I. argu. respondet.

VERBA autem definitionis (vt argumenta soluere incipiamus) realia quidem sunt, nam esse in subiecto realem denotat inhærentiam, negatio ergo illius rea-

211. lis est, dici etiam de subiecto pro fundamento reali in hac parte accipitur, quod tali modo ab intellectu conceptum de inferiori quidditatiue enunciari potest, vnde negatio eius, quæ primæ substantiæ in definitione attribuitur, non secus atque prior alia realis est, id significans, quod est singulari substantiæ pro-

Pro solutione I. notandum.

pter particularem modum subsistendi repugnare, vt in communi concipiatur, vel fundamentum sit, quod de aliquo inferiori possit in prædicatione enunciari. 212

Vt secundo argumento fiat satis, adnotare oportet duo esse in prima substantia, & hanc naturam, & hunc modum particularem subsistendi, vel hanc subsistentiam, vt in Petro hanc naturam humanam, & hanc singularitatem, vel subsistentiam, & quemadmodum ab hac natura humana abstrahibilis est communis conceptus hominis humanitate considerata absque consideratione indiuidualium conditionum, pariter à singularitate ipsa, vel modo particulari subsistēdi abstrahibilis est communis ratio singularis, vel per se subsistentis: cuius ea est ratio, quia quemadmodum per hanc naturam humanam Petrus est homo, & singularis homo, ita etiam per hanc singularitatem est 213

singulare humanæ naturæ, & tale etiam à cæteris distinctum, nomine igitur *homo* consideratur eius humanitas non considerata singularitate, & idcirco conuenit cum cæteris, nomine autem huius hominis, vel Petri significatur, vt à cæteris suæ speciei hominibus distinctus, & simili modo nomine singularis, vel primæ substantiæ consideratur, vt particulariter subsistens, in quo cum cæteris conuenit singularitate, vel subsistentia illius, vt singularis est subsistentia concepta, non considerata vltima determinatione particulari: nomine autem Petri, vt tali determinato modo à cæteris distinctus consideratur. Itaq; duplex est cōsideratio particularis substantiæ, vt particularis est, & vt talis particularis, (vt ita loquamur.) Non est ita facilis, ac duplex alia consideratio humanæ

naturæ communis, & particularis, sed non minus vera, nec infertur bene in eodem argumēto processus aliquis infinitus ex tali primarum substantiarum cōuenientia, cum necessarium nō sit alijs differentijs indiuidualibus ab ea separari, sed eisdem sub vltima determinatione consideratis. 214

Ad vltimum argumentum respondendum est communem rationem primæ substantiæ ab vniuersis abstractam non esse illud, cui definitio conuenit, vel de quo prædicatur, sed rationem tantum, sub qua primæ substantiæ definiuntur, quemadmodum in obiecto visus colores singulares sunt, qui videntur, visibilitas vniuersis communis non videtur, sed est ratio 215.

Ad vltimū respondet.

sub qua ad visum pertinent: itaque Petrus, & Ioannes sunt, quibus definitio primæ substantiæ conuenit, communis ratio primæ substantiæ, in qua conueniunt, ratio sub qua definiuntur, quæ & si multis sit communis, non est tamen secunda substantia, quia non importat naturam communem, vt genera, atq; species. sed naturæ singularis modū, quem de primis substantijs prædicat, dum sic enunciamus: Petrus est prima substantia, Ioannes est prima substantia, sufficit ergo sit primarum substantiarum ratio, vt ei definitio tanquam quo, (vt aiunt,) adaptari possit.

Ratio dubitandi diluitur.

Ad rationē dubitandi. AD eam partem rationis dubitandi, quę nostræ sententiæ aduersatur, dicimus, diuersam esse rationem de Petro, vel Ioanne comparatione plurium singularium

216. eiusdem appellationis, ac de prima substantia respectu multarum, nam nomen *Petrus* multis hominibus imponitur secundum vltimam rationem singularitatis consideratis, vnusquisque enim, vt talis est, significatur, ac si solus significaretur, cum casu contingat pluribus idem nomen esse attributum, nomen autem primæ substantiæ, hypostasis vel personæ, vt pote commune, communem etiam rationem abstractam à singularibus, vel subsistentijs importat, ac propterea non in sola voce, sed in re

217. significata sub ea conueniunt plura singularia & propter talem conuenientiam explicari eadem definitione possunt. Appellantur autem indiuiduales differentiæ primo diuersæ, non quia omnino sunt sicut prima genera, sed ea solum ratione, quia secundum vltimam determi

218 nationem singularia constituunt, ac distinguunt, ita vt vltra illas non sint aliæ possibiles cui tamen non obstat, vt in eisdem communem, & particularem rationem possimus considerare.

QVAESTIO SEXTA.

Verum ne sit magis esse substantiam primam, quam secundam.

Quædam in fauorem negatiuæ partis opponuntur.

PRIMA, & secunda substantia definitis, comparat eas Aristot. inter se, decernitque magis esse substantiam primam quam secundam, in quo non videtur sibi constare, cum statim capite præsenti proprietates substantiæ enumerans, vnam esse affirmet magis minusve non suscipere & 8 Metaphysic. textu 2. oppositum ex professo doceat, nempè genus magis esse substātiam, quam speciem, speciem, quam singularia his verbis: *Alias vero accidit ex rationibus substantias esse quod quid erat esse, & subiectum item, aliter genus magis, quam species, & vniuersale, quam singularia, vniuersale vero, & generi, ideæ quoque copulantur.* Comparat. 1. substantia cum secunda.

Pugnat præterea cum ratione primo: quia perfectius est illud, quod natura est prius, magisque ab ipsa natura intentum, at secundum vtramque cōditionem eminet secunda substātia, ergo magis est substantia, quam prima, Ostendo vltimum ex his, quæ Porphyrius capite de specie docet, nempè certo numero comprehendi species, indiuidua vero in infinitū multiplicari. Cuius ea est ratio, quia per se intenduntur à natura species, indiuidua vero quasi per accidens, & quanquam per se etiam intendi admittamus, haud dubium quin propter specierum conseruationem, præcipuè igitur intenduntur species: primum vero probatur ex doctrina Aristotelis in postprædicamentis cap. de priori: vbi illud esse prius altero scribit à quo non valet subsistendi consequentia. vt animal prius est homine, quia non bene infertur, non est homo, ergo non est animal, absoluitur enim animal ab homine, cum ab illo nō pendeat, è diuerso vero homo pendet essentialiter ab animali, & inferius quodcumque à superiori, cum ex eo intrinsece componatur. Vnde periret homo pereunte animali, cum ergo secundæ substantiæ sint superiora prædicata, à quibus primæ essētialiter pendent, sequitur planè priora illa esse secūdum naturam, atque adeò perfectiora, magisq; proinde substantias, quam singularia. 219 220

II. Argument. Secundo substantiæ, secundæ continent rerum essentias, vt de homine, & animali constans est, singulares vero substantiæ actualem existentiam, vnde oritur, vt perpetuæ sint illæ, in continuo autem motu primæ substantiæ, ex quibus passim quædam de nouo oriuntur alijs pereuntibus, vtrumque horum nobiliorem testatur esse secundarum substantiarum conditionem. Postremò, non solùm id verum esse comprobatur ex parte essentiæ, sed etiam in ratione existendi, ac substandi accidētibus: 221

etenim subsistentia ab essentia oritur tanquā
222 proprius terminus, à quo completur, igitur se habet ad essentiam tanquam effectus ad suam causam, sed causa nobilior est effectu, ergo essentia superat dignitate subsistentiam, adhuc igitur considerata prima substantia ex parte subsistentiæ minus nobilis quam secunda inuenitur, à qua subsistētia eius procedit. Quod autem idem sit censendum de ratione substandi probo, nam secundæ substantiæ sustentant nobiliora accidētia, quibus primæ substant earum virtute, ergo in ratione substandi sunt nobiliores.

Vtramque antecedentis partem certam esse
223 testantur propriæ passiones ab essentia specifica, vel generica procedentes tanquam à propria causa, vt sensibile ab essentia animalis, capacitas disciplinæ ab essentia hominis, de quibus apertum est proximè prædicari de secundis substantijs, eisque mediantibus de primis: nempè Petro & Ioanne. Vera enim est causalis illatio: quia animal est sensibile, hoc animal est sensibile, & quia homo est disciplinæ capax, Petrus habet eandem proprietatem, substant igitur his perfectissimis accidentibus secūdæ substantiæ propria virtute, primæ vero eadem virtute sibi communicata, adhuc igitur in ratione substādi perfectiores deprehenduntur secundę substantię.

Duæ sententiæ referuntur.

Sētentiæ Ammonij & Villalpand.

Propter hæc Ammonius & Villalpandus in expositione huius literæ tenent Aristotel. non ad veritatem rei attendisse,
224 dum protulit primam substantiam magis esse substantiam, quam secundam, sed vulgari modo fuisse locutum, in metaphysica verò, vbi rerum dignitatē ad amussim perpēdit oppositum sēsisse, nec tamen ideò credēdum est sententiam mutasse, sed loquendi modum.

Quidam alij substātiam tribus modis considerandam censent, primo secundum essentiam, secundo in quantum realiter substat accidentibus, postremo in quantum secundæ intentionaliter substat prædicatis in propositione, id est, subiectum eorum est, & primo modo aiunt propriè loquendo neutram esse magis substantiam, quam alteram, quia substātia non suscipit magis & minus. Iuxta secundum modum aiunt primam esse magis substantiam, quia per se substat, secunda vero ratione primæ, sed impropriè loquēdum esse de

III. Sent.

225

his aduerbijs magis, & minus, nam secundum propriam significationem non cōueniunt substantiæ: in postrema acceptione alia distinctio ne vtendum esse, nam extensiue magis substantia est species, quam indiuiduum. si quidē pluribus prædicatis in propositione substat, 226
cum non solum prædicata vnius indiuidui, sed omnium de illa dicantur, intensiue vero magis substantia est prima, quæ ex propria virtute habet, vt sit subiectum propositionis.

Resolutio quæstionis.

Pro solutione huius quæstionis adnotandum est, quod vbi agitur de comparatione secūdarum substantiarum, cum primis, in aperto est sermonem de eis esse in rerum natura existentibus, nam primæ substantiæ subsistentiam per se important, ab ea abstrahere nequeunt, vel sine illa intelligi, si secundum completam, atque integram rationē accipiantur, in eisdem autem primis substantijs subsistunt secundæ, vt in Petro homo, & animal: itaque quamuis secūdæ substantiæ abstrahant à primis, atque adeò ab actuali subsistētia, vere in eis subsistunt, quod necessarium est, vt de eisdem enuncientur, atque etiam vt cum illis conferantur. 227

Nota

De secundis igitur substantijs sic loquentes duobus modis considerabiles esse censemus, vel secundum essentiam, non considerata subsistentia, quam re vera habeant in primis, vel vt subsistentes sunt, ita vt in ordine ad eiusmodi actum substantialem accipiātur, atque eisdem modis posse primas substantias considerari notum est, vel considerata essentia hac indiuidua li, non considerata subsistentia: vel certè eam accipiendo vt subsistentem per se. Et quidem sub prima consideratione disponuntur in prædicamentis, tam secundæ substantiæ, quam primæ: quia prædicamētalis ordinatio rerum essentias attendit, secunda vero consideratio non est essentialis, sed ad quendam actum substantialem refertur, pertinentem quidem ad substantiale complemētum substantiæ, minimè ad essentiam eius.

Duob' modis considerabiles sūt secundę substantiæ. 228

Quibus expositis duabus his assertionibus nostra sententia proponenda est: prima: facta comparatione secundarum substantiarum cū primis, secundum essentiam vtrisque consideratis, nobiliores sunt secundæ, hanc conclusionem efficaciter probant omnia ferme argu- 229

I. Concl.

menta in principio quæstionis proposita.

II. Concl. Secunda conclusio, consideratis in ordine ad subsistentiam, perfectiores sunt primæ substantiæ, quibus per se primo competit subsistere, & cum substare conueniat substantiæ ratione subsistentiæ: nobiliores ex consequenti erunt in ratione substandi, sub qua absque dubio considerantur, & comparantur ab Aristotele, etenim subsistentia actus quidam substantialis est ab essentia emanans, nō quidem in communi considerata, hoc est sub speciei, vel generis conditione, sed iam indiuiduata, vt si de humana subsistentia sermo procedat, non oritur ab humanitate vt sic, sed ab eadem per hanc materiam, & hanc formam indiuiduatam: quod est dicere ab hac humanitate singulari prodire, quam absque dubio prius indiuiduatam, quam subsistentem intelligimus: prodeunte autem ab hac humanitate subsisten-

I. Ratio.

230 tia, per eam completur substantia, constituiturque in esse suppositi, & personæ, ac primæ substantiæ, & hæc est fundamētalis ratio, propter quam primæ substantiæ per se primo conuenit subsistere, secūdis verò eius ratione, quia eo ipso, quod hæc humanitas subsistens est, specifica ratio humanitatis, quam ab ea abstrahimus, subsistere in ea dicitur. Merito ergo sub ratione subsistentię vtrisque substantijs consideratis statuimus in secunda conclusione nobiliores esse primas.

II. Ratio. Sed hæc ratio infert aliam non minus efficacem pro confirmatione prioris conclusionis, propterea primæ substantiæ sub ratione

231. subsistentium nobiliores sunt, quia subsistentia primo, & per se eis conuenit, secundis vero non nisi est earum participatione, sed ita est, quod essentia conuenit secundis substātijs primo, & per se, cum ex prædicatis essentialibus constituātur: & ex participione earum cōuenit primis, ergo sub essentiali cōsideratione à secūdis superātur. Minor certissima est, quia ex participatione speciei multiplicantur vniuersa indiuidua, & eiusdem speciei appellantur, quia eandem essentiam specificam participant, diuersæ vero, si diuersam, & hinc ortū habuit commune illud Porphyrij axioma capite de specie, ab vniuersa schola receptum. *Participatione speciei plures homines sunt vnus homo.* Hinc etiam processit illa veritas, defini-

232. tio per se primo conuenit speciei, quia illa est, quæ primo, & adæquate componitur ex genere, & differentia, quæ sunt partes definitionis, indiuiduis vero quasi secūdario conuenit propter eiusdem essentiæ participationem, itaque non minorem certitudinem habet conclusio prior, quam posterior.

Adhuc explicatur eadem veritas.

CAEterum, vt melius vtriusque veritas intelligatur, obseruare oportet in secundis substantijs duo esse consideranda, & earum entitatem, in qua fundantur essentialia prædicata, & solam prædicatorum connexionem. Duo consideranda in secundis substātijs.

233 Prima consideratio solùm eis conuenit, dum in rerum natura sunt in primis subsistentes, posterior vero etiamsi nulla sit in rerum natura prima substantia: verum est enim cunctis pereuntibus hominibus hominem esse animal, viuens, corpus & substantiam, eiusmodi tamen prædicatorum connexio ex se nō est aliquid in rerum natura, sed solum obiectiue in intellectu hanc veritatem continēre, quod homini eiusmodi prædicata debētur: & si extra causas fiat, vel sit, talis esse debet, cui essentialiter cōueniant: fundātur quidem in potentia diuina, tanquam in eminentissima causa, in qua idæa hominis reperitur eum repræsentans secundum esse possibile sub eisdem essentialibus prædicatis, vnde secundum æternā suæ causæ cōditionem æterna est etiam hæc prædicatorum cōnexio, & propositiones ex ea factibiles, atque etiam obiectiue in intellectu existentes, æternæ sunt veritatis, in quibus copula nullum tempus determinans, solam connexionem extremorum importat, secundum naturalem conditionem ea coniungēs. Ac demum, si genera, & species iuxta eam dumtaxat considerentur, non sunt secundæ substantiæ absoluta locutione, nisi forte secundum quid in quantum eis conuenire necesse est, dum in rerum natura fuerint: solùm ergo dicentur secundæ substantiæ entitatem realem extra causas habentes, atque in primis substantijs subsistentes, vt planè ex definitione Aristotelis colligitur: *Secundæ substantiæ sunt genera, & species, in quibus primæ substantiæ insunt*: inesse autem in eis primas substātias, præsupponit in rerum natura esse in eisdem subsistentes, eisque essentiam conferentes: & conuincit euidens ratio, nam substantia entitatem realem importat, in qua fundantur essentialia prædicata in prædicamento disposita, & idcirco singularis substantia, in qua cuncta reperiuntur, in eo collocatur, tanquam omnium fundamētum, in quo

1. Consideratio. 234 235 Nota.

236. in quo entitatem realem habere dicuntur, ex sola ergo connexione prædicatorum erit quidem prædicamentalis ordinatio obiectiue in intellectu, sed nihil in rebus, nec proinde prædicamentum reale substantiæ, sed veluti quoddam exemplar illius, vt tale futurum esse intelligatur, si substantiæ extra causas futuræ
Exemplū. sint. Non secus ac fabricata domus in mente artificis, ante quam extra exædificetur, quæ non dicitur domus simpliciter, sed exemplar eius, quousque exterius fiat. Ita etiam nec prædicamentum, nec secundæ substantiæ appellari possunt simpliciter, quousque entitatem
237. realem extra causas habeant, sed quasi secundarum substantiarum exemplar, talis prædicatorum connexio vocatur. Bene igitur pronunciauit de illis Aristoteles in hac eadē comparatione: *Destructis primis substantijs impossibile est aliquid aliorum permanere*, cuius eum esse sensum admonere cœpimus, vt secundū rea-
238. lem existentiam secundæ substantiæ non permaneant, & cum entitatem realem nullam habeant nisi in primis substantijs, sequitur euidenter, nihil esse in rerum natura, sed solum secundum prædicatorū connexionem eis debitam, quandocunque in eisdem primis substantijs extra causas sint futuræ, & cùm substantia entitatem realem importet, in qua fundatur talis prædicatorum connexio, simpliciter vera erit propositio Aristotelis non solum
239. de secundis substantijs quantū ad existentiam, sed ex consequenti etiam quantum ad esse substantiale, ita vt verum sit desinentibus primis substantijs simpliciter loquendo, nec secundas permanere, quamuis secundum quid esse dicantur, hoc est obiectiue in intellectu, vbi est prædicatorum connexio eisdem essentialiter debita.

Satisfit obiectis in principio positis.

PRoposita autem argumenta omnia fere confirmant nostram primā assertionem, vnum tamen, vel alterum solutione indiget, quod ei aduersatur, vel etiam conclusioni secundæ. Et in primis proprietas substantiæ non suscipiendi magis, & minus non tollit, quin vna sit alia perfectior inter primam, &
240. secundam substantiam, quia id non procedit ex latitudine graduali secundum quam fit intensio, vel remissio. Quod apprime est necessarium, vt magis, & minus suscipere forma dicatur, vt superius eam proprietatē substantiæ examinantes copiosius explicuimus, sed ex propria rei natura, & conditione. Quo pacto verum est inter species animalis, imo & necessarium, hominē esse leone perfectiorem, sed non propterea magis substantiam, vel magis animal, quia maior illa perfectio non procedit ex graduali latitudine, seu intensione, sed ex propria natura habetur, cuius veritatis illud est euidens signum, quod nunquam variatur, par ergo est ratio de secundis, ac primis substantijs, quæ vicissim se excedunt secundū diuersas considerationes, nō quidem propter gradualem latitudinem, vel intensionem, sed ob maiorem, vel minorem perfectionem ex propria natura habitam, atque inuariabilem, ex quo intelligitur nō sufficere, vt magis, minusúe propter illam suscipere dicatur substantia.

Locus Metaphysicæ explicatione non indiget, cum plane in eo ostendat Aristoteles se ex propria sententia non loqui, sed Platonis, qui vniuersalia forsam ponens à singularibus separata, & per se existentia, consequenter perfectiora esse singularibus asserebat, ita admonet D. Thom. in eiusdem loci commentarijs lectione prima.

Duo argumenta postrema probare intendunt secundam substantiam nobiliorem adhuc esse in ratione subsistendi, & substandi aduersus posteriorem conclusionem: ideò ad primum ex adnotatis respondendum est subsistentiam nō prodire ab essentia secundarum substantiarum, sed primarum, quę licet eadem sit, in vniuersali tamen considerata secundis substantijs attribuitur, indiuiduata verò primis, à quibus procedit tanquàm à causa proxima, & propterea nobiliori modo primis, quàm secundis substantijs conuenit, atq; hac de causa, tanquam per se primo subsistens nobilior merito appellatur prima substantia non secundum essentiam, sed in ratione subsistendi, atque substandi. Ad duo vltima argumenta. 241.

Vltimum argumentum soluimus negantes omnino, alicui accidenti substare secundas substantias propria virtute, oriuntur quidem propriæ passiones secundum essentialem ordinem causalitatis ab essentia specifica, vel secunda substantia, sed sustentantur in primis, in quibus proximè inhærent, cuius ea ratio est, quia actu inhærere, & sustentari postulat existentiam, quæ primo, ac per se conuenit primis substātijs: ergo illæ sunt, quæ eiusmodi adhuc proprijs accidētibus proximè substant, Ad vltimum resp. 242.

secundæ vero substantiæ non nisi earum virtute: veruntamen, quia in his prædicationibus, in quibus passiones enunciantur de subiectis, dum dicimus hominẽ esse admiratiuum vel risibilem, ordo emanationis importatur, non actualis inhærentiæ in subiecto, proximè verificãtur de illis, remote vero de primis substantijs: ex opposito tamen res se habebit, si eædem propositiones denotent actualem inhærentiam, seu existentiam in subiecto, nam
243. tunc proximè prædicantur de primis substantijs, remote de secundis, vt si hoc modo enunciemus, homo existit admiratiuus, vel risibilis, liquet ergo in ratione substandi semper esse nobiliorem primam substantiam.

Dubium incidens de alijs comparationibus substantiarum.

SVperest Appendix, quoddam dubium, vt cõparationes vniuersæ examinẽtur, quas Aristoteles non modo inter primam, & secundam substantiam constituit, sed etiam inter ipsasmet substantias secundas, atque etiam primas. Sunt autem tres, prima inter genus, & speciem, ait, species est magis substantia, quàm genus, & inter species ipsas neutra
244. est magis substantia, quàm alia, sed nec inter primas substantias. Hæc autem oritur ratio dubitandi. Prima substantia apud Aristotelem potior est, quam secunda, idcirco quia pluribus substat, sed inter species vna substat pluribus prædicatis essentialibus, pluribusque accidentibus, quam alia, erit ergo potior substantia, minorem efficaciter confirmant duo exempla: coruus substat cunctis prædicatis
Duo exempla. quibus homo, & insuper duobus alijs, nempè bruto, & aui, tanquam proximis generibus sub animali, quibus homo non substat, homo item substat animali, viuenti, & corpori, quibus species angelorum non substant, nisi pro
245. ximis generibus sub substantia. Homo denique substat corporeis accidentibus, & spiritualibus, vt quantitati, colori, intellectui, & voluntati, angeli verò solis spiritualibus, ergo coruus erit magis substantia, quam homo, & homo quam angelus, quod absurdum valde est. Et insuper falsa erit regula Aristotelis omnimodam ponens æqualitatem inter atomas species: vel si argumentum constitutum ad eiusmodi impossibilia non deducit, infir-
246. ma erit ratio Aristotelis, qua probauit primam substantiam potiorem esse secunda, quia pluribus substat: idemque conuincitur de primis substantijs inter se comparatis: nam coruus iste pluribus substat, quam Petrus, vnde efficitur potiorem esse primam substantiam: & Petrus modo simili erit Michaele nobilior, vel corruet fundamentum Aristotelis.

Distinctione opus est, vt dubium soluatur, Substare duobus modis accipitur.
nam substare duobus accipitur modis, intensiue, & extensiue. Intensiue illud magis substare dicitur, quod propria virtute substat, vt prima substantia comparatione secundę, dicitur magis substare intensiue, quia ex se, atque independenter à secunda, & alijs quibuscunque: secunda verò non nisi virtute primæ. 247.
Præterea illud dicitur magis substare intensiue, quod propinquius accedit ad illud, quod propria virtute substat, nempe ad primã substantiam, illud enim in quocunque rerum genere perfectius est, quod ad primum illius generis, per se appellatum tale propinquius accedit, vt inter species animalis ea est perfectior, quæ magis homini assimilatur, sed in toto genere substantiæ, illud quod in ratione 248.
substantiæ per se tale dicitur, est prima substantia, ergo perfectius intensiuè substare intelligetur illud, quod propinquius ad illam se habebit, magis autem substare extensiuè intelligenda est illa substantia prima, vel secunda, quæ vel pluribus substat prędicatis substantialibus, vel certè pluribus accidentibus.

Ex hac distinctione intelligitur veritati esse I. Infert.
consentaneas tres illas comparationes Aristotelicas, & argumentum oppositum soluitur. Sequitur enim primò, inter genus, & speciem hanc esse potiorem substantiam, quia magis intensiuè, & extensiuè substat, intensiuè quidem, quia primæ substantiæ propinquior est, 249.
vnde magis assimilatur ei, quæ propria virtute substat, extensiue verò, quia pluribus prædicatis substat, nempè generi ipsi, ac cæteris superioribus prædicatis, cum tamen genus nec sibi, nec speciei substet.

Sequitur secundo inter species neutram ma- II. Infert.
gis intensiuè substare, quia quęlibet æque proximè se habet ad sua singularia, quę sunt primę substantiæ per se primo substantes.

Postremò, Comparatio primarum substan- 250.
tiarum verissima est, nam cum quælibet pro- Vltimo infert.
pria substet virtute, neutra erit perfectior in ratione intensiua substandi, & cum maior, vel minor perfectio substantię in ratione substandi ab intensione potius, quàm ab extensione sit acci-

sit accipienda, verissimum est inter species neutram esse altera nobiliorem, neque etiam
251. inter primas substantias, quod in ratione duntaxat substandi intelligendum est, nam ex proprio genere, & differentia, alijsque proprietatibus vna species longè poterit aliam superare, & vna prima substantia ex consequenti aliam.

Soluitur argumentũ. Argumentum igitur solum potest conuincere magis extensiuè substare vnam speciem, vel vnam primam substantiam: quia pluribus prædicatis, vel accidentibus substat, vnde solum infertur esse magis substantiam quadam ratione extrinseca, vt exemplis adductis in argumento desumptis notum est. quia pauciora prædicata, vel accidentia, quibus vna species, vel prima substantia substat, pluribus æquiualent, quibus substat alia, cum sint perfectiora, & quæ eminenter continent minus perfecta: apertum est id in angelis, qui licet paucioribus substent prædicatis, & accidentibus, perfectissimis tamen, & eminenter continentibus quæcunque ab homine, vel ab alia specie corporea sustinentur: prædicata etiam, quibus substat homo, licet in genere accepta, eadem
252. sint, longè tamen perfectiora his, quibus substat coruus, æquiualent ergo eis. Et longè maiori ratione in primis substantijs deprehenditur, nam Petrus substat homini, quia sua virtute, & eminentia continet quæcunque alia, quibus substat coruus aliquis singularis.

Vnde habetur, neque adhuc extensiue pluribus substare vnam speciem, quam aliam, vel vnam primam substantiam; nec proinde esse magis substantiam adhuc extrinseca, vel accidentali consideratione, vt omni ex parte, & in quocunque sensu vera sit sententia Aristotelis.

QVAESTIO SEPTIMA.

An & quomodo verũ sit pronunciatum Aristotelis, non existentibus primis substantijs impossibile est aliquid aliorum esse.

1. Quæstionis partitio. Dvplicem habebit partem controuersia hæc, prior circa veritatem propositi theorematis versabitur, posterior in expendenda duplici argumentatione, qua illud verũ esse probauit Aristoteles: circa priorem adnoto, haberi theorema hoc eisdem verbis in vtraque translatione Boetij, & Argyropoli, quod propterea videtur difficile, quia expresse docuit Porphyrius capite vltimo prædicabilium, destructis singularibus permanere prædicata essentialia generis, & speciei. Præterea, quia secundæ substantiæ quantum ad essentiam non pendent ex primis, ergo eis adhuc destructis permanere poterunt. Item destructis quibuslibet singularibus materia prima saltem durat, quæ incorruptibilis est, & in hominibus non solum materia, sed anima rationalis salua permanet mortuo Petro, vel Ioanne, falsa est ergo vniuersalis propositio Aristot. qua nihil permanere docet.

Louanienses in annotationibus ad primam partem huius capitis circa finem respondent, Aristotelem sensisse animam rationalem vti cæteras formas cum corpore interire, vel si immortalem posuit, hunc sensum prædictis verbis tenuisse, destructis primis substantijs omni ex parte: quod de homine verum non potest esse nisi per annihilationem, nihil eius permanere: & si solutio hæc tanquam probabilis tenenda sit, de materia dicere posset aliquis non permanere eandem numero, sed aduentu nouæ formæ aliam fieri, de secundis autem substantijs, nescio quid Louanienses responderent.

Moderni vero quidam arbitrantur Aristotelem locutum fuisse, non consideratis rerum essentijs, sed existentijs duntaxat, & ideò sensum illius esse, destructis primis substantijs nihil aliorum permanet quantũ ad existentiam, nihil tamen prohibet secundas substantias quantum ad essentias perseuerare. 2.

Ego vero verba Arist. attendens non video cum de partibus earundem secundarum substantiarum negare, quin saluæ esse possint eisdem pereuntibus; ita enim habent. *Non existentibus primis substantijs impossibile est aliquid aliorum esse.* Hoc est secundarum substantiarum, & accidentium, quæ in illis sustentabantur, nihil permanere posse: neque ad intentum Arist. referebat aliquid, an destructis primis substantijs aliqua pars earum saluari posset, id namque intendebat, dum prædictam propositionẽ protulit, à prima substantia dependere secundas, atque etiam accidentia, cuius virtute sustentantur, id igitur sibi voluit, quod vellet, si diceret, corruente fundamento vniuersum Quid sensit Arist.

3 uersum ædificium in fundatum corruere necesse est, sed prima substantia propria virtute secundis substantijs, accidentibusq; substans, est quasi fundamentum, cui innituntur, ea igitur destructa, cętera, quę in ea fundantur, perire necesse est. Hæc autem veritas firma stat, siue aliqua pars primæ substantiæ ea destructa duret, vel omnes intereant: vera igitur est propositio Arist. vt iacet, & in proprio sensu verborum præsenti instituto deseruit: quapropter necessarium nō est eam ad proprias partes extendere: & ita satisfactum est argumentis de materia prima, & anima rationali proceden-
4 tibus, de secundis autem substantijs dicimus, verum esse absoluta locutione nō permanere, postquàm nihil entitatis earum permanet, solum virtuali quadam ratione in potentia suæ causæ erunt. Quod autem connexio prædicatorum essentialium semper sit necessaria, hoc ideo est, quia obiectiue in intellectu durat, quod est dicere talia esse prædicata debita essentiæ, si in rerum natura futura aliquando sit, hoc autem nihil in rebus ponere, vel nihil esse in rerum natura notissimum est vt in quarta quæst. huius capitis copiosius dicetur, in quo sensu Porphyrij verba dubio seq. exponemus.

Posterior controuersiæ pars.

Explicato theoremate Aristotelico vniuersali, expendere oportebit duplicem argumentationem, ex qua tanquàm conclusionem illud intulit, prior est eiusmodi. *Animal de homine prædicatur, ergo & de quodam homine animal prædicabitur, nam si de nullo quorundam hominum, neq; omnino de homine.* Posterior. *Color in corpore est, ergo & in quodā corpore, nam si non in aliquo esset singulorum, neque omnino in corpore.* Vnde sequitur, ait Arist. alia omnia, aut de subiectis primis dici substantijs, aut in subiectis eis esse; non ergo existentibus primis substantijs impossibile est aliquid aliorum esse, &c. vtrumque autem argumentandi genus vitiosum apparet. Primum quidem aduersatur Porphyrio cap. 6 de communitatibus, vbi de his, in quibus differentiæ à genere distinguuntur agens, vnum esse affirmat, quod perempto genere perimuntur differentiæ, peremptis verò omnibus differentijs permanet genus: verba Porphyrij sunt hæc. *Genera quidem priora sunt his, quæ sunt sub se positæ, differentijs, propter quod simul quidem eas auferunt, nō autem simul auferuntur ab eis, sublato enim animali aufertur rationale, & irrationale, differentiæ verò non amplius simul auferunt genus, nam, & si omnes interimantur, tamen substantia animata sensitiua intelligitur, quæ est animal.* Hæc Porphyrius, quæ si vera sunt, valde infirmam reddunt primam consecutionem, nam si genus permanet cunctis eius differentijs pereuntibus, species permanere consequenter poterunt pereuntibus indiuiduis, cum magis genus ab speciebus, & differentijs pendeat, in quas essentialiter diuiditur, quam species ab indiuiduis, 7
eorum indiuidualibus differentijs extra essentiam speciei positis, & si hoc vltimum admittatur, possibile erit animal de homine prædicari, & tamē de nullo homine particulari, destructurque consecutio prima, quam ratio ipsa inualidam ostendit: nam destructis singularibus permanet essentialis prædicatorum connexio, vt destructis hominibus hominem esse animal, viuens, & substantiam; enunciabitur ergo in casu animal de homine per locum ab intrinseco, quamquàm de nullo homine particulari. Et certè, si rectè expendatur talis argumentandi modus, videbitur ab inferioribus ad superiora negatiue constitutus, idem est enim, ac si dicamus, animal non prædicatur de Petro, & de Ioanne cæterisue singularibus, ergo neque de homine ipso prædicabitur: quam autem sit infirmus, summulatum regulæ planè docent, vnde sequitur minus bonam esse argumentationem secundam sub eadem forma in accidentibus constitutam, nam si in essentialibus prædicatis non tenet argumentum à singularibus ad speciem negatiue, multo minus in accidentibus tenebit.

Tribus modis dubium hoc solutum à diuersis inuenio: primam solutionem adhibet Scotus quæst 13. prædicamentorum paulo ante solutionem argumentorum, quę talis est, prima, & secunda substantia logice, hoc est formaliter pro secundis intentionibus, à quibus denominatur, acceptæ relatiuæ dicuntur, prima respectu secundæ, & è diuerso secunda respectu primæ, sed relatiua posita se ponunt, & ablata se auferunt, ergo primis substantijs ablatis secundæ penitus auferuntur, ablatis igitur singularibus hominibus neque permanet homo, neque animal, positis verò ponuntur. Ex hac autem regula infertur primo, conclusionem illam Arist. veram esse, non existentibus primis substantijs impossibile est esse secundas, nam pereunte vno relatiuo statim perit reliquum. Secundo infertur, bonum esse vtrumque ar-

Absolutio dubij. 8

Ex hac regula infertur 1.

9

que argumentandi genus, primum quidem, quia nō existentibus primis substantijs nec secundæ erunt, ergo si animal de homine enunciatur, ergo & de quodam homine, quia si homo, & animal, quæ sunt secundæ substantiæ, extant, prima aliqua erit, ad quā referantur, & si nulla sit prima, hoc est nullus homo, de quo enuncietur animal, neq; de homine enunciabitur, quia nō existente aliqua prima eius substantia, neque erit homo ipse, qui est secunda. Rursus argumentatio secunda tenet, quia destructis primis substantijs, in quibus accidentia inhærent, destruitur subiectum, quo deficiente necesse est cuncta eius accidentia perire, tanquàm ad subiectum relata.

Refutatur hęc solutio. Hic modus dicendi propterea non placet, quia à mente Arist. veroque sensu illius, atque instituto penitus est alienus, intendit namque Arist. vt contextus verborū ostendit, his argumentis ostendere, tam secundas substantias, quā accidentia in primis sustentari, ideoq; his pereuntibus nihil eorū permanere posse, accipit ergo secundas substantias, & accidentia secundum realem existentiam, vel inhærentiam in primis, quod est pro fundamentis realibus, & non pro intentionibus ea accipere, & certe agens de dignitate primæ substantiæ cum secundis comparatæ, vanum esset pro secundis intentionibus eas accipere, ex quibus dignitatem nō capiunt, sed ex reali fundamento, proprietateque reali substandi.

Quid Arist. intendat his argumentis ostendere.

10\.

II. Solut. Louanienses in annotationibus circa secundam partem capitis pro fundamentis realibus primam, & secundam substantiam accipientes, dubium soluere conantur dicentes, primā argumentationem tenere virtute illius regulæ anteprædicamentalis, cum quidpiam de quopiam prædicatur tanquam de subiecto: ex qua deducitur prædicari animal dę quodam homine singulari, eo ipso quod de homine enuncietur, cum homo prædicatum sit singularis hominis, valet enim, Petrus est homo, & homo est animal, ergo Petrus est animal. Ecce vbi animal de homine enunciatum, de Petro quoque enunciari debet. Secundam verò argumentationem vim suam habere aiunt in hac vniuersali propositione: quidquid est

11\. in superiori vt in subiecto, est etiam in aliquo inferiori, atque etiam ex opposito, quod in aliquo inferiorum est accidens, in superiori erit.

Refutatio solutionis. Cæterum neque solutio hæc dubio proposito satisfacere potest, ex illa enim regula antepredicamentali affirmatiua solum deduci potest, de subiecto enunciari quidquid de prædicato dicitur, vt quod de Petro, vel Ioanne, etiam de homine, negatiua verò minimè, quod non dicitur de Petro, vel Ioanne, aut aliquo alio singulari homine, neque de homine prædicari posse. Et hoc vltimum continet prima argumentatio Aristotelica, de qua est controuersia, vt ex recensitis verbis eiusdem Aristot. liquet, non ergo fit satis ex regula antepredicamentali, neque affertur ratio sufficiens, cui innitatur argumentatio posterior, cum non probetur necessarium esse in aliquo inferiorum inhærere accidens, quod in superiori inhæret. 12.

Postrema solutio est Caiet. in expositione harum argumentationū distinguentis in duo membra illud, quod est prædicatum de subiecto enunciari, vno enim modo accipitur secundum essentialem connexionem, quam vocat intellectualem, quæ cum naturalis sit, atq; intrinseca, inuariabilis est, & eodem pacto se habet semper, siue singularia existant, vel secus, alio modo secundum entitatem realem, vel existentiam in rebus, & hunc sensum potius, quam priorem tenet Arist. in vtraq; argumentatione, benè enim infertur, animal prædicatur de homine secundum entitatem realem vtriusque predicati, ergo de aliquo homine, quia impossibile est entitatem realem habere vniuersalem naturam extra causas, nisi in singularibus subsistat, cum nō possit esse in rerum natura ab eis separata, & rursus necessarium est in eodem sensu de homine non prædicari, si de nullo singulari homine dicitur, quia nō existentibus singularibus hominibus, non est in rerum natura homo, de quo enuncietur, imo neque animal ipsum erit. Alia est ratio de eisdem prædicatis secundum essentialem connexionem obiectiue in intellectu permanentem, quia non existentibus singularibus, adhuc enunciabitur animal de homine secundùm illam, in quo sensu loquutus est Porphyrius, dum protulit genericum prædicatum permanere vniuersis differentijs peremptis, permanere autem intelligit, non vt sit aliquid in rerum natura, sed obiectiue in intellectu, qui connexionem horū prædicatorum essentialium ab entitate reali, vel existentia abstrahentem intelligit. Argumentum autem Arist. vtrumque, procedit à singularibus sufficienter enumeratis ad vniuersale, quod secundùm existentiam non solum affirmatiue, sed nega-

Vltima, & vera solutio.

Hunc sensum tenet Arist.

Porphyrius explicatur.

tiue etiam est necessarium, nam si homo non
14. potest esse in rerum natura, nisi in aliquo homine singulari subsistens, euidenter sequitur, nullus homo singularis est in rerum natura, ergo nec homo vniuersalis erit, benè igitur argumentatur Arist. animal dicitur de homine, ergo de aliquo singulari, nam si de nullo dicatur, nec de homine dicetur, & si eundem teneamus sensum, legitima inuenitur posterior illatio in accidentibus, color est in corpore secundùm realem inhærentiam, ergo in quodam corpore, nam si in nullo corpore singulari realiter inhæret, neq; in corpore inhærere poterit.

His autem argumentis sic acceptis euidenter conuincitur conclusio vniuersalis intenta, nempè nō existentibus primis substantijs impossibile est aliquid aliorum esse, hoc est, secundarū substantiarum, vel accidentium permanere: & hic modus dicendi sic à nobis explicatus planè soluit dubium propositum, & argumentis facit satis.

QVAESTIO OCTAVA.

Circa tertiam proprietatē substantiæ: Verum ne sit, & in quo sensu, secundas substantias significare quale quid.

Nota. TErtiam proprietatem posuit Arist. *Hoc aliquid significare*, quod solis primis substantijs conuenire adnotauimus, cùm
254. idem valeat, ac substantiam singularem denotare: separans autem secundas substantias à primis quantum ad hanc proprietatem, ait, propter appellationem iudicari posse secundis etiam substantijs conuenire, nam vnam aliquam rem significare videntur, & quidem per se subsistentem, cū substantialis sit, vt homo, & animal, re tamen vera nō hoc aliquid, sed quale quid important.

I. Arg. contrarium. Apparet autem id falsum primo, quia significare quale quid nō est aliud, quam significare aliquid per modū qualitatis, sed apertum est secundas substantias rem significare substantialem, & modū significandi earū substantialem esse, vt substantiua nomina hominis, & leonis denotant, ergo nulla ex parte æquiparantur qualitati, vel formæ accidentali, vt propterea dicendum sit, quale quid significare.

II. Argum. Secundo, quia secundæ substantiæ sunt genera & species, in quibus primæ substantiæ insunt, sed genera, & species (vt primum, & secundū prædicabile explicantes vidimus) non
255. prædicantur in quale, sed in quid, ergo nec secundę substantiæ, & certè si quale quid significarent, in quale quid prædicarentur, quandoquidem ex modo significandi desumitur modus prædicandi, sed non prædicantur in quale quid, cum differentiæ sit proprius talis modus prædicandi, vt in tertio prędicabili docet Porphyrius, ergo nec important quale quid.

III. Arg. Ac postremo, eodem modo se habent genera, & species accidentium suorum inferiorum comparatione, ac genera, & species substantiæ quantum ad modum prædicandi, cùm
256. in eisdē prædicabilibus generis, & speciei collocentur; coloratū respectu albi, album respectu albi singularis, atque animal respectu hominis, & homo respectu Petri, eundem igitur modum significandi habebunt, sed genera, & species accidentium, nō important quale quid suorū inferiorum, nisi velis in eadem proprietate cum substantijs conuenire, ergo neq; genera, & species substantiæ quale quid significabunt, vt docet Aristoteles.

Communis sententia traditur, & quidam dicendi modus circa illam exploditur.

COmmunis nihilominus interpretū sententia cùm Aristotele tenet secundas substantias, *quale quid*, significare. Cōmunis sentent.

Sed circa sensum, in quo accipiendum sit, vt verū teneat, valde dissentiunt, nam Auicenna, quem refert, & sequitur Albert. Mag. tract. 7. prædicamentorum. cap. 8. ait genera, & species, quæ sunt secundæ substantiæ, quid significare ob naturam genericam, quale verò ob differentialem, quas continent, species quidem vtramque secundum actum, genus verò priorem actu, posteriorem potentia, & ratione vtriusque quale quid. Auic. & Albert. sentent.

Displicuit hæc sententia Caietano in commentarijs huius capitis, & merito, propter duo. Primo, quia genera, & species aliorum Impugn. I.
275. prædicamentorum significabunt quale quid suorum inferiorum, postquam naturam genericam, & differentialem claudunt ad eorum essentiam spectantes.

Postremo, quia prima etiam substantia claudit idem genus, eandemque differentiam, quā Impugna.
genus,

genus, & species, si ergo ratione vtriusque important quale quid, eandem habebit significationem prima substantia aduersus mentem Aristotelis, quantum ad hoc secundas substantias à primis separantis.

Impugnat fortiori argument. Soluit vtcunque Caiet. hæc duo argumenta: id'rco fortioribus alijs libet eundem modum dicendi confutare Non ignorabat Porphyrius speciem actu claudere naturam generis, & differentiæ, genus verò illam actu, hanc potentia, & tamen expresse docuit vtrumque

258. prædicari in quid, differẽtiam verò in quale quid, quo tanquam modo sibi proprio prædicandi ab eis separatur, at si verum sit in quale quid propterea illa prædicari, quia genericam, & differentialem naturam complectuntur, sequitur non distingui in modo prædicandi à differentia, siquidem ratione eiusdem gradus differentialis in quale substantiale enunciantur. Nec satisfit, si dicatur, genus, & speciem habere modum totius, partis verò differentiam, quia non prædicantur in quale ratione totius, sed partis, & eiusdem quidem, cum eadem sit differentia in vtroque clausa.

Secundo, genus prædicatur de specie, ea quidem ratione, vt licet per modum totius potentialis, partẽ tamen speciei dumtaxat actu enunciet, ex forma autem, quam importat actu prædicatum, accipitur modus prædicandi, non ex his, quæ importat secundũ potentiam, ergo ab vna forma vnũ tantum oritur, modus prædi-

259. candi, & in quid, non in quale, cũ substantialis illa sit, & per modũ subsistentis importata. De specie autem non minus efficaciter ostenditur quia licet genus, ac differentiam contineat, vnum tamen est actuale, & completum, quod sicut modũ essendi totius actualis habet à modo essendi partium distinctum, ita etiam modũ prædicandi, modus autem prædicandi in quale propter differentiam est modus partis, ergo illum retinere non potest: vnde male dicitur prædicari in quale ratione illius: nec enim species retinet modũ prædicandi in quid generi proprium, quia nõ prædicatur in quid contrahibile, sed in quid completum, atq; perfectum, cui modus partis repugnat: & si verum sit, quia vtrumque species continet, modum significandi, & prædicandi vtriusque habere,

260. sequitur euidenter prædicari in quid per modum materiæ, & in quale per modum formæ, quod est absurdum. Sed veritas huius rei est, speciem nec modum significandi, nec prædicandi generis, vel differentiæ retinere, sed vnum tertium incomplexum, & quasi simplex esse in hoc ordine, qui cùm sit vnius rei subsistentis, & nomine substantiuo significatæ, in quid est, & non in quale ratione differentiæ, quæ simul cum genere vnum actuale, & completum constituens, amittit propriam rationem significandi, & prædicandi, vti genus, & transit in tertiam quandam substantiuam, & completam.

Alius dicendi modus reijcitur.

HOc modo dicendi excluso alium affert Caiet. quem sic declarat, secunda substantia duo importat, & naturam realem, & secundam intentionem, à qua talis denominatur, illam vt fundamentum, hanc vt formam: ratione illius substantia est, intentio 261. Caiet. sensus reijcit.

verò accidentalis forma, modum qualitatis in denominando seruans, nã eo modo denominat hominem, vel animal, ac albedo, vel color subiectum, in quo est: propter fundamentũ igitur secunda substantia significat quid, propter intentionem verò quale, & propter vtramque quale quid, hoc est quale intentionis denominantis circa substantiam denominatam.

Hæc sententia videtur expressa apud D. Thom. opusc. 42. de natura generis. cap. 7. circa finem, vbi sic loquitur. *Secundæ substantiæ secundum rei veritatem magis significant quale quid, in quantum per actum rationis transeunt in similitudinem accidentis, non amittendo substantiam propriam in rerum natura, sed accipiendo rationem vniformitatis in anima, & ideò dicit Aristoteles illa significare quale quid, quia qualitatem, id est vniformitatem, per quam fiunt vniuersalia, per actum rationis circa substantias quasdam, res scilicet particulares determinant, quæ propriè sunt quid, &c.*

Hæc tamen sententia nec verbis, nec sensui Impugnat. Aristot. consonat, qui secundas substantias 262. quale significare docet, non accidentale sicuti album, sed substantiale: si vero ratione secundæ intentionis quale significant, cùm intentio sit accidentalis forma, significabunt quale accidentale, non substantiale, quod importatur per quale quid, prædicabuntur ergo de primis prædicatione quinti prædicabilis, quod patet esse absurdum. Nec fit satis argumento, si pro Caietan. dicatur significare quale accidentale, sed circa substantiam, quam intentio ipsa denominat, & ideò quale quid, quia tantundem dicere de albo possumus, & de quo-

de quocunque accidentali concreto, si quidem formam accidentalem importat denominantem substantiam, atque ex consequenti dicit quale circa substantiam, quod est significare
263. quale quid, quod planè aduersatur menti Arist. & veritati. Nec enim satis est quale significare circa substantiam, vt quale quid appelletur, sed quale verè substantiale, vt de differentia docuit planè Porphyrius in 3. prædicabili: Aristot. etiam in eadem significatione vtitur nomine secundarum substantiarum, ac nomine primæ substantiæ, & vtramque talem appellat à proprietate reali substandi, vt ex definitione primæ substantiæ, & ex comparatione vtriusque liquet: sed primam substantiam vocat Arist. substantiam singularem, quia ratione sui substat, ergo secundam substantiam talem appellat, quia secundo substat, hoc est statim post primam, eiusque virtute, non propter secundam intentionem.

Vera sententia cum vero dicendi modo affertur, & probatur.

Vera sent. NOstra igitur sententia est secundā substātiam significare, *quale quid*, sed duobus modis accipitur quale quid, proprio quidem, & communi: modus proprius significandi quale quid, est formę habentis modū ac-
264. cidentalem rem ipsam circumstantem, cuius est forma, sed verè substātialis eiusdem: & iste est modus significandi, & prædicandi differentiæ: quam ideo Porphyrius docuit non in quid, sed in quale quid prædicari: alius est modus significandi quale quid, communis, qui substantiæ attribuitur, non propter modum formæ accidentalis proprium, sed cōmunem:
Accidentalis forma duo habet. etenim accidentalis forma duo habet, & subiecto inhæret, ipsumque circumstat, à quo abesse potest, tanquam extra essentiam eius posita: & hoc est ei proprium, cui assimilatur differentia comparata ad genus, tanquam ad potentiam extra eius rationem constituta, cui
265. adesse potest, ab eodemque abesse, ideò genus determinans ad constitutionem speciei per modum adiacentis adiectiuo nomine significata enunciatur de specie: habet rursus accidentalis forma, vt à subiecto determinetur, quantū ad existentiam, & indiuiduationem: fit enim hæc ab hoc subiecto, in quo recipitur, & à quo sustentatur: sed hæc ratio non est ita propria, sed in ea cum secundis substantijs communicat, quę licet rem substantialem important, sub communi tamen conceptu apprehensam, hoc est non consideratis singula- 266.
ribus conditionibus, & idcirco indeterminatam, quantum ad indiuiduationem, & subsistentiam, determinantur verò, & indiuiduantur à primis substantijs, in quibus subsistunt, à quibus etiam accipiunt subsistentiam, & propter hanc similitudinem docuit Arist. non significare hoc aliquid, sed quale quid aduersus Platonem, qui cum eas poneret à singularibus separatas, ac per se subsistentes, habentesque proinde omnimodam determinationem, hoc aliquid apud ipsum significabant: sed cum veritas sit sola operatione intellectus à singularibus abstrahi, in quibus re ipsa subsistunt, fit vt propter indeterminationem, alienamque subsistentiam, quandam similitudinem cùm forma accidentali contrahant, & cùm ex alia parte verè sint res substantiales, vt potè essentiam primarum substantiarum continentes, quale substantiale significant, & propterea quale quid: cæterum, quia res esse substantiales proprium est eis, simpliciterque conueniens, quale verò ex communi quadā similitudine, nominibus substantiuis significantur, prædicata quidditatiua appellantur, & in quid, nō in quale prædicari dicuntur à Porphyrio, modo quidem valdè à differentiali diuerso, qui ob propriam cùm forma accidentali similitudinem merito quale quid appellatur. Hanc autē sensum germanum esse Arist. quæ sequuntur verba satis aperte indicant: *Plus autem in genere, quam in specie determinatio fit.*

Vt autem res explicatius tradatur, adnotandum est secundò, primas substantias determi- Nota.
nare secundas, & vicissim ab eis determinari, diuersa ratione, atque in diuerso genere cau- 267.
sæ: determinant quidem quantum ad indiuiduationem, & subsistentiam, quia natura generica, & specifica fiunt indiuiduales per principium indiuiduationis, vt in Petro fit natura humana hæc, per principium indiuiduationis, nempè per hanc materiam, & hanc formā, naturā autem indiuiduatam cōsequitur naturaliter determinata subsistentia, per quā completur, & prima substantia, suppositum, & persona constituitur, eiusmodi autē indiuidualis determinatio, genus causæ materialis importat propter materiam, à qua fit determinatio, aut eius similitudinem. At secundæ substantiæ primas determinant quantum ad essentiam, eius namque essentiæ est singularis substantia, quam essentialia prædicata constituunt

quæ

268 quæ quidem primo conueniunt secundæ substantiæ, & ex eius participatione primis, ita vt verum sit Petrum ab his prædicatis essentialibus, homo, animal, & substantia, quasi trahi ad essentiam hominis, nam eorum ratione huius est speciei, & non alterius: determinatio autē essentialis ad genus causæ formalis pertinet, siquidem forma est, quæ essentiam cuiusque rei tribuit, ac determinat: quapropter primæ substantiæ determinantur à secundis in genere causæ formalis. Vnde oritur alia earum similitudo cùm qualitate, cæterisque accidentibus, quæ eo modo comparantur ad subiectum vt quantum ad indiuiduationem, & existentiam determinentur ab eo, sed ipsum quantū ad speciem accidentalem determinent ad propriam speciem referentes. Sustentatur albedo à pariete, fit ex modo afficiendi illum indiuidua, sed eundem trahit ad suam speciem disgregandi visum, & determinatio prior continet genus causæ materialis, posterior verò ad formalem causam reducitur, & hinc fit, vt secundæ substantiæ non solum in quātum determinantur à primis, sed etiam in quantum eas determinant, quandam similitudinem qualitatis contrahant: cęterum quia similitudo rebus

269 verè substantialibus conuenit, non tribuit denominationem qualitatis simpliciter, sed secū dum quid, à qua etiam procedit, vt quale quid significare dicantur.

Vlt. Nota. Postremo obseruandum est, secundas substantias nec à primis distingui, nec secūdas appellari, nisi operatione intellectus interueniente, per quam ab eis abstrahuntur eorum conditionibus non consideratis: nihilominus sic conceptæ reales naturæ sunt in eijsdem primis substantijs subsistentes, vnde prouenit, vt secū-

270 dæ substantiæ denominentur. Præterea, quia sub communi conceptu considerantur, determinari possunt à primis substantijs, & vicissim eas determinare (vt expositum est) vnde etiam procedit, vt non hoc aliquid, sed quale quid significent: itaque necessaria est operatio intellectus, vt secundæ substantiæ sint, vel à primis distinguantur, vt quale quid significent: cæterum neque operatio intellectus, neque secūda intentio sunt rationes formales secundarū substantiarum, quæ absque dubio sunt reales conceptus obiectiui, quibus essentialia conueniunt prædicata, sed solum conditio sine qua

271 non prædictas rationes habere possent. Aliud enim iudicium ferēdum est de nominibus generis, speciei, ac secundarum substantiarum in hac parte, vt in materia prædicabilium attulimus, vbi pro formali secundas intētiones important, de materiali fundamenta à substantijs accidentibusque abstrahentia. At in hac parte realem substantiam determinant, & iuxta rationem eius formalem in prædicamentis constituuntur: Secundis intentionibus solum deseruientibus vt conditionibus sine quibus ordinatio prædicamentalis non cōstituitur, nec prædicata magis, minusvè communia distingui poterunt, nam si pro ratione formali intētiones secundas importarent, euidenter sequeretur non secus prædicamenta ex secundis intētionibus formaliter cōstitui, ac prædicabilia quod valde absurdum est Hoc est igitur, quod egregie docet D. Thom. necessarium esse ad rationem, & significationem secūdarum substātiarum vniuersalibus conceptibus ab intellectù considerari, non tamen, vt Caietan. vult, propter intentionem secundā, vt rationem formalem quale quid significare, quin potius id habent ex natura reali in communi concepta, quam consequitur talis modus substādi, quasi secundaria ratione.

Nomina itaque primæ, & secundæ substantiæ, vt magis rem aperiamus, bifariam accipiuntur, & in quantum à proprietate reali substandi denominatur, & in quantum ab officio, quod in propositionibus exercere possunt dum actu subijciuntur prædicatis, vel actu de subiectis dicuntur: & in prima consideratione in præsentiarum ea accipit absque dubio Aristoteles, cum prædicamentalis constitutio, & consideratio etiam in dialectica realis sit: eadē tamen accepturus in posterioribus libris, enunciationum, & syllogismorum secundum posteriorem considerationem ad quam perficiendam prius oportuit nosse fundamētorum naturam realem, ac proprietates eorum, vt prædicatorum, & subiectorum vsus conuenientior foret, ad quem prædicamenta tanquam altera ex præcipuis dialecticæ partibus ordinantur, vt in superioribus stabilitum est, & hæc doctrina planè insinuatur à D. Thom. quæst. 42. art. 4. Not. Nomina. 1. & 2. substātiæ bifariā accipi. 272

Obiectiones soluuntur.

Ex qua non est difficile argumenta soluere, ad primum namq; dicimus secundas substantias ex vtroque designare rem substantialem, nempe ex parte rei significatæ, & modi significandi, cuius rei illud est sufficiens argu- Soluitur 1. argum. 273

argumentum, quod nominibus substantiuis significantur, sed ex vtraque etiam parte non nullam important cum accidentibus similitudinem, ac præsertim cum qualitatibus, vt ostẽdimus, ob quã dicuntur significare quale quid. Verum tamen quia non est adeò propria similitudo, ac illa quam præ se fert differentia, nõ prædicantur in quale quid, sed solum in quid, considerato modo principali significandi substantiuo, simul cùm re significata substantiali,
Ad II. ex quibus solutum est etiam argumentum secundum.

Postremum soluimus distinguentes inter genera, & species substantiæ, & accidentium,
Ad vlti. in vno namque communicãt, in alio separan-
274. tur, modum significandi substãtiuum vtraque habẽt, & ideò de suis inferioribus in quid prædicantur, res tamẽ significata valdè diuersa est, nam genera, & species substantiæ rem significant, quæ verè substantia est, in hoc prædicamẽto collocata. Genera, & species accidentiũ rem, quæ verè est accidẽs ad vnum ex nouem prædicamentis referenda, vnde elicitur significatum secundarum substãtiarum esse quid proprium, ac tale simpliciter, significatum verò generum, ac specierum accidẽtium, quid com-
275 mune, & secundum quid. Particula enim quid absque dubio substantiam importat, quam duplicem inter cæteras acceptionem habere dixi mus communem pro essentia cuiusque rei, siue prædicamenti sit substantiæ, vel accidentium. Et propriam pro quidditate entis per se, quod verè substãtia est, *quid* igitur à secũdis substantijs significatum simpliciter, & proprie appellatur tale, quia secũdum propriam acceptionem substantiæ, ab accidentibus verò tantum secũdum quid: quia iuxta communem, & impropriam: ideò secũdæ substãtiæ proprie prædicantur in quale quid, genera, verò, & species accidentium minime, nisi fortè improprie, & secundum quid: verum tamen, quia in prædicabilib⁹ solum habetur ratio quidditatis, abstrahendo à substantia, vel accidentibus: absq; distinctione dicuntur prędicari in quid genera & species cuiuscunq; sint prædicamẽti: ac proptereà vniuoce spectare ad primum, & secundum prædicabile.

Circa quadam Aristotelis verba dubium: Appendix.

Dubium. SVperest tamẽ appẽdix, quoddam dubium
276 ex eodem cõtextu verborum, (quibus hãc proprietatem explicat Arist.) ortum: etenim cum dixisset secundas substantias nõ hoc aliquid significare, sed quale quid, hæc verba subiecit. *Non autem simpliciter quale quid significant quemadmodum album, nihil enim aliud album significat, quam qualitatem, &c.* De quorum sensu merito dubitamus, nam si vt sonant accipiantur, falsam cõtinent sententiam, cum notũ sit album nõ solam qualitatem significare, sed etiam connotare subiectum, pro quo in propositione supponit. Ratio dubij

Qua propter non desunt, qui vt argumentum eludant, asserant formalem esse sensum Aristotelis, ac si dicat album de formali solam qualitatem significare, quod est verissimum, si quidem subiectum cõnotatum dicitur, quasi de materiali significatum, in quorum sententiam descendi ego aliquando verba Aristotelis obiter, & perfunctorie percurrens, quibus tamen attentius (vt par est) perpensis video eum sensum, licet verum, mentem illius nequaquam pertingere. Quorũdam sensus.

Quid enim referebat album solam qualitatem de formali significare, vel etiam quidpiã aliud, vt Aristotel. non sic se habere secundas substantias assueraret, profecto nihil, cum ex alio diuersas esse ostenderit, quia quale circa substãtiam, hoc est quale substãtiale importãt, à quibus cõstat albũ diuersum esse, etiam si aliud præter qualitatem significet, cum qualitas significata accidentalis sit, nõ substantialis. Refutatur. 277

Posset etiam dici secũdo, album solam qualitatem significare, nam subiectũ iuxta summularum regulas non significatur nomine concreto accidẽtis, sed cõnotatur, hoc est simul denotatur tãquàm id, in quo significata qualitas inhæret, ideò verba Arist. absq; vlla expositione verum continent. 2. Sensus.

Cæterum nõ minus solutio hæc impertinens est, cùm nihil ad intentum Arist. conferat, quid enim discriminis ex hoc statuitur inter secundas substantias, & accidentia, vt proptereà dicẽdum sit eas non quale vt album, sed quale quid significare. Refutatur. 278

Quapropter longè diuersum esse sensum Aristotelis pro cõstanti teneo, nempe album puram qualitatem significare, quæ vere, & simpliciter sit qualitas ad prædicamentum qualitatis referenda, at secundas substantias, non veram, vel puram qualitatem, sed similitudine talem, quæ cum vere substantia sit, ex modo tamen, quo significatur, quandam cum vera qualitate contrahit similitudinem: verba, quæ Verus sensus.

post.

post præ dicta sequũtur in text. Aristotel. luce clarius ostendũt hunc sensum in præcedẽtibus, nam ita habent, *Genus autem, & species circa substantias qualitatem determinant, qualem enim quandam substantiam significant, &c.* Quasi dicat nõ puram, nec veram qualitatem, sed similitudine talem, cùm verè substantia sit.

QVAESTIO NONA.

Circa quartam proprietatem substantiæ, an verum sit substantiã non habere contrarium.

Obijcitur aduersus hanc proprietatem.

16. ARistot. 1. lib. Physic. text. 50. de principijs, ex quibus res naturalis cõponitur, loquẽs statuit esse contraria, res autem naturalis est substantia composita ex materia & forma, vnde sequitur sentire ipsum contrarietatem in substantia reperiri. Sed clarius ibidem de prædicamentis ait, in vno quoque vnam esse contrarietatem, & primam in prædicamento substantiæ tanquam omnium primo: verba illius sunt. *Et vna contrarietas in omni genere vno, substantia autem vnum quoddam genus*, & text. 56. eãdem repetens sentẽtiam, *Impossibile est esse plures contrarietates primas, substantia enim vnum quoddam genus est entis.* Quasi dicat vniuersas contrarietates aliorum prædicamẽtorum ad potissimam, quæ in substãtia ponitur, referẽdas esse, idq; ostendit clarius ordinatio ipsa prædicamẽtalis diuisione generis in contrarias differentias vsque ad atomas species & indiuidua, constãs, substãtia enim in corpoream, & incorporeã, corporea in viuentem, & vita expertem, viuẽs in sensibilem, & in insensibilem, illa demum in rationalem, & irrationalem diuiduntur, quarum contrarietas, vel ex ipsis nominibus statim intelligitur, ergo in genere substãtiæ verè reperiũtur contraria. Et idem Arist. 10. lib. metaph. tex. 24. differẽtias specificas quarumcũq; specierũ substãtię contrarias esse docet, atq; etiã in primis corporibus, quæ sunt elemẽta, ex quibus vniuersum integratur, cõtrarietas reperitur, ignis enim, & aqua, aer, & terra contraria sunt, vt idem Arist. 2. lib. de ortu, & interitu ferè per totum docet. Cõmunis solutio nequaquam satisfacere videtur, quæ cõtraria esse elementa vult, non

Videtur substantiæ esse contrariũ.

17.

18.

Refellitur communis solutio.

secundum substãtiam, sed ex parte primarum qualitatum, quæ in eis sunt, caloris videlicet, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis, nam & si negare non possimus contraria esse eiusmodi qualitates, cùm tamen ab ipsa substantia elementari oriantur tanquam quædam proprietates, elicitur profectò vt sicut qualitates ipsæ continentur in ipsa substantia, pariter contrarietas pertinet ad earum naturam. Radix igitur prima totius contrarietatis substantia est, qua propter in ipsa erit per se primo contrarietas ponenda. 19

Veritas huius rei tenenda stabilitur.

A Natura autem substantiæ alienam esse contrarietatem docet planè Aristo. nõ solum hoc loco, sed 5. physic. text. 10. hisce verbis. *Secundum substantiam autem non est motus, propterea quod nullum est entium substantiæ contrarium.* Et si oppositorum conditionem consideremus, quam ex professo tradidit Aristot. infra capite de oppositis, & 5. metaph. cap. 10. inueniemus ex vniuersis oppositionũ generibus hoc solùm à substantia abesse, quatuor namque dumtaxat sunt oppositionum genera, nempe priuatiuum, contrarium, contradictorium, & relatiuum, de priuatione, & habitu notum est in substantia reperiri, si quidem omnis substantia generabilis fit ex priuatione sui, homo ex priuatione animæ rationalis, quæ est in materia prima, atque ita de cæteris, contradictoria autem oppositio, licet in sola affirmatione, & negatione reperiatur, vt eisdem locis statuit Arist. ea tamen ratione, qua in simplicibus inuenitur dubio procul in substantia est, in qua sunt homo, non homo, equus, non equus, &c. Eadem autem substantia relatiue dicitur ad aliam, nam idem, & diuersum specie non minus, quàm in cæteris prædicamentis in ea reperies, sola oppositio contraria ei repugnat, vt ex contrariorum definitione, & legibus plane deducitur ab Arist. traditis cap. de oppositis in postprædicamentis, & 5. Metaphy. capit. 10. & 10. Metap. cap 2. text. 14. quæ his tribus summatim comprehenduntur, contraria sunt, quæ sub eodem genere posita maximè distant, & cùm circa idem susceptiuũ dicantur, mutuo circa illud repugnant, ab eoque sese expellunt. Vnde sequitur cõtraria positiuas formas repugnantes importare, actiue quidem, & passiuè circa idem subiectum, nam expulsio non fit nisi actione, & passione medij

Substantiæ nihil esse cõtrarium probatur.

20.

medijs: substantia autem, cùm in subiecto nõ sit, nõ respicit idem susceptiuum simul cum alia substantia Plures quidem formæ substantiales in eadem materia prima recipi successiuè possunt, cæterum actiuæ nõ sunt, quia substãtia immediate per se non agit, vel patitur, nisi medijs qualitatibus, vel instrumentis, tanquã accidentibus superadditis: ergo quamuis ab eodem subiecto expelli contingat, non tamen à se ipsis, sed à qualitatibus eandem materiam pro illarum receptione disponentibus, quæ si tali modo sit disposita, vna introducitur, expellitur altera, cùm simul in eadem materia permanere repugnet. Forma item substantialis, quæ modo introducitur, priuationi opponitur in materia præexistenti, vt quando ignis producitur in materia prima, forma eiusdem priuata, sed hæc oppositio contraria non est, sed priuatiua, cùm alterum dumtaxat extremũ positiuum sit, priuatio aliud, qua propter apprimè necessarium est ad cõtrariam oppositionẽ positiuas esse formas, susceptiuumque respicere, quod non sit sola materia, sed totum compositum, atque adeò accidentia esse: nam quidquid enti iam composito aduenit, vel circa il-

22. lud versatur, accidens debet esse: oportet item actiuas esse, & passiuas circa illud idem subiectum, quod in alijs præter qualitates non reperitur, vt exploratum esse poterit, si singula prædicamenta percurramus. Vnde Arist. in præfatis locis, vbi de oppositionum generibus differit, planè docet oppositionem contrariã, si vera sit, in solo prædicamẽto qualitatis reperiri, neque in cunctis eius generibus, sed certis, ac determinatis: liquet ergo ex his legitimã esse proprietatem substantiæ contrario carere quę alijs etiam accidentibus conuenit, vt quãtitati, relationi, ac cæteris, & idcirco nõ con-

23. uenit quarto modo substantiæ, vt idem Arist. in præsentiarum testatur, sed in primo. Omni quidem & non soli inhærens.

Pro solutione argumẽtorum notandum.

Pro solutione verò argumẽtorum obseruãdum est contrarietatem geminam habere acceptionem in doctrina Arist & communi modo loquendi, communem alteram atque adeò impropriam pro quacumque oppositione, qua ea, quæ inter se hoc, vel illo modo pugnant, cõtraria appellamus. Aliam verò propriam pro eo oppositionis genere, cuius conditiones nuper tradidimus. Rursus in quocumq; prædicamẽto reperiuntur oppositæ differentiæ, quarũ vna est perfectior altera, & quæ imperfectior est, quasi priuatio perfectionis alterius appellatur. Sæpè etiam differentia aliqua priuatiua innumeras pene comprehendente designantur imperfectæ omnes, vt in genere animalis voce illa priuatiua, irrationale, denotamus omnes differentias animalis quasi perfectione rationalitatis carentes. Itaque in quocumque genere reperitur eiusmodi priuatiua oppositio quam extenso vocabulo appellat Arist. contrarietatem, sed in genere substãtiæ maxima est, & prima, si quidem ex ea deriuantur omnes, etenim ex virtute substantiæ pullulant cuncta accidentia, quæ aliud non sunt, nisi quædam eius affectiones: at substantia ex propria radice, atque origine continet priuatiuam oppositionem, fit namque, vt nuper dicebam, & docet Arist. 1. physicorum loco memorato, quæcumque substantia ex sui priuatione, vt homo ex non homine, hoc est ex materia apta quidẽ atque disposita ad recipiendam eius formam, sed ea carẽte, à qua carentia tãquam à termino à quo generatio incipit, & in formam, totumque hominem ex forma, & materia constitutum terminatur, sicq; de cæteris substãtijs. Ad similitudinem autem substantiæ producuntur accidentia, vnũquodq; ex sui priuatione, vt album ex non albo, calidum ex non calido, vel certè ex nigro, & frigido, quę licet positiua sint priuationem tamen perfecti contrarij important. Et hinc est vt prima oppositio, & quasi originalis, à qua oriuntur cæteræ, sit priuatiua, de qua loquebatur Aristotel. præfatis locis in contrarium oppositis, in quibus, vel in genere substantiæ, vel in differentijs illius contrarietatem ponit, vt docet planè ipse eadem loca explicans. 10. metaphysi. capit. text. 15. in principio his verbis. *Prima verò contrarietas habitus, & priuatio est.* Ab hac autem oppositione ea oritur, quæ in elementis reperitur, non quidem ratione substantiæ, sed qualitatũ, virtute quidem in oppositione substantię contenta, non contraria, sed priuatiua, vt expositum est.

24

Quid appellet Arist. cõtrarietatẽ.

QVAESTIO VLTIMA.

Circa extremam substãtiæ proprietatem, an solis primis substantijs conueniat esse contrariorum susceptiuas, vel etiam secundis.

Arguis

Arguitur, neque solam, neque omnem substantiam susceptiuam esse contrariorum.

HAnc solam proprietatem notanter designauit Aristoteles illis verbis: *Maxime proprium substantiæ est, vna numero cùm sit, esse contrariorum susceptiuam.* Planè indicantibus per quandam excellentiam ei conuenire
279 cuius oppositum constare facile poterit, si probauerimus, neq; omni, neq; soli substantiæ inesse, ita enim fiet, vt non modo maximè proprium sit, sed nec vllo modo proprium.

I. Argum. conuincēs non omni substantiæ conuenire hanc proprietatem 2. probatur idem.

Conuincitur primum ex verbis eiusdem Aristotelis, nam si ei conuenit contraria suscipere, vna numero cùm sit, euidenter sequitur nō inesse secundis substantijs, de quibus liquido constat non habere vnitatem numericam, sed genericam, vel specificam.

Secundum verò his ostenditur. Cœlum in corporeis substantijs numeratum, Angeli in spiritualibus (vt Deum, cui contraria inesse nō possunt interim omittamus) non suscipiunt vllo modo contraria, cum sint penitus incor-
280 ruptibiles substantiæ, non enim cœlum caloris, vel frigiditatis, aliarumq́ue oppositarum qualitatum capax est, & longè minus Angeli, ergo non omnis substantia, vna numero cum sit, est susceptiua contrariorum.

Argu. probans alijs à substantia conuenire dictam proprietatem.

Alia verò à substātia eandem habere conditionem ostendit exemplum Arist. de propositione, quæ eadem permanens de vera in falsā mutatur, reipsa, quam enunciat, mutata: vt si Petrum sedere enuncies, eo sedente verum est, surgente verò iam falsum.

I. Solutio.

Cui argumento, & si geminam solutionem adhibuerit Aristoteles, vtraque tamen falsa deprehenditur: asserit enim prior propositionem transire de vera in falsam, quod etiam si admittatur esse contraria suscipere: hoc ta-
281 men intelligendum est, non per sui, sed rei significatæ mutationem: solus est enim Petrus, qui mutatur de sedente in stantem, ex qua sola mutatione cōtingit propositionem de vera in falsam transire, at substantia per mutationem propriam contraria suscipit, vt calorem, & frigiditatem, vnde tali modo contraria suscipere soli substantiæ conuenit, hoc est per sui mutationem.

II. Solutio eiusdem.

Secunda solutio negat omnino propositionem suscipere contraria, etiam si modo vera sit, modo falsa, nam suscipere contraria est mutari ab vno cōtrario in aliud: mutatio autem, vel mot' in mobili recipitur, ergo illud, quod à contrario in contrarium mutatur, oportet, vt recipiat in se contraria per veram mutationem, sed nihil in se recipiens, atque immutata prorsus propositio successiue fit vera, vel falsa per solam rei extrinsecæ mutationem, ergo absoluta loquutione non est verum contraria suscipere.

Vtraq; impugnat.

Neutra tamen argumento satisfactum esse probatur, quia veritas, & falsitas potius in propositione, quam in re significata consistunt: dum enim intellectus aliquid affirmat, vel negat (vt in libris de interpretatione dicemus) veritas ipsa (quam complexam vocant) non est 282
in re significata nisi tanquam in causa, quasi eam obiectiue in propositione, & intellectu efficienti, & hoc sibi voluit Arist. cap præsenti dicens: *Ab eo quod res est, vel non est vera enunciatio dicitur:* Formaliter verò in intellectu enunciante, in ipsa verò enunciatione tāquam in signo eiusdem veritatis in intellectu existētis: eo igitur modo, quo propositio veritatis, vel falsitatis capax est, eam in se recipit, ac per talem receptionem mutatur, & cùm cōtraria sint accidētia verùm, & falsum: verè dicetur cō- 283
trariorum susceptiua per sui mutationem, & nō solum per mutationem rei significatæ, & si ita se res habet, proprie cōtraria suscipiet, non secus atq; ipsa substantia.

2. Argu.

Vnde aliud elicitur non leue argumentum conuincens, quid aliud à substantia esse contrariorum susceptiuum, nam intellectus verè in se recipit propositionem mentalem transeuntem de vera in falsam, verè item, & formaliter verus ipse dicitur, & falsus successiue, veritate sibi inhærente, & falsitate, ergo recipit cōtraria per sui mutationem, cùm tamen non sit substantia, sed accidens animæ, & ipsius hominis. Imo & propositio mentalis, qua media verùs, aut falsus dicitur formaliter intellectus, vera, aut falsa formaliter erit. Alioquin neque intellectus verus erit formaliter, cùm non nisi media propositione talis sit, Mutabitur ergo propositio mentalis de vera formaliter in falsam formaliter, quod esse non potest nisi per formalem sui mutationem.

Vlt. Argu.

Postremo: quantitas est subiectum, quo mediante contraria recipiuntur in substantia, erit igitur & ipsa ex propria conditione susceptiua contrariorum, & diuina virtute id operante in sacramento Eucharistiæ per se subsistens contraria suscipit absque substantiæ admini-

miniculo, dum hostia cõsecrata calefac, ac frigefit, atque etiam per sui mutationem, cum in se recipiat eiusmodi qualitates, ergo communicatur ei proprietas substantiæ.

Confirm. Et confirmat argumentum actus moralis, qui successiue est malus, & bonus, vt si quispiam carnes edēs die Iouis vsque ad duodecimam noctis horam, eundem protrahat actū, malus esse incipit post duodecimam idem, qui ante illam fortassis erat studiosus, ergo contraria suscipit, nempè bonitatem, & malitiam moralem.

284

Replica cõtra Arist. solut. Nec soluit argumētum illud, quod Arist. respondere videtur, nempe alium esse iā actum, dū malus esse incipit, siquidē bon⁹, & malus actus in genere moris plus quā specie distinguuntur: quia subiectū bonitatis, & malitiæ moralis non est actus in genere moris acceptus, sed in esse naturæ. vt.n. moralitas actus in actione naturali subiectatur, sic bonitas, & malitia illius: quemadmodū lignum non est subiectū artificialis formæ, vt iam figuratum, sed secundū esse naturale, si vero in esse naturę accipiatur actus comedendi, citra dubiū est eundem numero perseuerare sub bonitate, & malitia, ergo vere suscipit contraria, & quidquid de hoc sit, illud est certum, actum bonum & malum successiue recipi in appetitu sensitiuo, vel etiam in voluntate. Ergo appetitus, vel voluntas vna numero cū sit potentia, contrariorum actuum, & habituum susceptiua erit.

285

Resolutio quæstionis, & dilutio argumentorum.

Vt quæstio hæc commodius soluatur, decernendum est in primis, quibus substantijs conueniat hæc proprietas, & an quarto modo: vt hinc ad singula argumenta soluenda facilius procedamus.

Conclu. Elicitur vtrumque (mea quidem sententia) ex verbis Aristotelis, quibus eam designat: *Maxime proprium, ait, substantiæ est, vna numero cum sit susceptiuam esse contrariorum.* Certe si vna numero futura est substantia, vt eiusmodi proprietas ei attribuatur, cum vnum numero absoluta locutione non sit nisi illud, quod totum est, perfectum, atque completum, sequitur per substantiam, vnam numero totalem, atq; completam esse accipiendam: nihil ergo de partibus quantum ad hanc proprietatem curādum, est, suscipiant nè contraria, vel secus, & rursus ex terminis huius proprietatis intelligimus nō cõuenire Deo, cui propter summam perfectionem repugnat contraria vlla in se suscipere: sensus igitur est maximè proprium esse substantię completæ, & prædicamentali contrariorum esse susceptiuam.

286

An omni substantiæ conueniat. Cæterum, an omni substantiæ completæ conueniat, hoc est, non solum primæ, sed etiā secundis, nō ita facile definitur, nā ex vna parte nō videtur esse posse maximè proprium substantiæ, nisi ei quarto modo cõueniat, conuenire autem quarto modo non est possibile, nisi conueniat cunctis substantijs, cùm proprium quarto modo sit quod conuenit omni, soli, ac semper: ex alia verò parte dicitur maximè proprium esse substantię, vna numero cum sit, esse susceptiuam contrariorum: quibus verbis secundæ substantiæ excluduntur, cùm sola prima sit vna numero. Propterea Caiet. hanc particulam (vnam numero) distinguendam censet, nam vel à parte subiecti ponitur, vel à parte prædicati, primo modo posita talem sensum efficit, proprium est substantiæ, quæ est vna numero, esse contrariorum susceptiuam, in quo sensu apertum est solam primam substātiam comprehendi, siquidem sola est vna numero, si verò ponatur à parte prædicati, hoc modo explicatur proprietas, proprium est omni substantiæ, vt seruata vnitate numerali, cōtraria possit suscipere: conuenire autem in hoc sensu primis, & secundis substantijs compertum est: nam homo, & animal seruata vnitate numerali, quam habent in Sorte, calorem, & frigiditatem suscipiunt, quod non conuenit colorato, quia seruata vnitate numerali, quam in hoc albo habet, non potest esse nigrum, licet possit in generali consideratum: verbum igitur Aristotelis hoc secundo modo accipiendum est, alioqui non erit substantiæ maximè proprium. Et in eodem ferè sensu sumitur ab alijs interpretibus, Simplicio Villalpādo, Alberto Magno, quos Mag. Oña sequitur, maximè proprium esse omni substantiæ, quod sit contrariorum susceptiua, ita vt aptitudo suscipiendi secundis etiam substantijs conueniat secundum se acceptis: exercitium vero, vel actus suscipiendi, non vt in se considerantur à primis abstractæ, sed vt in eis subsistētes, & hęc est secunda sententia. Quæ ab alijs iudicatur à mente Aristotelis aliena, nam si maximè proprium est substantiæ, vt vna numero cū sit, cōtraria possit suscipere, non habet locū distinctio Caiet. nec aliorum interpretum sensus, nec

Ratio dubij 287.

I. Opinio. 288.

2. Senten. 289

Refutatur sent. Caiet. & aliorum. nec secundis substantijs adaptari vllo modo potest. Cum notum sit vnum numero cum prima substantia conuerti: ei igitur soli conuenire arbitratur Ammonius, quem D. Canterus sequitur inter exponendam hanc proprietatẽ. Nec maximè proprium esse substantiæ docuisse Aristotelem, quia omnibus substantijs insit sed duabus de causis. Prima, quia primæ substãtiæ ob singularem modum essendi, & substandi propria virtute conuenit, & rursus, quia ei soli, & nulli accidenti, quemadmodum de alijs proprietatibus adnotatum est, quasdam esse accidentibus communes.

Statuitur propria sententia, efficaciterq; corroboratur.

290 DIstinctione opus esse censeo, vt quid in hac re magis sit veritati consonum statuamus. Nam de hac proprietate substãtiæ, quæ est cõtrariorum esse susceptiuam, dupliciter loqui possumus. Primum secũdum se, hoc est sine vlla limitatione. Et hoc modo absque dubio communis est omni substantiæ, non secus, ac commune esse diximus id, quod est substare accidẽtibus: communem dicimus analogicè cum per se primo, propriaque virtute conueniat primæ substantiæ, per participationem verò secundis, cum notum sit, non posse contraria suscipere, sicut neque substare, nisi in quantum in prima subsistunt. Si verò proprietatem hanc cum ea limitatione accipiamus, cùm qua ab Aristot. profertur, nempè, vt vna numero cùm sit, contrariorum sit susceptiua, pro certo teneo non solum nõ quadrare accidentibus, sed nec secundis substantijs: probatur primum membrum distinctionis, quia certum est secundas substantias eisdem accidentibus substare virtute primarum: cùm de quolibet accidente denominante Petrum necessario dicendum sit denominare hominem. Sicq; de cæteris: atq; adeò in esse, at inter accidentia, quibus illa, & hæc substãtia substare possunt, repèriuntur contraria, ergo sicut contrarijs substare valet secunda substantia ratione primæ, pariter erit contrariorum susceptiua eiusdem virtute. Quod vero cum Aristotelica limitatione non secundis, sed primis duntaxat substantijs conueniat, vt affirmat
291. vltima sententia, probatur duobus argumentis, quibus efficaciter impugnatur prima sentent. 1 est, siue à parte subiecti, vel prædicati accipiatur verbum Aristotelis; *Vna numero cũ sit*, eum efficit sensum, vt substantiæ, conueniat hæc proprietas, quæ, vel vna numero est in se, vel vnitatem habet numeralem in primis substantijs, sed secundæ substantiæ (vt tales sunt) nec habent in se vnitatem numericam, nec in primis substantijs, ergo vterque sensus eis repugnat, primum patet, quia sola prima substãtia in se est vna numero, sed probatur secundum, nam si secundas substantias consideres, vt in primis habent vnitatem numericam, nõ iam secũdæ sunt, sed primæ: homo enim vel animal, vnum numero, nõ est aliud secũdum rem, & secundum rationem nisi Petrus, vel Ioannes, aliavè substãtia singularis, ergo erit prima substantia. Qua propter non est aliud dicere, secundas substantias contraria suscipere in quantum vnitatem numericam habentes in primis, quam primas substantias eandem habere proprietatẽ, vel certe secũdas, in quãtum induunt primarum rationem, quod est solis primis hanc proprietatem conuenire. 292 293

2. Argu. Secundo, substantiæ secundæ sunt genera, & species, quibus insunt primæ, vt definitione Aristotelis vtamur, sunt igitur vniuersales substantiæ à primis abstractæ, sed genus vt vniuersale, & vt abstractum à singularibus, nõ habet numericam vnitatem, ergo secunda substantia formali ratione sumpta, nõ est vna numero, qua propter nõ bene ei adaptãtur verba huius proprietatis, *vna numero cum sit*.

Nec sit satis, si dicatur, vt sic abstractam, vel consideratam non habere numericam vnitatem, quia vniuersalia non subsistunt à singularibus separata, benè tamen, vt est in primis substantijs, de quibus enunciatur, & in quibus proinde subsistit: nam in quantum est vna numero in primis substantijs, non iam secunda, sed prima substantia est, exempli gratia homo, in quantum à petro abstractus secunda substantia est, cæterũ vt iam est singularizatus in Petro (vt ita loquar) Petrus ipse est, cum nõ sit aliud petrus, quã hæc humanitas singularis, propria subsistentia terminata: his enim constat suppositum, atq; hypostasis, & persona, ergo est prima substantia. 294

Confirm. Et confirmatur, quia prima, & secunda substantia, si formaliter accipiantur, ratione saltẽ distinguuntur, alioqui non valent constituere diuersa membra illius diuisionis, qua diuiditur substantia in primam, & secundam, sed secunda substantia non distinguitur à prima,

 nisi

294 nisi in quantum ab ea consideratur abstracta; abstractione enim cessante, vel ante illam, absoluta loquutione non conceduntur genera, & species in rerum natura, (vt quæstione vniuersalium tertia statutum est) ergo nec secundæ substātiæ: vnde sequitur in quantum vnitatem habent numeralem cum primis, idem penitus esse cum illa, & idcirco non secūdas, sed primas appellari. Contradictionem igitur inuoluit ponere ex vna parte secundis substantijs nō conuenire hanc proprietatem, nisi in quantum vnitatem habent numeralem in primis, & ex alia conuenire secundis substantijs, vt talibus, cùm secunda substantia in quantum est vna numero, omnibus modis sit singularis, & prima substantia. Eisdem rationibus impugnatur secunda sententia, quæ eadem prorsus est cum prima, nam si, vt in primis substantijs habent vnitatem numericam, nō sunt secundæ substātiæ, sed primæ, sequitur actum suscipiendi contraria solis primis substantijs conuenire, ergo eis solis aptitudo, vel potentia conuenit: nam cui repugnat actus, non potest aptitudo, vel potentia inesse.

Obiectio. Si autem aduersus nostram sententiā instes secundæ substantiæ enunciantur de primis, ergo in eis subsistunt, cùm nō possit prædicatum enunciari de subiecto, nisi in eo sit; ergo adhuc (in primis subsistentes) appellantur secundæ

295. substantię: tunc autem sunt contrariorum susceptiuæ, cùm in eis habeant vnitatem numeralem, ergo sub ea consideratione illis cōuenit proprietas.

2. Pars obiectionis. Et rursus proprietas substandi prædicatis superioribus, atque accidentibus, non nisi ratione primarum, hoc est, in quātum in eisdem subsistunt, conuenit, sed in quantum subsistūt in primis habent vnitatem numericam in eis, ergo conuenit illis substare accidentibus eadem ratione: quid igitur repugnantiæ continet, vt simili ratione ponantur contraria suscipere, vt vnitatem numericam in primis substantijs habentes? profectò nihil: quapropter non sunt ab vltima proprietate excludendæ, quemadmodum neq; à communi proprietate substandi.

Solutio 1. partis obiectionis. Respondetur secundas substātias in primis subsistere, quia ad earum pertinent essentiam, & ideò re ipsa idem cùm eis sunt, secūdarum autem rationem non habent ex eo, quod in primis subsistūt, sed ex eo, quod ab eis abstrahunt

296 sic enim genera sunt, & species, quibus primæ insunt, si itaq; accipiātur, vt idem cùm primis sunt, vnitatem numericam in eis habentes, non sunt secundæ, sed primæ: prima enim substantia est hic homo, hoc animal, hoc viuens, hoc corpus, & hæc substātia, est autem necessaria eiusmodi identitas cùm primis, vt de illis enuncientur, sed si sub ea accipiantur, non sunt secūdæ, sed primæ: & quia proprietas suscipiendi cōtraria determinat eiusmodi vnitatem numericam, nō cōueniet in eis sub cōditione secūdarum substātiarum, sed vt primæ substātiæ conditionem induunt, quapropter solis primis substantijs formaliter. Idque breue hoc argumentum conuincere videtur, secūdæ substātiæ (vt reales sunt) habent vnitatem genericam, vel specificam, primæ verò numeralem, atq; ex hac vnitatum diuersitate distinguūtur, ab ea enim procedit, vt primæ substantiæ significēt hoc aliquid, secundę verò nō nisi quale quid, ergo si secūdas substantias accipias secundum vnitatem numeralē, quam habent in primis, iam desinunt esse secundæ, & cùm sint hoc aliquid, sub tali consideratione fiunt primæ, & ita eis conueniet esse contrariorum susceptiuas, atque adeò solis primis formaliter. 297

Solutio 2. partis. Ad secundam partem argumenti dicēdum est has duas proprietates, nempè substare, & contraria suscipere, eiusdem ferme conditionis esse. Vnde sicut communis est illa primis, ac secundis substantijs, pariter hęc communis esse posset, si absq; limitatione, sicut & illa acciperetur, ac proponeretur ab Arist. Cæterum sub illa limitatione, videlicet, vt vna numero cum sit, cōtrariorum sit susceptiua, minorem certe ambitum habet, & ad primam substantiā coarctatur, quia illa sola est vna numero. Limitationem verò forsan adiecit Aristot. vt accidentia penitus excluderet. 298

Sed, an vniuersis substantijs primis insit proprietas hæc, non est apud omnes certum.

Quidam negāt. Porph. Amon. Nam Porphyrius, & Ammonius in eius explicatione coarctandam esse arbitrantur ad solas substātias corporeas, atq; corruptibiles, propter argumentum à nobis propositum de Angelis, & cœlis, quorum sententia singularis est & à veritate aliena.

Nam communis aliorum interpretum in præsēti tenet, cunctis primis substantijs prędicamentalibus conuenire, & ita tenendum est: non est enim necessarium ad rationem huius proprietatis, vt substantia, cui attribuitur, vniuersa possit contraria suscipere, sed quædam posse 299

posse satis est, & ita licet eiusmodi substantiae contraria, quibus ad corruptionem disponantur, non suscipiant, aliorum tamen subiectum esse valent: recipiunt corpora coelestia motus contrarios ab orienti in occidens, atq; ex opposito, ab occidenti in oriens: contrarias item
Soluit. 2. argum. 1. partis. dispositiones vbicationum, atque etiam contrarias positionũ differentias dextri, & sinistri secundum diuersas partes: suscipit item luna augmenti, ac decrementi motus quantum ad
300. lucem; & si quae sunt alia corpora coelestia his contrarijs minimè subdita poterunt alia suae naturae consentanea recipere, à nobis quidem incognita, quemadmodum eorundem corporum conditio incognita est.

Soluit. 1. Angeli etiam erroris, & veritatis capaces sunt secundum intellectum, nec non contrarias volitiones habere possunt.

Soluit. 1. 2. partis. Alijs autem à primis substantijs impossibile est hanc proprietatem cõuenire, quod enim de propositione obijcitur ad labefactandas solutiones Aristotelis, magis veritatem earum ostendit: admittimus quidem veritatem complexam solum esse in re significata, tanquàm in causa, & ideò denominatione solùm extrinseca, in propositione verò tanquàm in signo: & modus etiam iste solam denominationem continet extrinsecam, cùm res significata non sit formaliter in signo, sed extra illud, vnde elicitur propositionẽ transire de vera in falsam absque mutatione propria, quandoquidem nihil in se recipit: atque ex consequenti id non est recipere contraria, sed esse contrariorum alibi receptorum signum per extrinsecam denominationem.

Soluit. 2. In propositione verò mentali, atque etiam in intellectu non possumus negare formalem veritatem esse, & aliquando de vero in falsum
301. transire, sed neq; ex eo infertur suscipere contraria, sed animam potius, vel hominem, cuius potentia est: quaedam enim sunt accidentia, quae non sunt nata recipi proximè in substantia, sed alijs mediantibus, proximè quidem in ea receptis, & huius conditionis sunt accidentia in primis corporea, (quantitate excepta) quae ea media in substantia corporea recipiuntur, spiritualia deinde vt actus, & habitus medijs potentijs in substantia receptis: quę igitur ex his alia recipere videntur, media potius sunt, quibus in substantia recipiuntur, quàm subiecta recipientia, id namque soli substantiae conuenit, & ideò intellectus, quantitas, voluntas, ac caeterae potentiae contraria non recipiunt tanquàm subiecta praecipua, sed media sunt, quibus in substantia tanquàm in subiecto praecipuo recipiuntur, & hoc est contraria suscipere, minime verò illud. Quod verum esse constare poterit, si attendamus vnde oriatur haec proprietas substantiae, vt sit contrariorum susceptiua, oritur proculdubio ex 302.
eo, quod hoc aliquid est, primumq; omnium accidentium subiectum: ex primo namq; euenit, vt sub diuersis accidentibus eadem numero perseueret: ex postremo verò, vt cum plura extent accidentia inter se se, contraria contrariorum sit susceptiua, & ex his duobus integra constat proprietas, vt vna numero cum sit cõtraria suscipere possit: carent autem his conditionibus accidentia, & ideò non sunt contrariorum susceptiua.

Soluuntur ergo ex his caetera argumenta de Soluit. 3.
quantitate, ac de actibus moralibus, bonis, & malis, quorũ bonitas, & malitia in anima, atque in homine ipso recipiuntur, actibus, atque 303.
potentijs medijs, & ideò solus homo est, qui contraria tanquàm subiectũ recipit, nõ actus, vel habitus, nec potentia: illud autem, quod de quantitate per miraculum sine substantia existente in Sacramento obijcitur, difficultate caret, nam si contraria in casu suscipit quantitas, nõ propria virtute, neque ex proprio modo essendi id habet, sed in quantum vicem gerit substantiae respectu aliorum accidentium, modumque essendi illius retinet diuina virtute communicatum, vndè non nisi tanquàm substantia contrariorum est susceptiua.

Et ex his omnibus infertur, quod quanquã Illatum.
haec vltima proprietas non conueniat omnibus substantijs, hoc est nec partibus, nec secun- 304.
dis, primis tamẽ quarto modo conuenit, cùm conueniat cunctis, solis, & semper.

Si autem aliquis vellet idem potuisse Aristo- Nota.
telem de propositione respondere, cessaretque facile argumentum ab eo propositum; consideret illud, quod benè aduertit Caiet. specialem esse difficultatem de propositione, quae cùm in exterioribus signis consistat (loquimur enim de vocali, & scripta, nam mentalis cùm sit in intellectu, doctrina tradita comprehenditur) non recipitur in intellectu, neque in anima, sed extra manet: vndè si verum esset per sui mutationem contraria suscipere, absq; dubio ei communicaretur proprietas substantiae: oportuit ergo specialem adhibere solutionem, vt argumentum eliderentur.

CAPVT SEXTVM.

Continens prædicamentum Quantitatis.

TEXTVS ARIST.

QVanri autem aliud quidem est discretum, aliud autem continuum, & aliud quidem ex habentibus positionem ad se inuicem in ipsis partibus constat, aliud autem ex non habentibus positionem, &c.

EXPOSITIO TEXTVS.

Diuisio capit. *PRimum locum post prædicamentū substantiæ concidit Aristoteles quantitati, cuius naturā tribus præstitis explanat: vtitur in primis triplici diuisione, vt quibus sit generibus, speciebusq; quantitatis prædicamentum statuendum ostendat. Sigillatim deinde genera eadem cum suis speciebus enumerat, singularum rationem perspicuam faciens. Ac tandē tribus proprietatibus quantitatis designatis, atq; discussis vltimam manum capiti imponit, vt sic trimembris censenda sit eius diuisio.* 1.

I. Diuisio quantitatis. *Prima diuisio quantitatis est in quantitatem per se, & per accidens, quam in capitis principio nō exprimit, sed insinuat, principale eius membrum, quod ex cunctis speciebus quantitatis integratur, exponens, & post explanationem eius alterum subiungens.*

Quantum per se, vel per accidens. *Quantum per se, vt ex contextu totius capitis colligi potest, est illud, quod propriam habet extensionem, propriamq; mensuram: quantum per accidens, quod ab alio extenditur, atq; mensuratur.* Corpus, exempli, *gratia, est quantum per se, quia partibus intrinsecis constituitur, & mensuratur, cuius illud est euidens signum, quod etiamsi à quocunq; alio abstrahatur subiecto, suis nihilominus partibus continuis constabit, longitudinis, latitudinis, & profunditatis, notum est id in mathematicis disciplinis quantitatem* Quantum per se. *considerantibus à materia sensibili abstractam, cum suis tamen essentialibus dimensionibus, vnde elicitur à se, & per se suam habere extensionem.* 2.

Quantū per accidens. *Quantum per accidens est, quod ab alio extenditur, ab alio mensuratur, talis est albedo non à se extensa, sed extensione superficiei, qua media in corpore extenditur, talis est motus, quem tantum esse dicimus, quanta est duratio temporis in eo consumpta.*

II. Diuisio. *Diuisio secunda est (licet nonnihil Aristotelicum inuertamus ordinem, vt diuisiones, ac membra earum commodius explicentur) quantum per se, aliud continuum, aliud discretum.*

Quantum discretum. *Discreta quantitas est, cuius partes sic re ipsa sunt seiunctæ, atq; separatæ, vt nullo termino communi copulentur, vt si numerū accipiamus, inueniemus tres, vel quatuor eius vnitates non esse aliquo communi termino copulatas, quas idcirco appellamus discretas, atq; etiam discretam quantitatē numerum ex ipsis compositum.*

Duæ species. *Discretæ autem quantitatis duæ sunt species, numerus, & oratio.*

Quantum cōtinuum. *Quantitas vero continua est ea, cuius partes communi termino copulantur, vt partes lineæ copulantur punctis. Punctum autem propterea appellatur cōmunis terminus, quia coniungit duas partes quantitatis sibi proximas, ita vt initium sit vnius, & finis alterius, atq; adeo eo sic copulatæ, vnam, eandemq; quantitatem continuam efficiunt.*

Species eius quinque. *Species quantitatis continuæ quinq; sunt, linea, superficies, & corpus, tempus insuper, & locus.*

Sufficientia harum specierum constat ex Aristot. *Recensitis singulorum membrorum speciebus ostendere nititur Aristoteles propriam cuiusq; rationem, de quibusdā quidem probans esse quantitates, & rursus esse discretas, vel continuas, de alijs vero postremum duntaxat: cuius ea fuit discriminis ratio, quia de nōnullis notum est esse quantitatem, ignotum vero esse vnius, aut alterius generis, de alijs vero neutrum est exploratum, quapropter probatione vtrumq; indigebat.* 3.

Numerum esse discre. *De numero igitur non probat esse quantitatem, quod satis esset per se notum, sed probat*

tum probat Aristot. bat esse quantitatem discretam, ex definitione quantitatis discretæ iam designata: quantitas discreta est, cuius partes non copulantur termino communi, sed partes numeri nullum habent communem terminum, quo copulatæ censeantur, ergo erit numerus discreta quantitas: minorem exemplis duntaxat confirmat, nam in numero denario præter vnitates decem, quæ sunt partes illius, nō est assignare aliam, in qua communicent, sed omnes sunt adinuicem separatæ.

Probatur orationem esse quantitatem. De oratione vero non satis constat esse quantitatem, & idcirco vtrunq; probat, primū quidem hunc in modum, longum, & breue sunt proprietates quantitatis, cum sola quantitas, longa, vel breuis appelletur, sed oratio, mensuratur syllaba longa, & breui, ergo est quātitas, est enim sermo de sola oratione vocali (vt admonet Aristoteles,) quæ propriè habet corpulentiam, & propterea ea sola ponitur species quantitatis.

Probatur esse discretam. Esse autem quantitatem discretam eadem prorsus ratione probat, ac de numero: nam quemadmodum vnitates numeri separatæ sunt inter se se omnes, nullam habentes communem, qua coniungantur, pari ratione syllabæ, quibus oratio integratur, sic sunt in ipsa prolatione, quæ fiunt separatæ, vt nulla sit communis, qua coniungantur: erit ergo non secus, ac numerus discretæ quantitatis species.

4.

De linea, superficie, & corpore probatur esse species quantitatis continuæ. Progreditur Aristoteles tantundem ostendere, de quantitatibus continuis, & quidem de tribus primis speciebus; linea, superficie, & corpore, tanquam manifestum præsupponit esse quantitates: Probat autem esse continuas ratione sic formanda, continuum est, cuius partes copulantur termino communi, sed horum trium partes ita se habent, absq; dubio, nam linea copulatur communi termino qui est punctus, superficies lineis, corpus vero superficiebus, & lineis, ita enim se habent ista tres species, vt linea sit longa sine latitudine, superficies lōga, & lata, sine profunditate: corpus longum, & latum, ac insuper profundum: & propterea linea indiuisibili puncto copulatur, & ex ea parte, quā ipsa latitudine indiuisibilis est, cōiungit partes superficiei: & hæc in quantum profunditate carens partes corporis, & sic qualibet species partibus constans, certis indiuisibilibus copulatis quantitas continua iure appellatur.

Probatur idē de tempore, & loco. De tempore deniq; & loco ostendit esse species quantitatis continuæ, præsupponens de vtroq; esse quantum. Tempus, ait Aristoteles copulatur ad præsens, præteritum, & futurum: eiusmodi enim sunt partes eius, indiuisibile vero eas coniungens, & quasi vnum faciens, instans est: nam idem tempus vocatur pars præterita cùm parte nondum extante quæ appellatur tempus futurū, quia cōiunguntur instanti præsenti, quod propter officium vtrumq; tempus coniungendi, tempus nuncupatur præsens.

5.

Locum deniq; quantitatem esse probatione non eget, nam cum corpus locatum contineat vere quantum, atq; extensum, necesse est ipsum similiter, & extensum esse: siquidem proprietas eius est (vt in philosophicis dicetur) esse æqualem corpori contento, quod locatum appellatur: solum igitur probat esse quantitatem continuam hoc argumento, locus sic continet locatum, vt partibus locati correspondeant partes loci, continet enim suo modo qualibet pars loci partem locati, quemadmodum integer locus locatum integrum, sed partes locati corporis partibus loci contentæ copulantur termino communi (vt iam vidimus) ergo & partes loci copulabuntur cōmuni termino, quod est esse continuas.

III. Diuisio. Tertia, ac postrema diuisio quantitatis est in eam, quæ habet positionem partium in continuo, & in eam, quæ simili positione caret.

Quid sit positio partiū duplex est. 1. Quam vt percipiamus melius, explicandum est, quid nam sit positio partium, est autem duplex, vna quam habent partes quantitatis in ordine ad locum, ratione cuius dicitur aliquid iacere, sedere, vel stare, & hæc non pertinet ad prædicamentum quantitatis, sed situs, de qua proinde in eo prædicamento dicetur.

Alia. Alia quam habent inter se se, ac circunscripto quocunq; ordine ad locum, & hæc est propria huius prædicamēti quantitati, tribuens,

6. *buens, vt in ea aßignabilis sit pars anterior, & posterior, dextra item, & sinistra, sursum, ac deorsum: de quibus Arist. 1. lib. de cælo, & mundo, text. 12. compertum est enim absq; vllo ordine ad locum quantitati conuenire similes positionum differentias.*

Requisita ad partium positionẽ. *Cæterum, vt partes quantitatis positionem habeant in continuo, duo sunt necessaria, vt continua sint, & permanentes, quibus adijciunt alij tertium, nempe vt situationem habeant, hoc est, vt possimus ostendere vbi sit vna pars, & vbi sit alia, ita* Caiet. *quod videtur insinuare Arist hisce verbis eiusdem diuisionis.* Singulæ namque earũ sitæ sunt alicubi, & habeas, vbi distinctè sumas, & assignes vbi singulæ sitæ sint in plano, & ad quam partem reliquarum copulantur, &c. *Alijs vero talem situationem non esse addendendã censent, sed tertiam aliam conditionem valde à situatione diuersam postulare aiunt, nempe, vt partes habentes*
7. *positionem, sint in aliquo continuo, tanquam in loco, hoc est enim apud Aristotelem alicubi esse, sic explicat D. Toletus, Albert. Magnum secutus titul. 8. prædicamentorum. cap. 6.*

Placet nihilominus Magister Sotus, qui duas conditiones designatas sufficere tenet, quibus concurrentibus, & partes sunt in continuo, & situationem habent, etenim si ratio formalis situationis probe teneatur potius est ipsamet partium positio, quã requisita conditio, nam vt positionem habeant continui partes, necesse non est ordinem ad locum importent, cum similis positio in ordine ad locum sit prædicamentum situs, ergo non est intelligenda situatio comparatione loci, sed inter partes ipsas, ita vt designabilis sit vna pars anterior, posterior alia, dextra vna, alia sinistra, & hoc est alicubi esse sita, hoc est, sic extra aliam, vt talẽ habeat dispositionem, & ordinem cum illa, hoc demum, quod Aristoteles recensitis verbis voluit potius, quam tertiam conditionem addere, vt autem res notior fiat exemplũ subijcere placuit, eiusmodi positio, quam partes: quantitatis habent, in viuentibus quidẽ substantijs ab intrinseco designatur, in quibus caput sursum, pedes deorsum, brachium vnum, in quo eminet virius motiua, dextrũ, sinistrum alterum apellatur, sicq; de cæteris partibus, at in non viuentibus per comparationem ad viuentia, vt sit dextra, vel laua, quæ ad partem animalis dextram, aut lauam ordinem habet: à quantitate autem in vtrisq; prouenit, vt tali modo partes sint designabiles, quod est positionem habere: quem sensum insinuat Aristoteles hisce verbis statim post præfata positis: Similiter autem, & partes plani positionem habent aliquam, similiter namque assignaretur vnaquæque vbi iacet, &c. *Ex his duabus conditionibus requisitis, & sufficientibus elicitur, quot nã, & quales sint quantitatis species positionem partium habentes, quot item, & quales ea careant.* 8.

Et vt à posterioribus incipiamus, prior conditio excludit numerum, cuius partes (cum sit discreta quantitas) positione simili carent, eius tamen loco ordinem prioris, & posterioris habens, in quantum vna est post aliam numerabilis, secunda post primam in binario, tertia post duas in ternario, & sic de cæteris. A numero excludit partiũ positionem.

Conditio posterior excludit tempus, quod & si partes habeat continuas, minime tamẽ permanentes, sed in continuo fluxu, non secus ac motus, cuius duratio est, quapropter non positionem, sed simplicem ordinem prioris, & posterioris sortiuntur, nonnihil tamen diuersum ab eo, quem inter partes numeri ponimus, nam & re ipsa continuæ sunt partes temporis, & ratione successionis præteritum, præsens, & futurũ tempus vocantur, conueniunt tamen cum numero, in quantum numerabiles sunt ordine prioris, & posterioris, & hac de causa appellatur ab Aristotele tempus 4. physic. text. 108. numerus motus secundum prius, & posterius. Excludit etiam à tempore.

Oratio verò vtriusq; conditionis defectu exclusa censetur, cum notum sit syllabas, quæ sunt eius partes, neq; esse continuas, nec permanentes, sed separatim, cursimq; proferri: ideo discretas esse, & successiuas, habentes tamen quendam prolationis ordinem similem ei, quem partes numeri seruant. Oratio non habet partium positionem.

Super-

Superficies, corpus, & locus positionem habent in continuo.

Supersunt igitur linea, superficies, & corpus, in quibus ambæ conditiones concurrunt, quapropter positionem partium habere dicuntur, quibus adiungitur locus, nam cum sit quædam superficies, continua quantitas est, & permanens, & cum corpus locatum, quod vere habet partium positionem contineat, non potest ea carere, vnde fit, vt ex septem speciebus quantitatis per se, quatuor sint positionem habentes, linea, superficies, corpus, & locus, tres vero eadem destituantur, numerus videlicet, & oratio cum tempore.

1 Proprietas quantitatis.

Postrema pars huius capitis continet tres proprietates quantitatis, quarum prima est, quantitas non habet contrarium: id autem quantitati commune esse cum substantia docuerat expresse Aristoteles cap. præcedenti, eandem proprietatem substantiæ attribuens, vbi sic legimus: Non est autem substantiæ proprium, sed etiam multorũ aliorum, vt quantitati, bicubito enim, & tricubito nihil est contrarium, &c.

1 Obiectio.

Duo autem opponit Aristoteles probare contendens quidpiam esse contrarium quantitati: primum est, magnum, & paruum opponuntur in cõtinuis quantitatibus: multum, & paucum in discretis, ergo nõ desunt quantitates contrarium habentes, cui duplicem adhibet solutionem.

1 Solutio.

Prior admittere videtur prædicta esse contraria non quidem absolute, sed conditionaliter, quasi dicat Aristoteles, esto contraria esse admittamus, relationem potius, quam quantitatem important, vnde solum fiet, vt prædicamento ad aliquid quidpiam sit contrarium, non quantitati.

m.

Confirmat solutionẽ ratione duplici, priori quidem ex rebus his nominibus significatis, nempe magno, & paruo, multo, & pauco, desumpta, quibus non conuenit talis appellatio nisi aliorum comparatione, ergo nõ vt quantitatibus, sed vt relationibus, sequellam probat, quia substantia, quantitas, & qualitas in prædicamentis absolutis numerantur, prædicamentum ad aliquid respectiuum est, vnde fit, vt quæcumq; talia comparatione aliorum dicuntur, ad prædicamentũ ad aliquid spectare censeantur: antecedens vero certũ esse exemplis confirmat, quia mons dicitur paruus, milium magnum: cum tamen si absoluta cõsideratione expendantur, mons quilibet magnus sit granum milij paruum: oppositam nihilominus denominationem subeunt respectiue, nã & mons paruus comparatione maioris, & milium magnum respectu alterius eiusdẽ speciei grani minoris vocatur. Mille etiam homines multi sunt, si absolute considerentur, pauci vero ad ciuitatem constituendam, & valde multi respectu vnius.

Secunda ratio ex nominum significatione procedit. Quantitas est accidens absolutum, ergo nomine absoluto significatur: sed magnum, & paruum, multum, & paucum sunt respectiua nomina relationem significantia, ergo non quantitatem: minorem exemplis confirmat simul, & explicat, cum cætera sint nota, bicubitum, & tricubitum absoluta sunt nomina, idcirco quantitatẽ important: magnum vero, & paruum aliquid potius circa quantitatem, nempè excessum, vel defectũ, quem non habet vna quantitas nisi alterius comparatione, vnde sequitur relationem potius, quam quantitatem importare. II. Ratio.

n.

Solutio posterior negat omnino contraria esse magnum, & paruum, siue quantitatem, vel relationem significare dicantur. Solutio posterior

1 Ratio.

Idq; triplici argumento confirmat Aristoteles, primo quidem, nam contraria absolutam naturam important, non ad aliud relatam, vt de calido, & frigido, albo, & nigro perspicuum est, sed magnũ, & paruum, multum, & paucum non sunt absoluta, neq; in se dicuntur talia, sed ad quædam alia comparata, ergo contraria esse non possunt.

Secundo. Contrariorum conditioni repugnat, vt simul in eodẽ reperiantur, sed eiusmodi simul inueniuntur in eodem, ergo contrarietate carent: maiorem probat exemplo substantiæ, quæ cum sit contrariorũ susceptiua, contraria tamen non simul, sed successiue recipit, non est enim simul æger, & sanus homo, nec lignum calidum, & frigidum: minorem vero, quia magnum, & paruum in eodẽ sunt, si quidem idem mons magnus appellatur, & paruus diuersorum comparatione II. Ratio.

Tertio, quia pugnat cum ratione eandem rem

rem sibimet esse oppositam, vel contrariam, cum contrarietas diuersitatē extremorum, ac naturarū præseferat, sed id sequitur euidenter, si magnum, & paruum sint contraria, cum mons idem magnus sit, & paruus (vt ostensum est, ergo non est in prædictis ponenda contrarietas, sic vt nec in quantitate.

12.

II. Obiectio.

Opponit secundo Aristoteles. Locum, vnā ex speciebus quantitatis esse, cui alius locus opponitur, dicimus namq; loco deorsum contrarium esse locum sursum ob maximam distantiam, quæ inter vtrumq; extremū versatur, quod vsq; adeo verum est, vt ex locorum contrarietate originem traxisse videatur propria definitio omnium cōtrariorum, quæ talis affertur (vt vidimus capite præcedenti) contraria sunt: quæ sub eodem genere posita maximè distant: *distantia autem pro locali propriè supponit, ac propterea maxima distantia ab extremis locis accipitur, quare non quæcunq; contrarietas in eis erit ponenda, sed propriissima.*

Nota.

Huic obiectioni nihil respondet Aristoteles, solutione fortasse illius ad philosophiam referens, ad quam pertinet loci naturalis consideratio, nam de loco pro sola superficie continente, quo pacto species est quantitatis, notum est contrario carere, nihil ergo probat aduersus hanc proprietatem quantitatis, sed procedit de locis naturalibus maximè distantibus, vel certè de eisdē pro prædicamento vbi: & sub qualibet harum considerationem contrarium habere explicabitur in proprijs locis, nempe in prædicamento vbi, & in philosophia, sed ad aliarum proprietatum explicationem sermonem transfert.

II. Proprietas.

Et est secunda, quantitatem non suscipere gradus intensionis, vel remissionis, ita vt vna quantitas magis, vel minus in gradibus perfecta dicatur, quam alia: exemplis rem manifestam facit, non enim quinarius numerus perfectiorem gradum numeri habere dicitur, quam ternarius, esto plures extensiue vnitates habeat, neq; tempus vnum perfectiorem gradum continuæ quantitatis habet, quam aliud, & si extensiorem durationem complectatur. Natura huius

13.

gradualis intensionis ex professo à nobis explicata fuit, in tertio prædicabili, & cap. de substantia, quantum dialectica consideratio patitur, & ex eius explicatione satis constat quantitati non conuenire, sicut nec substantiæ.

Extrema proprietas quantitatis est, vt æqualis, vel inæqualis ipsa dicatur, & quæcunq; æqualia dicuntur, vel inæqualia, eius ratione talem habent denominationem: id namq; experientia didicimus, vt quemadmodum albedo similia efficit, vel dissimilia, ita etiam quantitas æqualia vel inæqualia: talis ipsa est propter intrinsecas partes, talem substantiam efficit ei tribuens partes extensionis. III. Proprietas.

QVAESTIO PRIMA.

In quonam sit ponenda essentialis ratio quantitatis.

Aperitur ratio diuerso modo opinandi, & proponitur prima sententia.

MVlta sunt quæ ab Aristotele, eiusque interpretibus passim attribuuntur quantitati tanquā sibi propria, vt partium extensio, diuisibilitas, mensura, atque his similia, & eiusmodi attributorum diuersitas, occasionem præbuit eisdem variè opinandi circa eius essentiam, quibusdam in vno eorum, alijs in altero eam collocantibus. Tenuit autem prima sententia, quam visus est statuere D. Thomas opusculo 51. de natura loci in fine, mensurā esse quantitatis essentiam, ita enim loquitur: *Dicendum est quòd propria ratio quantitatis, quæ competit quantitati, vt quantitas est, ratio est mensuræ, &c.*

Neque defuit huic opinioni fundamentum in doctrina Aristotelis, nam 5. libro metaphysicæ capite 13. textu 18. de magnitudine, & multitudine, quę sunt duo genera quantitatis hæc verba scripsit: *Multitudo igitur quantum quid, si numerabilis est, magnitudo vero si mensurabilis, &c.* Mensura igitur apud ipsum constituit vtrunque genus. 10. item libro metaphysicæ, cap. 2. ait: *Cognoscitur autem quantum, vt quantū, aut vno, aut numero:* Hoc est applicatione, vel repetitione eiusdem quantitatis, aut vnitatis.

I. Sentent. mensuram esse essentiam quantitatis Ar.

vnitatis, quam loco indiuisibilis accipit intellectus, vt certus de alterius rei quantitate continuæ, vel discretæ reddatur, capite demum præsenti orationē esse speciem discretæ quantitatis probauit, quia mensuratur syllaba longa, & breui.

I. Ratio. Fauet etiam ratio huic sententiæ, nam prædicamenta nō sunt aliud quam modi quidam diuersi afficiendi substantiam: sed quantitas potius respicit substantiam, vt mensura eius, quam secundum extensionem, aut diuisibilitatem, cum duo hæc, non nisi in ordine ad proprias partes, quas habet extensas, & in
2. quas censetur diuisibilis, ei conueniant: ergo mensura erit modus quantitatis intrinsecus, per quem in proprio prædicamento à reliquis distincto constituetur, potiùs quàm extensio, aut diuisibilitas.

II. Ratio. Secundo, quia species quantitatis separantur per differentias essentiales sub eodem genere continuæ, aut discretæ, constat autem, quasdam species vix, aut nullo modo separari posse, nisi ratione mensuræ: ergo hæc erit intima essentia quantitatis: minorem ostendunt in primis, locus, & superficies, quas non separabis, nisi quia intrinseca mensura substantiæ hæc est, extrinseca verò locati locus: ratio namque diuisibilitatis secundum longitudinem, & latitudinem communis est vtri-

Confirm. que, ostendit deinde tempus, quod non separabis à motu, nisi diuersam rationem mensuræ in vtroque consideres, cùm partibus
3. eiusdem rationis constent, priori, ac posteriori distinctis, nihilominus tempus mensura extrinseca est, non solum substantiarum, aliarumque rerum, quæ sub eo militant, sed eiusdem motus: ex quo satis constat esse ab eo distinctum: mensuram igitur oportebit pro essentia quantitatis designare.

Refellitur prædicta sent. 1. Retulit hanc sententiam Scotus in sua logica quæst. 17. prædicamentorum, quam tamen nō probauit, neque nobis probari potest, quia neque doctrinæ Aristotelis, aut D. Thomæ consentanea est, neque naturæ eiusdem quantitatis: & primum quidem in quæstionis decursu patebit.

Secundum verò conuincitur primo, nam mensura siue actiua, siue passiua cōuenit quantitati ratione extensionis partium, ergo non est proxima ratio eius, neque proinde essentialis: probatur antecedens, quia quælibet
3. quantitas mensurabilis est per alteram, atque etiam mensura alterius esse potest, quia extensa est, ac diuisibilis, ergo mensura ab extensione oritur, ad summumque attributum, seu proprietas quantitatis esse potest, essentia verò nullo modo, cum exploratum sit essentiam esse primum, quod vnicuique conuenit, & propter hanc cætera. Probatur deinde, quia II.
si mensura actiua, aut passiua pro actuali sumatur, certum est extra essentiam quantitatis esse, quia etiam si nunquàm mensuretur quantitas, alteriusúe mēsura sit actualis, veram habebit essentiam, sed nec pro aptitudine accepta essentialis esse potest, quia ex eo apta est, vt mensuretur, vel vt mensuret alteram, quia molem habet, aut extensionem, quapropter extentio causa est, vel ratio saltem talis aptitudinis, & hæc proinde posterior illa, quod satis est, vt extra essentiam esse censeatur. Quam autem necessaria sint hæc, constabit ex his, quæ de mensura mox afferemus, quare ad secundam opinionem referendam properamus.

Refertur, & corroboratur secunda sententia.

Scotus, cui explosa sententia non placuit, diuisibilitatem in partes eiusdem rationis posuit pro essentia quantitatis, non solum quæstione illa. 17 prædicamentorum suæ logicæ, sed quinto libro metaphysicæ quæst. 9. (vt obiter animaduersum censeatur, minus benè à quibusdam modernis referri pro aliorum sententia, qui in extensione partium eam posuere) Scoto in primis subscripsit sectator eius Antonius Andreas quæstione 10. eiusdem quinti libri, deinde ex familia D. Thomæ Capreolus in secundo distinctione tertia, quæstione prima, Soncinas 5. libro metaphysicæ quæstione 21. Iauellus quæstione 20. imo Doctor ipse sanctus videtur eandem sententiam tenuisse prius opusculo 42. capite 20. quinto libro metaphysicæ lectione 15. atque etiam in 1. distinctione 19. quæstione, prima articulo primo ad primum, vbi hæc verba scripsit: *æqualitas consequitur rationem quantitatis in communi, quæ consistit in quadam diuisibilitate, vnde ratio quantitatis inuenitur propriè in illis, quæ secundum se diuiduntur, &c.*

II. Sentent. diuisibilitatem esse essentiam quantitatis.

4.

Probat hanc sententiam Scotus triplici ratione, & primam accipit ex definitione quantitatis ab Aristotele designata quintò libro metaphysicæ capite decimo tertio sub his verbis: *quantum est diuisibile in ea, quæ insunt,* I Ratio.

5. *insunt, quorum vtrunque, vel vnumquodque vnū quid aptum est esse:* quæ nil aliud præter rationē diuisibilitatis continet, ergo hanc existimauit Aristoteles esse quantitatis essentiam.

II. Secundam verò ab speciebus eiusdem quantitatis: quarum sufficientiam à diuisibilitate accipiunt omnes fermè interpretes in commentarijs eiusdem capitis, dum asserunt diuisibile in non continua secundū vnam dimensionem esse lineam, secundum duas superficiem, secundum triplicem corpus, & secundū alias differentias diuisibilitatis possunt sumi tempus, & locus: constat autem specierum distinctionē ex differentijs essentialibus eiusdem generis accipiendam esse, ergo essentialis ratio quantitatis erit diuisibilitas.

III. Postremam ex definitionibus continuæ, ac discretæ quantitatis ab eodem Aristotele capite præsenti ita constitutis: *Continuum est,*
6. *cuius partes copulantur termino communi:* discretum, *cuius partes non copulantur termino communi*: copulari autem, aut non copulari ad diuisibilitatem potius, quàm ad mensuram pertinet: ergo in illa potius quam in hac ponenda est essentia quantitatis. Et corroborari potest argumentum hoc, quia esse diuisibilem in partes eiusdem rationis conuenit per se primò quantitati, substantiæ verò, & vniuersis accidentibus corporeis per participationem eius: quæ autem per se primò attribuuntur alicui, & ab ipso deriuantur in alia, censentur essentialia: ergo diuisibilitas erit essentialis ratio quantitatis: quid autem sentiendum de hac opinione sit, constabit ex quæstionis decisione.

Tertia opinio aliorum essentiam quantitatis constituens in eo, quod est esse radicem impenetrabilitatis.

III. Sent. essentiam quantitatis esse radicē impenetrabilitatis. Fundamentum.

QVidam alij interpretes Aristotelis, ac D. Thomæ, nouum quendam dicendi modū inuenerunt, asserentes intimam rationem quantitatis, neque mensuram esse, neque diuisibilitatem, imo neque partium extensionem, vtcunque acceptam, sed in quantum situalis est, aut radix impenetrabilitatis, quem modum vt explicent, præsupponunt substantiam, & qualitates, & si quæ sunt accidentia alia corporea intrinseca, proprias partes habere integrantes, propriaque indiuisibilia,
8. seu puncta, quibus copulantur, ita vt nihil horum à quantitate recipiant, & quod amplius est, propriam extensionem, ac diuisibilitatem secundum easdem partes. Materia itaque, & completa substantia corporea, ex ipsa, ac forma composita habent partes substantiales integrantes, punctis quoque substantialibus copulatas, & iuxta eas substantialem extensionem, ac diuisibilitatem, & pari ratione albedo, aut calor partes integrantes intensionis, puncta quoque quibus copulantur: & secundum eas propriam extensionem, ac diuisibilitatem entitatiuam, quam non accipiunt à quantitate, sicut neq; partes ipsas, quas proinde entitatiuas, aut substantiales vocant, easque retinere aiunt, si forte ab eis quantitas per diuinam potentiam auferatur, & substantiam, talem dispositionem habituram, si quantitate priuetur, vt præsens quidem sit tota toti spatio, aut loco, & singulæ eius partes singulis etiam eiusdem spatij partibus, rationes autem, quibus hoc fundamentum probant, in primum physicorum librum refero, vbi controuersiam illam satis iam celebrem in schola discutio, an materia prima, seu corporea substantia ex ea composita, habeat ex se partes integrantes, vel non nisi à quantitate eas recipiat.

Illatum notatu dignū.

Ex fundamento autem præiacto inferunt partes integrantes, indiuisibilia puncta, extensionem quoque, ac diuisibilitatem bifariam sumi, primo pro entitatiuis, aut substantiali-
bus, deinde pro quantitatiuis, & vtrasque ha- 9.
bere substantiam, & qualitates, priores quidem ex se, posteriores verò à quantitate: extensionem itaq; substantialem, & entitatiuam, vt ad rem propius accedamus, non pertinere ad quantitatem, neque ab ea proficisci sentiunt, benè tamen extensionem quantitatiuam, in qua essentiam eius constituunt.

Tria distinguunt in quantitate.

Cæterum, vt eam à priori separent, appellandam censent situalem, non quòd actu extendatur in loco, sed quòd apta sit in loco extendi, ita vt tota totum locum occupet, & singulæ partes locum partialem distinctum. Tria ergo distinguunt in quantitate, nempe actualem loci occupationem, aptitudinē occupandi locum, & radicem huius aptitudinis, quam propriè vocant extensionem situalem: & primum, accidentalem actum quantitatis esse affirmant ab ea separabilem, imo actu separatū in quantitate corporis Christi, in sacra Eucha-
ristia contenti: secundum verò, proprietatem 10.
quantitatis: tertium autem, intimam eius essentiam.

sentiam, seu primarium effectum formalem, quem substantiæ, & qualitatibus tribuit, dum eis inhæret: eandem verò extensionem situalem radicem impenetrabilitatis vocant, sic etiam declarantes, vt eadem prorsus ratione, qua debeatur quantitati extensio in loco, debeatur etiam distinctus locus ab altera, quam nata est ab eodem expellere in genere causæ formalis, cum penetratio duarum quantitatum, quæ nõ est aliud quam esse simul in eodem loco, naturaliter sit impossibilis, & pari ratione singulis partibus debeatur distinctus locus partialis ab alia, quia esse simul in eodẽ loco partiali cum ea nequit sicut nec se penetrare cum ea.

Tribus modis impenetrabilitatẽ accipiunt. Quare tribus modis impenetrabilitatem accipiunt, primo pro actu, quem habet quantitas, dum actu occupat locum, non enim se penetrat cum altera, nec partes eius inter se se. Secundo pro aptitudine, qua nata est replere locum, & consequenter reijcere alteram a proprio loco. Tertio pro radice huius aptitudinis,
11. & primo modo sumptam dicant esse actum accidentalem quo priuari potest quantitas. Secundo modo proprietatem. Tertio essentiam, ita vt extensio partium intima quantitati radix sit huius impenetrabilitatis, quo separatur ab extensione substãtiali, aut entitatiua, quam substantia, & corporea accidentia ex se habent & non à quantitate, cui proinde, nec vllo modo debetur extensio in loco, neque repugnat simul esse in eodem loco cum altera simili, quam proinde non est nata expellere ab eo, quæ omnia intrinseca sunt quantitatiuæ extẽsioni, quæ iure ponitur essentialis quantitati.

Antiquior scholæ sententia in absoluta extensione partium essentiam quãtitatis cõstituens approbatur, & explicatur.

Vera sent. statuitur. Essentia quantitatis, simulque proprietates ab ea prodeuntes, ex definitione eius ab Arist. assignata 5 lib. metap. cap. 13. elici
12. debent potius, quam ex huius, aut illius autoris sensu. Aristotelicæ autem definitioni præmittienda est distin. illa quãtitatis, quã attulit D. Tho. 1. p. quæ. 42. art. 1 ad 1. acceptam ex D. Aug 6. lib. de Trinit. c. 8 circa medium: quantitatis nempe in eam, quæ appellatur molis, & virtutis: quantitas molis ea est, quæ in substan-
13. tia corporea inhærens partes eius extendit, diuisibilemque in easdem facit, ratione cuius magna, vel parua sunt corpora in lõgum, latũ, & profundum producta. Quantitas virtutis est, Quantitas molis, & virtutis. quæ attenditur secundum perfectionem alicuius naturæ, vel formæ, seu operationis eius secundum quam magna, vel parua res dicitur, siue corporea, siue spiritualis sit, quæ in maiori, vel minori gradu perfectionis constituitur, & eiusmodi quantitas etiam in Deo Opt. Max. reperitur, à qua diuinæ personæ dicuntur æquales, quia essentia diuina, eiusq; attributa, ac perfectiones omnibus sunt communes, & ideo eiusdem quantitatis, seu magnitudinis virtualis dicuntur, nõ secus ac duo corpora eiusdem molis æqualia. De hac demum quantitate virtutis, ait Aug. loco nuper citato, quòd in his, quæ non mole magna sunt, *hoc est maius esse, quod melius esse*: nos verò de eadem statuimus, quod ad prædicamentũ quantitatis non pertinet, sed sola quantitas molis illud constituit, quàm Arist. 5. lib. metaph. cap. 13. hisce verbis descripsit. *Quantum dicitur, quod est in ea, quæ insunt diuisibilie, quorum aut singulum, vnum quid, & quod quid aptum est esse.* Quam definitionem 14.
non designauit Arist. c. pręsenti, quia dialecticæ munus non est rerum prædicamentalium naturas exactè perquirere, sed coordinationẽ earum exploratã habere, quantum satis sit ad constitutionem enunciationum, ac syllogismorum, quod facilius diuisionibus quãtitatis, quàm definitione assequimur.

Explicatur definitio quãtitatis. Cæterum, quia consuetudo modernorum in scholis introducta compellit nos, non solum dialecticos agere, sed magna ex parte metaphysicos in huiuscemodi prædicamentorum commentationibus, essentiamque proinde, & proprietates exquirere, sicut & aliorum prędicamentorum: propterea definitionem hanc 15.
ex metaphysica in dialecticam trãsferre oportuit, eamque explicare, vt ex eius explicatione vtrumque hauriamus. Diuisibile igitur appellatur in primis, *quantum*, vt indiuisibilia excludantur; qualia sunt puncta lineæ, & instantia temporis, quæ partibus carent, in quas diuidi possint: vnde nec appellantur quanta, sed quãti potius continuatiua: *in ea, quæ insunt, diuisibile dicitur*, hoc est, in partes formaliter in eo existentes, & non virtute tantum, sicut elemẽta dicuntur esse in misto, ex eo solùm quia virtutes eorum (quas elemẽtares qualitates vocant) formaliter continet, vt calorem, frigus, humiditatem, & siccitatem. *Quorum vtrumque*, si duas partes habeat, vel certe medietates duas in quas

in quas diuidi solet continuū: *Vel vnumquodq;* si plures, ita quidem, vt quælibet potēs sit per se consistere, hoc est, à toto ipso, quod in eam diuiditur, separata, gratia exempli, si pedale lignum in duas diuiseris medietates, quælibet earum talis est conditionis, vt diuisa ab eo possit consistere absq; actuali dependentia, quam habebat à toto, dum ei erat coniuncta: per quæ excluduntur partes essentiales, siue physicæ illæ sint, siue metaphysicæ, istæ quidem, quia nō sunt distinctæ ex natura rei, partes autem quanti realiter distingui debent, alioqui nequibunt separatæ à toto consistere, metaphysicæ verò solum per intellectum à suo toto separari possunt: at physicæ partes, esto realiter distinguantur, separari tamē à toto nequeunt, quāto minus separatæ consistere, naturaliter intellige, quo pacto separationem, & cōsistentiam in præsenti definitione accipit Arist. nā per absolutā Dei potentiam cōtrouersum est in Philosophia, an materia possit à cōposito, & forma separari, & separata cōsistere? De integrātibus igitur dumtaxat accipiūtur hæc verba definitionis, ita vt sensus eius sit, quātum est diuisibile in partes integrātes, quarū quælibet potest separata ab eo consistere. Exemplū.

Sed vt tota definitio melius intelligatur, obseruandum est duplices partes integrantes esse excogitabiles, & à multis excogitari, nempe entitatis, & extēsionis, partes entitatis vocantur, quia distinctas entitates habent, vt si à corporea substantia quantitatem separari excogitemus (quod sine dubio possibile est) tunc affirmant plures (& probabiliter satis) proprias partes entitatiuas retinere, quia non videtur posse negari distinctam partem esse brachium à capite in homine, distinctio verò non per solam quantitatē fit, sicut nec sola quantitate cōstant, sed per veram entitatem, & substantiam quam habet quælibet distinctam ab entitate, & substantia alterius, cum sit certum, partem materiæ, & formæ habere, vbi forma est diuisibilis: vnde necesse est distinctam quoque habere entitatem, atque substantiam, & ita præter partes quantitatis integrantes dantur entitatiuæ, & substātiales, quas retinebit substantia, si quantitas per diuinam potētiam ab ea separetur, & par erit ratio de qualitatibus ac reliquis accidentibus corporeis. Nota duplex genus partium integrantium 17. 18.

Aliæ sunt partes extensionis, quæ nō solum distinctam entitatem habent, sed molem quoque distinctam, imo potius entitas ipsa, quam habent, moles, & quasi corpulentia est: hac ergo mole distingui intelligimus, quia quælibet nata est distinctam partem loci, seu spacij occupare ab alia: & asserere possumus ex propria natura suæ extensionis deberi eis distinctas partes loci. Ex quibus etiam patet, quod sicut partes integrantes his duobus modis excogitamus distinctas, nempe extensiuè, & entitatiuè, pari ratione duobus modis excogitare possumus vnam esse extra alteram, nempe secundum entitatem, quam habet ab ea distinctam, aut secundum extensionem, aut molem. Itaq; partes entitatis excogitamus in substantia corporea corporeisq; accidentibus, quas ex se, & à se habent, & non acceptas à quantitate vnde etiam quantitate separata eas retinebūt, sed partes extēsionis, ac molis in sola quātitate. An verò ita se res habeat, vel non, sed à quātitate accipiāt quaslibet partes integrantes, & ex se nullas habeant, philosophica cōtrouersia est à nobis discutienda 1. lib. Physico. siue autē vna, vel alia pars definiatur, illud tanquam certum in hac re tenēdum censeo, quòd partes extensionis, aut molis sola quantitas habeat, & ab ea tam substantia quàm accidētia corporea eas recipiant, ita vt sicut verum est effectum formalem albedinis esse facere substantiam, & subiectum album, pari ratione effectus formalis quantitatis sit substantiæ, & cæteris accidētibus corporeis præstare, vt habeant partes extensionis, ac molis, quibus diuersæ partes loci debeantur. 19.

Quare falsum plane reputo quod à quibusdam modernis dicitur, substantiam, & quodlibet corporeum accidens propriam habere extensionem à se, & non à quantitate acceptam, & illam retinere separata etiam quantitate, etenim si extensio proprius modus, atq; intrinsecus quātitatis est, nequit alijs nisi ex eius participatione conuenire: & eo ipso, quòd extensiones multiplicantur, necesse est multiplicari quantitates, ita vt vna sit substantialis, altera qualitatiua, sicque de cæteris: quod erit prædicamenta confundere, & proprias eorum rationes, non secus ac si quispiam asserat, aliquam esse albedinem substantialem, qualitatiuam aliam, alteram quantitatiuam, quod est absurdū: neq; enim minus intrinsecus effectus quantitatis est, & proprius facere extensum, quam albedinis facere album. Vna tātum datur extensio. 20.

Vnde neque assentior alijs recentioribus asserentibus separata quantitate à substantia corporea in ea dispositione permansuram, vt sicut, Materia sine quantitate non potest

teſt eſſe ex ſenſu.

ſicut, dum habebat quantitatem partes eius correſpondebat diuerſis partibus loci, ita etiam poſtquam ſpoliata eſt quantitate. Sed arbitror ſeparata quantitate non habere ſubſtantiam partes extenſas vllo modo, nec loci occupatiuas, ſed reduci ad modum indiuiſibilem in ordine ad locum, ita vt nullum prorſus locum occupet, neque partibus loci partes eius correſpondeant, ſed ita ſe habeat comparatione loci, ſicut ſe habet punctum indiuiſibile. Et hunc ſenſum tenuerunt antiquiores Philoſophi, dum protulerunt ſubſtantiam ab ea ſeparata quantitate fluere ad punctum, id eſt, reduci ad modum indiuiſibilem comparatione loci, quod verius multum arbitror.

21

Prima illatio.

Ex quibus infero, in quo ſenſu accipienda ſit communis ſententia, quæ affirmat eſſentiã quantitatis in extenſione cõſiſtere, vel in eo, q eſt habere partem extra partẽ, vt excludantur opiniones: videlicet vt habeat partes integrantes diſtinctas ſecundum extenſionem, & molem id eſt, loci occupatiuas, quibus proinde diſtinctæ partes loci debeantur, quo pacto ſoli quantitati conuenit habere partes integrãtes, & quibuſcunque alijs per participationem ab ea: quamuis entitatiuas à quantitate habere nõ cenſeantur, ſed ſine illa habere poſſint. Et in hoc eodem ſenſu accipitur ab Ariſt. definitio tradita, *Quantum eſt diuiſibile in ea, quæ inſunt, &c.* hoc eſt, in partes extenſionis, & molis formaliter in ea exiſtentes, vt excludantur tam ſubſtantia, quam reliqua accidentia corporea aliorum prædicamentorum eiuſmodi partes nõ habentia niſi à quantitate.

22

II Illatio. Quo ordine oriãtur paſsiones quantitatis

Secundo infero, primum quod in quantitate reperitur, ac proinde in quo conſiſtit eius eſſentia, eſſe, habere partem extra partem ſecũdum extenſionem, & molem: ex qua eſſentia oriuntur proprietates hoc ordine, vt prima ſit diuiſibilitas in eaſdem partes; nam ſtatim, ac intelligimus habere partes occurrit nobis eſſe in ſe diuiſibilem ſecundum eas, quemadmodum ex eiſdem integratur. Secunda proprietas eſt menſura, ſcilicet vt menſurabilis ſit quantitas. Tertia finitum, vel infinitum. Quarta vt ſit fundamentum æqualitatis.

23.

Et omnes fere eiuſmodi proprietates ipſimet quantitati conueniunt, vt in ſe eſt, nec accipiũtur in ordine ad extrinſecum, ac propter ea priores ſunt tribus alijs in ordine ad extrinſecum acceptis, hoc eſt, in ordine ad locum: quarũ prima eſt extenſio in ordine ad locum, ita vt extẽſa ſit in loco quantitas, cumq; ſic repleat, vt ſingulis eius partibus ſingulæ etiam, ac diuerſæ partes loci correſpondeant. Quam vt intelligamus, ac ſeparemus ab extẽſione eſſentiali eiuſdem quantitatis, obſeruandum eſt aliud eſſe quod partes ſint inter ſe ſe extenſæ, aliud in ordine ad locum, eſſe inter ſe extenſas non eſt aliud, quàm habere diſtinctam magnitudinem ac molem, quam à poſteriori explicamus per id, quod eſt eis deberi diſtinctas partes loci, eſſe verò extenſas in ordine ad locum eſt totam quantitatem totum locum replere, vel in eo extendi, & ſingulas partes quantitatis occupare ſingulas partes loci, quod valde diuerſum eſt à primo: nam etiam ſi quantitas locum non occupet, nec in eo extendantur eius partes ſingulas partes loci occupantes, erit nihilominus in ſe extenſa, & eius partes diſtinctam molem, ac magnitudinem habebunt orit etiam loci occupatiua, licet eum actu non occupet.

Extẽſio in ordine ad locũ quid?

Vnde intelligitur extenſionem partiũ quãtitatis inter ſeſe, quaſi radicem eſſe extenſionis in ordine ad locum. Idemque probare poſſumus in corpore Chriſti in Sacra Euchariſtia exiſtente, non ſolum veram habente quãtitatem & eandem numero, quam habet in cœlo, ſed habente partes inter ſeſe extenſas, hoc eſt, habentes diſtinctam molem, & magnitudinem, & quibus ab intrinſeco debentur diſtinctæ partes loci, nihilominus tamen nullum locum, neque aliquam partem illius occupant, ſed modum habent indiuiſibilem. Quo ſuppoſito nõ ſolum eſt verum, ſed omnino neceſſarium, totum Chriſtum in tota hoſtia, & totum in qualibet eius parte eſſe, eadem ſimilitudine, qua anima rationalis eſt in toto corpore, & in qualibet parte eius. Ecce igitur corpus Chriſti habens quantitatem ſecundum eſſentialem extenſionem, cum nullum prorſus locum occupet, neque in eo extendatur: diſtincta igitur eſt extenſio partium quantitatis inter ſeſe, ab extenſione earundem in ordine ad locum. 24.

Explicatur exemplo Chriſti in Euchariſtia

Alia proprietas quantitatis in ordine ad extrinſecum eſt, quod nequeat ſe penetrare cum alia, & hæc quaſi ex præcedenti oritur, nam penetratio in ordine ad locum deſumitur. Siquidem illa corpora ſe penetrare dicuntur, quæ in eodem loco ſunt: & pari ratione illæ partes ſe penetrabunt, quibus eadem pars loci correſpondet. Impoſſibilis quidem naturaliter eſt penetratio, ſed hæc eſt propria ratio eius, quam experientia agnoſceremus ſi DEVS, (vt ab-

Quid ſit impenetrabilitas.

25.

(vt absque dubio potest) duo corpora in eodẽ loco includeret: vnde (vt vno verbo hanc proprietatem quantitatis designemus) impenetrabilitatem formalem eam vocare possumus.

Ecce quantitatis proprietates, quę ei quarto modo conueniunt, & cum ea reciprocantur: nam duæ aliæ ab Arist. designatæ, nempè cõtrarium non habere, nec magis, minus vè suscipere, non sunt proprietates eius simpliciter, sed secundum quid, cum non conueniant ei quarto modo, sed communes sint substantiæ, & multis alijs accidentibus.

Cur Arist. descripserit quantitatem. Arist. autem quantitatem per primam proprietatem explicuit præsenti definitione, videlicet per diuisibilitatem in partes extensionis, quas habet formaliter, & sine ordine ad extrinsecum, & non per essentiam, quia nobis notior erat proprietas hæc, & ideò facilius per eã, essentiam quantitatis possemus intelligere: quare descriptio potius censenda est, quã quidditatiua definitio: talisq; ac si quispiam hominem describeret his verbis, homo est animal disciplinæ capax.

Reijcitur radicẽ impenetrabilitatis esse essẽtiam quantitatis. Moderni verò tertiam sententiam quasi nouam inuenerunt asserentes essentiam quantitatis in eo esse ponendam, quod radix sit impenetrabilitatis: nobis vero propterea non probatur, quia licet verum sit essentiam quantitatis esse radicem impenetrabilitatis, sicut est etiam radix diuisibilitatis, & aliarum proprietatum, tamen hæc ratio nimis generalis est, & satis confusa, cum ergo per distinctam rationẽ explicanda sit rei essentia, vt nobis innotescat,
27. non benè per confusam designatur quantumlibet intrinsecam, quod hoc exemplo conuincitur. Si quispiam à te quæreret, quæ nam sit hominis essentia, aut in quonam ponenda? non bene ei responderes essentiam eius esse radicem risibilitatis, vel admirationis, vel in eo essentiam eius consistere, quòd harum proprietatum, vel alicuius earum radix sit, cum generalis sit, atq; confusa hæc ratio quantumlibet intrinseca, & adhuc ea designata non minus ignota sit essentia, quàm prius: sed respondendum esset essentiam hominis consistere in eo quòd sit animal rationale: hæc enim ratio particularis est, ac distincta.

Stabilitur communis, & vera sententia.

Communis sentẽtia approbatur. Melius ergo antiqua scholæ se tenens ponit essentiam quantitatis in extensione, aut in eo, quod est habere partem extra partem secũdum extensionem, & molem: hęc est enim prima, propria, intima, ac distincta ratio quantitatis, à qua prodeunt proprietates suo ordine, vt à nobis expositæ sunt. Hanc sententiam sic explicatam sequuntur Dur. in 1 d. 34. quæst. 1. num. 26. Nimph 5. metaph quæst. 9. Mag. Sor. & P Tol. quæst 1. huius prædicamenti. Canter. in commẽtarijs eiusdem inter exponendam eandem quantitatis descriptionem P. Fons. 5. metap. c. 13. quæ. 1. sect. 3. & maior modernorum pars: estque valde consentanea doctrinæ Arist. qui non obscure indicauit 28.
extensionem partium esse quantitatis essentiã, dum eam per diuisibilitatem in easdem partes descripsit. Etenim si, *quantum*, est diuisibile in partes extensionis, necesse est ex eis esse cõpositum, & prius quidem talem compositionem in eo intelligimus, atque adeò tanquam essentialem, à qua eadem ipsa diuisibilitas oritur.

Probatur duplici ratione satis efficaci. Prior est, quia essentia cuiuslibet accidentis ex proprio modo intrinseco afficiendi substantiam accipitur, vt essentia relationis ex eo, quod nata est eam ordinare ad aliud, essentia qualitatis ex eo, quòd eam modificãdo tali modo determinat, &c. sed proprius modus quantitatis est natam esse afficere substantiam secundum extensionem, & molem partium, ergo in hac extensione ponenda est essentia eius. 1. Ratio.

Posterior ratio est: quia essentia rei cõsistit in eo, quod primum in ea concipit benè eam intelligens, ex quo oriuntur cætera, sed primũ, quod concipit in quantitate bene eam intelligens, est extensio partium, vel habere vnam partem extra aliam secundum extensionem, & molem, & ex hac sequuntur cætera, quæ ei attribuuntur, vt quòd sit diuisibilis, mensurabilis, quod sit fundamẽtum æqualitatis, quòd extensa in ordine ad locum, quòd impenetrabilis cum alia: nec solum proprietates istæ sequuntur extensionem, sed adhuc prius intelligitur in quantitate, quam quod radix sit earũ, ex eo enim intelligimus quantitatem esse radicem diuisibilitatis, æqualitatis, localis extensionis, & impenetrabilitatis, quia in se est extensa secundum partes molis, hæc igitur extensio tanquam prima est essentialis eius ratio. 2. Ratio. Confirm.

At

Ad concordiam reuocantur omnes sententiæ.

Conciliantur opiniones.

QVod si duæ priores sententiæ velint essentiam quantitatis esse diuisibilitatem, vel mensuram, non pro ratione formali vtriusque (nam si accepras constat ex superiori doctrina esse proprietates ab extensione emanantes, eaque posteriores, veluti effectus posteriores sunt suis causis) sed pro radice, à qua emanant, non secus, ac disciplinæ capacitas, admiratio, & risibilitas ab essentia hominis, cum eiusmodi radix sit extensio partium iam à nobis explicata, non dissentiunt à communi senteñtia. Et certe probabile mihi est hūc sensum tenuisse earum patronos volentes veram quātitatis essentiam per has proprietates nobis notiores ostendere: quemadmodum Aristot. ipsum, cum per proprietatem diuisibilitatis quantitatem descripsit, fecisse arbitramur.

29

In quo differat modernorum sententia à cōmuni.

Postrema verò modernorum sententia idem fere nobiscum sentit, & solum in modo explicandi essentiam quantitatis differt, eam non per distinctam, ac peculiarem rationem designans, sed quasi per communem, atq; confusam (vt vidimus) vere tamen quantitati intrinsecam.

Diluuntur argumenta primæ, ac secundæ opinionis.

Ad I. I. Sent.

SOLVM superest argumenta primæ opinionis percurrere, & primum quidem assumpsit falsum: quod quantitas prius afficiat substantiam sub ratione mensuræ, quàm extensionis, aut diuisibilitatis, vt enim quantitas prius intelligitur in se extensa, quàm mēsurabilis ab altera, aut alterius mensuratiua: ex illo namque habet hoc, pari ratione prius confert substantiæ extensionem, quam eam constituant mensurabilem.

Ad 2.

Secundum argumentum solum probat notiorem nobis esse rationem mensuræ diuisibilitate, aut extensione, ac propterea facilius quo ad nos distingui nonnullas species quantitatis per illam, quas tamen à priori separat diuersa ratio extensionis, vt suis locis ostenditur, & in hoc sensu accipiuntur verba Aristotelis, ac Diui Thomæ in fauorem eiusdem sententiæ allata, præsertim cùm ex alijs expressionibus verbis constet, non in mensura, sed in extensione aut diuisibilitate iam à nobis explicatis, rationem quantitatis eos collocasse: per hanc enim descripsit eam Aristoteles quinto metaphysic. capite decimo quinto, & D. Thomas ibidem lectione decima quinta sufficientiam specierum huius prædicamenti desumpsit.

30

Explicant. Arist. & D. Thom.

Ad argumenta secundæ sententiæ respondetur.

ARgumenta vero secundæ opinionis longè minorem efficacitatem habent aduersus sententiam nostram, nam cùm diuisibilitas sit prima passio quantitatis, per eam descripsit Aristoteles quantitatem, vt pote nobis notiorem, per quam facilius in notitiam extensionis (quæ vera essentia eius est) possemus deuenire, rationem verò continuæ, ac discretæ quantitatis per partes copulatas termino communi, vel non copulatas probauit, quæ indifferēter accommodari possunt diuisibilitati, & extensioni, huic tanquam essentiæ, illi vero vt proprietati, mensuræ vero non accommodantur, quod vero sufficientia specierum quantitatis ex diuisibilitate accipiatur, non probat esse essentiam, sed satis est esse proprietatem nobis notiorem ex qua sicut desumpta est, vt nobis notior fiat essentia posset ab extensione accipi, nisi à notioribus nobis, quantum fieri posset, procedendum esset.

QVAESTIO SECVNDA.

Consideretur ne quantitas capite præsenti sub ratione extensionis essentiali, vel sub ratione mensuræ.

Refertur sententia affirmans considerari quantitatem in prædicamentis sub ratione mensuræ.

QVanquam ad concordiam reuocari potuerint diuersa Doctorum placita circa essentiam quantitatis, dissident tamen I. Sentent.

 circa 31.

Soluuntur argumenta primæ sent. ra prioris sententiæ: nam quo pacto, & tempus inter quanta per se sit recensendum, & an locus à superficie distinguẽdus sub ratione diuisibilitatis, suis locis ostendetur, atque etiam orationem non solum propter mensuram, sed
39 propter extensionem propriam esse speciem quantitatis.

Sententiam item secundam non erit difficile ad hunc sensum accommodare, nam argu-
Secunda sententia explicatur mentum eius solum conuincit non esse quantitatem diuerso modo consideratam iuxta sensum priorem, ita vt constitutio ipsa prædicamentalis diuersa sit admisso igitur eandem esse ex hac parte considerationem, libenter etiam admittit speciali quadam ratione esse in præsentiarum consideratam mensuram, tãquã proprietatẽ quantitatis nobis notissimam, per quam essentia quantitatis ex distinctione specierum, ac modus, quo ab vniuersis participetur facilius percipiuntur.

Superest tamen Aristotelem à contradictio-
Aristotelis loca exponuntur. ne liberare postquam orationis, & loci nullam mentionem fecisse in metaph. constet, & tempus inter quanta per accidens retulisse (vt argumentis prioris sentẽtiæ ex hac parte fiat satis) Non pauci sunt, qui dicant Aristotelem in metaphysica eas solum numerare species quantitatis, in quibus vera essentia quan-
40 titatis reperitur, atque etiam, quæ vere sunt distinctæ, in dialectica vero non eas solum: sed plures alias, vt locum, orationem, & tempus, quæ in ore vulgi tanquam species quantitatis passim circumferebantur, etiam si iuxta veritatem rei, vel non sint species quantitatis per se, vel certe non sint distinctæ ab eis, quas in metaphysica recensuit: sic videtur sentire Caietanus in commentarijs huius capitis, & Louanienses in scholijs.

Sed quam friuola sit hęc solutio, vel ex ipso
Reijcitur prædicta solutio. modo loquendi Aristotelis facile intelligitur, qui non solum asserit, sed ex professo probat has omnes esse species quantitatis per se, à quã tis per accidens distinctas: constabit etiam clarius, cum suis locis discussum à nobis fuerit, verum ne & intrinsecam habeant extensionem formaliter saltem distinctam, quæ distinctio ad specificam differentiam constituẽdam sufficit.

Vera solutio. Vera solutio est Aristotelem in metaphysica genera dumtaxat diuersa quantitatis enumerasse, nec sub eis vniuersas species, quod & fecit in prædicamento substantiæ, ac cæteris, quæ post quãtitatem sequuntur, pluribus quidem speciebus subalternis prætermissis: neq; enim necesse fuit sigillatim recensere omnes, quas tamen ex vniuersalium ratione ex- 41
plicata facile deducere possumus, sub multitudine igitur non solum numerum, sed etiam orationem comprehendit, quamquam solum in numero omnibus notissimo exempla produxerit, sub superficie etiam in genere nominata speciales modos illius comprehendisse voluerunt nonnulli, nempe quem habet in quantum secundum absolutam longitudinem & latitudinem diuisibilis est atque etiam in quantum locatum ambit, ita vt in communi accepta genus sit respectu loci, & superficiei quæ est secunda species quantitatis, sed quid in hac re dicendum sit quæstione sexta constabit respectu loci.

De tempore autem ita dicendum cẽseo, inter quanta per accidens relatum esse ab Aristotele, quia quantum per se duplex est, vnum stricta significatione, quod neque ab alio extẽditur, neque in ordine ad aliud, nec ratione alienæ diuisibilitatis diuiditur, neque ad diuisionem alterius vllo modo. Secundo, quantum per se dicitur vocabulo tantisper extenso illud quod licet intrinsecam extensionem habeat, non tamen vsquequaque absolutam, sed in ordine ad aliud desumptam, & eiusmodi est tem- 42
pus, quod licet extensionem propriæ durationis habeat, & secundum eam præsens, præteritum, & futurum, in quas differentias tanquam in partes intrinsecas diuiditur, non tamen sine ordine ad motum, ex cuius continuo fluxu causatur, excluditur ergo à ratione quantitatis per se iuxta primam illam, strictamque significationem, & appellatur merito quantum per accidens, eadẽ ratione, in quantũ per accidens dicitur omne illud, quod non est eo modo per se. Cæterùm si quantum per se in communi accipiatur, prout abstrahit ab vno, vel alio modo perseitatis, vere appellatur quantum per se, vt ab albedine, motu, ac cæteris distinguitur, quæ non nisi aliena extensione quanta sunt, ideo omnino per accidens.

Quid dicendum de tẽpore secundum Arist.

In Metaphysica ergo strictius loquitur Aristoteles, de quantitate per se, vt Metaphysicum decebat, præcisas, ac formalissimas ratio- 43
nes entium contemplãtem, ideo tempus inter quanta per accidens retulit, at in dialectica abstractius quantum per se sumit, atque vt plures modos perseitatis complectitur, iuxta quos in plures etiam diuiditur species, sub eoque

eoque tempus comprehenditur, & ita oportuit quantũ per se considerare, vt omnes modos illius, vniuersasque species agnoscens dialecticus maiorem prædicatorum copiam consequi posset, ad enunciationes, & syllogismos constituendos. Hac igitur de causa tempus hic quantum per se voluit appellare, quia absoluta locutione tale est: in Metaphysica vero quantum per accidens, quasi non per se stricto modo perseitatis. Hanc solutionem non obscure insinuat D. Thomas 5 Metaphysicæ lectione 15. §. vltimo: eam plane sequitur Sonzinas 5. metaphysicæ quæst. 24. ad quintum.

QVAESTIO TERTIA.

Habeat ne quantitas alias proprietates præter tres ab Aristotele enumeratas, & quænam illæ sint.

Rationes, quibus proprietates Quantitatis male esse designatas ostenditur proponuntur.

QVæstione prima huius capitis essentiam quantitatis explicantes, proprietates eius enumerauimus, simul ostendentes quo ordine ab ea oriantur, quæue ei conueniant quarto modo, & cum ea ad conuertentiam dicantur, nunc vero percurrere eas oportebit, ad vnguemq; examinare, an omnes sint
44. veræ proprietates, mensura præsertim, & esse fundamentum æqualitatis, in quibus specialis est difficultas. Et primo de mensura, nam vt Aristoteles docet 10 Metaphysicæ capit. 1. & 2. omnis mensura refertur ad vnitatem, qua repetita certi reddimur de Quantitate cuiusque rei, de discreta quidem, quam per vnitatem numeramus, de continua quoque, nam sic pede, palmo, vlna, vel alia mensura continua vtimur ad eandem mensurandam, vt in tempore, anno, die, & similibus. Eiusmodi omnes mensuræ in tantum certos nos efficiunt de quantitate continua, in quantum per repetitionem adæquare eam possunt, atque adeò in quantum loco vnitatis accipiuntur, vnde sequitur soli vnitati conuenire, quæ cum non sit quantitas, sed quantitatis principium, fiet vt principio duntaxat, non quantitati insit, neq; eius proinde possit esse proprietas, & etiam si quantitati conueniret, soli discretæ cuius principiũ est vnitas: ac demum si continuæ, & discretæ, non vniuoce, sed analogicè, nam per se primo discretæ, continuæ vero per participationem, & similitudinem cum vnitate: ex quibus etiam elicitur, non esse passionem quantitatis, quia eodem modo conuenit alicui proprietas, ac essentia, à qua effluit, sed essentia quantitatis conuenit vniuocè continuæ, & discretæ, cum sit earum genus, ergo sic deberet conuenire mensura eis, si esset proprietas quantitatis: cum ergo analogicè de vtraque dicatur, vtpote per se primo de discreta, quasi secundario de continua, fit vt non sit eius proprietas. 45.

Prima ratio dubitandi de mensura.

Secundo: mensura debet esse homogenea, hoc est eiusdẽ generis cum mensurato, vt testatur Aristoteles 10. Metaphysicę capite primo, & secundo, sed continua, & discreta quantitas sunt genere diuersa, ergo correspondent eis diuersa genera mensuræ, quæ si sit propria passio quantitatis, non erit vna sed multiplex. II. Ratio. 46.

Postremo, licet quantitas continua, vel discreta non possit dari actu infinita (de quo non disputamus) illud tamen notum est apud Aristotelem, & omnes, non repugnare ratione quantitatis infinitatem, licet aliunde forte repugnet esse actu infinitam in rerum natura: vnde Aristot. 6. topicorum cap. 3. loco 78. de linea infinita docuit vniuocam habere rationem cum finita, licet terminis careat: vniuocè igitur communis est ratio quantitatis ad finitam, & infinitam, sed mensura non conuenit infinitis quantitatibus, quibus repugnat vnitate, vel quauis alia mensura comprehendi, ergo non est proprietas quantitatis. III. Ratio.

Neque refert aliquid, si dicatur posse secundum partes mensurari, quia cũ verę sint quantitates ratione totius, eandẽm oportebit eis propriam passionem quantitatis conuenire. Reijcitur solutio.

De finito, & infinito probatur secundo nõ esse passiones quantitatis, quia valde probabile est contradictionem implicare, quòd quantitas sit actu infinita, siue illa continua sit, vel discreta, ergo alterum membrum repugnat quantitati, imo simpliciter est impossibile, si contradictionem continet, esse quantitatem actu infinitam: quod autem contradictionem claudit, nihil est, ergo infinitum nõ potest esse quantitati proprium, & quamuis possibile esset complexum quoddam, *est finitum, vel infinitum*; passio vero simplex, vel incomplexa esse debet. 47.

Probatur finitum, & infinitum nõ esse passiones quantitatis.

De æquali demum, & inæquali non minus efficaci-

Soluuntur argumenta prioris sent.

ra prioris sententiæ: nam quo pacto, & tempus inter quanta per se sit recensendum, & an locus à superficie distinguēdus sub ratione diuisibilitatis, suis locis ostendetur, atque etiam orationem non solum propter mensuram, sed
39 propter extensionem propriam esse speciem quantitatis.

Secunda sententia explicatur

Sententiam item secundam non erit difficile ad hunc sensum accommodare, nam argumentum eius solum conuincit non esse quantitatem diuerso modo consideratam iuxta sensum priorem, ita vt constitutio ipsa prædicamentalis diuersa sit admisso igitur eandem esse ex hac parte considerationem, libenter etiam admittit speciali quadam ratione esse in præsentiarum consideratam mensuram, tāquā proprietatē quantitatis nobis notissimam, per quam essentia quantitatis ex distinctione specierum, ac modus, quo ab vniuersis participetur facilius percipiuntur.

Aristotelis loca exponuntur.

Superest tamen Aristotelem à contradictione liberare postquam orationis, & loci nullam mentionem fecisse in metaph. constet, & tempus inter quanta per accidens retulisse (vt argumentis prioris sententiæ ex hac parte fiat satis) Non pauci sunt, qui dicant Aristotelem in metaphysica eas solum numerare species quantitatis, in quibus vera essentia quan-
40 titatis reperitur, atque etiam, quæ vere sunt distinctæ, in dialectica vero non eas solum: sed plures alias, vt locum, orationem, & tempus, quæ in ore vulgi tanquam species quantitatis passim circumferebantur, etiam si iuxta veritatem rei, vel non sint species quantitatis per se, vel certe non sint distinctæ ab eis, quas in metaphysica recensuit: sic videtur sentire Caietanus in commentarijs huius capitis, & Louanienses in scholijs.

Reijcitur prædicta solutio.

Sed quam friuola sit hęc solutio, vel ex ipso modo loquendi Aristotelis facile intelligitur, qui non solum asserit, sed ex professo probat has omnes esse species quantitatis per se, à quātis per accidens distinctas: constabit etiam clarius, cum suis locis discussum à nobis fuerit, verum ne & intrinsecam habeant extensionem formaliter saltem distinctam, quæ distinctio ad specificam differentiam constituēdam sufficit.

Vera solutio.

Vera solutio est Aristotelem in metaphysica genera dumtaxat diuersa quantitatis enumerasse, nec sub eis vniuersas species, quod & fecit in prædicamento substantiæ, ac cæteris, quæ post quātitatem sequuntur, pluribus qui-
dem speciebus subalternis prætermissis: neque 41
enim necesse fuit sigillatim recensere omnes, quas tamen ex vniuersalium ratione explicata facile deducere possumus, sub multitudine igitur non solum numerum, sed etiam orationem comprehendit, quam quam solum in numero omnibus notissimo exempla produxerit, sub superficie etiam in genere nominata speciales modos illius comprehendisse voluerunt nonnulli, nempe quem habet in quantum secundum absolutam longitudinem & latitudinem diuisibilis est atque etiam in quantum locatum ambit, ita vt in communi accepta genus sit respectu loci, & superficiei quæ est secunda species quantitatis, sed quid in hac re dicendum sit quæstione sexta constabit respectu loci.

Quid dicendum de tēpore secundum Arist.

De tempore autem ita dicendum censeo, inter quanta per accidens relatum esse ab Aristotele, quia quantum per se duplex est, vnum stricta significatione, quod neque ab alio extēditur, neque in ordine ad aliud, nec ratione alienæ diuisibilitatis diuiditur, neque ad diuisionem alterius vllo modo. Secundò, quantum per se dicitur vocabulo tantisper extenso illud quod licet intrinsecam extensionem habeat,
non tamen vsquequaque absolutam, sed in or- 42
dine ad aliud desumptam, & eiusmodi est tempus, quod licet extensionem propriæ durationis habeat, & secundum eam præsens, præteritum, & futurum, in quas differentias tanquam in partes intrinsecas diuiditur, non tamen sine ordine ad motum, ex cuius continuo fluxu causatur, excluditur ergo à ratione quantitatis per se iuxta primam illam, strictamque significationem, & appellatur merito quantum per accidens, eadē ratione, in quantū per accidens dicitur omne illud, quod non est eo modo per se. Cæterùm si quantum per se in communi accipiatur, prout abstrahit ab vno, vel alio modo perseitatis, vere appellatur quantum per se, vt ab albedine, motu, ac cæteris distinguitur, quæ non nisi aliena extensione quanta sunt, ideo omnino per accidens.

In Metaphysica ergo strictius loquitur Aristoteles, de quantitate per se, vt Metaphysicum decebat, præcisas, ac formalissimas ratio-
nes entium contemplātem, ideo tempus inter 43
quanta per accidens retulit, at in dialectica abstractius quantum per se sumit, atque vt plures modos perseitatis complectitur, iuxta quos in plures etiam diuiditur species, sub

eoque

eoque tempus comprehenditur, & ita oportuit quantũ per se considerare, vt omnes modos illius, vniuersasq́ue species agnoscens dialecticus maiorem prædicatorum copiam consequi posset, ad enunciationes, & syllogismos constituendos. Hac igitur de causa tempus hic quantum per se voluit appellare, quia absoluta locutione tale est: in Metaphysica vero quantum per accidens, quasi non per se stricto momodo perseitatis. Hanc solutionem non obscure insinuat D. Thomas 5 Metaphysicæ lectione 15. §. vltimo: eam plane sequitur Sonzinas 5. metaphysicæ quæst. 24. ad quintum.

QVAESTIO TERTIA.

Habeat ne quantitas alias proprietates præter tres ab Aristotele enumeratas, & quæ nam illæ sint.

Rationes, quibus proprietates Quantitatis male esse designatas ostenditur proponuntur.

QVæstione prima huius capitis essentiam quantitatis explicantes, proprietates eius enumerauimus, simul ostendentes quo ordine ab ea oriantur, quæue ei conueniant quarto modo, & cum ea ad conuertentiam dicantur, nunc vero percurrere eas oportebit, ad vnguemq; examinare, an omnes sint 44. veræ proprietates, mensura præsertim, & esse fundamentum æqualitatis, in quibus specialis est difficultas. Et primo de mensura, nam vt Aristoteles docet 10 Metaphysicæ capit. 1. & 2. omnis mensura refertur ad vnitatem, qua repetita certi reddimur de Quantitate cuiusque rei, de discreta quidem, quam per vnitatem numeramus, de continua quoque, nam sic pede, palmo, vlna, vel alia mensura continua vtimur ad eandem mensurandam, vt in tempore, anno, die, & similibus. Eiusmodi omnes mensuræ in tantum certos nos efficiunt de quantitate continua, in quantum per repetitionem adæquare eam possunt, atque adeò in quantum loco vnitatis accipiuntur, vnde sequitur soli vnitati conuenire, quæ cum non sit quantitas, sed quantitatis principium, fiet vt principio duntaxat, non quantitati insit, neq; eius proinde possit esse proprietas, & etiam si quantitati conueniret, soli discretæ cuius principiũ est vnitas: ac demum si continuæ, & discretæ, non vniuoce, sed analogicè, nam per se primo discretæ, continuæ vero per participationem, & similitudinem cum vnitate: ex quibus etiam elicitur, non esse passionem quantitatis, quia eodem modo conuenit alicui proprietas, ac essentia, à qua effluit, sed essentia quantitatis conuenit vniuocè continuæ, & discretæ, cum sit earum genus, ergo sic deberet conuenire mensura eis, si esset proprietas quantitatis: cum ergo analogicè de vtraque dicatur, vtpote per se primo de discreta, quasi secundario de continua, fit vt non sit eius proprietas.

Prima ratio dubitandi de mensura.

Secundo: mensura debet esse homogenea, hoc est eiusdẽ generis cum mensurato, vt testatur Aristoteles 10. Metaphysicę capite primo, & secundo, sed continua, & discreta quantitas sunt genere diuersa, ergo correspondent 45. eis diuersa genera mensuræ, quæ si sit propria passio quantitatis, non erit vna sed multiplex.

II. Ratio.

Postremo, licet quantitas continua, vel discreta non possit dari actu infinita (de quo non disputamus) illud tamen notum est apud Aristotelem, & omnes, non repugnare ratione quantitatis infinitatem, licet aliunde forte repugnet esse actu infinitam in rerum natura: vnde Aristot. 6. topicorum cap. 3. loco 78. de linea infinita docuit vniuocam habere rationem cum finita, licet terminis careat: vniuocè igitur communis est ratio quantitatis ad finitam, & infinitam, sed mensura non conuenit infinitis quantitatibus, quibus repugnat vnitate, vel quauis alia mensura comprehendi, ergo non est proprietas quantitatis.

III. Ratio.

Neque refert aliquid, si dicatur posse secundum partes mensurari, quia cũ verę sint quantitates ratione totius, eandẽ oportebit eis propriam passionem quantitatis conuenire.

Reijcitur solutio.

De finito, & infinito probatur secundo nõ esse passiones quantitatis, quia valde probabile est contradictionem implicare, quòd quantitas sit actu infinita, siue illa continua sit, vel discreta, ergo alterum membrum repugnat quantitati, imo simpliciter est impossibile, si contradictionem continet, esse quantitatem actu infinitam; quod autem contradictionem 47. claudit, nihil est, ergo infinitum nõ potest esse quantitati proprium, & quamuis possibile esset complexum quoddam, *est finitum, vel infinitum*; passio vero simplex, vel incomplexa esse debet.

Probatur finitum, & infinitum nõ esse passiones quantitatis.

De æquali demum, & inæquali non minus efficaci-

Soluuntur argumenta primę sent.

ra prioris sententiæ: nam quo pacto, & tempus inter quanta per se sit recensendum, & an locus à superficie distinguẽdus sub ratione diuisibilitatis, suis locis ostendetur, atque etiam orationem non solum propter mensuram, sed
39 propter extensionem propriam esse speciem quantitatis.

Secunda sententia explicatur

Sententiam item secundam non erit difficile ad hunc sensum accommodare, nam argumentum eius solum conuincit non esse quantitatem diuerso modo consideratam iuxta sensum priorem, ita vt constitutio ipsa prædicamentalis diuersa sit admisso igitur eandem esse ex hac parte considerationem, libenter etiam admittit speciali quadam ratione esse in præsentiarum consideratam mensuram, tãquã proprietatẽ quantitatis nobis notissimam, per quam essentia quantitatis ex distinctione specierum, ac modus, quo ab vniuersis participetur facilius percipiuntur.

Aristotelis loca exponuntur.

Superest tamen Aristotelem à contradictione liberare postquam orationis, & loci nullam mentionem fecisse in metaph. constet, & tempus inter quanta per accidens retulisse (vt argumentis prioris sententiæ ex hac parte fiat satis.) Non pauci sunt, qui dicant Aristotelem in metaphysica eas solum numerare species quantitatis, in quibus vera essentia quan-
40 titatis reperitur, atque etiam, quæ vere sunt distinctæ, in dialectica vero non eas solum: sed plures alias, vt locum, orationem, & tempus, quæ in ore vulgi tanquam species quantitatis passim circumferebantur, etiam si iuxta veritatem rei, vel non sint species quantitatis per se, vel certe non sint distinctæ ab eis, quas in metaphysica recensuit: sic videtur sentire Caietanus in commentarijs huius capitis, & Louanienses in scholijs.

Reijcitur prædicta solutio.

Sed quam friuola sit hęc solutio, vel ex ipso modo loquendi Aristotelis facile intelligitur, qui non solum asserit, sed ex professo probat has omnes esse species quantitatis per se, à quãtis per accidens distinctas: constabit etiam clarius, cum suis locis discussum à nobis fuerit, verum ne & intrinsecam habeant extensionem formaliter saltem distinctam, quæ distinctio ad specificam differentiam constituẽdam sufficit.

Vera solutio.

Vera solutio est Aristotelem in metaphysica genera dumtaxat diuersa quantitatis enumerasse, nec sub eis vniuersas species, quod & fecit in prædicamento substantiæ, ac cæteris, quæ post quãtitatem sequuntur, pluribus quidem speciebus subalternis prætermissis: neque 41
enim necesse fuit sigillatim recensere omnes, quas tamen ex vniuersalium ratione explicata facile deducere possumus, sub multitudine igitur non solum numerum, sed etiam orationem comprehendit, quamquam solum in numero omnibus notissimo exempla produxerit, sub superficie etiam in genere nominata speciales modos illius comprehendisse voluerunt nonnulli, nempe quem habet in quantum secundum absolutam longitudinem & latitudinem diuisibilis est atque etiam in quantum locatum ambit, ita vt in communi accepta genus sit respectu loci, & superficiei quæ est secunda species quantitatis, sed quid in hac re dicendum sit quæstione sexta constabit respectu loci.

Quid dicendum de tẽpore secundu m Arist.

De tempore autem ita dicendum censeo, inter quanta per accidens relatum esse ab Aristotele, quia quantum per se duplex est, vnum stricta significatione, quod neque ab alio extẽditur, neque in ordine ad aliud, nec ratione alienæ diuisibilitatis diuiditur, neque ad diuisionem alterius vllo modo. Secundo, quantum per se dicitur vocabulo tantisper extenso illud quod licet intrinsecam extensionem habeat, non tamen vsquequaque absolutam, sed in or- 42
dine ad aliud desumptam, & eiusmodi est tempus, quod licet extensionem propriæ durationis habeat, & secundum eam præsens, præteritum, & futurum, in quas differentias tanquam in partes intrinsecas diuiditur, non tamen sine ordine ad motum, ex cuius continuo fluxu causatur, excluditur ergo à ratione quantitatis per se iuxta primam illam, strictamque significationem, & appellatur merito quantum per accidens, eadẽ ratione, in quantũ per accidens dicitur omne illud, quod non est eo modo per se. Cæterùm si quantum per se in communi accipiatur, prout abstrahit ab vno, vel alio modo perseitatis, vere appellatur quantum per se, vt ab albedine, motu, ac cæteris distinguitur, quæ non nisi aliena extensione quanta sunt, ideo omnino per accidens.

In Metaphysica ergo strictius loquitur Aristoteles, de quantitate per se, vt Metaphysicum decebat, præcisas, ac formalissimas ratio- 43
nes entium contemplãtem, ideo tempus inter quanta per accidens retulit, at in dialectica abstractius quantum per se sumit, atque vt plures modos perseitatis complectitur, iuxta quos in plures etiam diuiditur species, sub eoque

eoque tempus comprehenditur, & ita oportuit quantū per se considerare, vt omnes modos illius, vniuersasque species agnoscens dialecticus maiorem prædicatorum copiam consequi posset, ad enunciationes, & syllogismos constituendos. Hac igitur de causa tempus hic quantum per se voluit appellare, quia absoluta locutione tale est: in Metaphysica vero quantum per accidens, quasi non per se stricto momodo perseitatis. Hanc solutionem non obscure insinuat D. Thomas 5 Metaphysicæ lectione 15. §. vltimo: eam plane sequitur Sonzinas 5. metaphysicæ quæst. 24. ad quintum.

QVAESTIO TERTIA.

Habeat ne quantitas alias proprietates præter tres ab Aristotele enumeratas, & quæ nam illæ sint.

Rationes, quibus proprietates Quantitatis male esse designatas ostenditur proponuntur.

QVæstione prima huius capitis essentiam quantitatis explicantes, proprietates eius enumerauimus, simul ostendentes quo ordine ab ea oriantur, quæue ei conueniant quarto modo, & cum ea ad conuertentiam dicantur, nunc vero percurrere eas oportebit, ad vnguemq; examinare, an omnes sint
44. veræ proprietates, mensura præsertim, & esse fundamentum æqualitatis, in quibus specialis est difficultas. Et primo de mensura, nam vt Aristoteles docet 10 Metaphysicæ capit. 1. & 2. omnis mensura refertur ad vnitatem, qua repetita certi reddimur de Quantitate cuiusque rei, de discreta quidem, quam per vnitatem numeramus, de continua quoque, nam sic pede, palmo, vlna, vel alia mensura continua vtimur ad eandem mensurandam, vt in tempore, anno, die, & similibus. Eiusmodi omnes mensuræ in tantum certos nos efficiunt de quantitate continua, in quantum per repetitionem adæquare eam possunt, atque adeò in quantum loco vnitatis accipiuntur, vnde sequitur soli vnitati conuenire, quæ cum non sit quantitas, sed quantitatis principium, fiet vt principio duntaxat, non quantitati insit, neq; eius proinde possit esse proprietas, & etiam si quantitati conueniret, soli discretæ cuius principiū est vnitas: ac demum si continuæ, & discretæ, non vniuoce, sed analogicè, nam per se primo discretæ, continuæ vero per participationem, & similitudinem cum vnitate: ex quibus etiam elicitur, non esse passionem quantitatis, quia eodem modo conuenit alicui proprietas, ac essentia, à qua effluit, sed essentia quantitatis conuenit vniuocè continuæ, & discretæ, cum sit earum genus, ergo sic deberet conuenire mensura eis, si esset proprietas quantitatis: cum ergo analogicè de vtraque dicatur, vtpote per se primo de discreta, quasi secundario de continua, fit vt non sit eius proprietas. 45.

Prima ratio dubitandi de mensura.

II. Ratio. Secundo: mensura debet esse homogenea, hoc est eiusdē generis cum mensurato, vt testatur Aristoteles 10. Metaphysicę capite primo, & secundo, sed continua, & discreta quantitas sunt genere diuersa, ergo correspondent eis diuersa genera mensuræ, quæ si sit propria passio quantitatis, non erit vna sed multiplex. 46.

III. Ratio. Postremo, licet quantitas continua, vel discreta non possit dari actu infinita (de quo non disputamus) illud tamen notum est apud Aristotelem, & omnes, non repugnare ratione quantitatis infinitatem, licet aliunde forte repugnet esse actu infinitam in rerum natura: vnde Aristot. 6. topicorum cap. 3. loco 78. de linea infinita docuit vniuocam habere rationem cum finita, licet terminis careat: vniuocè igitur communis est ratio quantitatis ad finitam, & infinitam, sed mensura non conuenit infinitis quantitatibus, quibus repugnat vnitate, vel quauis alia mensura comprehendi, ergo non est proprietas quantitatis.

Reijcitur solutio. Neque refert aliquid, si dicatur posse secundum partes mensurari, quia cū verę sint quantitates ratione totius, eandēm oportebit eis propriam passionem quantitatis conuenire.

Probatur finitum, & infinitum nō esse passiones quantitatis. De finito, & infinito probatur secundo nō esse passiones quantitatis, quia valde probabile est contradictionem implicare, quòd quantitas sit actu infinita, siue illa continua sit, vel discreta, ergo alterum membrum repugnat quantitati, imo simpliciter est impossibile, si contradictionem continet, esse quantitatem actu infinitam: quod autem contradictionem claudit, nihil est, ergo infinitum nō potest esse quantitati proprium, & quamuis possibile esset complexum quoddam, *esse finitum, vel infinitum*; passio vero simplex, vel incomplexa esse debet. 47.

De æquali demum, & inæquali non minus

Soluuntur argumenta primę sent. ra prioris sententiæ: nam quo pacto, & tempus inter quanta per se sit recensendum, & an locus à superficie distinguẽdus sub ratione diuisibilitatis, suis locis ostendetur, atque etiam orationem non solum propter mensuram, sed
39 propter extensionem propriam esse speciem quantitatis.

Sententiam item secundam non erit difficile ad hunc sensum accommodare. nam argumentum eius solum conuincit non esse quantitatem diuerso modo consideratam iuxta sensum priorem, ita vt constitutio ipsa prædicamentalis diuersa sit ad nisso igitur eandem esse ex hac parte considerationem, libenter etiam admittit speciali quadam ratione esse in præsentiarum consideratam mensuram, tãquã proprietatẽ quantitatis nobis notissimam, per quam essentia quantitatis ex distinctione specierum, ac modus, quo ab vniuersis participetur facilius percipiuntur.

Secunda sententia explicatur

Superest tamen Aristotelem à contradictio ne liberare postquam orationis, & loci nullam mentionem fecisse in metaph. constet, & tempus inter quanta per accidens retulisse (vt argumentis prioris sẽtẽtiæ ex hac parte fiat satis) Non pauci sunt, qui dicant Aristotelem in metaphysica eas solum numerare species quantitatis, in quibus vera essentia quan-
40. titatis reperitur, atque etiam, quæ vere sint distinctæ, in dialectica vero non eas solum: sed plures alias, vt locum, orationem, & tempus, quæ in ore vulgi tanquam species quantitatis passim circumferebantur, etiam si iuxta veritatem rei, vel non sint species quantitatis per se, vel certe non sint distinctæ ab eis, quas in metaphysica recensuit: sic videtur sentire Caietanus in commentarijs huius capitis, & Louanienses in scholijs.

Aristotelis loca exponuntur.

Sed quam friuola sit hæc solutio, vel ex ipso modo loquendi Aristotelis facile intelligitur, qui non solum asserit, sed ex professo probat has omnes esse species quantitatis per se, à quãtis per accidens distinctas: constabit etiam clarius, cum suis locis discussum à nobis fuerit, veram ne & intrinsecam habeant extensionem formaliter saltem distinctam, quæ distinctio ad specificam differentiam constituẽdam sufficit.

Reijcitur prædicta solutio.

Vera solutio est Aristotelem in metaphysica genera dumtaxat diuersa quantitatis enumerasse, nec sub eis vniuersas species, quod & fecit in prædicamento substantiæ, ac cæteris, quæ post quãtitatem sequuntur, pluribus quidem speciebus subalternis prætermissis: neque enim necesse fuit sigillatim recensere omnes, quas tamen ex vniuersalium ratione explicata facile deducere possumus, sub multitudine igitur non solum numerum, sed etiam orationem comprehendit, quam quam solum in numero omnibus notissimo exempla produxerit, sub superficie etiam in genere nominata speciales modos illius comprehendisse voluerunt nonnulli, nempe quem habet in quantum secundum absolutam longitudinem & latitudinem diuisibilis est atque etiam in quantum locatum ambit, ita vt in communi accepta genus sit respectu loci, & superficiei quæ est secunda species quantitatis, sed quid in hac re dicendum sit quæstione sexta constabit respectu loci. 41

Vera solutio.

De tempore autem ita dicendum cẽseo, inter quanta per accidens relatum esse ab Aristotele, quia quantum per se duplex est, vnum stricta significatione, quod neque ab alio extẽditur, neque in ordine ad aliud, nec ratione alienæ diuisibilitatis diuiditur, neque ad diuisionem alterius vllo modo. Secundo, quantum per se dicitur vocabulo tantisper extenso illud quod licet intrinsecam extensionem habeat, non tamen vsquequaque absolutam, sed in ordine ad aliud desumptam, & eiusmodi est tempus, quod licet extensionem propriæ durationis habeat, & secundum eam præsens, præteritum, & futurum, in quas differentias tanquam in partes intrinsecas diuiditur, non tamen sine ordine ad motum, ex cuius continuo fluxu causatur, excluditur ergo à ratione quantitatis per se iuxta primam illam, strictamque significationem, & appellatur merito quantum per accidens, eadẽ ratione, in quantũ per accidens dicitur omne illud, quod non est eo modo per se. Cæterùm si quantum per se in communi accipiatur, prout abstrahit ab vno, vel alio modo perseitatis, vere appellatur quantum per se, vt ab albedine, motu, ac cæteris distinguitur, quæ non nisi aliena extensione quanta sunt, ideo omnino per accidens.

Quid dicendum de tẽpore secundum Arist.

42.

In Metaphysica ergo strictius loquitur Aristoteles, de quantitate per se, vt Metaphysicum decebat, præcisas, ac formalissimas rationes entium contemplãtem, ideo tempus inter quanta per accidens retulit, at in dialectica abstractius quantum per se sumit, atque vt plures modos perseitatis complectitur, iuxta quos in plures etiam diuiditur species, sub eoque 43.

eoque tempus comprehenditur, & ita oportuit quantũ per se considerare, vt omnes modos illius, vniuersasque species agnoscens dialecticus maiorem prædicatorum copiam consequi posset, ad enunciationes, & syllogismos constituendos. Hac igitur de causa tempus hic quantum per se voluit appellare, quia absoluta locutione tale est: in Metaphysica vero quantum per accidens, quasi non per se stricto modo perseitatis. Hanc solutionem non obscure insinuat D. Thomas 5 Metaphysicæ lectione 15. §. vltimo: eam plane sequitur Sonzinas 5. metaphysicæ quæst. 24. ad quintum.

QVAESTIO TERTIA.

Habeat ne quantitas alias proprietates præter tres ab Aristotele enumeratas, & quænam illæ sint.

Rationes, quibus proprietates Quantitatis male esse designatas ostenditur proponuntur.

QVæstione prima huius capitis essentiam quantitatis explicantes, proprietates eius enumerauimus, simul ostendentes quo ordine ab ea oriantur, quæue ei conueniant quarto modo, & cum ea ad conuertentiam dicantur, nunc vero percurrere eas oportebit, ad vnguemq; examinare, an omnes sint veræ proprietates, mensura præsertim, & esse fundamentum æqualitatis, in quibus specialis est difficultas. Et primo de mensura, nam vt Aristoteles docet 10 Metaphysicæ capit. 1. & 2. omnis mensura refertur ad vnitatem, qua repetita certi reddimur de Quantitate cuiusque rei, de discreta quidem, quam per vnitatem numeramus, de continua quoque, nam sic pede, palmo, vlna, vel alia mensura continua vtimur ad eandem mensurandam, vt in tempore, anno, die, & similibus. Eiusmodi omnes mensuræ in tantum certos nos efficiunt de quantitate continua, in quantum per repetitionem adæquare eam possunt, atque adeò in quantum loco vnitatis accipiuntur, vnde sequitur soli vnitati conuenire, quæ cum non sit quantitas, sed quantitatis principium, fiet vt principio duntaxat, non quantitati insit, neq; eius proinde possit esse proprietas, & etiam si quantitati conueniret, soli discretæ cuius principiũ

44. (margin beside "tebit, ad vnguemq;")

Prima ratio dubitandi de mensura.

est vnitas: ac demum si continuæ, & discretæ, non vniuoce, sed analogicè, nam per se primo discretæ, continuæ vero per participationem, & similitudinem cum vnitate: ex quibus etiam elicitur, non esse passionem quantitatis, quia eodem modo conuenit alicui proprietas, ac essentia, à qua effluit, sed essentia quantitatis conuenit vniuocè continuæ, & discretæ, cum sit earum genus, ergo sic deberet conuenire mensura eis, si esset proprietas quantitatis: cum ergo analogicè de vtraque dicatur, vtpote per se primo de discreta, quasi secundario de continua, fit vt non sit eius proprietas. 45.

Secundo: mensura debet esse homogenea, hoc est eiusdẽ generis cum mensurato, vt testatur Aristoteles 10. Metaphysicę capite primo, & secundo, sed continua, & discreta quantitas sunt genere diuersa, ergo correspondent eis diuersa genera mensuræ, quæ si sit propria passio quantitatis, non erit vna sed multiplex. II. Ratio. 46.

Postremo, licet quantitas continua, vel discreta non possit dari actu infinita (de quo non disputamus) illud tamen notum est apud Aristotelem, & omnes, non repugnare ratione quantitatis infinitatem, licet aliunde forte repugnet esse actu infinitam in rerum natura: vnde Aristot. 6. topicorum cap. 3. loco 78. de linea infinita docuit vniuocam habere rationem cum finita, licet terminis careat: vniuocè igitur communis est ratio quantitatis ad finitam, & infinitam, sed mensura non conuenit infinitis quantitatibus, quibus repugnat vnitate, vel quauis alia mensura comprehendi, ergo non est proprietas quantitatis. III. Ratio.

Neque refert aliquid, si dicatur posse secundum partes mensurari, quia cũ verę sint quantitates ratione totius, eandem oportebit eis propriam passionem quantitatis conuenire. *Reijcitur solutio.*

De finito, & infinito probatur secundo nõ esse passiones quantitatis, quia valde probabile est contradictionem implicare, quòd quantitas sit actu infinita, siue illa continua sit, vel discreta, ergo alterum membrum repugnat quantitati, imo simpliciter est impossibile, si contradictionem continet, esse quantitatem actu infinitam: quod autem contradictionem claudit, nihil est, ergo infinitum nõ potest esse quantitati proprium, & quamuis possibile esset complexum quoddam, *est finitum, vel infinitum*, passio vero simplex, vel incomplexa esse debet. *Probatur finitum, & infinitum nõ esse passiones quantitatis.* 47.

De æquali demum, & inæquali non minus

 efficaci-

(vt absque dubio potest) duo corpora in eodē loco includeret: vnde (vt vno verbo hanc proprietatem quantitatis designemus) impenetrabilitatem formalem eam vocare possumus.

Ecce quantitatis proprietates, quę ei quarto modo conueniunt, & cum ea reciprocantur: nam duæ aliæ ab Arist. designatæ, nempè cōtrarium non habere, nec magis, minus vè suscipere, non sunt proprietates eius simpliciter, sed secundum quid, cum non conueniant ei quarto modo, sed communes sint substantiæ, & multis alijs accidentibus.

Cur Arist. descripserit quantitatem.

Arist. autem quantitatem per primam proprietatem explicuit præsenti definitione, videlicet per diuisibilitatem in partes extensionis, quas habet formaliter, & sine ordine ad extrinsecum, & non per essentiam, quia nobis notior erat proprietas hæc, & ideò facilius per eā, essentiam quantitatis possemus intelligere: quare descriptio potius censenda est, quā quidditatiua definitio: talisq; ac si quispiam hominem describeret his verbis, homo est animal disciplinæ capax.

Reijcitur radicē impenetrabilitatis esse essētiam quantitatis.

Moderni verò tertiam sententiam quasi nouam inuenerunt asserentes essentiam quantitatis in eo esse ponendam, quod radix sit impenetrabilitatis: nobis vero propterea non probatur, quia licet verum sit essentiam quantitatis esse radicem impenetrabilitatis, sicut est etiam radix diuisibilitatis, & aliarum proprietatum, tamen hæc ratio nimis generalis est, & satis confusa, cum ergo per distinctam rationē explicanda sit rei essentia, vt nobis innotescat,
27. non benè per confusam designatur quantumlibet intrinsecam, quod hoc exemplo conuincitur. Si quispiam à te quæreret, quæ nam sit hominis essentia, aut in quonam ponenda? non bene ei responderes essentiam eius esse radicem risibilitatis, vel admirationis, vel in eo essentiam eius consistere, quòd harum proprietatum, vel alicuius earum radix sit, cum generalis sit, atq; confusa hæc ratio quantumlibet intrinseca, & adhuc ea designata non minus ignota sit essentia, quàm prius: sed respondendum esset essentiam hominis consistere in eo quòd sit animal rationale: hæc enim ratio particularis est, ac distincta.

Stabilitur communis, & vera sententia.

Communis sentētia approbatur.

Melius ergo antiqua scholæ sententia ponit essentiam quantitatis in extensione, aut in eo, quod est habere partem extra partem secūdum extensionem, & molem: hęc est enim prima, propria, intima, ac distincta ratio quantitatis, à qua prodeunt proprietates suo ordine, vt à nobis expositæ sunt Hanc sententiam sic explicatam sequuntur Dur. in 1 d. 34. quæst. 1. num. 26. Nimph 5. metaph quæst. 9. Mag. Sor. & P Tol. quæst 1. huius prædicamenti. Canter. in commētarijs eiusdem inter exponendam eandem quantitatis descriptionem P. Fons. 5. metap. c. 13. quæ. 1. sect. 3. & maior modernorum pars: estque valde consentanea doctrinæ Arist. qui non obscure indicauit 28.
extensionem partium esse quantitatis essentiā, dum eam per diuisibilitatem in easdem partes descripsit, Etenim si, *quantum*, est diuisibile in partes extensionis, necesse est ex eis esse cōpositum, & prius quidem talem compositionem in eo intelligimus, atque adeò tanquam essentialem, à qua eadem ipsa diuisibilitas oritur.

1. Ratio.

Probatur duplici ratione satis efficaci. Prior est, quia essentia cuiuslibet accidentis ex proprio modo intrinseco afficiendi substantiam accipitur, vt essentia relationis ex eo, quod nata est eam ordinare ad aliud, essentia qualitatis ex eo, quòd eam modificādo tali modo determinat, &c. sed proprius modus quantitatis est natam esse afficere substantiam secundum extensionem, & molem partium, ergo in hac extensione ponenda est essentia eius.

2. Ratio.

Posterior ratio est: quia essentia rei cōsistit in eo, quod primum in ea concipit benè eam intelligens, ex quo oriuntur cætera, sed primū, quod concipit in quantitate bene eam intelligens, est extensio partium, vel habere vnam partem extra aliam secundum extensionem, & molem, & ex hac sequuntur cætera, quæ ei attribuuntur, vt quòd sit diuisibilis, mensurabilis, quod sit fundamētum æqualitatis, quòd extensa in ordine ad locum, quòd impenetrabilis cum alia: nec solum proprietates istæ sequuntur extensionem, sed adhuc prius intelligitur in quantitate, quam quod radix sit earū, ex eo enim intelligimus quantitatem esse radicem diuisibilitatis, æqualitatis, localis extensionis, & impenetrabilitatis, quia in se est extensa secundum partes molis, hæc igitur extensio tanquam prima est essentialis eius ratio.

Confirm.

Ad concordiam reuocantur omnes sententiæ.

Conciliantur opiniones.

QVod si duæ priores sententiæ velint essentiam quantitatis esse diuisibilitatem, vel mensuram, non pro ratione formali vtriusque (nam si acceptas constat ex superiori
29 doctrina esse proprietates ab extensionè emanantes, eaque posteriores, veluti effectus posteriores sunt suis causis) sed pro radice, à qua emanant, non secus, ac disciplinæ capacitas, admiratio, & risibilitas ab essentia hominis, cum eiusmodi radix sit extensio partium iam à nobis explicata, non dissentiunt à communi sentẽtia. Et certe probabile mihi est hũc sensum tenuisse earum patronos volentes veram quãtitatis essentiam per has proprietates nobis notiores ostendere: quemadmodum Aristot. ipsum, cum per proprietatem diuisibilitatis quantitatem descripsit, fecisse arbitramur.

In quo differat modernorum sententia à cõmuni.

Postrema verò modernorum sententia idem fere nobiscum sentit, & solum in modo explicandi essentiam quantitatis differt, eam non per distinctam, ac peculiarem rationem designans, sed quasi per communem, atq; confusam (vt vidimus) vere tamen quantitati intrinsecam.

Diluuntur argumenta primæ, ac secundæ opinionis.

Ad 1. 1. Sent.

SOLVM superest argumenta primæ opinionis percurrere, & primum quidem assumpsit falsum: quod quantitas prius afficiat substantiam sub ratione mensuræ, quàm extensionis, aut diuisibilitatis, vt enim quantitas prius intelligitur in se extensa, quàm mẽsurabilis ab altera, aut alterius mensuratiua: ex illo namque habet hoc, pari ratione prius confert substantiæ extensionem, quam eam constituant mensurabilem.

Ad 2.

Secundum argumentum solum probat notiorem nobis esse rationem mensuræ diuisibilitate, aut extensione, ac propterea facilius quo
30 ad nos distingui nonnullas species quantitatis per illam, quas tamen à priori separat diuersa ratio extensionis, vt suis locis ostenditur, & in

Explicant. Arist. & D. Thom.

hoc sensu accipiuntur verba Aristotelis, ac Diui Thomæ in fauorem eiusdem sententiæ allata, præsertim cùm ex alijs expressionibus verbis constet, non in mensura, sed in extensione aut diuisibilitate iam à nobis explicatis, rationem quantitatis eos collocasse: per hanc enim descripsit eam Aristoteles quinto metaphysic. capite decimo quinto, & D. Thomas ibidem lectione decima quinta sufficientiam specierum huius prædicamenti desumpsit.

Ad argumenta secundæ sententiæ respondetur.

ARgumenta vero secundæ opinionis longè minorem efficacitatem habent aduersus sententiam nostram, nam cùm diuisibilitas sit prima passio quantitatis, per eam descripsit Aristoteles quantitatem, vt pote nobis notiorem, per quam facilius in notitiam extensionis (quæ vera essentia eius est) possemus deuenire, rationem verò continuæ, ac discretæ quantitatis per partes copulatas termino communi, vel non copulatas probauit, quæ indifferẽter accommodari possunt diuisibilitati, & extensioni, huic tanquam essentiæ, illi vero vt proprietati, mensuræ vero non accommodantur, quod vero sufficientia specierum quantitatis ex diuisibilitate accipiatur, non probat esse essentiam, sed satis est esse proprietatem nobis notiorem ex qua sicut desumpta est, vt nobis notior fiat essentia posset ab extensione accipi, nisi à notioribus nobis, quantum fieri posset, procedendum esset.

QVAESTIO SECVNDA.

Consideretur ne quantitas capite præsenti sub ratione extensionis essentiali, vel sub ratione mensuræ.

Refertur sententia affirmans considerari quantitatem in prædicamentis sub ratione mensuræ.

QVanquam ad concordiam reuocari potuerint diuersa Doctorum placita circa essentiam quantitatis, dissident tamen 1. Sentent.

circa modum, quo in præsentiarum consideratur ab Aristotele, nonnullis affirmantibus diuersum esse modum considerandi in Logica, & in metaphysica, ita vt eo loco propria essentia extensionis consideretur, in præsentiarum verò ratio mensuræ. Alij verò, quemadmodum essentialem rationem eandem esse cernunt, sic etiam modum considerationis eundem esse arbitrantur, extensio partium inquiunt, in metaphysica ostenditur, & eadem in dialectica consideratur.

Varij opinandi modi.

Primus modus. Præbuit autem prioribus non leuem occasionem ita opinandi Aristoteles, quatuor dumtaxat species quantitatis per se enumerans, videlicet lineam, superficiem, & corpus ex continuis, & solum numerum ex discretis, locum autem, & tempus recensens quidem, sed
32. inter quanta per accidens, non secus, ac motum, orationem verò prætermittens: constat autem id quinto metaphysicæ capite 13. de quantitate. At capite præsenti septem species recensuit, quatuor prædictis adiungens locum tempus, & orationem. Sibi ergo contrarius erit Aristoteles, nisi eum à contradictione liberet diuersus modus considerandi quantitatem, in metaphysica quidem sub extensione, & diuisibilitate, in dialectica sub ratione mensuræ.

Ex Arist.

Idque valde consentaneum est naturæ harum quantitatum, nam locus non habet aliam extensionem partium à superficie: sed ad duas dumtaxat dimensiones longitudinis, & latitudinis partes eius extendũtur, ideo sub ratione essentiali quantitatis non est distincta ab ea species: mensura verò eas distinguit, siquidem locus est mensura extrinseca locati, superficies verò intrinseca sui corporis, quod terminat: tẽpus item non habet aliam à motu extensionem, sed ex fluxu illius per spatium resultat duratio ei propria. Vnde quemadmodum motus extensionem ab spatio participat, ita etiam à motu tempus, & de primo ad vltimũ ab eodem spatio, ac propterea vtrumque est
33. quantum per accidens: at si spectes mensuram, propriam in tempore inuenies, minime in motu: qui duratione temporis mensuratur, tantus est enim, quantam durationem consumit, merito ergo rationem mensuræ attendẽs Philosophus, locum à superficie speciem distinctam fecit, tempus inter quanta per se numerauit, orationem denique per mensuram à numero distinxit, cum ratio discreti eadem sit in vtroque, vel quod vero similius est, orationem censuit Aristoteles esse quantum per accidens, si extensionem consideremus, cùm nõ sit aliud, quam prolationis modus, vidit autem propriam habere mensuram, & idcirco speciem esse docuit discretæ quantitatis, id ex eadem mensura probans, quia mensuratur, inquit, syllaba longa, & breui: consentiunt igitur diuersa loca Aristotelis posita diuersa consideratione quantitatis, quæ planè sunt opposita, si eodem modo vtrobique consideretur.

A simili.

Probatur secundo, ex diuersis metaphysicæ, ac dialecticæ institutis: etenim cùm metaphysicæ obiectum sit ens reale ad ipsam pertinet considerare res in quantum sunt partes, vel modi entis realis, atque adeo secundum propriam entitatem, & essentiam, dialecticæ verò officium est ex notioribus nobis res spectare, in quantum plura ex eis prædicata multiplicari possunt, vt maiorem habeat prædicatorum copiam ad enunciationes, & syllogismos cõponendos, sed ita se res habet, quod mensura notior est nobis diuisibilitate, vel extensione, & secundum eam plures multiplicantur species quantitatis (vt vidimus) ergo valde fuit dialectico proprium quantitatem sub ratione mensuræ spectare: & non minus ad metaphysicum munus pertinebit consideratio extensionis. 2. Ratio. 34.

Propter hæc tenuerunt D. Thomas hanc partem 5 metaphysicæ lectione 15 & opusculo 42 capit. 2. & cum ipso Iauellus 5. metaphysicis, quæstione 20. Caietanus in commentarijs huius capitis, & magister Sotus quæstione 1. quam sequutus etiam videtur Albertus Magnus, tractatu 8. capite 1. vbi reddens causam, ob quam Aristoteles capite præsenti quantitatem in communi non definierit, ait, quia si definienda esset, non nisi per mensuram posset explicari.

Secunda sententia asserens considerari quantitatem sub ratione extensionis.

MODERNIS vero interpretibus Aristotelis non placet hæc sententia. 2. Sent.
Sed eandem esse vtrobique considerationem tenent, quemadmodum eadem semper est ratio prædicamentalis quantitatis, Huius sententiæ inter alios fuit Doctor Toletus, 35.
quæstione 2. huius capitis ad 4.

Eam-

Fundamentum. Eamque hac ratione (procul dubio efficaci) confirmat, mensura est propria passio quantitatis (oppositæ adhuc sententiæ patronis admittentibus) ergo repugnat paucioribus conuenire, quam essentiam quantitatis: vnde sequitur euidenter, non esse plures species quantitatis sub ratione mensuræ, quam extensionis, vel diuisibilitatis, nam tunc fieret pluribus propriam passionem conuenire, quam essentiam, nempe orationi, & loco & tempori. quod si de proprietatibus quarto modo sit sermo (de quorum numero apud omnes est mensura) manifestam contradictionem implicat; & vt vno verbo argumentum constituamus, sequeretur plane alicui conuenire propriam passionem, cui non conuenit essentia, quod maius absurdum est.

Vera sententia proponitur, & priores ad concordiam reuocantur.

Vera sent. LITEM hanc non secus ac præcedentem componere possumus eiusmodi vtentes distinctione: *Diuerso modo consideratam esse quantitatem ab Aristotele his duobus locis:*
36. duplicem sensum efficere potest; priorem quidem talem, vt genera, species, ac integrum prædicamentum quantitatis à supremo genere ad atomas vsque species, & indiuidua, extensio, vel diuisibilitas constituat in metaphysica cōsideratione, in consideratione vero Logica mēsura; quod adeo absurdum est, vt nec somniasse D. Thom. & cæteros prioris sententiæ patronos credere possim; id enim non aliud esset, quam duo suprema genera quantitatis ratione formali diuersa ponere, quorum vnum extensio partium, vel diuisibilitas sit; alterum mensura; geminas item species subalternas & atomas, ex quibus, cum recta linea prædicamenti constituatur, duo essent prædicamenta quantitatis ponenda præter communem Aristotelis, & totius scholæ sententiam, & contra rationem ipsam; quæ pro essentia, & proprietatibus non esse prædicamenta intra eundem modum essendi multiplicanda docet; sed referēdas esse ex directo ad aliud prædicamentum diuersum ab eo, quod essentiam constituit, vt in passionibus hominis notum est: vel certe in eodem essentiæ prædicamento reductiue esse collocandas: quibus accedit rem quamlibet secundam essentiam in prædicamento collocari non secundum proprietatem, cum ex rerum essentijs prædicamenta constituantur, ergo consideratio mensuræ non valet prædicamentum quantitatis vllo modo constituere.

Supposito igitur prædicamentum ex diuersa consideratione non variari, secundus sensus esse potest, quantitatem considerari diuersa ratione in quantum vno, vel alio modo ea vtitur Aristotel. ad colligendas, probandas, siue etiam explicandas species quantitatis, in quo sensu verum est habitam esse in præsenti loco specialem quandam rationem mensuræ, tanquam nobis notioris, per quam facilius percipimus quantitatem orationis, distinctionem loci à superficie, & temporis à motu in ratione quantitatis per se, nam & si negandum non sit orationem, & tempus esse quanta per se (vt mox ostendemus) non solum in ratione mensuræ, sed extensionis, & locum sub eadem consideratione quosdam distinguere à superficie, sed non adeò manifesta hæc sunt ex consideratione essentiæ, quam proprietatis eiusmodi magis à nobis exploratæ: nec nouum est, sed antiquissim apud Aristotelem rerum essentias à posteriori per proprietates perspicuas facere: extensionem igitur, distinctionem specierum, rationem demum, qua à tēpore, & oratione participatur, aperuit Aristoteles per mensuram, licet aliquando etiam vsus fuerit rationibus ex diuisibilitate, & extensione petitis ad probandum vnum, vel alterum de speciebus quātitatis notissimis, vt de linea, superficie, corpore, & numero probauit esse continuas, vel discretas quantitates, quia partibus constant communi termino copulatis, vel non copulatis, in quo sensu accipienda est absque dubio sententia Diu. Thomæ, & aliorum. Et quod Diuus Thomas docere videtur sub ratione diuisibilitatis nō distingui locum à superficie, neque tempus esse quātum per se, sic intelligunt multi, vt nō facile innotescat illorum distinctio nisi sub ratione mensuræ cōsiderentur, & cum extensio, & diuisibilitas temporis, propter intimā cum motu cōiunctionē maxime ab eo depēdeat, difficile esset sic discernere inter vnum, & alterum, vt tempus reputaretur quantū per se, cū motus inter quanta per accidens connumeraretur: itaq; nisi quispiam in hisce rebus per quā versatus esset, nesciret profecto locū à superficie separare, vel tēpus quantum per se iudicare nisi interueniente mēsura, cuius consideratio perspicuum vtrunq; facit. 38.

Et hoc solum probare possunt duo argumenta prio-

2. Sensus. 37.

Soluuntur argumenta prioris sent.

ra prioris sententiæ: nam quo pacto, & tempus
inter quanta per se sit recensendum, & an lo-
cus à superficie distinguẽdus sub ratione diui-
sibilitatis, suis locis ostendetur, atque etiam o-
rationem non solum propter mensuram, sed
39 propter extensionem propriam esse speciem
quantitatis.

Secunda sententia explicatur

Sententiam item secundam non erit diffi-
cile ad hunc sensum accommodare, nam argu
mentum eius solum conuincit non esse quan-
titatem diuerso modo consideratam iuxta sen-
sum priorem, ita vt constitutio ipsa prædica-
mentalis diuersa sit admisso igitur eandem es-
se ex hac parte considerationem, libenter et-
iam admittit speciali quadam ratione esse in
præsentiarum consideratam mensuram, tãquã
proprietatẽ quantitatis nobis notissimam, per
quam essentia quantitatis ex distinctione spe-
cierum, ac modus, quo ab vniuersis participe-
tur facilius percipiuntur.

Aristotelis loca exponuntur.

Superest tamen Aristotelem à contradictio
ne liberare postquam orationis, & loci nullam
mentionem fecisse in metaph. constet, & tem-
pus inter quanta per accidens retulisse (vt argu
mentis prioris sentẽtiæ ex hac parte fiat satis)
Non pauci sunt, qui dicant Aristotelem in
metaphysica eas solum numerare species
40. quantitatis, in quibus vera essentia quan-
titatis reperitur, atque etiam, quæ vere sint di-
stinctæ, in dialectica vero non eas solum: sed
plures alias, vt locum, orationem, & tempus,
quæ in ore vulgi tanquam species quantitatis
passim circumferebantur, etiam si iuxta verita
tem rei, vel non sint species quantitatis per se,
vel certe non sint distinctæ ab eis, quas in me-
taphysica recensuit: sic videtur sentire Caieta-
nus in commentarijs huius capitis, & Loua-
nienses in scholijs.

Reijcitur prædicta solutio.

Sed quam friuola sit hæc solutio, vel ex ipso
modo loquendi Aristotelis facile intelligitur,
qui non solum asserit, sed ex professo probat
has omnes esse species quantitatis per se, à quã
tis per accidens distinctas: constabit etiam cla-
rius, cum suis locis discussum à nobis fuerit, ve-
ram ne & intrinsecam habeant extensionem
formaliter saltem distinctam, quæ distinctio
ad specificam differentiam constituẽdam suf-
ficit.

Vera solutio.

Vera solutio est Aristotelem in metaphy-
sica genera dumtaxat diuersa quantitatis enu-
merasse, nec sub eis vniuersas species, quod &
fecit in prædicamento substantiæ, ac cæteris,
quæ post quãtitatem sequuntur, pluribus qui-
dem speciebus subalternis prætermissis: neq; 41
enim necesse fuit sigillatim recensere om-
nes, quas tamen ex vniuersalium ratione ex-
plicata facile deducere possumus, sub multitu-
dine igitur non solum numerum, sed etiam
orationem comprehendi, quamquam solum
in numero omnibus notissimo exempla pro-
duxerit, sub superficie etiam in genere nomi-
nata speciales modos illius comprehendisse
voluerunt nonnulli, nempe quem habet in
quantum secundum absolutam longitudinem
& latitudinem diuisibilis est atque etiam in
quantum locatum ambit, ita vt in communi
accepta genus sit respectu loci, & superficiei
quæ est secunda species quantitatis, sed quid
in hac re dicendum sit quæstione sexta consta-
bit respectu loci.

Quid dicendum de tẽpore secundum Arist.

De tempore autem ita dicendum censeo, in-
ter quanta per accidens relatum esse ab Ari-
stotele, quia quantum per se duplex est, vnum
stricta significatione, quod neque ab alio extẽ-
ditur, neque in ordine ad aliud, nec ratione a-
lienæ diuisibilitatis diuiditur, neque ad diuisi-
onem alterius vllo modo. Secundo, quantum
per se dicitur vocabulo tantisper extenso illud
quod licet intrinsecam extensionem habeat,
non tamen vsquequaque absolutam, sed in or- 42.
dine ad aliud desumptam, & eiusmodi est tem-
pus, quod licet extensionem propriæ duratio-
nis habeat, & secundum eam præsens, præteri-
tum, & futurum, in quas differentias tanquam
in partes intrinsecas diuiditur, non tamen sine
ordine ad motum, ex cuius continuo fluxu
causatur, excluditur ergo à ratione quantita-
tis per se iuxta primam illam, strictamque si-
gnificationem, & appellatur merito quantum
per accidens, eadẽ ratione, in quantũ per acci-
dens dicitur omne illud, quod non est eo mo-
do per se. Cæterùm si quantum per se in com-
muni accipiatur, prout abstrahit ab vno, vel
alio modo perseitatis, vere appellatur quan-
tum per se, vt ab albedine, motu, ac cæteris
distinguitur, quæ non nisi aliena extensione
quanta sunt, ideo omnino per accidens.

In Metaphysica ergo strictius loquitur A-
ristoteles, de quantitate per se, vt Metaphy-
sicum decebat, præcisas, ac formalissimas ratio
nes entium contemplãtem, ideo tempus inter 43.
quanta per accidens retulit, at in dialectica
abstractius quantum per se sumit, atque vt
plures modos perseitatis complectitur, iuxta
quos in plures etiam diuiditur species, sub
eoque

eoque tempus comprehenditur, & ita oportuit quantũ per se considerare, vt omnes modos illius, vniuersasque species agnoscens dialecticus maiorem prædicatorum copiam consequi posset, ad enunciationes, & syllogismos constituendos. Hac igitur de causa tempus hic quantum per se voluit appellare, quia absoluta locutione tale est: in Metaphysica vero quantum per accidens, quasi non per se stricto modo perseitatis. Hanc solutionem non obscure insinuat D. Thomas 5 Metaphysicæ lectione 15. §. vltimo: eam plane sequitur Sonzinas 5. metaphysicæ quæst. 24. ad quintum.

QVAESTIO TERTIA.

Habeat ne quantitas alias proprietates præter tres ab Aristotele enumeratas, & quæ nam illæ sint.

Rationes, quibus proprietates Quantitatis male esse designatas ostenditur proponuntur.

QVæstione prima huius capitis essentiam quantitatis explicantes, proprietates eius enumerauimus, simul ostendentes quo ordine ab ea oriantur, quæue ei conueniant quarto modo, & cum ea ad conuertentiam dicantur, nunc vero percurrere eas oportebit, ad vnguemq; examinare, an omnes sint
44. veræ proprietates, mensura præsertim, & esse fundamentum æqualitatis, in quibus specialis est difficultas. Et primo de mensura, nam vt Aristoteles docet 10 Metaphysicæ capit. 1. & 2. omnis mensura refertur ad vnitatem, qua repetita certi reddimur de Quantitate cuiusque rei, de discreta quidem, quam per vnitatem numeramus, de continua quoque, nam sic pede, palmo, vlna, vel alia mensura continua vtimur ad eandem mensurandam, vt in tempore, anno, die, & similibus. Eiusmodi omnes mensuræ in tantum certos nos efficiunt de quantitate continua, in quantum per repetitionem adæquare eam possunt, atque adeo in quantum loco vnitatis accipiuntur, vnde sequitur soli vnitati conuenire, quæ cum non sit quantitas, sed quantitatis principium, fiet vt principio duntaxat, non quantitati insit, neq; eius proinde possit esse proprietas, & etiam si quantitati conueniret, soli discretæ cuius principiũ est vnitas: ac demum si continuæ, & discretæ, non vniuoce, sed analogicè, nam per se primo discretæ, continuæ vero per participationem, & similitudinem cum vnitate: ex quibus etiam elicitur, non esse passionem quantitatis, quia eodem modo conuenit alicui proprietas, ac essentia, à qua effluit, sed essentia quantitatis conuenit vniuocè continuæ, & discretæ, cum sit earum genus, ergo sic deberet conuenire mensura eis, si esset proprietas quantitatis: cum ergo analogicè de vtraque dicatur, vtpote per se primo de discreta, quasi secundario de continua, fit vt non sit eius proprietas. 45.

Prima ratio dubitandi de mensura.

II. Ratio. Secundo: mensura debet esse homogenea, hoc est eiusdẽ generis cum mensurato, vt testatur Aristoteles 10. Metaphysicę capite primo, & secundo, sed continua, & discreta quantitas sunt genere diuersa, ergo correspondent 46.
eis diuersa genera mensuræ, quæ si sit propria passio quantitatis, non erit vna sed multiplex.

III. Ratio. Postremo, licet quantitas continua, vel discreta non possit dari actu infinita (de quo non disputamus) illud tamen notum est apud Aristotelem, & omnes, non repugnare ratione quantitatis infinitatem, licet aliunde forte repugnet esse actu infinitam in rerum natura: vnde Aristot. 6. topicorum cap. 3. loco 78. de linea infinita docuit vniuocam habere rationem cum finita, licet terminis careat: vniuocè igitur communis est ratio quantitatis ad finitam, & infinitam, sed mensura non conuenit infinitis quantitatibus, quibus repugnat vnitate, vel quauis alia mensura comprehendi, ergo non est proprietas quantitatis.

Reijcitur solutio. Neque refert aliquid, si dicatur posse secundum partes mensurari, quia cũ verę sint quantitates ratione totius, eandem oportebit eis propriam passionem quantitatis conuenire.

Probatur finitum, & infinitum nõ esse passiones quantitatis. De finito, & infinito probatur secundo nõ esse passiones quantitatis, quia valde probabile est contradictionem implicare, quòd quantitas sit actu infinita, siue illa continua sit, vel discreta, ergo alterum membrum repugnat quantitati, imo simpliciter est impossibile, si contradictionem continet, esse quantitatem
47. actu infinitam: quod autem contradictionem claudit, nihil est, ergo infinitum nõ potest esse quantitati proprium, & quamuis possibile esset complexum quoddam, *est finitum, vel infinitum*; passio vero simplex, vel incomplexa esse debet.

De æquali demum, & inæquali non minus efficaci-

Idem probatur 1. de æquali, & inæquali. efficaciter ostendi potest ad proprietates quantitatis non pertinere: in primis enim vniuersis quantitatibus non quadrat, minus namque quàm inter duo, æqualitas non reperitur: cui enim vnum æquale erit, si solum existat? vt vna linea, vel vnum corpus, & de tempore compertum est vnum esse, nulli igitur erit æquale.

Probatur secundo. Secundo, pluribus conuenit æqualitas, quæ non sunt quantitates, vt ponderibus, in quibus verè reperitur, libra enim vna alteri dicitur æqualis, & etiā si ingens sit pondus vnius
48. corporis, vt plumbi exempli gratia, æquale esse poterit cum lapideo addita maiori magnitudine secundum proportionem: at pondus ad genus qualitatis potius, quam ad quantitatem spectare videtur, ergo esse æqualem, vel inæqualem non est proprietas quantitatis.

Varijs Aristotelis testimonijs probantur proprietates quantitatis.

Decernitur vera sententia. Probatur ex Arist. De singulis tamē his proprietatibus euidens est apud Aristotelem quantitati conuenire: diuisibilitatis in primis, atque mensuræ mentionem expressam sæpe numero fecit Aristoteles capite præsenti, & 5. metaphysicæ cap. 13. de finito, & infinito his verbis docet esse passionem quantitatis 5. physicorum text. 15. *Substantiam autem infinitam, aut*
49. *qualitatem, aut passionem esse non contingit, nisi secundum accidens, si simul, & quantitates sunt, infiniti enim ratio quantitati congruit, &c.* De aptitudine autem occupandi locum satis expresse docet Aristoteles solis corporibus conuenire in prædicamento vbi, & situs: ac demum de æquali, & inæquali docet maximè proprium esse quantitatem ad calcem præsentis capitis, & pariter de impenetrabilitate, quæ ab ea oritur, & de eo, quod est non habere contrarium, nec magis, minusúe suscipere, quanquam istæ non sint proprietates quantitatis simpliciter, sed ei cum substantia, multisque accidentibus communes, vt quæst. 1. adnotauimus: & cum omnes sint ex communi consensu totius scholæ receptæ, non oportet rationibus ostendere, quod quantitati cōueniant, satis est enim manifestum.

Sententia Soti. Sed propter argumenta contra mensuram posita tenet Magister Sotus, quæstione prima, circa solutionem primi argumenti, conuenire quidem omni quantitati, cæterum non vniuoce, sed analogice, ita vt per se primo insit discretæ, & ratione illius continuæ: & quia vtrumque genus quantitatis non conuenit in vna ratione mensuræ, propterea, inquit, Aristoteles agens de quantitate sub ratione mensuræ præsenti loco, eam in generali non definiuit, sed diuisit, quemadmodum in prædicamento substantiæ à diuisione substantiæ in primam, & secundam cæpit, cuius definitum, cum esset analogum, non potuit definiri, nisi 50.
prius diuideretur, sed quomodo stare possint hæc duo, nempe ex vna parte mensuram esse proprietatem quantitatis, & ex alia non vniuoce conuenire his, quibus vniuoca est essentia, explicare debuisset Magister Sotus, ne eius sententia contradictionis, vel falsitatis argueretur. Reijcitur.

Nota. Pro solutione huius difficultatis, quidnam mensura sit, statuere oportet, deinde multiplex eius significatio erit distinguenda, ex his, quæ Aristoteles, & D. Thomas locis mox referendis de ea docent, vt eliciamus, quonam pacto sit proprietas quantitatis. Vniuersalem mensuram definit Aristoteles 10. Metaphysicæ capite 2. textu 2. hisce verbis: *Illud dicitur mensura, quo primo vnumquodque cognoscitur.* Mensuram vero quantitatiuam, in qua explicanda sermo noster versatur, sic eodem loco explicat, *Mensura, id est, quo quantum cognoscitur, &c.*

Variæ, ac diuersæ mensuræ acceptiones proponuntur.

Mensuræ variæ acceptiones. Mensura vniuersalis duplex est quemadmodum quantitas, virtutis, & molis, aut extensionis. Mensura virtutis ex ipsa rei, vel operationis perfectione accipienda est: sed adhuc est duplex, prima vna, proxima altera, prima mensura virtutis est
51. Deus Optimus Maximus, cuius substantia, & operatio propter infinitam perfectionem, omnium creaturarum mensura est, ita vt eo sit perfectior substantia creata, eiusque operatio, quo magis Deo appropinquat, quamuis enim creatura distet in infinitum à Deo, & ex hac parte non magis vna, quam alia dicatur distare, negatiuè vero intelligere possumus, & quasi à posteriori, eo minus distare à Deo, quo magis elongatur ab imperfectionibus, à quibus diuinum esse remotissimum est. Proxima mensura appellatur ea, quæ eiusdem ordinis est cum re mensurata, vt si supremum angelum dicamus esse mensuram proximam creaturarum

turatum omnium, cum primum teneat locum naturalis perfectionis: & de hac mensura proxima accipiendum est vulgatum illud in schola vsurpatum: *Mensura debet esse homogenea*, hoc est, eiusdem generis, cum re mensurata, fuit autem desumptum ex Aristotele 10. Metaphysicæ cap. 3. text. 4. vbi ita ait: *Semper autem mensura eiusdem generis est*: quod de proxima intelligi docent verba, quæ post prædicta subiungit: *Magnitudinum namque magnitudo secundum vnumquodque, longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, vocum vox, grauitatis grauitas, vnitas vnitatum, &c.*

52. Nam mensura prima alterius ordinis est. Rursus mensura prima, vna tantū esse potest, cùm non nisi res vna in culmine perfectionis posita sit, nempè Deus Opt. Max. qui cum sit infinite perfectus, vtpote independens ab alio, & rerū omnium perfectiones in se continens, prima perfectionis mensura merito appellatur. Proxima verò multiplex est, vt docet Arist. 10. metaph. cap. 2. text. 4. nam in quocunque rerū genere vna est mensura illius ordinis, vt in motibus cœlestis tanquam velocissimus, & regularis mensura ponitur: in durationibus duratio eiusdem, in vocibus elementum, vel litera: & in numeris vnitas: de qua vniuersaliter verum est, primum in vno quoque genere,

53. hoc est perfectissimum illius generis, mensuram esse cęterorum, vt in substantijs perfectissima substantia spiritualis: inter corporeas homo: inter colores albedo, & sic de cæteris. Docet id expresse Aristoteles Metaphysic. cap. 2. text. 3. sic autem accipiendum esse adnotat egregiè D. Thomas, prima parte, quæst. 10. artic. 6. ad quartum, vt non sit necessarium primum illud esse cæterorum illius generis causam, sed satis esse, vt sit omnium simplicissimum, id namque requiritur, & sufficit, vt in ratione mensuræ quantitatiuæ, vel virtualis, sit quasi eorum regula, & exemplar, sola autem mensura molis, vel extensionis in quantitate reperta propria est, ad cuius similitudinem talis dicitur virtualis mensura, & quæcunque hoc nomine nuncupatur.

Mensura molis est duplex.

Eiusmodi autem mensura molis duplex est, actiua vna, passiua alia, mensura actiua est, per quam aliud mensuramus: passiua vero est ipsa rei mensurabilitas, vel rem esse mensurabilem. Vnde quemadmodū contingit duobus modis rem esse mensurabilem, vno quidem,

54. primo per se, & intrinsece, alio per participationem, & quasi per accidens. Sic etiam mensura passiua duplex est, vna per se, & intrinseca, alia per accidens, & quasi ab extrinseco, primo & per se sola quantitas est mensurabilis, quia à se habet extensionem, per quam mensurabilis ab altera redditur, & eiusmodi mensura passiua, quasi intrinseca est substantiæ, albedini, ac cæteris rebus corporeis, quæ sicut partes extensionis non à se, sed à quantitate habent, ita ab eadem mensurabilitatem accipere dicuntur, in quantum eius ratione ab alio possunt mensurari: mensura autem actiua extrinseca est, vt locus dicitur mensura actiua locati, & motus cœli cæterorum omnium actiua est, atque etiam extrinseca mensura.

Mensura actiua extrinseca duplex.

Est autem duplex, vna principalis, & hæc est intellectus cuncta mensurans, alia instrumentalis, quę non est aliud, quàm id, quo vtitur intellectus ad mensurandā quamlibet quantitatem, vt vlna, palmus, & eiusmodi, & hæc est, quæ quantitati attribuitur, non prima: instrumentalis etiam mensura est, quam ad vnitatem reduci docuit Aristoteles: cæterum vnitatis nomine nō solum eam, quæ principium numeri est intelligimus, sed quodcunque initium discretæ quantitatis, vt in oratione syllabam, vel elementum, atque etiam in quantitate continua quod vnitati proportionabile mensuræ rationem habet, vt vlnam, palmum, &c. Vnumquodque enim istorum modum habet indiuisibilis, vel tale est in nostra apprehensione, quòd ad indiuisibile reduci potest, ac propterea eo vtimur ad cognoscendum quanta sit magnitudo, vel quælibet alia quantitas continua: licet enim verū sit quamlibet continuorum mensuram esse in se diuisibilem, cum sit quantitas, quoad nos tamen in vno quoque continuorum genere datur vnum aliquid, quod non amplius diuidimus ad mensurandum, sed per repetitionem illius, certi de quantitate reddimur, vt in tempore minutum, & in mensuris longitudinis vtimur vlnis, palmis, digitis, ac demum granis, & sic de cæteris, ita vt in quolibet ordine perueniamus ad vnum apud nos indiuisibile, quod locum habet, & similitudinem vnitatis, nam quemadmodum repetita vnitate mensuramus quantitatem discretam, pari ratione his indiuisibilibus repetitis metimur continuam, & modus ipse mensurandi discretus est, in nostro saltem intellectu, cum dicamus pannum tribus, vel quatuor mensurari vlnis, tempus tot horis, vel minutis, &c. Ecce mensuratam

(Right margin numbers: 55. beside "numeri est intelligimus"; 56. beside "mus ad mensurandum".)

suram quamlibet ad vnitatem reductam formaliter, quia cuiusque mensuræ principium vnitas est, vel aliquid, modum ac similitudinem vnitatis habens.

Mensura denique actiua instrumentalis, vna est naturalis, alia artificialis, naturalis est ea, quæ ex propria natura, & conditio-
57. ne habet alia mensurare, talis est vnitas respectu numerorum, talis syllaba respectu orationis, talis locus respectu locati, tempus respectu motus, artificialis vero ea dicitur, quæ ab arte inuenta est, & etiam ex hominum placito constituta, tales sunt omnes illæ, quibus ad quantitatem continuam mensurandam vtimur, artificialis mensura est annus, mensis, dies, hora, & minutum, vlna similiter, modium, passus, pes, &c. Vnde pro regionũ varietate mutari contingit, vt docet D. Thomas, opusculo 20. cap. 14. à quo prædictas mensurarum distinctiones accepimus, eas enim diuersis suæ doctrinæ locis tangit, his præsertim, quæ sequuntur. 5 Metaphysicæ, lectione 8. in primo, distinctione 8. quæst. 4. artic. 2. ad 3. in 2. dist. 2. quæst. 1. artic 2. ad quintum. De potentia quæst. 3. artic. 13 ad 24. de veritate quæst. 1. artic. 4. ad secundum, & quæst. 9. artic. 1.

Decernitur quonam pacto mensura sit proprietas quantitatis.

1. Assert. EX his sequitur quid de mensura statuendum sit in ordine ad quantitatem in tribus assertionibus consistens, quarum prima est. Mensura passiua intrinseca, quæ voca-
58. ri solet mẽsurabilitas, verè est proprietas quantitatis quarto modo ei conueniens, & vniuoce continuæ, ac discretæ quantitati.

Duo claudit assertio hæc; primum esse passionem quantitatis, à quo non dissidet Mag. Sotus, cum præter authoritatem Aristotelis hac ratione conuincatur. Esse mensurabilem conuenit omni quantitati, eo ipso quod partes habet extensas, soli autem conuenire compertum est, nam non est aliud habens intrinsecas partes extensionis præter quantitatẽ, & si cætera passiuè mensurabilia sint, ex eius participatione id habent, quemadmodum partes extensionis, neque dubium esse potest, quin semper quantitati conueniat, etiamsi nullus sit actiue mensurans.

Affirmat secundo assertio eadem vniuoce conuenire cunctis quantitatibus continuis, atque discretis contra Sotum. Quod non minus euidenter ostendo, nam propria passio natu- 59.
raliter ab essentia effluit, ergo cunctis, quibus essentia vniuoce conuenit, vniuoce attribui necesse est, nisi velis alicui conuenire simpliciter essentiam, cui non simpliciter, sed secundum quid conueniat propria passio: quod, quã sit absurdum, quis non videat? Et certè si habere partes extensionis intrinsecas vniuoce conuenit continuæ, ac discretæ quantitati (vt exploratum est) cum ratione harum partium conueniat ei esse mensurabilem, necesse erit vniuoce conuenire, vnde fiet non solum falsam, sed sibi repugnantẽ esse sententiam Magistri Soti: cum primum concedens, neget postremum.

Secunda assertio, mensura actiua non est proprietas quantitatis, neque quantitati per se conuenit, sed vnitati, vel alicui ei proportionabili. Veritatem huius assertionis ostendunt testimonia Aristotelis, & D. Thomæ allata: quibus profitentur mensuram actiuam, qua certi de quantitatibus reddimur, ad indiuisibilia esse referẽdam, quæ vnitatis nomine significantur. Verba Aristotelis loco superius memorata hæc sunt. *Mensura, id est, quo quantum cognoscitur, cognoscitur autem quantum vt quantum, aut vno, aut numero, omnis vero numerus vno, &c.* II. Assert. 60.

Et ratio idem docet, nam mensura actiua ea est, qua aliud mensuramus, sed ad mensurandam quamlibet quantitatẽ discretam vtimur tanquam instrumento aliquo indiuisibili, per cuius repetitionem eam cognoscimus, ergo non in ipsa quantitate continua, vel discreta sed in indiuisibili modum vnitatis habente residet per se primo mensuræ ratio, vnde nõ est proprietas quantitatis, sed cuiusdam principij ipsius. Ratione probatur.

Postrema assertio. Tam illud, cui per se primo conuenit mensura actiua, quam ipsa mensura, non pertinent directe, & per se ad prædicamentum quantitatis, sed reductiue. III. Assert.

Quæ sic probatur. Illud, quod per se in prædicamento aliquo collocatur, est genus, vel species, nam ex his duobus recta linea prædicamenti integratur: sed vnitas non est genus, vel species quantitatis, si pro vera vnitate, vel proportionali accipiatur, sed principium, vel pars quædam illius, ergo per reductionem ad prædicamentum refertur, non directe, & per se. Hæc est etiam contra Magistrum Sotum, qui esse species quantitatis affirmat sub ratione mensuræ vlnam, pedem, palmum, granum; & in tem- Probatur. 61.

in tempore diem, horam, minutum: atque etiam in ponderibus libram, vnciam, scrupulum.

Sentent. Soti reijcitur I Quod duplici ratione probatur falsum. Prima, quia eiusmodi non sunt quantitates completæ, sed partes, vel indiuisibilia, neque eis vtimur nisi tanquam indiuisibilibus ad mensurandum, ergo non possunt esse species quantitatis: neque sub consideratione mensuræ, quæ eis etiam, vt indiuisibilibus conuenit, vt principijs, atque instrumentis, non vt rebus completis.

Et secundo, quia quomodolibet eis conueniret mensura actiua, non est passio quantitatis, vt ostendimus: neque ad prædicamentum per se pertinens, ergo nec potest speciem quantitatis constituere.

Vnde infero illatum falsum esse, quod rursus asserit lineam, superficiem, & corpus, atq;
62. etiam tempus sub ratione absoluta quantitatis esse species atomas quantitatis continuæ, cæterũ in ratione mensuræ subalternas, habentes sub se prædictas mensuras, tanquam species atomas eiusdem quantitatis, quod præter duplicem rationem præfatam altera non minus efficaci probatur falsum.

Eiusmodi non habent naturalem, neque intrinsecam rationem mensuræ, sed solius artificialis, ergo constituere nequeunt speciem prædicamentalem quantitatis: probatur planè antecedens, nam in tantum eis conuenit, in quantum ex hominum instituto eis vtimur ad mensurandum: vnde & pro nationum, ac regionũ varietate variantur, quapropter mensura in his sola denominatio extrinseca erit, friuolũ igitur est, & absq; fundamento rationis illa propterea species quantitatis efficere, quibus accedit noua quædam, & manifesta re-
63. pugnantia, vt sub ratione quantitatis aliqua species, sit atoma, & sub ratione mensuræ subalterna, nam si mensura (Soto etiam concedente) est propria passio quantitatis, oritur ergo ab eius essentia: & secundum variationem essentiæ variatur, quo igitur pacto esse poterit generica, vbi ratio quantitatis est atoma? quo etiam pacto specialis, hoc est species atomas constituens, vbi ratio essentialis quantitatis est indiuidualis? Tunc enim non orietur à ratione ipsa specifica propria passio, sed indiuiduali.

Rationibus in contrarium adductis satisfit.

Et ex adnotata doctrina soluuntur tria argumenta de mensura proposita, nam primo argumento damus libenter quidquid intendit probare, nempè mensuram actiuam ad vnitatem esse referendam, neque quantitati per se primo conuenire, sed principio, vel parti eius, atque ex consequenti non esse passionem quantitatis, & vt benè argumentum probat, non vniuoce, sed analogice conuenit continuæ, ac discretæ quantitati: quia continuæ non conuenit, nisi per respectũ ad discretam: cuius principium est vnitas: huic ergo soli per se conuenit, cæteris verò, siue quantitates sint, siue partes, quibus tanquam indiuisibilibus vtimur ad mensurandum, ex eius similitudine, vel participatione: mensura autem passiua intrinseca propria passio quantitatis est vniuoce cunctis speciebus attributa. Rationibus contrarijs satisfit. 64.

Secundo argumento fiet satis, si consideremus mensuram esse propriam passionẽ quantitatis vniuersalem, & quasi genericã quemadmodum diuisibilitatem, determinatur autem ad particulares species iuxta propriam cuiusque rationem; ita vt sicut quantitas per differentiam continuam, vel discretam constituit diuersa genera, vel species subalternas quantitatis, pari ratione mensura passiua diuersa sit in continuis, ac discretis quantitatibus, sed communis ratio abstracta ab vtraque vniuoce de illis prædicatur, mensura ergo vna est in genere, multiplex in specie, vt de diuisibilitate notum est. 65.

Ad vltimum respondetur, quantitatibus infinitis non conuenire rationem mensuræ actiuæ, quæ incipit ab vnitate, per cuius repetitionem cognoscitur quantitas, vel de ea certi reddimur, nam huiusmodi mensura ex propria conditione finita est: essent nihilominus tales quantitates quantumlibet infinitę per alias similes mensurabiles, nam infinitũ partibus infinitis adæquatur, & quasi comprehenditur, & hæc mensura passiua, & intrinseca, tanquam propria passio quantitatis eis conuenirer, quæ à finita, vel infinita abstrahit, quemadmodum ipsamet quantitas: certum namque est absque aliqua vnitatis repetitione Deum cognoscere, quanta sit quælibet magnitudo, & quantus etiam sit numerus. Vnde etiam si actu infinitæ darentur eiusmodi quantitates, vt mensurabiles per alias actu infinitas, à Deo cognoscerentur: & hoc est propria mensura passiua cognosci. 66.

Ad argumentũ de finito, & infinito respon- Ad argu-

 detur,

mentum de finito, & infinito. detur, quod etiam si contradictionem implicet dari actu infinitum in magnitudine, vel multitudine (quod modo non definimus) nihilominus passiones dicuntur quantitatis in hoc sensu, vt vnum membrum positiue accipiendũ sit, nempe finitum, negatiue alterum:
67. nam quantitati semper conuenit esse actu finitam, & quanquam non sit dabilis actu infinita, expectata tamẽ propria conditione quantitatis, si infinitum daretur absque dubio esset quantum, hanc solutionem insinuat Caiet. 1. parte quæst 7. art. 3. quam vno verbo explicantes dicimus, primum membrum positiuè conuenire quantitati, postremum non repugnare ratione illius, nam si infinitum repugnat non tam propter rationem quanti, quàm alijs de causis repugnare intelligendum est, vt 3. lib. Physicor. constabit.

Nisi aliquis vellet infinitum non actu, sed in potentia esse accipiendum, dum dicitur passio quantitatis, quo pacto positiue conuenit quantitati: sed priori solutioni standum est.

Occurritur solutioni. Quando autem dicitur quid complexum esse finitum, vel infinitum, respondendum est, sic esse passionem quantitatis finitum, & infinitum quantũ pertinet ad rationem complexam, quemadmodum par, vel impar dicuntur
68. passiones numeri, & in vtrisq; sic est accipienda, vt vtrunque membrum non conueniat singulis quãtitatibus, vel numeris, sed vni vnum, alteri aliud, iuxta propriam conditionem ad aptandum est, neque tanta proprietatũ simplicitas in his accidentib⁹ exigenda est, ac in substantijs, sed quemadmodum essentiæ sunt imperfectæ, sic etiam modum imperfectum habent proprietates ei attributæ.

Ad illud de æqualitate, vel inæqualitate. AEqualitas autem si propriè accipiatur, hoc est vt in quantitate molis, vel extensionis inuenitur, omni, soli, & semper quantitati conuenit, non quidem æqualem esse actu, & formaliter, cum æqualitas, & inæqualitas, si formaliter accipiantur, relationes sint ad prædicamentum ad aliquid spectantes, sed fundamentaliter, & quasi in potentia proxima, hoc est talis cõditionis esse quantitatem, vt fundamentũ sufficiens esse valeat æqualitatis, vel inæqualitatis, ea quidẽ ratione, vt posito alio extremo eiusdem, vel diuersæ extẽsionis mox relatio ipsa æqualitatis, vel inæqualitatis inter illa consurgat: nec solũ quantitas fundamentũ est æqualitatis, vel inæqualitatis circa seipsam exercendæ, sed vt in quibusuis alijs rebus per ipsam extensis reperiatur, itaq; proprietas hæc sic explicanda est. Proprium est quantitati, vt ipsa sit fundamentum æqualitatis, vel inæqualitatis circa seipsam, cæteraque corpora eiusdem relationis fundamenta constituat.

Satisfit primo argum. Ex quibus soluitur primum argumentum, cum apertum iam sit, fundamentũ sufficiens esse æqualitatis, vel inæqualitatis vnum corpus, etiamsi solum existat: aptum est enim æquale denominari superueniente alio extremo, quanquam non dicatur formaliter æquale, quousq; cum eo iam existente comparetur, de tempore item notũ est æquale esse posse secundũ se totũ alteri, si esset, & secundum partes etiam potest dici fundamentũ æqualitatis, vel inæqualitatis inter easdẽ partes exercẽdæ.

Dubium incidens, sit ne pondus in prædicamento quantitatis collocandum.

Sit ne pondus quantitas. VLtimum argumentũ probare contendit æqualitatẽ in ponderibus inueniri, quod si admittamus, statim sequitur ad
70. prædicamentum quantitatis referenda esse.

Ratio dubitandi pro parte affirmatiua. Et videtur ita esse, quia pondus determinat quantitatem rei, cum in communi hominum vsu diuersis ponderibus decernatur, quanta sit rei magnitudo: præsertim in metallis, quorum non solum quantitas, sed valor decernitur talento, vncia, libra, &c. & iuxta hanc discretionem æqualia esse duo talenta eiusdem metalli, inæqualia verò diuersorum iudicamus, & in diuersis rebus pondus æquale determinat earum quantitatem debere esse inæqualem, ergo negandum non est esse speciem quantitatis.

Confirm. ex Arist. Idque Aristoteles ipse videtur docere 5. Metaphysicæ cap. 3. graue, & leue referens inter proprias quantitatis affectiones hisce verbis: *Quædam passiones, & habitus huiuscemodi substantiæ sunt, vt multum, & paucum, longum, & breue, latum, & profundum, & humile, graue, & leue, &c.* Compertum est autem grauitatem non esse aliud, quam pondus ipsius rei grauis, nam graue appellatur res magni ponderis.

Simplicij sententia. Propter hæc posuit Simplicius in commentarijs huius capitis Architæ Tarentini antiquissimi Philosophi, & aliorum sententiam sequens, pondus inter species quantitatis, ita vt genus aliud sit distinctum à quantitate continua, & discreta, sub quo ponantur diuersa pondera tanquam species.

Cui sententiæ ferè subscripsisse videtur Magister

gister Sotus, quæstione prima huius capitis in
71. solutione ad quintum, vbi talentum, vntiam, libram, aliaque similia rerum pondera collocat inter species continuæ quantitatis sub linea, quam in ratione extensionis vult esse speciem atomam, at in ratione mensuræ subalternam, sub se continentem vniuersa, quæ important mensuram, tanquam species atomas: quarum exempla in ponderibus, alijsq; mensuris producit.

Reijcitur prædicta sententia, & probatur esse qualitatem ex Arist.

Hæc tamen sententia doctrinæ Aristotelis, & D. Thomæ, atque etiam veritati planè aduersatur, insignis est locus Aristotelis expresse docens grauitatem, & leuitatem esse naturales potentias actiuas inclinantes, atq; efficientes motum sursum, & deorsum, primo libro de cœlo, & mundo text. 17. vbi sic legimus: *Graue igitur sit, quod ferri natum est ad medium, leue autem, quod à medio, grauissimum autem, quod omnibus substat, quæ deorsum feruntur*: Sed potentias naturales non ad quantitatem, sed ad secundam speciem qualitatis retulit idē Arist. capite de qualitate: ibidem ergo pondus erit collocandum. Cui accedit, quod quantitas nō est forma actiua, quo igitur pacto quantitates erunt actiuæ istæ qualitates motum efficientes? Graue etiam, & leue inter qualitates refert quinto Metaphysicæ capite de qualitate, 14. text. 19. his verbis *Item quæcunque substantiarum; quæ mouentur passiones, vt caliditas, & frigiditas, albedo, & nigredo, grauitas, & leuitas, &c.* Passionum etenim nomine qualitates de-
72. signat. Præterea cœlum tanquam lucis, & motus localis capax notum est habere magnitudinem, & molem, quod tamen docet Aristoteles ponderis, alicuius grauitatis, & leuitatis, expers omnino esse: primo libro de cœlo, & mundo text. 28. sic inquiens. *Corpus igitur, quod circulariter fertur, impossibile est habere grauitatem, & leuitatem, &c.* Et 2. libro, text. 1 fabulosam illam opinionem antiquorū refellens, qui cœlum ab Athlante quodam sustineri, ne in terram decideret, vana diuinantes posuerunt, sic loquitur: *Qui dicunt Athlante quodam ipsi opus esse ad salutem, videntur eam habere opinionem, quam posteri, nam quasi grauitatem haberent, terreaq; essent omnia, quæ sursum sunt corpora, substituerunt.* Ex quibus elicitur pondus nō esse speciem quantitatis, nec grauitatem, vel leuitatem affectiones illius, nam si talia essent eiusmodi, in rebus tantæ molis necessario essent reperta.

Confirm. ex D. Tho.

Eandem veritatem profitetur D. Thom. 5. Metaphysicæ lect. 15. vbi ita ait: *Secundum veritatem graue, & leue non pertinent ad quantitatem, sed ad qualitatem.* Et si ponderis, ac grauitatis naturam consideremus, inueniemus planè ita esse necessario sentiendum: compertum est enim in rebus maioris magnitudinis minus pondus, atque etiam grauitatem minorem inueniri, & è conuersio: vt in plumbo, & lana experientia testatur. Idque propter maiorem, vel minorem materiæ densitatem, ac propter maiorem multitudinem formæ, concurrit vtrumque in plumbo: ideò ingenti pondere præditū est, minimum habet lana ob densitatis, & aliarum defectum, quapropter ex densitate potius materiæ, ex conditione formæ substantialis, ex primarum qualitatū admixtione, alijsq; requisitis dispositionib⁹ procedit, vel gignitur in reb⁹ pondus, modo in maiori, vel minori sint magnitudine, vnde sequitur qualitatē esse, nō quantitatē. 73.

Causa igitur deceptionis fuit oppositū opinantibus metaphorica illa æqualitas, vel inæqualitas ponderis inter res eiusdem grauitatis, vel diuersæ reperta, quæ cum sit coniuncta cū magna, vel parua earum mole, aut magnitudine, ad ipsam molem, vel magnitudinē pertinere decepti crediderunt: & rursus cum cæteris quibusdam ponderibus pro mensuris vtamur, non quidem vt de rei magnitudine reddamur certi, cum notum sit pondus non esse magnitudini rerum proportionatum, nec etiam multitudini (vt planè ostendimus) sed de valore, vel æstimatione, arbitrati sunt tales mensuras quantitatiuas esse: cum tamen non conueniant ratione quantitatis, sed qualitatis, non secus ac certa mensura albedinis, vel coloris conuenit determinatis corporibus iuxta suarum formarum conditionem, & talem ad mixtionem primarum qualitatum. 74.

Similitudo.

Vnde quemadmodum pondus extenditur per accidens in subiecto ratione quantitatis, vti albedo, & color, sic etiam æqualitas inter pondera metaphorica est, ac inter albedines, vel colores, quanquam coniunctio cum quantitate, nomenque ipsum valde similem propriæ æqualitati eam efficiant. 75.

Ad arg. respond.

Ad argumentum igitur in oppositum negamus certa pondera determinare certam quantitatem, cum in rebus magnæ molis minor sępè numero sit grauitas, maior verò in paruis, quoad nos verò eis vtimur ad rerum pretia taxanda, & valorem æstimandum: mensura igitur in his reperta gradualis est, quemadmodū in cæ-

in cæteris qualitatibus, atque adeò metaphorica per similitudinē ad quantitatiuam desumpta: metaphorica item est æqualitas vti in substantia, ac reliquis corporeis rebus per quantitatem extensis: quapropter nec mensura, nec æqualitas ponderū ad quantitatem pertinent, nisi per quandam similitudinem, & participationem, & id quidem nimis impropriè, quemadmodum quanta per accidens: locum autem Arist. de grauitate inter affectiones quantitatis numerata explicat benè D. Thom. in com. illius lect. 51. statuens grauitatem, & leuitatem numerari ab Arist. inter species quātitatis, nō ex propria sententia, sed eorum, qui dicebant multitudinē superficierum, aut atomorū, esse causam grauitatis corporum, horū autē paucitatē causam leuitatis: ex aliena autē sententia locutū esse Arist. illud est euidenti argumento, ait D. Thom. quod cap. de qualitate (vbi notū est ex propria loqui) inter qualitates enumerat easdem affectiones corporum: tenendum igitur est pondus, vel grauitatem in secunda specie naturalis potentiæ collocari.

Arist. exponitur à D. Thom.

76.

QVAESTIO QVARTA.

An linea, superficies, & corpus sint tres species distinctæ continuæ quantitatis.

Partis negatiuæ rationes adducuntur.

GEminam sortiuntur rationem linea, superficies, & corpus, de quibus præsens est controuersia: primam quidem, ac præcipuam, in quantum sunt dimensiones quædam continuæ quantitatis. Aliam, vt sunt indiuisibiles, linea secundum latitudinem, superficies secundum profunditatem, quo pacto illa est continuatiua, ac terminatiua superficiei, hæc vero corporis.

Et iuxta vtramq; duplex potest agitari controuersia, iuxta priorem vna, an sint diuersæ species quantitatis, altera, an sint realiter distinctæ linea, & superficies, & vtraque à corpore: & quidem posterior communis est de cunctis indiuisibilibus agitari solita. 6. lib. physic. an punctum à linea, hæc à superficie, & vtraque à corpore realiter distinguantur tanquam vera entia realia positiua, vel solum sint quędam negationes diuisibilitatis, hanc igitur in propriam sedem referendā esse censemus: priorem verò tanquam huius prædicamenti propriam agitandam proponimus, efficiunt namque rem valde dubiam, atque difficilem, argumenta, quæ sequentur.

I. Argum.

Nam licet de corpore notum sit speciem quantitatis esse propter trinam dimensionem longitudinis, latitudinis, & profunditatis, secundum quam diuisibile est, hoc tamen ipsum conuincere videtur lineam, & superficiem nō habere quantitatem, vel diuisibilitatem, à qua constituantur species quantitatis, nam si aliquam, maximè longitudinem haberet linea, longitudinem, & latitudinem superficies, sed vtraque hæc dimensio pertinet ad essentiam corporis, ergo non potest alias species constituere: probatur minor: quia in definitione corporis tanquam differentia designantur, dū dicimus corpus esse quantitatem continuam diuisibilem, vel extensam secundū trinam dimensionem. Nec satisfit, si dicatur, materialiter quidem longitudinem, & latitudinem esse in definitione corporis, non secus ac duas vnitates in definitione ternarij, quo tamen nō obstante, si formaliter accipiantur, quandā speciem per se constituunt distinctam à ternario, nempè binarium: accipi autem formaliter in eo consistit, quod est solas ordinari, ita vt secunda post primam, tanquam vltima accipiatur, vel simul cum tertia, in priori namque casu formaliter cōstituunt binarium, in posteriori vero per se non constituunt speciem, sed quasi materia ternarij se habent, quarta tanquam vltima quasi informante: hoc inquam argumenti difficultatem non tollit, nam corpus non componitur ex tribus dimensionibus, sicut numerus ex tribus vnitatibus, ita vt longitudo, & latitudo sint quasi materia profunditatis, sed formaliter ex omnibus constat: nec diuisibile est in partes, nisi secundum trinam dimensionem, nec minus formaliter longum est, & latum, quam profundum, quapropter non superest ratio distinguendi alias species propter dimensiones longitudinis, & latitudinis, quemadmodum in numero, præsertim quia duæ vnitates sic in ternario clauduntur, vt separatæ ab eo possint per se ordinari in binario, at longitudo, & latitudo non possunt à corpore separari, nec proindè per se constituere species lineæ, & superficiei, ergo alia est in numeris longè diuersa ratio.

176.

II. Argum.

Secundo. Differentia specifica constituens atque distinguens speciem, debet esse positiua, cum

177 ua, cum sit quasi forma speciei simul cum genere, tanquam materia eam componens, sed non est imaginabilis aliqua differentia positiua distinguens ex tribus dimensionibus tres species continuas, ergo vna duntaxat corporis erit ponenda: minorem ostendo, nam modus ille, quo distingui solent, vt videlicet linea sit longitudo sine latitudine, superficies longitudo, & latitudo sine profunditate, corpus longitudo, & latitudo simul cum profunditate, sola ac pura negatio est, ergo non vera differentia positiua.

I. Opinio.

178 Postremo, accidentia realia habent subiectum inhæsionis sibi adæquatum, in quo inhærent, sed linea, & superficies non habēt subiectum inhæsionis, nam superficies copulans partes corporis media est inter partes eius, sed inter partes substantiales corporis nullum est medium diuisibile, vel indiuisibile, sed sine medio coniunguntur, ergo nullum est subiectum superficiei, idemque negandum erit in lineis.

Propter duo argumenta postrema tenuit Dur. lineam, & superficiem non esse varias species quantitatis, sed negationes potius dimensionum in 2. d. 2 q. 4.

Propter primum verò non esse à corpore distinctas probabile reputat, Magister Oña. q. 2. art. 4.

Pars affirmatiua explicatur, & præfertur.

Sent. vera.

HAs tamen species necesse est distinguere, quamuis realiter non separentur, quia non solum Arist cap. præsenti, & 13. quinti libri metaphysices eas tanquam species diuersas reales quantitatis enumerat, sed cuncti philosophi, & interpretes illius eas semper separarunt, solus Duran. & cum eo Ocham, & Gregor. qui vel nil esse in corpore putant vel certè nil positiuum formaliter, sed per modum negationis ab eo cōnotari, eas in hoc prædicamento tanquā veras species collocare non possunt: vt lib. 6. physic. videbimus, & vt D. Tho. egregiè ostendit. opusc. 48. tract 3 ca. 5. multa demonstrantur in mathematicis de his quantitatibus tanquam de speciebus distinctis, videlicet de lineis sine latitudine longis, de superficiebus sine profunditate longis, & latis, ac de corpore longo, lato, atque profundo. Geometra enim de linea tanquam de proprio obiecto differit. Perspectiuus vero eandem in determinato subiecto considerans de linea visuali, nihil de latitudine, & profunditate considerantes: vnde fit, vt speciem per se constituat linea à superficie, & corpore distinctam, tantundemq; de superficie censendum sit, cum possit secundum latitudinem considerari non considerata profunditate: quod præterea duplici ratione ostēdere possumus: priori, quia extensio partium intrinseca ratio quantitatis est, & diuisibilitas intima proprietas, sed vtraque ratio conuenit lineæ, & superficiei ab intrinseco, nam illa partes extensas longitudinis habet, hæc latitudinis, in quas diuidi possunt, erūt igitur species huius prædicamēti Posterior ratio est, quia corpus pro specie ponunt vniuersi, eo quod diuisibile sit secundū profunditatem, efficiet ergo species diuersas ab eo lineam, & superficiem propria diuisibilitas secundum longitudinem, & latitudinem: Vt quantitas harū specierum percipiatur adnotandum, est ex doctrina D. Tho. c. 3. eiusdem tract. I. Notādum ex D. Tho.
quod & si revera, nec punctū à linea, nec linea à superficie separetur, imaginatione tamen apprehendere possumus punctum, quod prorsus est indiuisibile, & partium lineæ copulatiuum 179
à linea separatum, & tunc si per planum deducatur, vestigium ex motu illius supererit longū quidem, sed nō latum, neq; profundum. Quod si vestigium idem versus latus protrahatur, residuum erit ex tali motu aliud non solum lon- 180.
gum, sed etiam latum, minimè tamen profundum, cum grossitiem (vt ita loquar) nullam habeat, quod demum, si deprimatur, longum, latum atque profundum efficietur: vniuscuiusq; autem natura talis est, quale est illud ex cuius motu resultare intelligitur: primum quidem, quia ex ductu puncti, quantitas est diuisibilis secundum longitudinem punctis continuata, atque adeò species lineæ, quæ si finita sit, & re 181.
cta, duobus punctis tāquam terminis erit clausa: si finita sit, dicimus, propter lineam infinitam, quæ non clauderetur punctis, si daretur, & si sit recta, propter circularem, quæ punctis non terminatur, cum principio, & fine careat etiamsi verè finita sit finitum ambitum habēs & quanquam sola imaginatione eiusmodi sic explicata comprehendi possint quantum ad separationem harum dimensionum, quia re ipsa vera non sunt separabiles, modus tamen distinctæ diuisibilitatis, & continuationis verè in eis (licet simul existentibus) inuenitur, & 182.
propterea veram habent, atque distinctam rationem formalem diuisibilitatis sufficientem in eis distinctionem constituere, nec realis separatio quidquam refert cum actio, & passio,

nec separabiles sint, nec re distinctæ, & prædicamenta diuersa constituant. Adnotandum est secundo, lineam, & superficiē duobus modis esse considerabiles, vno, ex ea parte qua indiuisibiles sunt, illa secundum latitudinem, hæc secundum profunditatem, quo pacto non sunt quantitates, sed extrema, vel continuatiua eius, nec proinde ponuntur in prędicamento directe, sed quasi reductiue cum ea specie, quā terminant, vel cuius partes coniūgunt, linea quidem cum superficie, & hæc cum corpore: e-
183. tenim corpus diuisibile sit secundum profunditatem continuatiua, & terminatiua petit secūdum eandem dimensionem indiuisibilia, qua-
184 les sunt superficies: & superficies diuisibilis secundum latitudinem, continuatiua, & terminatiua habitura est ex hac parte indiuisibilia, quales sunt lineæ, istæ vero secundum solam longitudinem diuisibiles, continuatiua, & terminatiua habeant necesse est, secundum omnē dimensionem indiuisibilia, cuius modi sunt puncta. Alio modo accipiuntur, vt diuisibiles sunt in partes his terminis communibus copulatas, sicque species sut quantitatis diuersæ, & per se, & directe in prædicamento collocantur
185. sub genere quantitatis continuæ.

III. adno. D. Thom. Tertio adnotandum est ex doctrina eiusdē D. Tho. vbi supra, sic se habere ex his tribus speciebus superficiem, & corpus, vt quælibet vnam dimensionem quasi de materiali, præsupponens, superficies quidem de formali importat latitudinem, quasi materialiter præsupponens longitudinem, corpus profunditatem formaliter, longitudinem, & latitudinem materialiter, linea vero nullam præsupponit, sed solam longitudinem de formali dicit, vnde infert D. Tho. speciem corporis profunditate cōstitui non secus ac rationalitate hominem, superficiem latitudine, & lineam lōgitudine, cuius ea est ratio, quia tres istæ dimensiones sic ordinantur in quantitate cōtinua, sicut indiscreta vnitates numerum constituentes, quaternarius enim præsupponit tres vnitates, quibus adiuncta quarta tanquam vltima constituitur: ternarius prǽsupponit duas vnitates, quibus ad-
186. dita tertia coalescit eius species: binarius vero non præsupponit numerum, sed solam vnitatem, quæ principium numeri est, binariumq; constituit addita secunda vnitate tanquam vltima: notanter autem dicimus quaternarium tres vnitates, & non ternarium præsupponere, nam tres vnitates non constituūt ternarium, nisi ea lege, vt tertia sit vltima, & cum in quaternario tertia non sit vltima, non constituunt ternarium, ideo non ternarius, sed tres vnitates præsupponuntur, & modo simili in ternario duæ vnitates præsupponuntur non binarius, iuxta hanc similitudinem intelligendum est corpus profunditatem de formali importare, latitudinem, & longitudinem præsupponere, non tamen superficiem, & lineam, quia nec longitudo constituit lineam, nisi vbi vltima dimensio est, nec latitudo superficiem? ac propterea superficies formaliter dicit latitudinem, præsupponit longitudinem, non lineam vndè fit, vt duobus modis considerentur longitudo, & latitudo: vno quidem, vt vtraque clauditur in corpore, & in superficie longitudo, & sic non constituunt illæ superficiem, nec ista lineam: alio vt per se accipiuntur, hoc est absque coniunctione cum alia: nempe longitudo, & latitudo absq; ordine ad profunditatem, & longitudo absq; coniunctione cum latitudine, & hoc modo efficiūt species distinctas quātitatis, licet enim species istæ realiter non sint separabiles, nihil ad earum distinctionem essentialē refert, satis est enim esse realiter distinctas, vt verè sunt, non secus ac distinguūtur realiter linea, & punctus, quo continuantur, & operatione intellectus in re ipsa fundata concipi, quæ propria sunt vnius speciei absq; consideratione aliarum, vt species distinctę censeātur, quod enim non sint realiter separabiles, inde prouenit, quia non est dabilis substantia, cui quantitas inhærere possit præter corpoream, non pauciores, quā tres dimensiones suscipere aptam.

Cæterum pro maiori huius distinctionis luce, & argumentorum solutione erit postremò obseruandum, in his speciebus hoc modo Vlt. nota. esse accipiendum genus, & differentiam, atque adeo singulatum definitiones constituendas vt commune, & proximum genus sit quantitas continua, sub quo collocantur, differentia au- 187. tem accipienda sit in ordine ad proprias dimēsiones: erit igitur talis definitio, atq; essentialis constitutio lineæ, linea est quantitas continua diuisibilis secundum dimēsionem formalem longitudinis: superficies quantitas continua diuisibilis secūdum dimensionem formalem latitudinis præsupponentem quasi de materiali aliam longitudinis: corpus quantitas cōtinua diuisibilis secundum dimensionem formalem profunditatis præsupponentem quasi de materiali duas alias longitudinis, & latitu- Definitiones lineæ, superficiei, & corporis dinis.

Satis-

Satis sit argumentis oppositæ partis.

Ad I. resp. HIS adnotatis ad primum argumentum duobus modis respondendum censeo, Primo, distinguendo duplicem rationem lineæ, & superficiei, quarum præcipua est esse in se diuisibiles secundum proprias dimensiones: lineam quidem secundum longitudinem sine latitudine, & superficiem secundum latitudinem absque profunditate. Altera, esse terminum alterius dimensionis, vt longitudinem non latam terminum latitudinis, & latitudinem non profundam terminum profunditatis: & illa formalis est, & completa, hæc vero quasi materialis, & incompleta, nam esse terminum potius lineæ cõuenit, vt non latæ, quàm ratione longitudinis, cum ratio terminandi indiuisibilis sit, & pariter ratio continuandi, ratio autem longitudinis completam extensionem importat, ac propterea propriam speciem constituit. Et ecce quo pacto incompleta ratio terminandi non tollit completam propriæ extẽsionis à linea, & superficie, à qua habent quod proprias species constituant.

Secundo respondeo, in his accidentibus imperfectis non repugnare, quod vna species sit quasi materia alterius, & ad compositionem eius quadam ratione materiali cõcurrat, sicut numerus prior, est quasi materia posterioris, eumque componere dicitur sub quadam ratione materiali, vt binarius ternarium. Ita ergo linea, & superficies quasi materia corporis sunt, & sub quadam ratione materiali ipsum componunt, vt mox videbimus, præsupponuntur namque latitudo superficiei, & longitudo lineæ profunditati corporis, à qua sicut à ratione formali corpori propria determinantur, & hæc vltima dimensio illas duas determinans constituit tertiam speciem, ab vtraque secundum se sumpta diuersam, eiusmodi ergo concurrentia materialis lineæ, & superficiei ad constitutionẽ corporis, non tollit, quin completa sit propria ratio cuiusq; in extensione partium secundum peculiarem dimensionem posita. Quare nec tollit quin proprias, ac distinctas species constituant: & quæ de linea, ac superficie dicuntur respectu corporis, lineæ respectu superficiei accommodari debẽt & iuxta vtramque solutionem negandum est superficiem esse formaliter longam, aut corpus formaliter longum, & latum, sed illa formaliter est lata, & quasi præsuppositiue, ac materialiter longa, & corpus profundum formaliter, & ratione materiali lõgum & latum. Sed vtriq; solutioni obstare videtur, quod sicut linea formaliter est diuisibilis secundum longitudinem, pariter superficies secũdum longitudinem, & latitudinem, & corpus secundum lõgitudinem, latitudinem, & profunditatem, vt docet Arist. 5. lib. Metaph. cap. 13. lineam definiens, quod sit continua ad vnum, id est, secũdum dimensionem longitudinis, superficiem ad duo, hoc est, secundum duplicem dimensionem, & corpus ad tria, hoc est, secundum dimensionem triplicem longitudinis, latitudinis, & profunditatis. Et 1 lib. de cœlo & mũdo cap. 1 corpus asserit esse vndiquaq; diuisibile, hoc est, secundum omnem dimensionem, & si ita se res habet, euidenter sequitur superficiem formaliter claudere lineam, vt diuisibilem secũdum longitudinem, & corpus vtramque secundum propriam dimensionem.

Probatur consecutio, quia superficies non est longa, nisi quia claudit lineam, ergo sequitur, quod si hæc formaliter est extensa secundum longitudinem claudit formaliter lineam & corpus lineam, & superficiem formaliter, si longum, & latum formaliter sit. Non desunt, qui teneant superficiem vtramq; dimẽsionem claudere formaliter, & corpus triplicẽ, hoc vero facile potest falsitatis conuinci, nam vel longitudo, quã superficies claudit formaliter est eadem cum longitudine lineæ, vel altera, & lõgitudo, ac latitudo quam claudit corpus, eadem lõgitudo, & latitudo superficiei, ac lineę, aut distincta, si eandem esse dixeris, sequitur non distingui has species, quia formalem rationem vnius claudit altera, si vero sit alia lõgitudo, & latitudo, sequitur quod cum in superficie claudatur linea copulans partes eius, duplicem habebit longitudinem, & corpus triplicem cum duplici latitudine. Sequitur preterea triplicem habere ordinem punctorum corpus, & superficiem duplicem: quia cum longitudo punctis terminetur, quod sunt longitudines diuersæ, tot oportebit esse diuersos punctorum ordines, quæ absurda sunt.

At dices eandem longitudinem claudere omnes, eandemque latitudinem corpus, & superficiem re ipsa sed distincta formaliter, quia linea eam simul cum indiuisibilitate vlterioris dimensionis importat, reliquæ vero duæ species simul cum vlteriori dimensione & pariter de latitudine modo priori in superficie clausa, posteriori vero in corpore, idque sufficere

vt diuerso modo sumptæ claudi possint formaliter in diuersis speciebus. Hoc tamen falsum esse sic probo, quia indiuisibilia non pertinent ad essentiam quantitatis, quare nec earum ratione dimensio vna pertinebit ad essentiam diuersarum specierum, ex eo quod his, aut illis indiuisibilibus coniuncta sit.

Dicendum igitur est ad argumẽtum, superficiem re ipsa claudere longitudinem simul cũ latitudine, & corpus vtramq; cum profunditate, sed quamlibet speciem vnam formaliter dumtaxat, nimirum lineam solam longitudinem, superficiem solam latitudinem, & corpus solam profunditatem, cæteras vero quadã ratione materiali, corpus quidem in quantum superficiem pro termino suæ profunditatis habet, vt indiuisibilem secũdum profunditatem, quia eiusmodi indiuisibilitas realis re ipsa nõ inuenitur, nisi cum his dimensionibus coniuncta, & superficies, quia terminum suæ latitudinis postulat indiuisibilem secundum latitudinem, quæ indiuisibilitas realis, non nisi coniuncta cum dimensione longitudinis reperitur. 188. Ergo includunt per se, & quasi formaliter rationem indiuisibilem, & solum materialiter dimensionem, ac propterea talis inclusio non tollit distinctionem specificam: & ad hũc sensum referenda sunt testimonia Aristotel. in definitione harum specierum, idcirco materiales etiam dimensiones collocantis, vt continuationem earum, sine qua intelligi nequeunt, exponeret, continuatio autem eisdem fit, vt indiuisibilitatem vlterioris dimensionis annexam habent; nam superficies copulatur lineis, vt indiuisibilibus secundum latitudinem, & corpus superficiebus, vt indiuisibilibus secundum profunditatem, quare necesse est, vtramque dimensionem inferiorem claudere corpus vt continuatum superficiebus, & superficiem latitudinem copulatam lineis. Sed cum audis indiuisibilitatem superficierum, & linearum secũdum vlteriorem dimensionem, non concipias puram negationem, sed positiuam rem, quam per negationem explicamus, sicut punctum quid positiuum est realiter, & positiuè copulans partes lineæ: explicatur tamen à nobis sicut & intelligitur per negationẽ diuisionis.

Ad II. respond. 189 Ad secundum negandum est etiam sola negatione separari eiusmodi species, & non differentia positiua, cum positiua sit ratio diuisibilitatis in ordine ad formalem dimensionem diuersam, à qua specifica earum distinctio desumenda est: at in quantum indiuisibiles sunt, positiuam entitatem important, per quam terminare, & copulare partes corporis valent, quã tamen nec intelligere, nec explicare possumus, nisi per negationem vlterioris dimensionis.

Ad tertium respondetur, lineam, & superficiem sub vtraque consideratione, specierum nempè, & indiuisibilium in substantia esse tanquam in subiecto, inadæquatè quidem, cuius ea est ratio, quia siue vno, vel alio modo accipiantur, non sunt à corpore re ipsa separabiles, sed sub ratione dimensionum, quasi materialiter illud componunt, ideoque in eadem substantia secundum trinam dimensionem extensa simul cum eo inhærent, pro indiuisibilibus verò continuantibus, vel terminantibus sumptæ, licet corpus non componant, aliquid tamen eius sunt, ideò ex consequenti in eodem subiecto inhærent quadam ratione inadæquata. Ad III. respondet. 190.

QVAESTIO QVINTA.

Sit ne tempus vera species quantitatis continuæ.

Pars negatiua suadetur.

Maiorem præbuit dubitandi occasionem Aristoteles de tempore, an verè inter species quantitatis recẽsendum sit, nam & si capite præsenti quantum per se illud effecerit, 3. tamen Metaphy. capit. 13 inter quanta per accidens his verbis retulit: *Eorum autem, quæ secundum accidens dicuntur, quanta quædam, vt motus, & tempus, & hæc enim quã ta quædam, & continua dicuntur, ideò quod illa diuisibilia sunt, quorum hæc sunt passiones, dico autem non quod mouetur, sed quo motum est, etenim quoniam illud quantum est, & motio est quanta, tempus autem propter illam, &c.* 2. Quibus etiam rationem addit, ob quam commune est tempori cum motu, non per se, sed per accidens esse diuisibile, quia magnitudo, siue spatium, per quod fit, diuisibile est, tempus autem propter diuisibilitatem motus, vnde sequitur talem esse diuisibilitatem temporis, qualis est diuisibili- I. Ratio.

bilitas motus: cum ergo hæc sit mendicata à magnitudine spacij, & ideò accidentalis, sequitur planè diuisibilitatem temporis accidentalem esse: verè enim de primo (vt aiunt) ad vltimum sequitur, tempus esse diuisibile propter spacium, si quidem diuisibilitas motus, à qua tempus suam accipit, à spacio sumitur.

Confirm. Et rursus tempus vocat Aristot. passionem motus, vnde insurgit non efficax confirmatio eiusdem argumenti: propria passio, vtpotè à 2. subiecto fluens, non potest illud nobilitate superare, sed motus est quantum per accidens, ergo tempus non potest esse quantum per se, alioqui nobilius esset motu, cuius est passio.

II. Ratio. Secundo, tempus non habet distinctam entitatem à motu, ergo non habet distinctam successionem, continuationem, vel quantitatem, in his enim entitas motus posita est, sed entitas motus quanta per accidens est, ergo etiã, erit quantum per accidens tempus.

Tertiò, tempus est numerus motus secundum prius, & posterius, vt definit Aristotel. 4. Physic. cap. 11. text. 100. & 01. sed non est numerus realiter discretus, cùm verè sit continuum, vt verbis nuper relatis docuit, ergo erit numerus solum per operationem intellectus partes eius designantis, vel distinguentis secundũ ordinem prioris, & posterioris, & ita non erit numerus realis, sed rationis: nisi velis simul esse quantitatem continuam, & discretam realiter, quod repugnat, atq; adeò non erit ens reale, sed rationis, vt eodem 4. lib. physic. cap. 14. text. 131. non obscure docet Arist. statuens tempus non esse, si non sit anima numerans partes motus, vt superius qu. 4. attulimus.

His accedit commune argumentum, tempus non est ens reale, ergo nõ erit collocandũ in prædicamento: probatur antecedens, quia ens reale, si totum est, reales partes habere debet, at partes temporis reales non sunt, quia præteritum iam non est futurum nondum est: præsens vero non est nisi instans, quod cum sit indiuisibile non potest esse tempus. Cum ergo his solum tempus constet, non erit ens verum, aut reale, sed fictum, aut ens rationis. Caiet. in huius capit. expositionibus in hãc partem inclinare videtur, nempe quod tempus non sit quantum per se, nec inter species quantitatis enumerandum: quam sententiam amplectuntur moderni plures asserentes Arist. declarasse, vel correxisse in Metaphysica sententiam, quam hoc loco tenuit: nam in dialectica vbi non exactè rerum naturas peruestigabat plures species quantitatis numerauit iuxta vulgarem loquendi modum, quæ verè, & essentialiter species non sunt.

Ex opposita verò parte, quod tempus sit species quantitatis extat Aristotel. capite præsenti, illud inter quanta per se referens, & hoc est; quod interpretes eius in varias sententias distraxit. Mens Aristotelis.

Sonzinas enim 5. Metaph. qu. 8. distinguendum putat, nam si tempus in ratione diuisibilitatis accipiatur, conuincunt, ait, præiacta fũdamenta quantum per accidens esse, non secus ac motum, veruntamen quia specialem rationem mẽsuræ habet, extrinsecè mensurans motum, sub ratione mensuræ inter species quantitatis numerandum est, nequaquam verò motus, quia nullius est mensũra, æquiparantur ergo tempus, & motus, si essentiam quantitatis attendas, si verò mẽsuram, valde diuersa sunt, & hinc est motum omnibus modis esse quantum per accidens, tempus verò sub ratione saltem mensuræ, quantum per se. Hinc etiam est, quod Aristot. considerans entitatem, atque essentiam quantitatis in Metaphysica vtrumq; à quantis per se depulit, in Logica verò, vbi non essentiam quantitatis, sed mensuram contemplatur, tempore inter quantitatis species numerato nullam penitus fecit mentionem de motu eundem sensum tenuisse videtur D. Tho opusc. 42. cap. 20. & 5. Metaph. lect. 15. 5.

Vera sententia affirmatiua, & sensus D. Tho. explicatur.

PRO solutione huius quæstionis adnotandum est ex doctrina D. u. Tho. quæst. 9. dẽ potentia art. 7. & in 2. d. 2 quæstio. 1. art 2. omnes species quantitatis prꝑter tempus locum, & orationem, esse Mathematica quædam entia, quæ ab omni materia, vel subiecto sensibili abstracta considerari possunt, vt sunt linea, superficies, corpus, & numerus, de quibus notum est esse quasdã quantitates: õ respicientes materiam sensibilem, sed abstrahentes ab his, vel illis subiectis, & idcircò absque illis eas consideramus, numerum enim in tribus quantitatibus consideramus non attendẽtes ad tales substantias in quibus reperiuntur: oratio verò, locus, atque tempus non sunt mathematica, sed naturalia accidentia, atque idcircò non possunt nisi in materia sensibili considera-

ſiderari: oratio cum motu prolationis ſenſibili, ſono, cæteriſque naturalibus accidentibus ſic eſt cōiuncta, vt abſtrahibilis ab eis non ſit, nec tempus à motu, cuius eſt propria duratio, atque menſura? nec locus à corpore naturali, ad quod intrinſecum ordinem importat: vnde fit præcipuam harum trium ſpecierum conſiderationem philoſophicam eſſe, oratio enim ad muſicam, quæ mixta quædam ſcientia eſt ex mathematica, & philoſophica. Locus, & tempus ad philoſophicam pertinent, vnde nec definitionem loci, nec temporis ex profeſſo expēdere præſentis inſtituti eſt, nec an tempus partes habeat actu exiſtentes, an vnum ſit, vel
7. diuerſum *nunc* per totū tēpus, an vnum tempus ſit, vel plura, an demum à motu re ipſa, vel ſola conſideratione diſtinguatur, diſcutere, vnū eſt in his tribus à dialectica conſideratione nō alienum, in quo cum cæteris ſpeciebus communicare poteſt, videlicet ratio continuæ, vel diſcretæ quantitatis, & propterea de ſingulis illud duntaxat tanquam huius prædicamenti proprium diſputamus, ſint ne vere & propriè quanta per ſe, vt omnes ſpecies quantitatis agnoſcamus, ex quarum cognitione ipſius prædicamenti notitia pendet, cæteris in proprias philoſophis ſedes remiſſis & quidem de loco, & tempore 4. lib. phyſicor. fusè ſatis diſſerit Ariſtoteles.

Noſtra ſententia.

Circa propoſitam igitur quæſtionem noſtra ſententia eſt, tempus non ſolum ſub ratione menſuræ, ſed extenſionis, vel diuiſibilitatis eſſe quantum per ſe, & inter ſpecies quantitatis
8. numerandum. Hanc ſequuntur Doctores noſtri, Tolet. q. 2. huius prædicamenti, & Fonſec. 5. Metaph. c. 13 q. 10.

Probatur impugnādo ſolutionē teſtimonij Ariſt.

Quam ſatis probabilem reddit teſtimonium Ariſtotelis cap. præſenti, cui nequaquam ſatis facit ſolutio ab alijs interpretibus adhibita, id quidem verum eſſe ſub ratione menſuræ, nequaquā ſub ratione diuiſibilitatis: nam ſi mēſura paſſio quantitatis eſt (vt fatentur) quanam ratione poſſibile erit propriam paſſionē ei conuenire, cui non conuenit eſſentia?

Solutio aliquorum.

Aliam ſolutionem adhibent alij diſtinguētes tempus in illud, quod durationem motus abſolute importat, quod appellant quantū per ſe, & aliud, quod non abſolutam durationem, ſed à nobis definitam, & limitatam, vt eſt hora, dies menſis, & annus, de quo docent eſſe ens rationis, & non ſpeciem quantitatis: ab Ariſtotele autem tanquam vulgatiſſimum 4. lib. phyſic. conſiderari, atq; etiam cap. præſenti, vt oſtendunt verba illius, quæ ſic habent *Si quis doceat, quanta ſit actio, tempore ſane eam definiet, annuam videlicet*, 5. autem Metaphyſic agit de tempore abſolutè conſiderato, quod appellat quātum per accidens, quaſi per aliud, tempus enim vulgatiſſ. mum in dialecticis explicari debuit, propriū verò metaphyſicis.

Impugnatur.

Singularis tamen eſt, & à veritate remotus hic modus dicendi, nam ſi verum eſt poſtremū tempus non eſſe ens reale, ſed rationis, & ideò non eſſe veram ſpeciem quantitatis, quanam ratione ductus Ariſtoteles illud inter quanta per ſe retulit, ſciens reale eſſe prædicamentum quantitatis etiam in opinione vulgi, quæ nūquā entia rationis in prædicamento collocare conſueuit.

Refutatur adhuc.

Præterea, dies, hora, menſis, & cætera numerata geminam conſiderationem habent, vnā quidem, in quantum ſunt partes continuæ durationis cęleſtis motus, ſub qua conſideratione euidens eſt conditionem totius temporis induere, nā ſicut quælibet pars motus vere eſt motus ita quęlibet pars durationis realis, vel temporis, eſt realis duratio, l. tempus: vnde ex hac parte verum tempus pro duratione erit in pręſentiarum conſideratum, alia eſt horum conſideratio, in quantum à nobis determinata ſunt ac præfinita certis quibuſdam ſignis, vt horologijs, l. alijs inſtrumentis, & cum hoc non ſit à natura, ſed ab arte conſtitutum, appellatur merito communi totius ſcholæ voce tempus artificiale, nihil ſupra naturalis durationis partem addens, niſi extrinſecam denominationē artificialis præfinitionis, ſeu menſuræ ratione cuius nec cadere in intellectum Ariſtotelis potuit eſſe ſpeciem quantitatis, & longe minus ad naturalis philoſophiæ conſiderationē per ſe ſpectare poteſt illud, quod non habet eſſe naturale, ſed artificiale: & tale quidem, ratione cuius non eſt ens reale, ſed rationis. Verba autem Ariſtotelis obiecta de annuo tempore loquuntur, non vt artificiali, ſed vt parte naturalis durationis, quę idcirco tanquam determinata quoad nos accipitur, vt determinatæ actionis, vel motus mēſura ſit, poſſet enim Ariſtoteles dicere tantam eſſe actionem, quātū eſt tempus, vel duratio in eo conſūpta, ſed non eſſet exemplum ita nobis notum propter inde terminationem.

Probatur concluſio ex D. Tho.

Probatur deinde noſtra concluſio altera ratione à Diuo Thoma inſinuata opuſc. 24. capit. 2. tempus quidem ſine motu eſſe non poteſt, ſed diſtinctam extenſionem habet ab eo per ſe

per se ei conuenientē, vt veru si per se esse cōtinuum, & non ratione motus, ergo per se erit quantum, & si motus non sit nisi quantum per accidens: antecedens probatur, nam videmus paruam esse extensionem, atque continuitatē temporis cum magna est extensio motus, vt si motus celer sit, contra vero cernimus magnam temporis, cum parua est motus, vt si motus sit tardus: vnde efficaciter elicitur eam à motu non accipere, sed ex propria conditione, atque adeò intrinsecam habere.

Replica. Et si coneris argumentum soluere dicens, verum quidem esse de tempore comparato ad hos inferiores motus, quos extrinsece
12. prorsus mēsurat, & à quibus non solum essentialiter, sed re ipsa distinguitur, secus vero si ad motum cœli comparetur, in quo est tanquam propria passio eius, tunc enim tanta, & non maior est extensio, vel cōtinuitas tēporis, quāta, & ipsius motus, quod magno erit argumēto non à se, sed ratione motus extensum esse, atque continuum, ac proinde per accidens: solutio hæc vires argumento non adimit, nam in motu etiam cœli propria temporis extēsio, atque continuitas cernitur, qui etiam si celer esset, vel tardus, nihilominus duratio eodem modo se haberet, maior enim esset, magisque proinde extensa, quæ mensuraret tardum, quā velocem motum: & licet re vera non esset alia
13. à motu illo irregulari, cæterum ex defectu vniformitatis duratio eius non propriè esset tempus, sed alia daretur, qualis modo est duratio motus cælestis, eodem modo se habēs, motumque in casu irregularem mensurans: & quanquam nulla talis daretur, à posteriori ex his motibus colligitur vniformem esse naturam durationis, vnde si irregularis tunc esset, non ratione sui, sed irregularis motus, atque adeò non per se, sed per accidens: huius autem veritatis signum esse ait D. Thom. quod celeritas, & tarditas sunt passiones motus, non temporis, nec vllo modo ei conueniunt, si secundum propriam temporis rationem consideretur: nam celeritas, & tarditas secundum se tēpore determinantur, cum tamen tempus tēpore nō determinetur. Ex quibus non in efficaciter colligitur distinctam esse extensionem, & continuitatem temporis ab extensione, & continuitate motus: & cum hæc sit à magnitudine, vel spacio mendicata, quantum per accidens motum denominante, extensionem verò temporis tanquam propriam, nec à motu mendicatam quantum ipsum efficere per se

probatur. Secundo quia præteritum, & futurum copulata instanti præsenti efficiunt vnam quandam entitatem per se successiuam, ac per se continuam, quam appellamus durationem, per se quidem successiuam, atque continuam, hoc est non à termino, spacio, vel subiecto, vt de successione, & continuitate motus dicemus ergo tempus per se est successiua, atque continua duratio, per se igitur erit extensa, per se habebit vnam partem extra aliam, nempè præteritam extra futuram, per se etiam continua, & consequenter per se quanta, & vna ex speciebus continuæ quantitatis: consecutio necessaria est, antecedens sic probatur. Quomodocunque se habeat motus, hoc est, siue sit per se, siue per accidens continuus, atque successiuus, eo ipso quod in natura rerum est, per se conuenit ei duratio, & continua, atque successiua duratio, ergo duratio eius, quæ tempus est, per se est successiua, atque continua, per se extensa, & quanta, vt videtur conuincere exemplum hoc: licet album sit vnum per accidens, per se conuenit ei duratio, quandiu est in natura rerum, eiusque proinde duratio non est minus per se vna in ratione successiua, aut instantanea, quam alterius rei, quæ sit per se vna elicio ergo nihil lædere extensionem temporis, neque efficere eam talem per accidēs, quod extensio, seu successio, vel continuitas motus sit talis per accidens: sed hoc non obstante erit talis per se, & species quantitatis.

Ad solutionem argumentorum notabilia.

PRo solutione argumentorum obseruandum est, tempus idcirco passionem motus appellari ab Aristotele, quia medio Nota.
motu causatur à mobili tanquam à causa adæquata, & proxima; semperque motum comitatur: repugnat enim regularem motum, & 14.
primum dari in rerum natura, quin detur duratio illius, à qua & motus ipse, & cætera mensurentur, ex quo intelligitur distinctam entitatem, vel rationem saltem formalem habere à motu, & completam quidem, cum tamen motus quid incompletum sit quia per modū fluxus se habet, tempus vero durationem importat, & idcirco modum entis completi habet, & ex consequenti distinctam extensionem ac per se.

Secundo obseruandum est, motum idcirco ad prædicamentum per se non pertinere, II. Nota
quia entitas quædam imperfecta est, & quasi

res in fieri, non facta, & idcirco non completa sed à prædicamento quantitatis alia de caussa excluditur, (vt quæstione sequenti fiet manifestum) quia non habet propriam extensionem: sed ideò continuum est, atque extẽsum, quia magnitudo per quam fit extensa est, & cõtinua. Causa autem temporis est quasi efficiẽs, vel certè causatio, qua media à mobili ipso producitur, quo fit, vt longe diuerso modo accipiat tempus extensionem à motu, atque motus ipse à magnitudine, vel spacio, ab his enim accipit motus extensionem tãquam ab intrinseco sibi: tempus vero tanquam ab aliquo extrinseco: nam quod ex parte efficientis se tenet, vt motus in præsentiarum respectu temporis, extrinsecum est effectui, ex quo discrimine infertur tẽpus posse esse per se quantum, licet motus sit quantus per accidens: quia quamuis tempus extensionem accipiat à motu tanquam ab extrinseco, tamen, vt ab intrinseco à nullo accipit: sequitur ergo à se habere illam, quod est esse per se quantum.

Sensus verborum. Et iuxta sensum huius distinctionis docuit Aristo. motum esse quantum ratione magnitudinis, & tempus à motu causatam habere diuisibilitatem, nec enim de eodem causalitatis
15. genere verba accipienda sunt, sed de singulis secundum propriam conditionem.

Aduersariorum argumentis respondetur.

Ad V. resp. VNde ad formam primi argumenti respondentes admittimus tempus præfato modo esse extensum, & continuum à motu, longe tamen diuerso, ac motus continuus est, & extensus à magnitudine, vnde argumentum de primo ad vltimum non tenet, propter diuersum modum accipiendi ab alio extensionem, si quidem diuersus longe est in vtroque: quasi formalis, & intrinsecus in motu respectu magnitudinis, vel spacij, extrinsecus vero in tempore respectu motus, quia ad modum efficientis & eiusmodi discrimen efficit, vt non sit bona consequutio, motus est per accidens extensus, atque continuus, ergo etiã tempus: secunda item consequutio eiusdem argumenti teneret, si motus ex propria virtute inferret, & quasi produceret tempus, tunc enim non posset nobiliorem cõditionem quãti habere, ac ipse motus, sed cum virtute nobilioris id efficiat, potest bene nobiliorem effectum in ratione quantitatis inferre.

Ad II. resp. Secundo argumento damus tẽpus non esse distinctam entitatem à motu (quanquam modo id nec discutiamus, nec definiamus) satis tamen est formalis, vel essentialis distinctio, vt tempus sit extensum, & continuum per se, etiam si motus per accidens extendatur, expectata igitur identitate reali, quanta per accidẽs appellari posset entitas temporis: sed quia rerum essentias quærimus, quarum ratione in prædicamento collocantur: absolute pronunciandum censemus tempus esse inter quãta per se referendum, etiam si motus ab eis excludatur.

Ad III. respond. Ad tertium argumentum (absolutam eius solutionem ad quartũ librum physicorum referentes) breuissime dicimus, tempus esse numerum, non re ipsa discretum, nec tamen solum per actualem intellectus considerationem
16. sed per aptitudinem realem partium motus ad intellectum, à quo numerabiles sunt secũdum prius, & posterius, quare numerus realis est, non tamen numerus simpliciter, cum non sit realiter discretus, sed secundum quid quasi discreta ratione numerabilis, cum tamen re ipsa sit continuus: vnde fit, vt licet eiusmodi ratio numeri formalissima sit in tempore, tempus tamen re ipsa continuum, in continuis quantis numeretur simpliciter, in discretis non nisi secundum quid: quod vt cunctis sit notum, appellatur in definitione, numerus motus secundum prius, & posterius, hoc est numerus partium cuiusdam successiui, atque continui, cui repugnat esse re ipsa discretum.

Soluitur Arist. testimonium. Verba autem Aristotelis in eodem argumẽto opposita non probant tempus esse eius rationis, vt quæstione 4. ostendimus germanum
17. sensum eorum tradentes 5. autem Metaphysi. lib cap. 13. inter quanta per accidens tempus retulit, quia nõ est ita per se quantum, sicut reliquæ quatuor species ibidem numeratæ, sed dependenter à motu; & non nisi cũ ordine ad illum: vnde quasi medium tenet inter ea, quæ quãta per se perfectissimo modo dicuntur, & inter quãta per accidẽs, & propterea quantum per accidens, & non per se dicitur vocabulo per se stricte accepto, & in hoc sensu loquitur Arist. tanquam primus philosophus absolutissimam prędicamẽtorum, generum, atq; specierum rationẽ considerans: in dialectica verò latiori vsus significatione eiusdem vocis omnia per se quanta appellat, quæ talem merẽtur appellationẽ absolutã, & si nõ perfectissimam, vt vniuersas species quantitatis explicet, vt fini eiusdem dialecticæ congruebat.

Vlti-

Ad vltim. Vltimum argumentum propterea difficile apparet; quia difficilis cognitu est natura successiuorum. Hac tamen distinctione diluitur: entia realia dupliecia sunt, permanentia videlicet, & successiua: permanentia vocantur illa, quæ suum esse simul habent in natura rerum, vt homo, successiua verò dicuntur, quæ nō simul, sed successiue habent propriam entitatē in rebus, cuiusmodi sunt motus, & tempus. Et quemadmodum entitatem illa simul habent, hæc vero non nisi successiue: pari ratione si rationem totius habent, partes quoque simul habebunt permanentia: at successiua non nisi vnam post alteram, vt in partibus motus notū est, quæ termino communi copulantur, nempè mutato esse indiuisibili, quod non est aliud, quam mobile peruenisse ad hoc, vel illud vbi, ad hanc, vel illam distantiam: efficiunt itaque vnum continuum, reale, atque successiuum: & eodē modo se habent partes temporis, præteritum scilicet, atque futurum, quæ instanti præsenti copulatæ vnū tempus efficiunt continuum, successiuum, atque reale. Difficultas autem intelligendi naturam successiuorum ex consuetudine intelligendi permanentia prouenit; ex qua nihil esse reale arbitrantur plures, nisi quod esse permanens, & totum simul habet, nec reales partes, nisi quę nunc sunt nobis præsentes. Cum tamen ea, quæ fluunt, ita considerata, realia non sint: nihilominus fluxus eorum realis censendus est, si partes fluentes reali termino copulentur, ex tali enim copulatione fit, vt futurum quod nondum est, & præteritum quod iam non est, vnum continuum fluxum realem faciant, quia realiter fluunt, & communi illo, ac reali termino copulantur. Quæ habere non possent, si nihil essent, aut entia rationis. Multi igitur argumento hoc vltimo conuicti, negarunt tempus esse ens reale, cuius partes nunquam videntur extare in natura rerum: quasi non sit eadem difficultas de motu, & partibus eius, quem nullus ferme philosophorū negauit esse realem. Nos verò natura successiuorum perspecta ad formam argumenti, dum dicitur partes temporis non esse reales, quia nunquam extant, respondemus, nec in rebus esse, nec reales esse modo partium rei permanentis, quæ simul sunt: bene tamen modo successiuo, hoc est, influxu copulatas termino communi, ac reali, ratione cuius vnum fluxum, vnumque continuum fluens constituunt, non secus ac vnum permanens efficiunt partes simul existentes communi termino copulatæ. Illud tamen admonitum esse velim, nos de tempore pro continua duratione absolutè considerata in tota hac quęstione loqui: vt Arist. non solum in hoc prædicamento, sed quarto physic. nam pro determinatis à nobis partibus eius, nominibus (hora, dies, mensis, & annus) designatis non est quid naturale, vel reale, si formaliter accipiatur: sed quasi artificiale tempus vocatur, & ens rationis est.

QVAESTIO SEXTA.

Sit ne locus vera species quantitatis continuæ à superficie distincta.

Tres sententiæ referuntur & negatiua Scoti probatur.

Antiquorū opinio. CIrca naturam, ac rationem loci corporei (de quo intelligitur tit. quæst.) ferebatur priscis temporibus opinio Stoicorū, & Academicorum aientium locum non esse aliud, quam spatium illud, seu interuallum, quod corpus sua quantitate replet, & occupat, vt illud, quod concipimus intra parietes cubiculi, de quo dicebant esse dimensiones quasdam à cunctis corporibus separatas: huius positionis meminit Philopponus in digressione de loco, à qua non omnino videtur dissentire: prius tamen eam & retulit, & euidentibus rationibus refutauit Arist. 4. lib. physic. text. 36. quia vel dimensiones illæ sunt substantiæ, vel accidentia, si dicatur esse substantiam, locati potius, quam loci habebunt rationem, cum exploratum sit cuicunque corporeæ substantiæ locum deberi: si verò sunt accidentia corporea, vel in substantia inhærent, vel ab ea omnino separantur, si inhærere concedatur, etiam ipsæ erunt in loco cum substantia, nam idem locus substantiæ, & accidentibus eius debetur, atque adeò nōn erunt locus, sed locatum, separata autem accidentia esse ab omni substantia planè repugnat, impossibilis ergo reputatur talis locus, præterquam quod etiamsi admitteretur, vel impediret locati ingressum, vel se se cum eo penetraret, & ex priori fieret non posse continere locatum, ex posteriori verò admittendam esse duorū corporum penetrationem naturaliter impossibilem, de tali igitur loco omnino impossibili, non procedit 192.

201. proprietatem, cum ratio eius ex propria eiusdem loci natura fuerit desumpta, ex eo autem quod in metaph. non meminerit, negatiuum dumtaxat argumentum deduci posse aiunt, atque adeò infirmum satis ad probandū eum à prædicamento depulisse: non enim oportet omnes species atomas prædicamenti semper enumerare, sed sufficiunt aliquando subalternæ, vel certè sufficit enumerasse principaliores atomas, ex quibus facile deduci possunt reliquæ, præsertim dum alibi præsupponuntur omnes enumeratæ, vt contingit in casu præsenti, etenim cum Arist. in hoc prædicamento proprijs nominibus, ac rationibus separauerit species vtriusque quantitatis, continuæ, atque discretæ, non necesse fuit iterum in prædicamento metaph. omnes repetere, sed satis fuit principaliores enumerasse, ex quibus facili negocio deducuntur cæteræ, vt ex numero oratio, in qua idem ferè modus discretionis reperitur, & ex superficie locus, à qua non separatur realiter, & supra quam non nisi rationem formalem continentiæ addit. Sed iam

Probat. I. probant locum esse per se quantum, & à superficie distinctum ratione Arist. quæ eiusmodi est. Diuisibilitas est ratio quantitatis, sed locus diuisibilis est ad diuisionem locati, ergo vt locus habet propriam diuisibilitatem, minorem ostendit, quia partibus locati correspondent partes loci, & punctis puncta, ergo locus habet propriam diuisibilitatem in ordine ad locatum, & distinctam quidem à superficie, quæ vt talis nullam habet correspondentiam cum

Confirm. locato. Vnde idem Arist. 4. lib. physic. vbi propriam mentē aperuit circa loci naturam, docet esse vltimam superficiem, sed superficies est quantum per se, ergo & locus erit per se quantus, cum sit per se diuisibilis secundum longitudinem, & latitudinem, ex eo, quod

202. est superficies: addit præter rationem superficiei, quod sit vltima, cum non quælibet superficies sit locus, sed quæ proximè attingit locatum, vnde addit etiam continentiam, ex quibus formali saltem ratione à superficie distinguitur, tanquam altera species continuæ quantitatis.

II. Probat. Secundo probatur. Nam proprietas quantitatis maxima est æquale, & inæquale, vt expressis verbis docet Arist. cap. præsenti, sed locus ex propria, atque intrinseca conditione est æqualis locato, vt idem Arist. 4. lib. physic. text. 13. ostendit, ergo aliqua ei conuenit propria ratio quantitatis, extensionis, ac diuisibilitatis, à qua talis proprietas emanat, per eam igitur constituet speciem per se quantitatis distinctam à superficie, cui sicut non conuenit formaliter loci æqualitas, ita nec eius diuisibilitas.

Probatur vltimo. Probatur tandem. Nam ad specificam distinctionem specierum satis est distinctus modus formalis extensionis, ac diuisibilitatis, sed talem habet locus à superficie distinctum, erit ergo species ab eo distincta. Probatur minor, quia sicut superficies vt talis habet extensionem in ordine ad corpus, cui inhæret, ita vt lo- 203.
cus considerata habet extensionem in ordine ad locatum, quod continet, videlicet per correspondentiam, & proportionē ad illud, cum partibus eius partes loci correspondeant, & puncta punctis, & iuxta hanc proportionem sit diuisibilis, eiusmodi autem correspondentia, aut proportio non est pura relatio, sed modus diuisibilitatis, quem explicare non possumus, nisi per respectum ad locatum, quod non tollit, quin vt species hujus prædicamenti formaliter separari valeat, nec nouum est in accidentibus, quod formalis eorum ratio per ordinem ad extrinsecum accipiatur, vt potentiæ, & habitus ostendunt, quorum propriæ rationes accipiuntur, in ordine ad actus, & obiecta, non ergo mirum est, si formalis ratio loci etiamsi absoluta per ordinem ad extrinsecū locatum accipiatur. Sententia hæc, vt rationem eius plenè capiamus, superficiem hoc modo distinguendā docet, vt sub communiori conceptu prius accipiatur, prout abstrahit à loco, & à superficie, quæ ponitur secunda species quantitatis continuæ, quo pacto genus esse docet ad hanc eandem superficiem, & locum, nam superficies, quę est secunda species solum importat extensionem secundum longitudinem, & latitudinem, locus verò addit modū continentiæ, per quem à superficie eadem essentialiter separatur, sed superficies pro genere vtriusq; à continentia abstrahit, solum importans rationem extensionis secundum longitudinem, & latitudinem, contrahibilem quidem per negationem profunditatis ad superficiem, quæ est secunda species, & per continentiam ad locum, vt sic specie distinguantur locus, & superficies sub tali genere proximo, quanquam realiter sint eadem quantitas.

* * *

Propria

Propria sententia proponitur, & corroboratur.

I. Assertio nostrae sententiae. SEntentia nostra duabus his assertionibus continetur. Prior est: esto locus sit vera quantitas continua tanquam superficies, nō habet distinctam extensionem, etiam formalem ab ea, vt propterea iuxta propriam rationem huius praedicamenti speciem distinctā
205. constituat. Assertio haec primam opinionem confirmat, & postremam reijcit, estque expressa apud S. Thom. 5. lib. Metaphysic. lect. 15. & in 2. distinct. 12. quaest. vnica. art. 5. ad 2. quibus locis planè affirmat locum in ratione quantitatis non distingui à superficie, & probatur his argumentis satis efficacibus, primo.
I Argum. Quia modus extensionis, quem addere locum supra superficiem ponit prima opinio, licet aliquam veritatis apparentiam habeat, verè est titulus sine re, quod sic ostendo: nam si talem modum extensionis habet, aut per illū extendit corpus continens, in quo inhaeret, vel corpus locatum, quod continet, vel in se ipso nouo modo extensus est, nihil horum admitti potest, ergo & modus iste nihil reputari debet, probatur minor, nam corpus, in quo est, non extendit nouo modo, quia vltima superficies aeris continens arborem, ex eo quod eam circumscribat, non extendit aerem ipsum, cui inhaeret nouo aliquo modo, sed solum secundum modos longitudinis, & latitudinis, quas dimensiones constat aeri tribuere, dū nullum continet corpus, nec dum arborem circumscribit aliquid ei intrinsecum ponit, sed sola denominatione extrinseca circumscripta, vel contenta denominatur, nec demum eadem superficies vltima, quae locus est, alio modo
206. formali in se est extensa per continentiam locati, aliōie modo diuisibilis, tum quia si talem modum haberet, cum necessario communicaret corpori continenti, aut contento, illi ratione actualis inhaesionis, huic vero ratione continentiae, probatum est autem neutrum à loco recipere talem modum extensionis nouum; tum etiam, quia cum circumscriptio quidpiam extrinsecum sit, nihil potest intrinsecum in circumscribente ponere absolu-
II. Argum. tum, praesertim quale esse oportet, vt modus extensionis nouus appelletur. Secundo probatur, quia si talem modum nouum extensionis cōpararet vltima superficies aeris ex eo, quod continet arborem, ab aliquo agente productus esset, sed nullū est agens, à quo producatur, ergo erit prorsus confictus, minorem ostendo. quia neq; ab arbore circumscripta produci potest, quae nihil in aerē agit, neq; ab ipsomet aere, qui dū arborem circumscribit, nihil circa se agit, vel operatur, non est autem excogitabile aliud agens, à quo producatur. Probatur deni- III. Arg.
que. Quia correspondētia loci ad locatū aut locati ad locū ad summum potest esse respectus praesentiae, aut contactus, quem quoduis aliud corpus alteri contiguum comparat, non ergo modus extensionis, qui absolutus esse debet, etiamsi per respectum explicaretur.

Assertio posterior. Locus sub ratione men- II. Assert.
surae nequit à superficie distingui specie. Haec assertio aduersatur secundae opinioni, & videtur mihi euidenter elici ex priori conclusione, 207.
nam mensura, vt ostēdimus ex communi sententia, propria passio quantitatis est emanans ab extensione, sed haec nō est diuersa in superficie, & loco, ergo nec per proprietatem ab ea emanantem distingui potest. Probatur rursus. Quia esse mensuram actiuam, & actualem alterius quantitatis nihil est intrinsecum in quantitate mensurante, vt in vlna cernimus, quae nihil intrinsecum comparat ex eo, quod pannum mensuret, ergo nihil erit intrinsecum in superficie vltima esse mensuram actiuam loci, quemadmodū neq; in corpore locato aliquid intrinsecum est ab ea mensurari, & certe si ex eo, quod superficies vltima actiue mensurat circumscriptum corpus, alia foret species quantitatis multiplicanda, pari ratione linea, & corpus, vt actiue mensurant alias quantita- Confirm.
tes, distinguerent quoque alias species, imo & ab incon-
superficies cōuexa locati, prout mensurat suo uenienti.
modo concauam loci, distingueret aliam speciem, quae non solum falsa, sed absurda sunt.

Dissoluuntur argumenta vltimae opinionis.

NEque assertiones nostrae aduersantur Explicat.
doctrinae Arist. nam cū naturam loci Arist.
vtpote ad philosophiam pertinentem haud quaquam hoc loco explicuerit, explicaturus postea 4. lib. Physic. vbi propriam sen- 208.
tentiam expressit, opinione antiquorum (quae suo tempore circunferebatur) explosa, nec de eo exacte locutus est, sed secundū extrinsecam quandam rationem mensurae, vt aliqualem eius notitiam dialecticis traderet ad enunciationes, & syllogismos extruendos opportunam, per hanc rationē extrinsecam cum à su-

 perficie

201. proprietatem, cum ratio eius ex propria eiusdem loci natura fuerit desumpta, ex eo autem quod in metaph. non meminerit, negatiuum dumtaxat argumentum deduci posse aiunt, atque adeò infirmum satis ad probandū eum à prædicamento depulisse: non enim oportet omnes species atomas prædicamenti semper enumerare, sed sufficiunt aliquando subalternæ, vel certè sufficit enumerasse principaliores atomas, ex quibus facile deduci possunt reliquæ, præsertim dum alibi præsupponuntur omnes enumeratæ, vt contingit in casu præsenti, etenim cum Arist. in hoc prædicamento proprijs nominibus, ac rationibus separauerit species vtriusque quantitatis, continuæ, atque discretæ, non necesse fuit iterum in prædicamento metaph. omnes repetere, sed satis fuit principaliores enumerasse, ex quibus facili negocio deducuntur cæteræ, vt ex numero oratio, in qua idem ferè modus discretionis reperitur, & ex superficie locus, à qua non separatur realiter, & supra quam non nisi rationem formalem continentiæ addit. Sed iam

Probat. I. probant locum esse per se quantum, & à superficie distinctum ratione Arist. quæ eiusmodi est. Diuisibilitas est ratio quantitatis, sed locus diuisibilis est ad diuisionem locati, ergo vt locus habet propriam diuisibilitatem, minorem ostendit, quia partibus locati correspondent partes loci, & punctis puncta, ergo locus habet propriam diuisibilitatem in ordine ad locatum, & distinctam quidem à superficie, quæ vt talis nullam habet correspondentiam cum

Confirm. locato. Vnde idem Arist. 4. lib. physic. vbi propriam mentē aperuit circa loci naturam, docet esse vltimam superficiem, sed superficies est quantum per se, ergo & locus erit per se quantus, cum sit per se diuisibilis secundum longitudinem, & latitudinem, ex eo, quod est superficies: addit præter rationem super-

202. ficiei, quod sit vltima, cum non quælibet superficies sit locus, sed quæ proximè attingit locatum, vnde addit etiam continentiam, ex quibus formali saltem ratione à superficie distinguitur tanquam altera species continuæ quantitatis.

II. Probat. Secundo probatur. Nam proprietas quantitatis maxima est æquale, & inæquale, vt expressis verbis docet Arist. cap. præsenti, sed locus ex propria, atque intrinseca conditione est æqualis locato, vt idem Arist. 4. lib. physic. text. 13. ostendit, ergo aliqua ei conuenit propria ratio quantitatis, extensionis, ac diuisibilitatis, à qua talis proprietas emanat, per eam igitur constituet speciem per se quantitatis distinctam à superficie, cui sicut non conuenit formaliter loci æqualitas, ita nec eius diuisibilitas.

Probatur vltimo. Probatur tandem. Nam ad specificam distinctionem specierum satis est distinctus modus formalis extensionis, ac diuisibilitatis, sed talem habet locus à superficie distinctum, erit ergo species ab eo distincta. Probatur minor, quia sicut superficies vt talis habet extensionem in ordine ad corpus, cui inhęret, ita vt lo- 203.
cus considerata habet extensionem in ordine ad locatum, quod continet, videlicet per correspondentiam, & proportionē ad illud, cum partibus eius partes loci correspondeant, & puncta punctis, & iuxta hanc proportionem sit diuisibilis, eiusmodi autem correspondentia, aut proportio non est pura relatio, sed modus diuisibilitatis, quem explicare non possumus, nisi per respectum ad locatum, quod non tollit, quin vt species hujus prædicamenti formaliter separari valeat, nec nouum est in accidentibus, quod formalis eorum ratio per ordinem ad extrinsecum accipiatur, vt potentiæ, & habitus ostendunt, quorum propriæ rationes accipiuntur, in ordine ad actus, & obiecta, non ergo mirum est, si formalis ratio loci etiamsi absoluta per ordinem ad extrinsecū locatum accipiatur. Sententia hæc, vt rationem eius plenè capiamus, superficiem hoc modo distinguendā docet, vt sub communiori conceptu prius accipiatur, prout abstrahit à loco, & à superficie, quæ ponitur secunda species quantitatis continuæ, quo pacto genus esse docet ad hanc eandem superficiem, & locum, nam superficies, quę est secunda species solum importat extensionem secundum longitudinem, & latitudinem, locus verò addit modū continentiæ, per quem à superficie eadem essentialiter separatur, sed superficies pro genere vtriusq; à continentia abstrahit, solum importans rationem extensionis secundum longitudinem, & latitudinem, contrahibilem quidem per negationem profunditatis ad superficiem, quæ est secunda species, & per continentiam ad locum, vt sic specie distinguantur locus, & superficies sub tali genere proximo, quanquam realiter sint eadem quantitas.

* * *

Propria

Propria sententia proponitur, & corroboratur.

I. Assertio nostræ sententiæ. Sententia nostra duabus his assertionibus continetur. Prior est: esto locus sit vera quantitas continua tanquam superficies, nō habet distinctam extensionem, etiam formalem ab ea, vt propterea iuxta propriam rationem huius prædicamenti speciem distinctā
205 constituat. Assertio hæc primam opinionem confirmat, & postremam reijcit, estque expressa apud S. Thom. 5. lib. Metaphysic. lect. 15. & in 2. distinct. 12. quæst. vnica. art. 5. ad 2. quibus locis planè affirmat locum in ratione quantitatis non distingui à superficie, & probatur his argumentis satis efficacibus, primo.
I. Argum. Quia modus extensionis, quem addere locum supra superficiem ponit prima opinio, licet aliquam veritatis apparentiam habeat, verè est titulus sine re, quod sic ostendo: nam si talem modum extensionis habet, aut per illū extendit corpus continens, in quo inhæret, vel corpus locatum, quod continet, vel in se ipso nouo modo extensus est, nihil horum admitti potest, ergo & modus iste nihil reputari debet, probatur minor, nam corpus, in quo est, non extendit nouo modo, quia vltima superficies aeris continens arborem, ex eo quod eam circumscribat, non extendit aerem ipsum, cui inhæret nouo aliquo modo, sed solum secundum modos longitudinis, & latitudinis, quas dimensiones constat aeri tribuere, dū nullum continet corpus, nec dum arborem circumscribit aliquid ei intrinsecum ponit, sed sola denominatione extrinseca circumscripta, vel contenta denominatur, nec demum eadem superficies vltima, quæ locus est, alio modo
206. formali in se est extensa per continentiam locati, alioqui modo diuisibilis, tum quia si talem modum haberet, cum necessario communicaret corpori continenti, aut contento, illi ratione actualis inhæsionis, huic vero ratione continentiæ, probatum est autem neutrum à loco recipere talem modum extensionis nouum; tum etiam, quia cum circumscriptio quidpiam extrinsecum sit, nihil potest intrinsecum in circumscribente ponere absolutum, præsertim quale esse oportet, vt modus
II. Argum. extensionis nouus appelletur. Secundo probatur, quia si talem modum nouum extensionis cōpararet vltima superficies aeris ex eo, quod continet arborem, ab aliquo agente productus esset, sed nullū est agens, à quo producatur, ergo erit prorsus confictus, minorem ostendo: quia neq; ab arbore circumscripta produci potest, quæ nihil in aerē agit, neq; ab ipsomet aere, qui dū arborem circumscribit, nihil circa se agit, vel operatur, non est autem excogitabile aliud agens, à quo producatur. Probatur deni- III. Arg. que. Quia correspondētia loci ad locatū aut locati ad locū ad summum potest esse respectus præsentiæ, aut contactus, quem quoduis aliud corpus alteri contiguum comparat, non ergo modus extensionis, qui absolutus esse debet, etiamsi per respectum explicaretur.

Assertio posterior. Locus sub ratione men- II. Assert. suræ nequit à superficie distingui specie. Hæc assertio aduersatur secundæ opinioni, & videtur mihi euidenter elici ex priori conclusione, 207.
nam mensura, vt ostēdimus ex communi sententia, propria passio quantitatis est emanans ab extensione, sed hæc nō est diuersa in superficie, & loco, ergo nec per proprietatem ab ea emanantem distingui potest. Probatur rursus. Quia esse mensuram actiuam, & actualem alterius quantitatis nihil est intrinsecum in quantitate mensurante, vt in vlna cernimus, quæ nihil intrinsecum comparat ex eo, quod pannum mensuret, ergo nihil erit intrinsecum in superficie vltima esse mensuram actiuam loci, quemadmodū neq; in corpore locato aliquid intrinsecum est ab ea mensurari, & certe si ex eo, quod superficies vltima actiue mensurat circumscriptum corpus, alia foret species quantitatis multiplicanda, pari ratione linea, & corpus, vt actiue mensurant alias quantita- Confirm. tes, distinguerent quoque alias species, imo & ab inconsuperficies cōuexa locati, prout mensurat suo ueniēti. modo concauam loci, distingueret aliam speciem, quæ non solum falsa, sed absurda sunt.

Dissoluuntur argumenta vltimæ opinionis.

Neque assertiones nostræ aduersantur Explicat. doctrinæ Arist. nam cū naturam loci Arist. vtpote ad philosophiam pertinentem haud quaquam hoc loco explicuerit, explicaturus postea 4. lib. Physic. vbi propriam sen- 208.
tentiam expressit, opinione antiquorum (quæ suo tempore circunferebatur) explosa, nec de eo exacte locutus est, sed secundū extrinsecam quandam rationem mensuræ, vt aliqualem eius notitiam dialecticis traderet ad enunciationes, & syllogismos extruendos opportunam, per hanc rationē extrinsecam cum à superficie

201. proprietatem, cum ratio eius ex propria eiusdem loci natura fuerit desumpta, ex eo autem quod in metaph. non meminerit, negatiuum dumtaxat argumentum deduci posse aiunt, atque adeò infirmum satis ad probandū eum à prædicamento depulisse: non enim oportet omnes species atomas prædicamenti semper enumerare, sed sufficiunt aliquando subalternæ, vel certè sufficit enumerasse principaliores atomas, ex quibus facile deduci possunt reliquæ, præsertim dum alibi præsupponuntur omnes enumeratæ, vt contingit in casu præsenti, etenim cum Arist. in hoc prædicamento proprijs nominibus, ac rationibus separauerit species vtriusque quantitatis, continuæ, atque discretæ, non necesse fuit iterum in prædicamento metaph. omnes repetere, sed satis fuit principaliores enumerasse, ex quibus facili negocio deducuntur cæteræ, vt ex numero oratio, in qua idem ferè modus discretionis reperitur, & ex superficie locus, à qua non separatur realiter, & supra quam non nisi rationem formalem continentiæ addit. Sed iam

Probat. I. probant locum esse per se quantum, & à superficie distinctum ratione Arist. quæ eiusmodi est. Diuisibilitas est ratio quantitatis, sed locus diuisibilis est ad diuisionem locati, ergo vt locus habet propriam diuisibilitatem, minorem ostendit, quia partibus locati correspondent partes loci, & punctis puncta, ergo locus habet propriam diuisibilitatem in ordine ad locatum, & distinctam quidem à superficie, quæ vt talis nullam habet correspondentiam cum

Confirm. locato. Vnde idem Arist. 4. lib. physic. vbi propriam mentē aperuit circa loci naturam, docet esse vltimam superficiem, sed superficies est quantum per se, ergo & locus erit per se quantus, cum sit per se diuisibilis secundum longitudinem, & latitudinem, ex eo, quod

202. est superficies: addit præter rationem superficiei, quod sit vltima, cum non quælibet superficies sit locus, sed quæ proximè attingit locatum, vnde addit etiam continentiam, ex quibus formali saltem ratione à superficie distinguitur tanquam altera species continuæ quantitatis.

II. Probat. Secundo probatur. Nam proprietas quantitatis maxima est æquale, & inæquale, vt expressis verbis docet Arist. cap. præsenti, sed locus ex propria, atque intrinseca conditione est æqualis locato, vt idem Arist. 4. lib. physic. text. 13. ostendit, ergo aliqua ei conuenit propria ratio quantitatis, extensionis, ac diuisibilitatis, à qua talis proprietas emanat, per eam igitur constituet speciem per se quantitatis distinctam à superficie, cui sicut non conuenit formaliter loci æqualitas, ita nec eius diuisibilitas.

Probatur vltimo. Probatur tandem. Nam ad specificam distinctionem specierum satis est distinctus modus formalis extensionis, ac diuisibilitatis, sed talem habet locus à superficie distinctum, erit ergo species ab eo distincta. Probatur minor, quia sicut superficies vt talis habet extensionem in ordine ad corpus, cui inhęret, ita vt locus considerata habet extensionem in ordine 203.
ad locatum, quod continet, videlicet per correspondentiam, & proportionē ad illud, cum partibus eius partes loci correspondeant, & puncta punctis, & iuxta hanc proportionem sit diuisibilis, eiusmodi autem correspondentia, aut proportio non est pura relatio, sed modus diuisibilitatis, quem explicare non possumus, nisi per respectum ad locatum, quod non tollit, quin vt species hujus prædicamenti formaliter separari valeat, nec nouum est in accidentibus, quod formalis eorum ratio per ordinem ad extrinsecum accipiatur, vt potentiæ, & habitus ostendunt, quorum propriæ rationes accipiuntur, in ordine ad actus, & obiecta, non ergo mirum est, si formalis ratio loci etiamsi absoluta per ordinem ad extrinsecū locatum accipiatur. Sententia hæc, vt rationem eius plenè capiamus, superficiem hoc modo distinguendā docet, vt sub communiori conceptu prius accipiatur, prout abstrahit à loco, & à superficie, quæ ponitur secunda species quantitatis continuæ, quo pacto genus esse docet ad hanc eandem superficiem, & locum, nam superficies, quę est secunda species solum importat extensionem secundum longitudinem, & latitudinem, locus verò addit modū continentiæ, per quem à superficie eadem essentialiter separatur, sed superficies pro genere vtriusq; à continentia abstrahit, solum importans rationem extensionis secundum longitudinem, & latitudinem, contrahibilem quidem per negationem profunditatis ad superficiem, quæ est secunda species, & per continentiam ad locum, vt sic specie distinguantur locus, & superficies sub tali genere proximo, quanquam realiter sint eadem quantitas.

* * *

Propria

Propria sententia proponitur, & corroboratur.

I. Assertio nostræ sententiæ. Sententia nostra duabus his assertionibus continetur. Prior est: esto locus sit vera quantitas continua tanquam superficies, nō habet distinctam extensionem, etiam formalem ab ea, vt propterea iuxta propriam rationem huius prædicamenti speciem distinctā
205. constituat. Assertio hæc primam opinionem confirmat, & postremam reijcit, estque expressa apud S. Thom. 5. lib. Metaphysic. lect. 15. & in 2. distinct. 12. quæst. vnica. art. 5. ad 2. quibus locis planè affirmat locum in ratione quantitatis non distingui à superficie, & probatur his argumentis satis efficacibus, primo.
I. Argum. Quia modus extensionis, quem addere locum supra superficiem ponit prima opinio, licet aliquam veritatis apparentiam habeat, verè est titulus sine re, quod sic ostendo: nam si talem modum extensionis habet, aut per illū extendit corpus continens, in quo inhæret, vel corpus locatum, quod continet, vel in se ipso nouo modo extensus est, nihil horum admitti potest, ergo & modus iste nihil reputari debet, probatur minor, nam corpus, in quo est, non extendit nouo modo, quia vltima superficies aeris continens arborem, ex eo quod eam circumscribat, non extendit aerem ipsum, cui inhæret nouo aliquo modo, sed solum secundum modos longitudinis, & latitudinis, quas dimensiones constat aeri tribuere, dū nullum continet corpus, nec dum arborem circumscribit aliquid ei intrinsecum ponit, sed sola denominatione extrinseca circumscripta, vel contenta denominatur, nec demum eadem superficies vltima, quæ locus est, alio modo
206. formali in se est extensa per continentiam locati, aliosue modo diuisibilis, tum quia si talem modum haberet, eum necessario communicaret corpori continenti, aut contento, illi ratione actualis inhæsionis, huic vero ratione continentiæ, probatum est autem neutrum à loco recipere talem modum extensionis nouum, tum etiam, quia cum circumscriptio quidpiam extrinsecum sit, nihil potest intrinsecum in circumscribente ponere absolutum, præsertim quale esse oportet, vt modus
II. Argum. extensionis nouus appelletur. Secundo probatur, quia si talem modum nouum extensionis cōpararet vltima superficies aeris ex eo, quod continet arborem, ab aliquo agente productus esset, sed nullū est agens, à quo producatur, ergo erit prorsus confictus, minorem ostendo, quia neq; ab arbore circumscripta produci potest, quæ nihil in aerē agit, neq; ab ipsomet aere, qui dū arborem circumscribit, nihil circa se agit, vel operatur, non est autem excogitabile aliud agens, à quo producatur. Probatur denique. Quia correspondētia loci ad locatū aut locati ad locū ad summum potest esse respectus præsentiæ, aut contactus, quem quoduis aliud corpus alteri contiguum comparat, non ergo modus extensionis, qui absolutus esse debet, etiamsi per respectum explicaretur. III. Arg.

Assertio posterior. Locus sub ratione mensuræ nequit à superficie distingui specie. Hæc assertio aduersatur secundæ opinioni, & videtur mihi euidenter elici ex priori conclusione, nam mensura, vt ostēdimus ex communi sententia, propria passio quantitatis est emanans ab extensione, sed hæc nō est diuersa in superficie, & loco, ergo nec per proprietatem ab ea emanantem distingui potest. Probatur rursus. Quia esse mensuram actiuam, & actualem alterius quantitatis nihil est intrinsecum in quantitate mensurante, vt in vlna cernimus, quæ nihil intrinsecum comparat ex eo, quod pannum mensuret, ergo nihil erit intrinsecum in superficie vltima esse mensuram actiuam loci, quemadmodū neq; in corpore locato aliquid intrinsecum est ab ea mensurari, & certe si ex eo, quod superficies vltima actiue mensurat circumscriptum corpus, alia foret species quantitatis multiplicanda, pari ratione linea, & corpus, vt actiue mensurant alias quantitates, distinguerent quoque alias species, imo & superficies cōuexa locati, prout mensurat suo modo concauam loci, distingueret aliam speciem, quæ non solum falsa, sed absurda sunt. II. Assert. 207. Confirm. ab inconuenienti.

Dissoluuntur argumenta vltimæ opinionis.

Neque assertiones nostræ aduersantur doctrinæ Arist. nam cū naturam loci vtpote ad philosophiam pertinentem haud quaquam hoc loco explicuerit, explicaturus postea 4. lib. Physic. vbi propriam sententiam expressit, opinione antiquorum (quæ suo tempore circunferebatur) explosa, nec de eo exacte locutus est, sed secundū extrinsecam quandam rationem mensuræ, vt aliqualem eius notitiam dialecticis traderet ad enunciationes, & syllogismos extruendos opportunam, per hanc rationē extrinsecam cum à su- Explicat. Arist. 208.

201. proprietatem, cum ratio eius ex propria eiusdem loci natura fuerit desumpta, ex eo autem quod in metaph. non meminerit, negatiuum dumtaxat argumentum deduci posse aiunt, atque adeò infirmum satis ad probandũ eum à prædicamento depulisse: non enim oportet omnes species atomas prædicamenti semper enumerare, sed sufficiunt aliquando subalternæ, vel certè sufficit enumerasse principaliores atomas, ex quibus facile deduci possunt reliquæ, præsertim dum alibi præsupponuntur omnes enumeratæ, vt contingit in casu præsenti, etenim cum Arist. in hoc prædicamento proprijs nominibus, ac rationibus separauerit species vtriusque quantitatis, continuæ, atque discretæ, non necesse fuit iterum in prædicamento metaph. omnes repetere, sed satis fuit principaliores enumerasse, ex quibus facili negocio deducuntur cæteræ, vt ex numero oratio, in qua idem ferè modus discretionis reperitur, & ex superficie locus, à qua non separatur realiter, & supra quam non nisi rationem formalem continentiæ addit. Sed iam

Probat. I. probant locum esse per se quantum, & à superficie distinctum ratione Arist. quæ eiusmodi est. Diuisibilitas est ratio quantitatis, sed locus diuisibilis est ad diuisionem locati, ergo vt locus habet propriam diuisibilitatem, minorem ostendit, quia partibus locati correspondent partes loci, & punctis puncta, ergo locus habet propriam diuisibilitatem in ordine ad locatum, & distinctam quidem à superficie, quæ vt talis nullam habet correspondentiam cum

Confirm. locato. Vnde idem Arist. 4. lib. physic. vbi propriam mentẽ aperuit circa loci naturam, docet esse vltimam superficiem, sed superficies est quantum per se, ergo & locus erit per se quantus, cum sit per se diuisibilis secundum longitudinem, & latitudinem, ex eo, quod

202. est superficies: addit præter rationem superficiei, quod sit vltima, cum non quælibet superficies sit locus, sed quæ proximè attingit locatum, vnde addit etiam continentiam, ex quibus formali saltem ratione à superficie distinguitur tanquam altera species continuæ quantitatis.

II. Probat. Secundo probatur. Nam proprietas quantitatis maxima est æquale, & inæquale, vt expressis verbis docet Arist. cap. præsenti, sed locus ex propria, atque intrinseca conditione est æqualis locato, vt idem Arist. 4. lib. physic. text. 13. ostendit, ergo aliqua ei conuenit propria ratio quantitatis, extensionis, ac diuisibilitatis, à qua talis proprietas emanat, per eam igitur constituet speciem per se quantitatis distinctam à superficie, cui sicut non conuenit formaliter loci æqualitas, ita nec eius diuisibilitas.

Probatur tandem. Nam ad specificam distinctionem specierum satis est distinctus modus formalis extensionis, ac diuisibilitatis, sed talem habet locus à superficie distinctum, erit ergo species ab eo distincta. Probatur minor, quia sicut superficies vt talis habet extensionem in ordine ad corpus, cui inheret, ita vt locus considerata habet extensionem in ordine ad locatum, quod continet, videlicet per correspondentiam, & proportionẽ ad illud, cum partibus eius partes loci correspondeant, & puncta punctis, & iuxta hanc proportionem sit diuisibilis, eiusmodi autem correspondentia, aut proportio non est pura relatio, sed modus diuisibilitatis, quem explicare non possumus, nisi per respectum ad locatum, quod non tollit, quin vt species huius prædicamenti formaliter separari valeat, nec nouum est in accidentibus, quod formalis eorum ratio per ordinem ad extrinsecum accipiatur, vt potentiæ, & habitus ostendunt, quorum propriæ rationes accipiuntur, in ordine ad actus, & obiecta, non ergo mirum est, si formalis ratio loci etiamsi absoluta per ordinem ad extrinsecũ locatum accipiatur. Sententia hæc, vt rationem eius plenè capiamus, superficiem hoc modo distinguendã docet, vt sub communiori conceptu prius accipiatur, prout abstrahit à loco, & à superficie, quæ ponitur secunda species quantitatis continuæ, quo pacto genus esse docet ad hanc eandem superficiem, & locum, nam superficies, quę est secunda species solum importat extensionem secundum longitudinem, & latitudinem, locus verò addit modũ continentiæ, per quem à superficie eadem essentialiter separatur, sed superficies pro genere vtriusq; à continentia abstrahit, solum importans rationem extensionis secundum longitudinem, & latitudinem, contrahibilem quidem per negationem profunditatis ad superficiem, quæ est secunda species, & per continentiam ad locum, vt sic specie distinguantur locus, & superficies sub tali genere proximo, quanquam realiter sint eadem quantitas.

(Right margin notes: "Probatur vltimo." beside "Probatur tandem."; "203." beside "nem in ordine ad corpus".)

* * *

Propria

Propria sententia proponitur, & corroboratur.

I. Assertio nostræ sententiæ. SEntentia nostra duabus his assertionibus continetur. Prior est: esto locus sit vera quantitas continua tanquam superficies, nō habet distinctam extensionem, etiam formalem ab ea, vt propterea iuxta propriam rationem huius prædicamenti speciem distinctā
205. constituat. Assertio hæc primam opinionem confirmat, & postremam reijcit, estque expressa apud S. Thom. 5. lib. Metaphysic. lect. 15. & in 2. distinct. 12. quæst. vnica. art. 5. ad 2. quibus locis planè affirmat locum in ratione quantitatis non distingui à superficie, & probatur his argumentis satis efficacibus, primo.
I. Argum. Quia modus extensionis, quem addere locum supra superficiem ponit prima opinio, licet aliquam veritatis apparentiam habeat, verè est titulus sine re, quod sic ostendo: nam si talem modum extensionis habet, aut per illū extendit corpus continens, in quo inhæret, vel corpus locatum, quod continet, vel in se ipso nouo modo extensus est, nihil horum admitti potest, ergo & modus iste nihil reputari debet, probatur minor, nam corpus, in quo est, non extendit nouo modo, quia vltima superficies aeris continens arborem, ex eo quod eam circumscribat, non extendit aerem ipsum, cui inhæret nouo aliquo modo, sed solum secundum modos longitudinis, & latitudinis, quas dimensiones constat aeri tribuere, dū nullum continet corpus, nec dum arborem circumscribit aliquid ei intrinsecum ponit, sed sola denominatione extrinseca circumscripta, vel contenta denominatur, nec demum eadem superficies vltima, quæ locus est, alio modo
206. formali in se est extensa per continentiam locati, aliōīe modo diuisibilis, tum quia si talem modum haberet, cum necessario communicaret corpori continenti, aut contento, illi ratione actualis inhæsionis, huic vero ratione continentiæ, probatum est autem neutrum à loco recipere talem modum extensionis nouum, tum etiam, quia cum circumscriptio quidpiam extrinsecum sit, nihil potest intrinsecum in circumscribente ponere absolutum, præsertim quale esse oportet, vt modus
II. Argum. extensionis nouus appelletur. Secundo probatur, quia si talem modum nouum extensionis cōpararet vltima superficies aeris ex eo, quod continet arborem, ab aliquo agente productus esset, sed nullū est agens, à quo producatur, ergo erit prorsus confictus, minorem ostendo. quia neq; ab arbore circumscripta produci potest, quæ nihil in aerē agit, neq; ab ipsomet aere, qui dū arborem circumscribit, nihil circa se agit, vel operatur, non est autem excogitabile aliud agens, à quo producatur. Probatur deni- III. Arg.
que. Quia correspondētia loci ad locatū aut locati ad locū ad summum potest esse respectus præsentiæ, aut contactus, quem quoduis aliud corpus alteri contiguum comparat, non ergo modus extensionis, qui absolutus esse debet, etiamsi per respectum explicaretur.

Assertio posterior. Locus sub ratione mensuræ nequit à superficie distingui specie. Hæc II. Assert.
assertio aduersatur secundæ opinioni, & videtur mihi euidenter elici ex priori conclusione, 207.
nam mensura, vt ostēdimus ex communi sententia, propria passio quantitatis est emanans ab extensione, sed hæc nō est diuersa in superficie, & loco, ergo nec per proprietatem ab ea emanantem distingui potest. Probatur rursus. Quia esse mensuram actiuam, & actualem alterius quantitatis nihil est intrinsecum in quantitate mensurante, vt in vlna cernimus, quæ nihil intrinsecum comparat ex eo, quod pannum mensuret, ergo nihil erit intrinsecum in superficie vltima esse mensuram actiuam loci, quemadmodū neq; in corpore locato aliquid intrinsecum est ab ea mensurari, & certe si ex eo, quod superficies vltima actiue mensurat circumscriptum corpus, alia foret species quantitatis multiplicanda, pari ratione linea, & corpus, vt actiue mensurant alias quantita- Confirm.
tes, distinguerent quoque alias species, imo & ab inconsuperficies cōuexa locati, prout mensurat suo uenienti.
modo concauam loci, distingueret aliam speciem, quæ non solum falsa, sed absurda sunt.

Dissoluuntur argumenta vltimæ opinionis.

NEque assertiones nostræ aduersantur Explicat. doctrinæ Arist. nam cū naturam loci Arist.
vtpote ad philosophiam pertinentem haud quaquam hoc loco explicuerit, explicaturus postea 4. lib. Physic. vbi propriam sen- 208.
tentiam expressit, opinione antiquorum (quæ suo tempore circunferebatur) explosa, nec de eo exacte locutus est, sed secundū extrinsecam quandam rationem mensuræ, vt aliqualem eius notitiam dialecticis traderet ad enunciationes, & syllogismos extruendos opportunam, per hanc rationē extrinsecam cum à superficie

res in fieri, non facta, & idcirco non completa sed à prædicamento quantitatis alia de caussa excluditur, (vt quæstione sequenti fiet manifestum) quia non habet propriam extensionem: sed ideò continuum est, atque extēsum, quia magnitudo per quam fit extensa est, & cōtinua. Causa autem temporis est quasi efficiēs, vel certè causatio, qua media à mobili ipso producitur, quo fit, vt longe diuerso modo accipiat tempus extensionem à motu, atque motus ipse à magnitudine, vel spacio, ab his enim accipit motus extensionem tāquam ab intrinseco sibi: tempus vero tanquam ab aliquo extrinseco: nam quod ex parte efficientis se tenet, vt motus in præsentiatum respectu temporis, extrinsecum est effectui, ex quo discrimine infertur tēpus posse esse per se quantum, licet motus sit quantus per accidens: quia quamuis tempus extensionem accipiat à motu tanquam ab extrinseco, tamen, vt ab intrinseco à nullo accipit: sequitur ergo à se habere illam, quod est esse per se quantum.

Sensus verborum. Et iuxta sensum huius distinctionis docuit Aristo. motum esse quantum ratione magnitudinis, & tempus à motu causatam habere diuisibilitatem, nec enim de eodem causalitatis
15. genere verba accipienda sunt, sed de singulis secundum propriam conditionem.

Aduersariorum argumentis respondetur.

Ad V. resp. VNde ad formam primi argumenti respondentes admittimus tempus præfato modo esse extensum, & continuum à motu, longe tamen diuerso, ac motus continuus est, & extensus à magnitudine, vnde argumentum de primo ad vltimum non tenet, propter diuersum modum accipiendi ab alio extensionem, si quidem diuersus longe est in vtroque: quasi formalis, & intrinsecus in motu respectu magnitudinis, vel spacij, extrinsecus vero in tempore respectu motus, quia ad modum efficientis & eiusmodi discrimen efficit, vt non sit bona consequutio, motus est per accidens extensus, atque continuus, ergo etiā tempus: secunda item consequutio eiusdem argumenti teneret, si motus ex propria virtute inferret, & quasi produceret tempus, tunc enim non posset nobiliorem cōditionem quātì habere, ac ipse motus, sed cum virtute nobilioris id efficiat, potest bene nobiliorem effectum in ratione quantitatis inferre.

Ad II. resp. Secundo argumento damus tēpus non esse distinctam entitatem à motu (quanquam modo id nec discutiamus, nec definiamus) satis tamen est formalis, vel essentialis distinctio, vt tempus sit extensum, & continuum per se, etiam si motus per accidens extendatur, expectata igitur identitate reali, quanta per accidēs appellari posset entitas temporis: sed quia rerum essentias quærimus, quarum ratione in prædicamento collocantur: absolute pronuntiandum censemus tempus esse inter quāta per se referendum, etiam si motus ab eis excludatur.

Ad III. respond. Ad tertium argumentum (absolutam eius solutionem ad quartū librum physicorum referentes) breuissime dicimus, tempus esse numerum, non re ipsa discretum, nec tamen so-
16. lum per actualem intellectus consideratìonem sed per aptitudinem realem partium motus ad intellectum, a quo numerabiles sunt secūdum prius, & posterius, quare numerus realis est, non tamen numerus simpliciter, cum non sit realiter discretus, sed secundum quid quasi discreta ratione numerabilis, cum tamen re ipsa sit continuus: vnde fit, vt licet eiusmodi ratio numeri formalissima sit in tempore, tempus tamen re ipsa continuum, in continuis quantis numeratur simpliciter, in discretis non nisi secundum quid: quod vt cunctis sit notum, appellatur in definitione, numerus motus secundum prius, & posterius, hoc est numerus partium cuiusdam successiui, atque continui, cui repugnat esse re ipsa discretum.

Soluitur Arist. testimonium. Verba autem Aristotelis in eodem argumēto opposita non probant tempus esse ens rationis, vt quæstione 4. ostendimus germanum sensum eorum tradentes 5. autem Metaphysi.
17. lib cap. 13. inter quanta per accidens tempus retulit, quia nō est ita per se quantum, sicut reliquæ quatuor species ibidem numeratæ, sed dependenter à motu; & non nisi cū ordine ad illum: vnde quasi medium tenet inter ea, quæ quāta per se perfectissimo modo dicuntur, & inter quāta per accidēs, & propterea quantum per accidens, & non per se dicitur vocabulo per se stricte accepto, & in hoc sensu loquitur Arist. tanquam primus philosophus absolutissimam prędicamētorum, generum, atq; specierum rationē considerans: in dialectica verò latiori vsus significatione eiusdem vocis omnia per se quanta appellat, quæ talem merētur appellationē absolutā, & si nō perfectissimam, vt vniuersas species quantitatis explicet, vt fini eiusdem dialecticæ congrueбat.

Vlti-

Ad vltim. Vltimum argumentum propterea difficile apparet, quia difficilis cognitu est natura successiuorum. Hac tamen distinctione diluitur: entia realia duplicia sunt, permanentia videlicet, & successiua: permanentia vocantur illa, quæ suum esse simul habent in natura rerum, vt homo, successiua verò dicuntur, quæ nō simul, sed successiue habent propriam entitatē in rebus, cuiusmodi sunt motus, & tempus. Et quemadmodum entitatem illa simul habent, hæc vero non nisi successiue: pari ratione si rationem totius habent, partes quoque simul habebunt permanentia: at successiua non nisi vnam post alteram, vt in partibus motus notū est, quæ termino communi copulantur, nempè mutato esse indiuisibili, quod non est aliud, quam mobile peruenisse ad hoc, vel illud vbi, ad hanc, vel illam distantiam: efficiunt itaque vnum continuum, reale, atque successiuum: & eodē modo se habent partes temporis, præteritum scilicet, atque futurum, quæ instanti præsenti copulatæ vnū tempus efficiunt continuum, successiuum, atque reale. Difficultas autem intelligendi naturam successiuorum ex consuetudine intelligendi permanentia prouenit; ex qua nihil esse reale arbitrantur plures, nisi quod esse permanens, & totum simul habet, nec reales partes, nisi quę nunc sunt nobis præsentes. Cum tamen ea, quæ fluunt, ita considerata, realia non sint: nihilominus fluxus eorum realis censendus est, si partes fluentes reali termino copulentur, ex tali enim copulatione fit, vt futurum quod nondum est, & præteritum quod iam non est, vnum continuum fluxum realem faciant, quia realiter fluunt, & communi illo, ac reali termino copulantur. Quæ habere non possent, si nihil essent, aut entia rationis. Multi igitur argumento hoc vltimo conuicti, negarunt tempus esse ens reale, cuius partes nunquam videntur extare in natura rerum: quasi non sit eadem difficultas de motu, & partibus eius, quem nullus ferme philosophorū negauit esse realem. Nos verò natura successiuorum perspecta ad formam argumenti, dum dicitur partes temporis non esse reales, quia nunquam extant, respondemus, nec in rebus esse, nec reales esse modo partium rei permanentis, quæ simul sunt: bene tamen modo successiuo, hoc est, in fluxu copulatas termino communi, ac reali, ratione cuius vnum fluxum, vnumque continuum fluens constituunt, non secus ac vnum permanens efficiunt partes simul existentes communi termino copulatæ. Illud tamen admonitum esse velim, nos de tempore pro continua duratione absolutè considerata in tota hac quæstione loqui: vt Arist. non solum in hoc prædicamento, sed quarto physic. nam pro determinatis à nobis partibus eius, nominibus (hora, dies, mensis, & annus) designatis non est quid naturale, vel reale, si formaliter accipiatur: sed quasi artificiale tempus vocatur, & ens rationis est.

QVAESTIO SEXTA.

Sit ne locus vera species quantitatis continuæ à superficie distincta.

Tres sententiæ referuntur & negatiua Scoti probatur.

Circa naturam, ac rationem loci corporei (de quo intelligitur tit. quæst.) ferebatur priscis temporibus opinio Stoicorū, & Academicorum aientium locum non esse aliud, quam spatium illud, seu interuallum, quod corpus sua quantitate replet, & occupat, vt illud, quod concipimus intra parietes cubiculi, de quo dicebant esse dimensiones quasdam à cunctis corporibus separatas: huius positionis meminit Philopponus in digressione de loco, à qua non omnino videtur dissentire: prius tamen eam & retulit, & euidentibus rationibus refutauit Arist. 4. lib. physic. text. 36. quia vel dimensiones illæ sunt substantiæ, vel accidentia, si dicatur esse substantiam, locati potius, quam loci habebunt rationem, cum exploratum sit cuicunque corporeæ substantiæ locum deberi: si verò sunt accidentia corporea, vel in substantia inhærent, vel ab ea omnino separantur, si inhærere concedatur, etiam ipsæ erunt in loco cum substantia, nam idem locus substantiæ, & accidentibus eius debetur, atque adeò non erunt locus, sed locatum, separata autem accidentia esse ab omni substantia planè repugnat, impossibilis ergo reputatur talis locus, præterquam quod etiamsi admitteretur, vel impediret locati ingressum, vel se se cum eo penetraret, & ex priori fieret non posse continere locatum, ex posteriori verò admittendam esse duorū corporum penetrationem naturaliter impossibilem, de tali igitur loco omnino impossibili, non procedit

Antiquorū opinio.

192.

cedit præsens controuersia, sed de eo, quem posuit Arist. vbi supra, & vltimā superficiem corporis continentis immobilem appellauit, ab vniuersa Peripateticorū schola receptum, itaque dum corpus aliquod ab aere, vel aqua circunscribitur, non dicitur locus eius totum ipsum aereum, vel aqueum corpus, quia non proximè circunscribit illud per trinam dimensionem, quā in se habet, sed per vltimā superficiem cōuexam, per quam illud proximè tangit, vnde locus formaliter non est corpus, sed vltima superficies, non quidem à corpore separata, quia hæc non datur, neque in corpore locato, aut contento inhærens, sed in cōtinente, per quam proximè attingit, circundat, & continet aliud corpus, ac ideò proprijssimè locutus est Arist. dicens locum esse vltimam superficiem corporis continentis immobilem: hanc autem definitionē elucidare, & vltimam eius particulam loci immobilitatē continentem, alienum est à præsenti instituto, & ad quartum Physicor. lib. vt ad proprium locum referendum.

Illud tamen prætermittendum nō est, quod adnotauit Albert. Magn. tract. 8. prædicament. geminam esse considerationem loci, physic. & mathematicam, a Mathematico namque spectatur, in quantum est superficies ambiens locatum, cui secundum partes, &
193 puncta correspondet: nam & si locus sit superficies diuisibilis secundū longitudinem, & latitudinem dumtaxat, locatū verò, cum sit corpus, trinam dimensionē habeat, & ideò appareat nō posse illud vndequaq; circumscribere, tangens nihilominus, ac circumscribens vltimā eius superficiem cōuexam ei inhærentem, & magnitudinem eius determinantem: totū ipsum corpus terminatū ambire, & continere propriè dicitur, cū nihil eius extra locū sit: naturalis autē consideratio loci est secundū con-
194 ditionē immobilitatis, sub qua consideratione non est præsentis instituti de eo differere, quia ad quantitatem non pertinet, sed philosophis relinquitur considerandus.

At sub priori, controuersiæ locum habet, quam Scotus in sua logica cap. de quantitate. quæst. 2 proponens, soluit. quæst. 13. determinans negatiuam partem, videlicet locum nō esse veram speciem quantitatis, sed connumeratum esse in præsentiarum ab Aristoteles inter species continuas, nō secundum propriam mentem, sed Stoicorum, & Academicorum, quæ suo tempore in scholis circumferebatur, ponentium (vt vidimus) locum esse spacium trinæ dimensionis, quod corpus locatum occupat.

Quam & si grauissimis rationibus eam depulerit. 4. lib. physic. decernens solum vltimam superficiem corporis continētis esse locum, cæterum hac in parte vbi cursim loci naturam explicabat, ex mente aliorum locutus enumerauit eum inter species quantitatis: at in metaphysica præsupponens iam philosophicam tractationem, & præfatā sententiam refutatam, ex propria locutus nullā loci mentionem fecit, sed enumerata superficie, à qua non distinguitur sub ratione quanti, cum prætermittendū iudicauit. Hanc sententiam tanquam Auerrois propriam sequitur P. Pererius lib. 2. de cœlo. cap. 8. eundem sequuntur Soncinus 5. metaphysic. quæst. 40. Albert. de Saxon. 4. lib physic. quæst. 1. Vallesius controuersia. 23. ad Tyrones. D. Fonsec. 5. metaphysic. cap. 13. quæst. 3. per totam. Paul. Venetus. cap. præsenti, & nouissimè P. Franc. Suar. tomo 2. suæ metaphysic. disp. 51. sect. 2. num. 9. multisq; argumentis cōfirmant, ex quibus hæc seligere placuit, quæ alicuius momēti videntur.

Estque primum, vltima superficies corporis continentis, quam appellamus locum, duobus consideratur, modis 1. secundū aptitudinem, quā habet circumscribendi locatum, quæ licet non separetur ab actuali circumscriptione, potest saltem per intellectum separari, si consideremus vacuum, quod sic describitur ab Arist. 4. lib physic. vacuum est locus non repletus corpore, aptus tamē repleri: vel si imaginemur per diuinam potentiam dari in natura, & quidem locus sub tali aptitudine consideratus nihil addit supra superficiem, nisi quandam proprietatem sola ratione ab ea distinctam, nullam tamen extensionem importantem, quemadmodum aptitudo eiusdem superficiei ad recipiendam albedinem nullam ei extensionem addit, quemadmodū etiam in veste est aptitudo circumdandi hominem, vel aliud corpus, quæ nullam ei extensionem addit, sed aptitu- 195
dinem denominandi extrinsecè hominē vestitum, & talem figurā circumscriptioni accommodatam: pari ergo ratione censendū est aptitudinem circumscribendi nihil superficiei addere præter potentiam denominandi extrinsece circumscriptum, aut locatū corpus. & talem figuram concauam circumscriptioni accommodatam, & nihil pertinens ad prædicamentum quantitatis: si verò accipiatur locus

pro vltima superficie actu circumscribente, longè minus pertinebit ad quantitatem, nam vel importat quantitatē pertinētem ad corpus continens, cũ inhæret, vel ad corpus cōtentum, seu locatum, nō primum, quia ex eo quod locatum circumscribit, nihil additur corpori locanti præter extrinsecam denominationem locantis, aut continentis, ergo locus non importat nouam extensionem talis corporis præter eam, quam ei tribuit superficies, in quantũ est longitudo, & latitudo, secundam speciem continuæ quantitatis constituens, sed nec importat quantitatem, seu extensionē locati, cui certum est nō inhærere, sed solum extrinsecè ipsum denominare, quare nullum ei effectum
197. quantitati proprium potest conferre, & certè, si superficies vt circumscribere apta, seu vt circumscribens actu (quam circumscriptionem actiuam vocamus) esset species quantitatis distincta, ponenda esset altera species pro circumscriptione passiua, pro eo videlicet, quod est locatum circumscribi, sed pro hac circumscriptione non ponitur species distincta à corpore circumscripto, quia nullam extensionem addit corpori, sed solum denominationem extrinsecam, ergo nec pro actiua ponenda erit.

II. Argum. Secundo, locus solum addit superficiei ordinem continentiæ extrinsecæ ad locatum, sed ordo est relatio, ergo solum ab ea distinguitur per relationem, sed relatio non est differentia specierum quantitatis, ergo non distin-
198. guit species eius: probatur minor, differentia specierum quantitatis debet rationem extensionis continere, vel saltem aliquem modum eius, sed relatio non continet vllam extensionem, vel extensionis modum, ergo non est differentia separans vnam speciem quantitatis ab altera, quare nec locum valebit à superficie distinguere tanquā alteram speciem.

III. Arg. Probatur tandem ex definitione Aristot. locus est superficies corporis continentis immobilis, in qua superficies pro genere ponitur, sed genus definitionis prædicatur formaliter de definito, ergo hæc erit formalis prædicatio, locus est superficies: tunc vltra, vna species non prædicatur de altera formaliter, ergo locus, & superficies non sunt diuersæ species.

II. Opinio. Secunda opinio ne videatur doctrinæ Arist. ex directo contraria, duplicem rationē quantitatis distinguit, extensionis, & mensuræ, & tunc locum censet nō esse speciem à superficie distinctam sub ratione extensionis, quam nō addit supra illam, bene tamē sub ratione mensuræ, quam habet à superficie distinctam, hæc 199. namque intrinseca mensura est corporis locantis, locus verò mensura extrinseca locati, hæc autem est duplex ratio mensuræ diuersa, ergo diuersam quoque speciem constituit à superficie. Et hæc distinctio in concordiam redigit diuersa loca Arist. nam cap. præsenti dialecticum agens, non tam rerum essentias perscrutatur, quam extensionem prædicatorum in ordine ad enunciationes, & syllogismos, & quia superficiei duplex conuenit prædicatum mensuræ, extensionis verò non nisi vnum, propterea eam vt superficiem, & locum recensuit, tanquam diuersas species: in metaph. vero, vbi rerum essentias ad vnguem examinare oportebat, & quantitatem secundũ propriam extensionis naturam considerare, non separauit locum à superficie, sed pro eadem specie vtrumq; posuit. Ita videtur sentire D. Thom. opusc. 42 cap. 20. & opusc. 52. cap. 2. & ita sentiunt Sot. c. præsenti, & Masius disp. de quant. sect. 3. quæst. 4. Alij demum volentes adhuc in III. Opin. ratione extensionis has species separare, eam distinguunt in intrinsecam, & extrinsecam, dicentes superficiem continere extensionem intrinsecam, cum inhæreat corpori locanti, at extrinsecam solum, cum corpus locatum extrinsece circumscribat.

Postrema sententia locũ speciem distinctam à superficie constituens, etiam in ratione extensionis & diuisibilitatis.

SVperest extrema sententia non solum locum per se quantum constituens, sed eum à superficie distinguens per extensionem, ac diuisibilitatem intrinsecam, nō realiter, sed sola ratione formaliter distinctam ab extēsione superficiei: Hanc profitetur Magn. Albert. tract. 8. præd. cap. 5. Iauell. tract. 5. eorundem prædic. part. 5. cap. 3 Doct Canterus in expositione textus, & in annotatiunculis ad finem, cap. subiectis. Car. Toler. quæst. 2. huius præd. & videtur doctrinæ Arist. valde consona, qui locũ cap. præsenti nō solum asseruit esse quantitatē per se, sed ex professo probauit, eum à cæteris quatuor continuis speciebus distinguens, quare nō videtur habere locũ expositio ab autoribus primæ opinionis conficta: quod Arist. vulgarē loquendi modũ in annumerandis his speciebus sequutus fuerit potius, quam rerum proprie-

201. proprietatem, cum ratio eius ex propria eiusdem loci natura fuerit desumpta, ex eo autem quod in metaph. non meminerit, negatiuum dumtaxat argumentum deduci posse aiunt, atque adeò infirmum satis ad probandũ eum à prædicamento depulisse: non enim oportet omnes species atomas prædicamenti semper enumerare, sed sufficiunt aliquando subalternæ, vel certè sufficit enumerasse principaliores atomas, ex quibus facile deduci possunt reliquæ, præsertim dum alibi præsupponuntur omnes enumeratæ, vt contingit in casu præsenti, etenim cum Arist. in hoc prædicamento proprijs nominibus, ac rationibus separauerit species vtriusque quantitatis, continuæ, atque discretæ, non necesse fuit iterum in prædicamento metaph. omnes repetere, sed satis fuit principaliores enumerasse, ex quibus facili negocio deducuntur cæteræ, vt ex numero oratio, in qua idem ferè modus discretionis reperitur, & ex superficie locus, à qua non separatur realiter, & supra quam non nisi rationem formalem continentiæ addit. Sed iam

Probat. I. probant locum esse per se quantum, & à superficie distinctum ratione Arist. quæ eiusmodi est. Diuisibilitas est ratio quantitatis, sed locus diuisibilis est ad diuisionem locati, ergo vt locus habet propriam diuisibilitatem, minorem ostendit, quia partibus locati correspondent partes loci, & punctis puncta, ergo locus habet propriam diuisibilitatem in ordine ad locatum, & distinctam quidem à superficie, quæ vt talis nullam habet correspondentiam cum

Confirm. locato. Vnde idem Arist. 4. lib. physic. vbi propriam mentẽ aperuit circa loci naturam, docet esse vltimam superficiem, sed superficies est quantum per se, ergo & locus erit per se quantus, cum sit per se diuisibilis secundum longitudinem, & latitudinem, ex eo, quod

202. est superficies: addit præter rationem superficiei, quod sit vltima, cum non quælibet superficies sit locus, sed quæ proximè attingit locatum, vnde addit etiam continentiam, ex quibus formali saltem ratione à superficie distinguitur tanquam altera species continuæ quantitatis.

II. Probat. Secundo probatur. Nam proprietas quantitatis maxima est æquale, & inæquale, vt expressis verbis docet Arist. cap. præsenti, sed locus ex propria, atque intrinseca conditione est æqualis locato, vt idem Arist. 4. lib. physic. text. 13. ostendit, ergo aliqua ei conuenit propria ratio quantitatis, extensionis, ac diuisibilitatis, à qua talis proprietas emanat, per eam igitur constituet speciem per se quantitatis distinctam à superficie, cui sicut non conuenit formaliter loci æqualitas, ita nec eius diuisibilitas.

Probatur vltimo. Probatur tandem. Nam ad specificam distinctionem specierum satis est distinctus modus formalis extensionis, ac diuisibilitatis, sed talem habet locus à superficie distinctum, erit ergo species ab eo distincta. Probatur minor, quia sicut superficies vt talis habet extensionem in ordine ad corpus, cui inhæret, ita vt locus considerata habet extensionem in ordine 203.
ad locatum, quod continet, videlicet per correspondentiam, & proportionẽ ad illud, cum partibus eius partes loci correspondeant, & puncta punctis, & iuxta hanc proportionem sit diuisibilis, eiusmodi autem correspondentia, aut proportio non est pura relatio, sed modus diuisibilitatis, quem explicare non possumus, nisi per respectum ad locatum, quod non tollit, quin vt species hujus prædicamenti formaliter separari valeat, nec nouum est in accidentibus, quod formalis eorum ratio per ordinem ad extrinsecum accipiatur, vt potentiæ, & habitus ostendunt, quorum propriæ rationes accipiuntur, in ordine ad actus, & obiecta, non ergo mirum est, si formalis ratio loci etiamsi absoluta per ordinem ad extrinsecũ locatum accipiatur. Sententia hæc, vt rationem eius plenè capiamus, superficiem hoc modo distinguendã docet, vt sub communiori conceptu prius accipiatur, prout abstrahit à loco, & à superficie, quæ ponitur secunda species quantitatis continuæ, quo pacto genus esse docet ad hanc eandem superficiem, & locum, nam superficies, quę est secunda species solum importat extensionem secundum longitudinem, & latitudinem, locus verò addit modũ continentiæ, per quem à superficie eadem essentialiter separatur, sed superficies pro genere vtriusq; à continentia abstrahit, solum importans rationem extensionis secundum longitudinem, & latitudinem, contrahibilem quidem per negationem profunditatis ad superficiem, quæ est secunda species, & per continentiam ad locum, vt sic specie distinguantur locus, & superficies sub tali genere proximo, quanquam realiter sint eadem quantitas.

* * *

Propria

Propria sententia proponitur, & corroboratur.

I. Assertio nostræ sententiæ. Sententia nostra duabus his assertionibus continetur. Prior est: esto locus sit vera quantitas continua tanquam superficies, nō habet distinctam extensionem, etiam formalem ab ea, vt propterea iuxta propriam rationem huius prædicamenti speciem distinctā 205. constituat. Assertio hæc primam opinionem confirmat, & postremam reijcit, estque expressa apud S. Thom. 5. lib. Metaphysic. lect. 15. & in 2. distinct. 12. quæst. vnica. art. 5. ad 2. quibus locis planè affirmat locum in ratione quantitatis non distingui à superficie, & probatur his argumentis satis efficacibus, primo.

I Argum. Quia modus extensionis, quem addere locum supra superficiem ponit prima opinio, licet aliquam veritatis apparentiam habeat, verè est titulus sine re, quod sic ostendo: nam si talem modum extensionis habet, aut per illū extendit corpus continens, in quo inhæret, vel corpus locatum, quod continet, vel in se ipso nouo modo extensus est, nihil horum admitti potest, ergo & modus iste nihil reputari debet, probatur minor, nam corpus, in quo est, non extendit nouo modo, quia vltima superficies aeris continens arborem, ex eo quod eam circumscribat, non extendit aerem ipsum, cui inhæret nouo aliquo modo, sed solum secundum modos longitudinis, & latitudinis, quas dimensiones constat aeri tribuere, dū nullum continet corpus, nec dum arborem circumscribit aliquid ei intrinsecum ponit, sed sola denominatione extrinseca circumscripta, vel contenta denominatur, nec demum eadem superficies vltima, quæ locus est, alio modo 206. formali in se est extensa per continentiam locati, aliotie modo diuisibilis, tum quia si talem modum haberet, cum necessario communicaret corpori continenti, aut contento, illi ratione actualis inhæsionis, huic vero ratione continentiæ, probatum est autem neutrum à loco recipere talem modum extensionis nouum, tum etiam, quia cum circumscriptio quidpiam extrinsecum sit, nihil potest intrinsecum in circumscribente ponere absolutum, præsertim quale esse oportet, vt modus extensionis nouus appelletur.

II. Argum. Secundo probatur, quia si talem modum nouum extensionis cōpararet vltima superficies aeris ex eo, quod continet arborem, ab aliquo agente productus esset, sed nullū est agens, à quo producatur, ergo erit prorsus confictus, minorem ostendo, quia neq; ab arbore circumscripta produci potest, quæ nihil in aerē agit, neq; ab ipsomet aere, qui dū arborem circumscribit, nihil circa se agit, vel operatur, non est autem excogitabile aliud agens, à quo producatur. Probatur deni- III. Arg. que. Quia correspondētia loci ad locatū aut locati ad locū ad summum potest esse respectus præsentiæ, aut contactus, quem quoduis aliud corpus alteri contiguum comparat, non ergo modus extensionis, qui absolutus esse debet, etiamsi per respectum explicaretur.

Assertio posterior. Locus sub ratione mensuræ nequit à superficie distingui specie. II. Assert. Hæc assertio aduersatur secundæ opinioni, & videtur mihi euidenter elici ex priori conclusione, 207. nam mensura, vt ostēdimus ex communi sententia, propria passio quantitatis est emanans ab extensione, sed hæc nō est diuersa in superficie, & loco, ergo nec per proprietatem ab ea emanantem distingui potest. Probatur rursus. Quia esse mensuram actiuam, & actualem alterius quantitatis nihil est intrinsecum in quantitate mensurante, vt in vlna cernimus, quæ nihil intrinsecum comparat ex eo, quod pannum mensuret, ergo nihil erit intrinsecum in superficie vltima esse mensuram actiuam loci, quemadmodū neq; in corpore locato aliquid intrinsecum est ab ea mensurari, & certe si ex eo, quod superficies vltima actiue mensurat circumscriptum corpus, alia foret species quantitatis multiplicanda, pari ratione linea, & corpus, vt actiue mensurant alias quantitates, distinguerent quoque alias species, imo & Confirm. ab inconsuperficies cōuexa locati, prout mensurat suo uenienti. modo concauam loci, distingueret aliam speciem, quæ non solum falsa, sed absurda sunt.

Dissoluuntur argumenta vltimæ opinionis.

Neque assertiones nostræ aduersantur Explicat. doctrinæ Arist. nam cū naturam loci Arist. vtpote ad philosophiam pertinentem haud quaquam hoc loco explicuerit, explicaturus postea 4. lib Physic. vbi propriam sen- 208. tentiam expressit, opinione antiquorum (quæ suo tempore circunferebatur) explosa, nec de eo exacte locutus est, sed secundū extrinsecam quandam rationem mensuræ, vt aliqualem eius notitiam dialecticis traderet ad enunciationes, & syllogismos extruendos opportunam, per hanc rationē extrinsecam cum à superficie

perficie separauit, nō quidem vera distinctione specifica, sed apparenti, ad dialecticum tamen institutum sufficienti: vnde in metaphyca iam ex philosophicis præsupposita propria sententia, & vbi naturas rerum exactè perquirebat, locum inter species quantitatis non numerauit, non quia veram quantitatem nō esse crederet, sed quia videbat non habere extensionē à superficie distinctam: Vnde per solam extrinsecam correspondentiam ad locatū probauit esse quantitatem, non per intrinsecam extensionem, vel diuisibilitatem. Et eundem

Exponitur D. Thom. ferme sensum tenuit D. Thom. distinctum à superficie locū ponens sub ratione mensuræ, non intrinsecæ, ne sibi contrarius videretur denegans ei distinctam extensionem, & con-

209. cedens mensuram intrinsecam diuersam ab extensione ortam, vt proprietatem, non itaq; censuit locū distingui à superficie vera distinctione specifica, sed apparenti, atque extrinseca, ex quadam ratione extrinseca mensuræ concepta.

Ad I. & vltimum argumentum. Primum, & vltimum argumentum eadem solutione diluuntur: admisso enim quod locus addit continentiā locati suprasuperficiem, negandum est esse modū distinctum extensionis, quia nihil ponit intrinsecum in vltima superficie continente, sed solam denominationem extrinsecam, vel ad summum respectum quendā minime spectantem ad prædicamentum quantitatis, nec quidpiam aliud ei accrescit ex eo, quod partib⁹ eius, ac punctis correspondeant partes, & puncta locati, aut ex eo quod ad diuisionem locati diuidatur.

Ad II. Secundum argumentum facile soluitur, si consideremus æquale, & inæquale nō esse proprietates quantitatis, sed quod secundum eam

210. dicantur res æquales, & inæquales, vnde ex eo, quod superficies vltima continentis, quam vocamus locum, & vltima corporis contenti, quod vocamus locatum, æquales sint, sequitur quidem locum esse quantitatem, non tamen distinctam à superficie, sicut nec sequitur superficiem locati esse speciem distinctam, vt æqualem loco ab altera quæcunque superficie non contenta, aut non æquali.

QVAESTIO SEPTIMA.

An motus sit per se quantus, & inter species quantitatis referēdus.

Statuitur vera & negatiua sententia Aristotelis.

Vera sententia statuitur. Aristoteles cap. præsenti postquam septem quantitatis species numerauit, quas sigillatim nos præfatis cōtrouersijs examinauimus: cętera casū ratione quanta esse statuit, atque adeo non per se, sed per accidens his verbis: *Propriè autem quanta hæc dicuntur sola, quæ dicta sunt, alia vero omnia secundum accidens, ad hæc enim aspicientes, & alia dicimus quanta, vt multum dicitur album, eo quod superficies multa sit, & actio longa, eo quod tempus multum sit, & motus multus.* Quibus planè affirmat motum inter quanta per se haud quaquam esse numerandum, sed quantum esse per accidens,

211. vt album. 5 etiam Metaphysic. cap. 13. text. 18. nō minus expresse idē & docet, & ostendit dicens: *Hæc enim quanta quædam, & continua dicuntur, eo quod illa diuisibilia sunt, quorū hæc sunt passiones, dico autem non quod mouetur, sed quo motum est, etenim quoniam illud quantum est, & motio quanta est, &c.* Itaque quantitatem, & continuationem motus ex quantitate, & continuatione magnitudinis, per quam fit (loquitur enim de motu locali tanquam de primo, ac principali) non ex propria conditione accipit, ergo ab ea extensionē mendicat, & propriam nullam habet, ratione cuius species quantitatis sit.

Secundò: ab eo habet motus rationē prædicamentalem, à quo speciem, cū genus, & species sint, ex quibus prædicamentū integratur, sed motus iuxta propriam, & intrinsecā conditionem accipit à termino, circa quem versatur, speciem, vt sæpe numero docet Arist. 3. & 5 physic. libris, ergo ab eisdē accipit rationem prædicamentalem, quapropter, si ad quantitatem terminetur, vt augmentum, vel diminutio, reductiue ad prædicamentum quantitatis spectabit, si ad qualitatem, vel vbi, in eisdem erit collocandus prædicamentis, ex se igitur nec speciem, neque prædicamentum habet. II. Ratio.

Postremo, motus apud Aristotelem, & omnes est actus imperfectus eius, qui ad perfectionem aliquam comparandam tendit: & via in terminum, vt docet plane Aristotelis duplex definitio tradita 3 libro physic. text. 6. motus est actus entis in potentia prout in potentia, & motus est actus mobilis prout mobile est, ex quibus habetur esse fluxum quendam mobilis inter duos terminos, & quasi viam quandam ab vno in alterum, & ex consequen- III. Ratio.

ti cum

ti ens incompletum, & proprerea minime prædicamētale, quod atte: dens idem Aristoteles à prædicamentis eum segregauit, & inter diuersarum rerum modos, & affectiones, quas post prædicamenta appellauit, retulit, post oppositionem, post modos prioris, & simul, cap. 4. postprædicamentorum. Quo ergo pacto directè, & per se collocari in prædicamento quantitatis poterit inter species?

Tractatur opinio, affirmans esse speciem quantitatis.

SEd quorsum hæc dicet aliquis, vel qua necessitate compulsus certam in schola veritatem tam expressis Arist. testimonijs, tot argumentis niteris corroborare, vel qua
283. ratione ductus id in dubium reuocas, de quo nemo vnquam dubitauit? nonne cum Aristotele profitentur vniuersi eius interpretes motum esse quantum per accidens? D Thom. 5. metaphysic. lect 15 Alb Magn. tract 8. de quantitate cap. 4. Sonz 5. Metaph quæst 24 Iauellus. Doctores Louanienses. Caiet Magist. Sot. D Tolet. Caiet. & Mercat. in huius prædicamenti expositionibus, & egregiè P. Peerius ex nostra societate lib. 13. physic. controuersiarum, cap. 1 & D. Franc. Suar 2. Tom suæ Met. disp. 40 sect 8 Ita profectò se res habet.

Arist. mentē sequuntur. D. Tho. & multi alij.

284. Sed nouissimè dubiam rem facere cœpit Doctor noster Fonsec. 5 lib. met. cap. 13. quæst. 8. sect. 1. & 2. partemq; affirmatiuam propositæ quæst onis defendit sect. 3. nempè motum esse quantum per se, & speciem à septem alijs in dialecticæ prædicamento positis distinctam: quē sequūtur Doctores nostri Conimbricenses in sua copulata 3. lib. physic. cap. 2. quæst. 2. art. 3. in fine, vbi sex modis spectare posse motū adnotant: primo. vt ab agente progreditur, secundo, vt in passo recipitur. 3. vt est forma imperfecta tendens ad perfectionē 4. vt est adquisitio perfectæ formæ. 5. vt est successiuus 6. vt est cōtinuus: & quidē primo modo refertur ad prædicamentum actionis, secundo ad prædicamentum passionis, tertio, quarto, & quinto, tanquam ens incompletum prædicamento per se caret, & reuocatur ad illud, sub quo forma completa, quæ est eius terminus collocatur, vt ad quantitatē augmentatio, ad qualitatē alteratio, ad prædicamentū vbi motus localis: modo postremo in quantū continuus est, collocatur in prędicamento quantitatis inter species continuas, & successiuas: quemadmodū & tempus, à quo distinctam specie continuitatem sortitur: nā temporis partes instantibus, motus verò mutatis esse copulantur.

Huic sententiæ fauere videtur Alexand antiquissimus Philosophus 5. lib. naturalium qu. cap. 21. vbi motum ad varias categorias pertinere, ait, nempè ad quantitatem ad aliquid, passionis, qualitatis, ac demum ad categoriam eius formæ, ad quam dirigitur iuxta diuersas eius considerationes. 285.

Cui vid. fauere Alex.

Fauet etiam Aristoteles 3 lib. Physic. in principio, vbi de genere continuorum docet esse motum, atque adeò in infinitum diuisibilem, vti continua cætera: censet igitur motum ex proprio genere, hoc est ab intrinseco habere continuitatem, & diuisibilitatem, quòd profectò non est aliud, quam esse quantitatem per se continuam inter veras species huius generis collocandam.

Et Arist.

Sed iam suam probat sententiam D Fons. vnica ratione, omnis continuitas est quantitas quædam, at motus ex propria ratione habet continuitatem distinctam à continuitate magnitudinis, & temporis, ergo est per se quantum continuum, & successiuum distinctū ab eis. Minorem probat, nam continuitas magnitudinis, vel spacij, per quā fit motus, est permanens, continuitas motus successiua, ergo est diuersa ab ea: & rursus cū motus est celer, continuitas temporis breuis est, continuitas motus longa: cum verò tardus, tunc continuitas temporis est longa, motus autem continuitas breuis: continuitas demum temporis semper est vniformis, motus autem non semper, vnde suapte natura continuitas temporis est mensura motus, non item motus temporis, nisi aliquando à posteriori, cū motus vniformis est, & tempus ignoratur: planè igitur sunt diuersæ continuitates, & ratione propriæ motus est quantū per se à cæteris speciebus distinctum, licet sub alijs quinque considerationibus sit quantum per accidens. Aristoteles vero in dialectica non numerauit motum inter quanta per se, sed per accidens, quia non alia recensere voluit inter quanta per se, nisi ea, quæ suo tempore species quantitatis habebantur, quæq; apertam, & vulgatā præ se ferunt mensuræ rationem, cuiusmodi nō est motus: quanquam cùm ibidem numerat motū inter quanta per accidens, fortè motum accipit, vt motus est, non vt continuus, nam continuitas nō pertinet ad essentiam, sed est quædam proprietas eius, & si ita accipiatur, non dubium est, quin

Ratio Fonsecæ.

286.

287.

eſt, quin ſicut continuitas eſt eius accidens, ita ſit quantum per accidens, ſed ſub continui reduplicatione quantum per ſe: in Metaphyſica verò motum per accidens quantũ eſſe voluit, ſicut & tempus, vbi ſtrictè de quanto per ſe loquebatur, quod ita eſt per ſe, vt abſq; ordine ad aliud ſit extenſum: cuiuſmodi non ſunt tempus, & motus, ſed cum ordine ad aliud extenſionem habent, intrinſecam nihilominus, & ideò non quanta per accidens, vt albedo, ſed per aliud appellari poſſunt. Hæc D. Fonſeca in confirmationem, atque explicationem propriæ ſententiæ.

In eadem parte negatiua ſtandum decernitur.

Impugnatur dicta opinio.

EAndem nihilominus negantem partem, quam Ariſt. & eius ſchola ſequitur, tanquam probabiliorem amplectimur, hiſq; rationibus, ex proprijs eiuſdem motus viſceribus depromptis, corroboramus.

I. Ratio.

238. Prima quidem. Si continuitas motus eſt proprietas cõſequens naturam, & eſſentiam eius, cum motus ſit eſſentialiter fluxus, via, & adquiſitio termini, ſequitur eſſe continuitatem viæ, fieri, & adquiſitionis, atque adeò incompletam, ſicut eſſentia à qua oritur incompleta eſt: ſi igitur motus propter incompletam entis conditionem, ab omni prædicamento expellitur, planè ſequitur continuitatem eius incompletam à prędicamento quantitatis expellendam eſſe.

II. Ratio.

Secundo, motus propterea continuus eſt, quia terminus, ad quẽ vt via dirigitur, quandam habet latitudinem gradualem continue adquiſibilem ſub certo modo contrarietatis, & hinc eſt ad tria duntaxat prædicamenta motum per ſe terminari poſſe, quantitatem, qualitatem, & vbi, vt docuit expreſſe Ariſt. 5 lib. phyſic. quia ſimilis latitudo in his ſolis inuenitur: ab hac igitur continuitate terminorum tanquam à forma motus ipſi ſuam continuitatem participant: vnde ſequitur ita eſſe cenſendum de continuitate motus comparatione termini, ac de eius entitate, ſed entitas motus, quia participata eſt ab entitate termini, cuius eſt fieri, & ad quem tanquam via dirigitur, reductiue ſpectat ad prædicamentum termini (ipſis adhuc aduerſarijs annuentibus) ergo continuitas ab eiſdem participata termi-

239. nis, referenda ſine dubio erit ad idem prędicamentum, in quo collocatur continuitas termini: hæc autem erit vbi eſt propria entitas completa, nempè in quantitate, qualitate, vel vbi, ergo ad hæc prædicamenta reducenda erit continuitas motus: vnde ſi ſit alterationis, erit in qualitate, ſi augmentationis in quantitate: ſi localis in prædicamento vbi: & hoc certè eſt, quod Ariſtoteles docuit. 5 Metaphyſic. cap. 13. in fine ſic loquens: *Hæc enim quanta, & continua dicuntur, eo quod illa diuiſibilia ſunt, quorum hæc ſunt paſſiones: dico autem non quod mouetur, ſed quo motũ eſt, etenim quoniam illud quantum eſt, & motio eſt quanta, &c.* Quaſi dicat ab extenſione, & continuitate totius loci, vel vbi, per quod motus fit, & quod continua ſucceſſione adquiritur, extenſum eſſe motum: eam namq; magnitudinem, vel ſpacium appellare conſueuerunt loquentes de motu locali: nam ſi ſit alterationis, vel augmentationis, ſuum habet ſpacium metaphoricum, per quod fit, nempè tota ipſa gradualis latitudo formæ, quæ adquiritur, motumque terminat extenſionis in 240.
quantitate, inteſionis verò in qualitate: ab hac ſine dubio latitudine, vel ſpacio ſuo modo continuo participatur continuitas motus, atq; ab eius extenſione extenſus dicitur, hæc autem in quantitate per ſe inuenitur, in qualitate per accidens, & propterea extenſio motus aliquando participatur à re per accidens extenſa, vt motus alterationis ab extenſione, quã habet qualitas in mobili, aliquando verò à re per ſe extenſa, vt augmentatio à quantitate per eam comparata, id tamen ſemper habet motus quicunque, etiam ſi vt cõtinuus eſt accipiatur, nempè continuum eſſe, atq; extẽſum per accidens, ſicut terminum, vel certè continuum ſecundũ modũ incompletum, atq; adeò non per ſe ſub genere continuæ quantitatis collocabitur, ſed reductiue, vbi eſt continuitas termini.

Probatur tandem non habere per ſe continuitatem ſucceſſiuam (ratione cuius eum efficit per ſe quantũ præfata ſententia) in ſingulis ſpeciebus motus, in alteratione quidem, quæ non ratione ſui ſucceſſiua eſt, & continua, ſed ratione qualitatis, ad quã terminatur, contrarium in ſubiecto habentis: vnde ſi contrario careat, continuatione & ſucceſſione per ſe caret: & ita in inſtanti indiuiſibili fieri poteſt, vt cernimus in illuminatione per accidens tantum continua, eo quod luminoſum applicatur ſucceſſiue, & adhuc in qualitatib⁹ habentibus contrarium, continuitas ſucceſſiua prouenit ex virtute limitata agentis, non potentis ſimul euincere reſiſtentiam contrarij, ſed III. Ratio.
ſucceſ-

successiue, quo fit, vt virtus infinita totam latitudinem caloris, alterius vè qualitatis in eodē instāti inducere possit in lignum secundum omnes eius partes, & tunc nullam prorsus habebit latitudinem calefactio, nullam continuationem, aut extensionem, eam igitur à se non
241 habet, sed à subiecto, à contrario, & ab agente. In motu locali etiam patet: nam idcirco continue, & successiue mouetur corpus per spacium, quia cum extensum sit vtrumque, nequeunt partes posteriores corporis partem spacij transire simul ac priores: nec totum corpus priorem simul, & posteriorem partē spacij. Hinc enim proueniunt partes priores, & posteriores continuitas, ac successio eius localis motus, non ergo à se eas habet, sed ab spacio, quod est terminus: & à mobili, quod est subiectum. Tandem in augmētatione res est notior, nam ideo successiue adquiritur quantitas, quia limitatum agens non potest omnes partes alimenti simul disponere, nec simul conuertere, sed vnā post alteram, ac propterea pars magnitudinis post alteram comparatur. Compararentur autem si simul, simul disponerentur partes alimēti, simulq; conuerterentur, & si adquisita quantitas partibus careret, simul comparari posset absq; augmentationis continuatione, ergo ab hac eam habet, simulque à limitata virtute agentis, non à se, quare non est per se continuus motus, nec per se quantus, sed per accidens.

Soluitur Arist. testimonium.

Locus autem Aristotelis, si iuxta tenorem verborum accipiatur, nihil prædictæ veritati nocet, generalis est enim sermo de continuitate, dum dicitur motum esse de genere continuorum, atq; adeo in infinitum diuisibilem qui vt verum teneat, satis est motum quomodolibet
242 esse continuum, ac diuisibilem, propria in quam, vel aliena cōtinuatione, & diuisibilitate: similis namq; esset loquendi motus, si quispiam diceret, lignum esse de genere grauium corporum, vel hominem de genere sensibiliū, cū tamen accidentali ratione grauitas illi cōueniat, & homini esse sensibile obiectum propter corporea accidentia.

Atque eodem fere modo argumentum principale soluendum est: habere enim motū distinctam continuitatem à tempore, aut spacio non infert eum esse continuitate propria, atque intrinseca continuum, quemadmodum si quis simile argumentum constituat: albedo habet extensionem distinctam à superficie, in qua extenditur, ergo est per se extensa, non tenebit: nam superficies ideo est per se extensa, non quia habet extensionem distinctam: sed quia eam habet ab intrinseco: extensio enim propria, & participata diuersæ sunt, cū vna sit quasi effectus formalis alterius, non est enim 243 in rigore verum, substantiam, vel qualitatem extensas esse eadem ipsa extensione quantitatis, sed distincta quidem, à quantitate tamen participata, quod euidenter conuincitur, si separetur quantitas ab his, vt fieri potest, ex tali enim separatione desinet profecto accidentalis extensio, quam participabunt à quantitate, propria nihilominus, atque intrinseca, quam habet ex se quantitatis, permanente. Illa igitur distincta erat ab hac, sed non ideo per se conueniebat substantiæ, & albedini, sed per accidens, neganda est igitur similis consecutio in motu. Motus habet cōtinuitatem ab spacij seu termini continuitate distinctam, ergo propriam, vel intrinsecam: habet namque, sed ab eo participatam ideoque accidentalem, nā propterea motus cōtinuus est, quia tota spacij latitudo, per quam fit, continua est, & ideo continuo motu pertransibilis.

Postremo tandem soluere argumentum alia via possumus: nam & si admittamus id totum, quod argumentum assumit, non bene infertur motum esse quantum per se, nam sit ita, II. Solut. quod motus habet propriam continuitatem à magnitudine, & tempore distinctam, & quæ 244 sit eius proprietas, adhuc negamus consequutionem, nam si continuitas motus non pertinet ad eius essentiam (vt aduersarij plane sentiunt) euidenter ego infero non esse continuum essentialiter, nec proinde quantū, vel extensum, sed vere accidentaliter, quemadmodū substantia corporea per accidens quāta est, atque extensa, etiam si quantitas, vel extensio sit proprietas ab ea procedens: quo igitur pacto continuitas motus extra essentiam posita valebit ipsum speciem quantitatis per se efficere, cum differentiam constituentem speciem, essentialem esse oporteat. Nec refert motum sub reduplicatione continuationis quantum per se vocare, nam si id sufficeret, vt esset per se quantum, atque species huius prædicamenti, fieret hominem etiam per se spectare ad prędicamētum qualitatis, nā sub reduplicatione albi 245 acceptus, vel in quantum stat sub albedine, intrinsecè est albus, cum tamen nec verum sit, nec ab aliquo vnquā admissum, substantiam esse qualem per se, vel ad speciem qualitatis spectare, sed quale per accidens ab omnibus appellatur, sic igitur de motu cēsendum est. Denique

neque etiamsi essentialis esset continuitas motui, adhuc non constitueretur species quantitatis per se, nam cum sit continuitas viæ, incompleta est, & prædicamenti, vel speciei incapax, potiusque continuitatis modus appellanda foret, sicut motus ipse modalem dumtaxat entitatem habet, solum ergo reductiue (in casu) ad prædicamentum pertineret, sicut cæteri modi.

QVAESTIO OCTAVA.

An numerus sit ens per se, ac vera species quantitatis.

Pars negatiua probatur.

Sententia negans numerum esse speciē quātitatis ponitur.

HIS quæ pertinent ad quantitatem continuam examinatis, oportebit singulas species discretæ percurrere, nā specialē habet difficultatem quælibet, an sit quantitas per se, & etiam an sit species à cæteris distincta Et quidem iuxta ordinem literæ initium sumendo, primo occurrit numerus, circa quem grauis est orta controuersia inter antiquos, & modernos interpretes Arist. an sit species quātitatis.

Primū arg. pro parte negatiua.

Pro parte enim negatiua vrgent argumenta, quæ sequuntur, primum, ens diuiditur in decem prædicamenta, tanquam in decem modos intrinsecos ac per se, erit igitur euidens argumentum à negatione diuisi ad negationem cuiuslibet membri, sed numerus non est ens per se, ergo non est quantitas per se, nec est etiam species quantitatis, cum species cuiuslibet generis sit ens per se: relinquitur ergo numerū (de primo vt aiunt ad vltimum) nō esse speciē quantitatis, probatur minor, quod numerus non sit ens per se, nam siue consideres vnitates numeri secundum rationem materialem, siue secundum rationem formalem, qua constituunt numerum: nullam sufficientem vni-
78. tatem habere possunt, vt constituant aliquid per se vnum, ergo non habebunt vnitatem per se requisitam ad speciem prædicamentalem. Probatur antecedens: nam si tres vnitates materiali ratione spectantur, sunt tres substantiæ completæ, vt tres homines, aut tres leones, de quibus vt talibus satis constat nō posse per se vniri, sed semper cōstituere aliquid vnū per accidens, iuxta vulgatum illud sæpè repetitum, ex pluribus entibus in actu non consurgit nisi vnū per accidens: si vero considerentur formaliter pro tribus quantitatibus à substantia separatis, saltem per considerationem, adhuc hoc modo nihil in eis reperitur ratione cuius per se vniantur, nam vel illud vnum foret simplex forma, quod patet esse impossibile cum vna simplex entitas nequeat pluribus subiectis distinctis, atq; discretis, seu separatis inesse, vt in anima cernimus, quę simplex forma
79 cum sit, nequit separatas partes informare, sed eo ipso, quod brachium separaueris à corpore, desinet anima illud informare: nec potest esse entitas composita, nam quemadmodum nihil est in hac, vel illa vnitate secundum se sumpta, ratione cuius vnum per se cum cæteris componat, pari ratione neq; in omnibus aliquid esse potest, quod per modum compositionis vnum cum eis efficiat.

Si autem dicatur, inter vnitates esse ordinem prioris, & posterioris, ratione cuius vnam post alteram numeramus, vnam vocamus primā, alteram secundam, vel etiam tertiam, & ratione huius ordinis vniri ad construendum vnum per se: extat secūdum argumentum, quo efficaciter hoc refutatur: nam sola vnitas ordinis non sufficit ens per se prædicamentale constituere, alioqui ciuitas, exercitus, ac familia, ex pluribus certo modo ordinatis coalescētia, essent entia per se, quod patet esse falsum: & rursus talis ordo inter vnitates numeri non potest esse realis, ergo neq; vnū ordine cōstrui ex eis, q ens reale sit aut prædicamentale. Probatur planè antecedens, nam tres vnitates ex natura rei non ordinantur inter se, cum indifferenter possit esse quælibet prima, secunda, aut tertia, si hoc, vel illo modo ab intellectu numerētur, ergo nō est in eis alius ordo prętereū, quem ab intellectu sic, vel aliter numerāre suscipiunt: sed intellectus nullū ordinē realem ponit in rebus per cognitionem, aut numerationem, sed solam relationē rationis, hanc ergo dūtaxat habebunt, dum ad compositionem numeri cōueniunt: vndè si forma numeri in solo ordine consistit, erit ens rationis, atq; adeò numerus ipse: quia qualis est forma, talis est species, quam constituit.

Non. Arg.

III. Arg. 80.

Tertio, vnitates ad cōpositionem numeri non possunt per aliquam vnionem, aut vnitatem concurrere, ergo non possunt vnum aliquid per se constituere, euidens est cōsecutio, quia repugnat planè vnū per se ex multis coalesce-

lescere, nisi per se vniantur: sed probatur antecedēs, quia ad rationē intrinseca discretæ quātitatis pertinet quod partes sint separatæ, ac diuisę iuxta definitionē Arist. quod discreta quātitas sit, cuius partes non copulantur termino cōmuni, vtrumque autem vnioni, atq; vnitati opponitur, cū actualis diuisio importet negationē vnionis: ergo repugnabit, quod vnū per se efficiant. Et corroborari adhuc potest ex ratione quantitatis intrinseca, nēpè diuisibilitatę in partes, quæ longè abest a quantitate discreta, vtpote ex partibus iam diuisis cōstante, non est igitur per se diuisibilis numerus, nec proinde per se quantitas.

IV. argum. Quarto. Quodlibet cōpositum per se vnum addit aliquid reale præter partes, etiam simul sumptas, licet non præter partes etiam simul

12. sumptas, & vnitas, nam si nihil reale præter partes adderet, cum partes secundū se non vniantur ad cōstitutionem totius, sed per vnionē realē, sequeretur non vniri realiter, neq; vnum aliquid per se ex eis coalescere: & huius rei gratia concedant omnes cumulū non esse per se, sed per accidēs vnū, quia nihil reale præter res aggregatas importat, ratione cui' per se vniantur, at numerus nihil reale importat pręter vnitates, ergo nihil reale erit pręter eas, sed vnitates sunt simpliciter multę, & non vnū, nisi aggregatione, ergo numerus non erit nisi aggregatione vnus: probatur minor, nam quælibet vnitas præter continuam quantitatem, quam habet, solam negationem diuisionis importat: ergo tres vnitates nihil reale positiuum cōtinent, præterquam tres quantitates continuas, & negationes diuisionis, sed negationes non possunt aliquid positiuū, aut per se vnum constituere, ergo nec numerus erit vnum per se cōpositum ex vnitatibus, sed sicut cumulus pluribus etiam constans vnitatibus cum negatione

Confirm. indiuisionis ex parte illarum.

Et confirmat hæc omnia modus ipse, quo

13. fit numerus, videlicet per diuisionem continui sed diuisio cōtinui nihil ponit in partibus præter modum essendi cōpletum, quia cùm prius essent entia incompleta, & entitatem totius in completam componerēt, eiq; per intrinsecā dependentiam adhærerent: post diuisionem quælibet subsistit per se separata à toto, ac cæteris partibus, vndè fit numerū nihil esse aliud quàm multa entia in actu completo, & ex hoc ipso non nisi vnum per accidens: cum repugnet planè entia completa per se vniri, & enti in actu completo aduenire aliquid per se.

Prima sententia negans numerum esse speciem quantitatis.

PRopter hæc sentiunt plures ex modernis interpretibus Arist. numerum nō esse speciem quātitatis per se, sed esse vnum per aggregationem, sicut est cumulus. ita Doctor I. Sent. Fonseca 5. lib. Metaph. cap. 13 q. 4. sect. 4 quem sequitur Magist. Cū rca. præsenti quæ. 2. art. 4. 14. & alij putantes Aristot. numerum, & orationem tanquam species quantitatis enumerasse, non quod veræ species sint, sed quia diuersum modum extensionis habent à quantitate continua, ratione cuius quasi oppositæ species reputantur, & cum similitudinem habeant specierum, de illis quasi de rebus vnitatem per se habentibus agere potest scientia, quæ non requirit in cunctis sub proprio obiecto contentis æqualem vnitatem,

Pro hac sententia referunt quidam grauissimos patres Gregorium Nyssenū, ac Damascenum, quos asseuerare, aiunt, numerum non esse aliud, quam vnitatum aggregationem, sed quā longe ab ea sint, & quantū oppositæ faciant, verba vtriusq; testes esse possunt: Gregor. namq; in lib. de historia sex dierum, vbi ab eis refertur nō multum ante medium, numerum describens ita loquitur: *Numeri natura vna cum creatione introducta est, nihil enim aliud est numerus, nisi vnitatum compositio: & c.* Ecce com- 15. positionem in numero fatetur: cum tamen si sola esset vnitatum aggregatio locum non haberet compositio, ecquis enim in cumulo vllam inuenit compositionem profecto vbi simpliciter est compositio, ibi vnum simpliciter ex multis coalescit, quapropter affirmans compositum esse numerum ex vnitatibus, profitetur plane esse vnum simpliciter, ac per se Damasc. autē ca. 49. suæ dialect. in principio numerum esse ait, plures vnitates in vnū coeuntes hisce verbis: *vnitatibus igitur in vnum coeuntibus duo fiunt, & c.* In vnum autē coire quid est aliud, quam ad compositionem vnius 16. concurrere. Cæterum, vt clarius propriā mentem aperiret, circa medium capitis species quātitatis per se enumerāns, easq; à quantitate per accidens separans ita loquitur: *Proprie quidem septem hæc quanta esse dicuntur, numerus, sermo, tempus, locus, linea superficies, corpus, at ex accidēti ea quoque quantitatem habere dicuntur, quæ in ipsis considerantur, hoc est actio, motus, color, aliaq; id genus, & c.* Hæc Damascenus, quibus plane sentit de numero, quod sit quantitas per

se, &

Referuntur pro hac sententia sancti patres.

se, & species per se huius prædicamenti, quod stare nō posset, nisi per se vnum esset, tum quia ex propria conditione species est vnum quid per se, tum etiam quia aggregatum per accidēs vt cumulus lapidum specie caret. Ex scholasticis verò referunt pro eadem sententia Durand Greg. Gabrielem, Marsilium, atque Aegidium Romanum, & cum his plures alios ex interpretibus Arist. quod affirmēt numerū esse vnitatū aggregationē. Sed quā infirmū sit argumentū ad probandū eos sentire, q numerus sit ens per accidens, quis non videat? Cum in cōmuni modo loquēdi verū sit numerū esse vnitatū aggregationē in eo sensu, quod ad cōpositionē eius plures vnitates coeunt, ac propterea aggregari dicuntur, sed huic modo loquēdi nō repugnat, quod certo ordine coeant, vt aggregatio nō sit per accidens, hæc enim nullum admittit ordinē, itaq; aggregatio in communi non est aliud, quā plurū vnitatum cōcursus, in quo sensu numerus aggregatio dicitur, in speciali verò quędam est aggregatio ordinata, ex qua vnū per se coalescit, & talis est numerus altera sine ordine, quæ nō nisi vnū per accidēs efficit, vt cumulum, vel aceruum: oporteret ergo præfatos autores speciali vocabulo affirmasse, quod numerus sit aggregatio per accidens, aut sine ordine, vt censerentur sensisse vnum per accidens esse, & ab speciebus quantitatis reijciendum.

87. (line beside "muni modo loquēdi")

Refertur D. Tho. 5. sent

Referunt item D Tho. pro hac sententia 7. lib. metaph. lect. vlt. non procul à fine, sed vidētur planè eum non consuluisse, legissent namque hæc verba: *Compositum quandoq; sortitur speciem ab aliquo vno, quod est, vel forma, vt patet in corpore mixto, aut compositio, vt patet in syllaba, & numero, & tunc oportet, vt compositū sit vnum simpliciter, quandoq; vero compositū sortitur speciē ab ipsa multitudine partium collectarum, vt patet in aceruo, & alijs huiusmodi, & in talibus totum compositum non est vnum simpliciter, sed solum secundum quid, &c.* Hæc D. Tho. qui nō potuit expressioribꝰ verbis profiteri, quod quātitas discreta, vt numerus, & oratio sit vnū per se, species quantitatis in communi, longè diuersa à cumulo, aut aceruo.

Ostenditur oppositum

88

Refertur Arist. pro 1. sent.

Referunt deniq; Aristo. 3. lib. physic. cap. 7. text. 68. sic loquentem: *numerus est vna plura, quanta ve quædam*, & 10. metaph. c 9. text. 20. *numerus est multa vna*, lib. etiam 8. c 3. textu 10. vbi hæc verba scripsit: *& numerum oportet aliquid esse, quo vnus, si vnus est, aut enim non est, sed quasi congeries, aut dicendum est, quid nam illud sit quod vnum ex multis facit, &c.*

Numerum esse vnum per se, atque speciem per se quantitatis discretæ decernitur.

Vera sent. Arist. & D. Tho.

Sed miror profectò homines in doctrina Arist. ac D. Tho. versatos, non vidisse vtrumque expresse affirmantem numerum & per se vnum esse, & speciem per se quantitatis longè diuersam à cumulo, aceruo, & id genus alijs, quæ aggregata per accidens à cunctis appellantur, & de Aristot. quidem luce clarius est, cum non solum cap. præsenti, sed 5 metap. cap. 13. text. 18. inter species quantitatis per se eū referat, quod stare nullo modo potest nisi censeat esse vnum per se: nam exploratum est speciem quamlibet ex genere, & differētia esse compositam, tanquam ex potentia, & actu per se in ordine metaphy. nec datur in causa præsenti recursus, aut prouocatio à prædicamento logico ad Metaphysicum, vt in oratione, loco, ac tempore à quibusdam interponitur aientibus, in Metaphysica vbi ad amussim naturam quantitatis, ac specierum eius perpēdit Arist. quatuor dumtaxat enumerasse species, in prædicamento autem logico vulgi opinionem potius secutum tres alias addidisse, quia in ore omnium tanquam species quantitatis per se versabātur: eiusmodi namque prouocatio corroborat potius causam numeri, cū non solū in Dialectica inter septem species quātitatis per se, sed in Metaphysica inter quatuor eum retulerit. 89.

Nec solum his locis de numero ita sentit, sed lib. 8. metaph. text. 10. vbi in multis comparat species substantiarum, rerumq; omnium cum numeris, in eo præsertim, quod quemadmodum variata vnitate soluitur species numeri, pari ratione addito, vel substracto gradu differentiali variatur quæcunque species. In qua comparatione duo continentur, quæ numerū ex mente Arist. vnum per se constituunt: primum, quod numeros vocat species, & distinctas species, postremum, quod variata vnitate speciem numeri solui affirmat, & ita variari, vt iam non sit eadem, sed diuersa sub eodem genere, quæ non habent locū in cumulo, aut alio quocunque aggregato per accidens: quis enim vnquam cumulum, aut aceruum speciē appellauit, aut diuersos cumulos diuersas species alicuius generis? Quis etiam aliquando ausus est affirmare diuersum fieri cumulum ab 90.

eo, qui

ab eo qui prius fuerat, si vnus aliquis lapis, aut vnum granum addatur, aut subtrahatur, nullus profecto ergo hoc tam latum discrimen ex his duobus de numero constitutis ab Arist. euidenter illatum, inter ipsum ex vna parte, & cumulum ex altera, plane ostendit, quod sit per se vnum, & species quantitatis per se, quod perpẽdens Cõmentator Auerroes, qui pro op-
Auerroes. posita sententia solet etiã referri, in eiusdẽ loci commentar.js hæc verba scripsit: *Sicut definitio est vna per substantiam suam, id est per formam, ita & numerus.*

Et de D.Tho. nunquam dubitare licuit, nã præter expressa eius verba nuper à nobis rela-
91 ta semper numerum cum Arist posuit speciẽ quantitatis per se, nõ solum 5. Met. lect. 15. exponens caput de Quantitate, sed 1 p. q 30 art. 3. q. 9. de potentia art. 7. & quodl. 10. art. 1. & expressius 8. lib Metap. lect 3 hisce verbis. *Est enim per se vnum numerus, in quantum vltima vnitas dat speciem numero, & vnitatem, sicut etiam in rebus compositis ex materia, & forma, per formam est aliquid vnum, & vnitatem, & speciem sortitur* & lib. 10: lect. 4. circa medium: *Sic etiam videmus* (inquit) *in numeris: nam binarius secundum quod est quoddam totum, speciem, & formam determinatam habens est diuersum specie à ternario.*

Cõmunis est hæc 2. sententia.

Hæc igitur sententia Arist. ac D.Tho quod numerus sit vnum per se, & per se species discretæ quãtitatis, communis est in schola Philosophica, ac Theologica, quam secuti sunt Auicẽna 3. lib. suæ Met. c. 4. & 5. & ex Theologis Scotus 5 lib. Met q 9. quanquam dubius remã-
92. serit in 1. d 24. q. vnica, Henricus 1. p. summæ art 29. q. 7. & quodl 6. Albertus Magn. tit. 8. c.
Patroni illius. 2. & vniuersa schola D.Tho. Capreolus in 1. d. 24. q. concl. 5. Sonzinas 10. lib. Met. q. 7. Argentina in 1. d. 24. q. 1. Iauellus 8 metaph. q. 9 Caietanus in comment. huius cap. Mag. Sotus q. 1. eiusdem. P. Toletus inter exponendas species discretæ quantitatis: à qua non putamus propter argumenta modernorum recedendum.

Hanc sequitur autor. 1 Ratio.

Probatur autẽ non infirmis rationibus. Prima, quia vna scientia circa obiectum per se vnum versatur, à quo suam vnitatem, atq; speciem capit, sed de numero tãquam de proprio obiecto agit Arithmetica, & de numero per sonum determinato musica, ergo cum quælibet
93. harum sit vna scientia per se, determinatam habens speciem, sequitur numerum esse vnum per se, qui cum determinatam habeat rationẽ Quantitatis, erit species per se huius generis Quod rursus corroborari potest, nam obiectũ scientiæ debet habere determinatas proprietates, quæ de illo demonstrentur in scientia, ergo debet habere determinatam essentiam, à qua prodire possint, determinatamq; definitionem, per quã tanquã principiũ ostendãtur, sed ens per accidẽs nec determinatas habet passiones, nec determinatã essentiã, aut definitionem, vnde nec obiectum scientiæ esse posse statuit Arist. 6. met text 4 numerus igitur non erit ens per accidens, sed per se vnã habens essentiam, determinatas passiones, determinatãque definitionem, per quam demonstrari de eo in præfatis scientijs valeant. Efficax hoc argumentum tribus vijs conantur eludere aduersarij, & primo ei occurrere intendit Mag. ster Oña hac distinctione adhibita entis per accidens, quod duplex esse ait, vnum casuale, seu fortuitum, vt inuentio thesauri, aliud vero in ratione entis, vt album, calidum, &c. Quod i-
deò ens per accidens vocatur, quia pluribus in 94.
actu entibus constat, & de primo quidem ente per accidens scientia esse non potest, cum non habeat esse fixum, certũ, vel necessariũ, sed omnino contingens: postremum vero bene potest esse obiectum scientiæ, quod in posterioribus se ostensurum promittit.

Impugna.

Neminem tamen esse arbitror in doctrina Arist vel mediocriter versatum, cui nõ statim appareat friuola solutio hæc 6 enim metaph. text. 4. Arist. ex professo distinguit entia per accidens ab entibus per se, & de illis statuit nõ esse vllo modo obiecta scientiæ hisce verbis: *Cum itaq; ens multipliciter dicatur, primum de eo, quod secundum accidẽs est, dicendum quod nulla circa illud speculatio est, &c.* Vt autem nullus relinqueretur dubitãdi locus, quin de ente per accidens in ratione entis loqueretur, statim subiecit. *Signũ autẽ, quod nulli scientiæ cura est illud, neque actiuæ, neq; factiuæ, neq; speculatiuæ, neq; enim qui facit domum, facit simul quæ accidũt, &c.* Ad hæc, ens per accidens in ratione entis constat rebus diuersorum prædicamentorum, ergo nec vnam habet naturam, vel essentiam, nec definitionem vnam, nec determinatas passiones
demonstrabiles in sciẽtia, ergo nec obiectũ es- 95.
se valet. Quod si dixeris posse habere vnam rationem scibilis per se: bene habet, namiam erit per se vnum in ratione obiecti, quare nisi numero aliquam rationẽ vnius per se concesseris non poterit esse obiectum scientiæ.

II. Solutio.

Occurrit 2. Doct. Fons. vbi supra, alia vtens distinctione, nã si numerus (ait) accipiatur vt

96. est à parte rei, erit quidem ens reale sed per accidens, de quo non est scientia, cum obiectum scientiæ vno, vel altero modo spectatum, ens per se oporteat esse. si vero eũ acceperis in quãtum vnitates eius ordinantur ab intellectu secundum prius, & posterius, erit quidem per se vnum non entitate, sed ordinatione, nec erit ens reale sed rationis, quo pacto ab Arithmetico consideratur. nec referre ait, quod numerus sit ens rationis, & realis sciẽtia de illo disserat, quia multæ sunt scientiæ realesnon agentes de eo, quod vnum sit in ratione entis realis, vt scientia de republica, quam politicam vocamus, cosmographia, musica, & id genus aliæ, inter quas enumerari Arithmetica potest, vel etiam numeratur inter eas, quas rationales vocant tractantes de rebus ab operatione intellectus dependentibus, qualis est dialectica, itaq; nõ tenet argumẽtum, Arithmetica est scientia realis, ergo numerus, qui est eius obiectum est vnum ens reale per se, sed satis est sit vnum per se ens rationis per ordinationem ab intellectu constitutum. Hæc tamen solutio veri similior est præcedenti, sed insufficiens adhuc, nam & si non ignoremus scientiam generali diuisione in realem & rationalẽ secari, in rationalibus tamen nullus vnquam numerauit, nisi eas, quæ vel opera rationis ordinant, vel sermonem (si tamen facultates sermonem ordinãtes sciẽtiæ nomen merentur) quales sunt Grãmatica, & Rhetorica, illa enim congruitatem in sermone, hæc vero ornatum attẽdit, opera vero rationis sola dialectica ordinat, Arithmeticã igitur ad rationales scientias referre non est aliud, quã diuisionem scientiarum confundere, notũ est enim ab Ari. ac cæteris, Mathemeticas disciplinas iuxta diuersas species quantitatis, de quibus differunt, distinctas inter reales scientias enumeratas esse, vt à rationalibus separentur: quis enim Geometriam, aut Astrologiam rationalibus vnquam adiungit, cum ergo eiusdem sit ordinis cum eis Arithmetica, falsum est eã à realibus scientijs disiungere, & rationalibus annumerare: præsertim cum non alia de causa excogitatum hoc sit, nisi vt argumentum de numero eludatur, falsum est etiam politicam scientiam, quia de actionibus reipublicę moderandis disserit, ad rationales scientias referre: nam eadem ratione ethicã, & in vniuersum morales scientias rationales licebit appellare, cum in humanis actibus moderandis occupentur: hæc autem præter communem omnium Philosophorum sententiam asseruntur, quare realis scientia reputari debet Arithmetica, non secus ac cæteræ Mathematicæ disciplinæ, ac propterea reale debet esse obiectum eius & per se vnum in ratione entis realis, quemadmodum de obiecto musicæ constat, de qua dubitauit nemo, quod inter scientias reales sit referenda, est autem obiectum eius numerus sonorus.

Impugnatur.

97

98.

III. Solut. Occurrunt tertio alij asserentes numerum non esse per se vnum, concipi tamen à nobis per modum vnius determinatæ quantitatis à cæteris distinctæ, quod sufficere putandum est vt vna scientia, & vna potentia possit circa illum versari.

99.

Impugnatur. Hoc tamen nullius momenti est, nam sciẽtiæ reales non versantur circa res in quantum à nobis apprehenduntur, sed vt se habent in se, ergo si numerus in se non est vnum per se, non potest esse obiectum scientiæ: probatur antecedens, quia scientiæ versantur circa sua obiecta, in quãtum habent passiones, & principia: hæc autem non habent prout à nobis apprehendũtur, sed secundum propriam naturam: ergo eo modo sunt obiecta, & si ita esse obiecta repugnat, vt de numero conceditur, non sat erit à nobis vt vnum apprehendi, vt scientiæ obiectũ esse valeat, & veras habeat passiones: perstat igitur in suo robore argumentum.

100. Probatur secundo eadem sententia, quia numerus habet reales, ac determinatas proprietates, vt esse parem, aut imparem, & alias similes ergo habet determinatam essentiam, ac per se vnam, probatur plane consecutio, quia proprietates oriuntur ab essentia, & rursus inordinata multitudo, vt cumulus, nullam habet proprietatem, signum est ergo, quod numerus aliquam habet vnitatem per se.

Præterea numerus est sensibile per se, vt Arist. docet. 2. lib. de anima cap. 6. ergo per se est obiectum sensus, ex quo duo infero, primum ꝙ sit ens reale, nã sensus non percipiunt entia rationis, sed realia, ac sensibilia, & quæ habent esse, citra operationem intellectus, secundum, quod sit per se vnum, nõ solum vt à nobis per modum vnius intelligitur, sed ex propria natura, quia potentia sensitiua ab eo accipit suo modo vnitatem, & tanquam vnum illum percipit, prius quam ab intellectu cognoscatur, quare necesse est dicere, quod sit species quantitatis per se.

In qua

In quonam consistat entitas realis numeri, & vnitas per se eius ostenditur.

DVo sunt in hac sentẽtia communi, quã sequimur, nõ parũ difficilia, quę idcirco elucidare oportet, vt probabilitas eius ostẽdatur, primum quonam pacto numerus ẽs reale sit, postremum, quomodo sit per se vnũ,
101. vtrumque enim requisitum esse, & sufficiens, vt sit species discretæ quantitatis, satis notum est.

Quomodo numerus ens reale sit Soti sent.

Circa primum vero varij sunt interpretes Arist. nam quidam, de quorum numero est Sotus q. 2. huius capitis concl. 2 sic numerum esse ens reale arbitrantur, vt essentiale complementum accipiat ab intellectu, nam in ternario (aiunt) duo sunt, nempe tres vnitates, & insuper ordo prioris, & posterioris, in quantum secunda præsupponit primam, & vltima vtrãque, & primum non dependet ab intellectu, cũ cõstet vnitates esse reales, & citra operationem eius in rebus consistere, postremum vero ex opere intellectus numerãtis plane resultat, nisi enim ab eo numerentur, nec rationem primæ nec secundæ aut vltimæ habebunt, at numeratio intellectus nihil reale ponere potest in vnitatib⁹, ergo rationis tantum in eis est ordo prioris, &
102. posterioris, ex parte cuius necessariam habet numerus dependentiam, imo & & complemẽtum ab intellectu, asserit itaque sententia hæc numerum essentialiter componi ex ente reali, & rationis, nempe ex vnitatibus, & ordine prioris & posterioris, quod non obstat, quin simpliciter enunciandum sit, esse ens reale, atque speciem prædicamẽtalem, nam ex parte vnitatum reale quid est, & ex parte ordinis per se vnum, nec nouum id esse aiunt in numero, sed necessario admittẽdum in alijs, quæ entia realia cum sint, complementum essentiale ab in-
103. tellectu accipiunt, id namque habet tempus ex multorũ sententia, atq; etiam peccatum quod positiuum, & priuatiuum importat, & priuatio est ens rationis.

Reijcitur prædicta sententia.

Hic tamen modus dicendi sustineri non potest, quod numerus sit ens reale, & lõge minus quod sit species quantitatis. Ostẽdo primum, quia vel vnitates ante operationem intellectus efficiunt numerũ, aut non, sed ordinationem
104 intellectus expectant, vt eum constituant, si dederis primum, sequitur numerum non dependere ab intellectu, nec vllum complementum ab eo accipere: si secundum, sequitur esse ens rationis formaliter, siquidem ratio formalis constitutiua est ens rationis.

Quod vero non sit per se vnum euidentius ostendi potest, quia ens reale, & rationis plus quam genere differunt, ergo ex eis nequit vnũ per se coalescere, & rursus, ens rationis nõ est aliquid in rebus, sed solum habet esse obiectiue in intellectu, ergo nequit per se ad illud ordinari ens reale, quare nec per se cum eo aliquid componere, & propterea non coalescet ex vtroque aliquid per se vnum: pugnat igitur cũ ratione vtriusque speciem per se vnam constituere.

Ad illud de tempore.

De tempore vero negandum est quod complementum ab intellectu accipiat, vt 4. lib. physic. patebit, & de peccato dicendum non 105
includere priuationem, prout est ens rationis, sed prout est carentia rectitudinis moralis debitæ, quæ ante operationem intellectus datur.

Quid dicendum de peccato.

Sent. Sonzin.

Alij ergo vt Sonzinas 10. lib. Metaph. quæ. 8. simile complementum non admittentes affirmant numerum citra operationem intellectus in rebus esse cõpletum, sed quæ sit entitas realis eius, & in quo consistat vnitas, ratione cuius quãtitates separatæ vnum per se efficiant, nõ satis explicant, nec facile explicari potest, nam vnitates reales esse cõspicimus sic in numero, sicut in cumulo, sed quæ sit illa ratio realis constituens tres vnitates in ratione vnius numeri realis, easq; separans à cumulo trium lapidum, non videmus, nec facile intelligimus. Cæterum quia necessarium id est ad sustinendam cõmunem opinionem, quærenda est talis ratio, & vt inueniatur adnotãdum, vnitates dupliciter cõsiderari posse, primo secundum quãtitatem, quam in se habent omnes, &
qualibet: nã vnaquæq; earum per se quantitas 106
continua est, & omnes simul quandã discretionem habent, cum diuersa sint corpora, & loco etiam distitæ, & in his non differunt à cumulo, sed in eo quod ex propria natura sunt ordinabiles, ac numerabiles ab intellectu secundum prius & posterius, & aptitudo hæc, quam ordinabilitatem, & numerabilitatem vocare possumus, realis est, eisdẽq; vnitatibus cõueniens citra opus intellectus, nõ secus ac intelligibilitas realiter cõuenit cuicumq; enti reali, & cuicumq; colori visibilitas. Tria itaque
in numero considerari possunt, vt notior res 107
fiat, reales vnitates, aptitudo vt ab intellectu ordinentur secundũ prius, & posterius, & eodem modo numerentur, & insuper actualis ordinatio, & numeratio, & hoc postremũ ens

rationis absque dubio est, quia nihil reale per actualem ordinationem in vnitatibus ponit intellectus, duo autem priora realia sunt, quia, & vnitates ipsæ reales sunt quantitates, & ex propria natura aptæ, vt ab intellectu ordinentur vna post aliam: & aptitudo hæc constituit vnitates in ratione numeri, easque à cumulo separat, qui solum importat confusam multitudinem, non ordinabilitatem, aut numerabilitatem, quanquã ex propria natura insit eisdẽ vnitatibus in eodem cumulo ex stentibus, & hoc est quod Arist. docuit 5. lib Metaphy. cap. 13 in principio sic de numero loquens *Multitudo igitur quantum quid, si numerabilis est*: quasi

108 dicat multitudinem, vt multitudo est, non esse vnum per se, sed per accidens, quia solum designat plures vnitates confusas, non secus atq; cumulus, sed per aptitudinem numerabilitatis & ordinabilitatis earundem vnitatum in numero importatam fieri numerum, qui vnum per se, & species discretæ quantitatis sit, & distinguatur à multitudine, aut cumulo, ab hac aptitudine habent vnitates, quod efficiant vnum quid reale, & etiam vnum quid per se sub genere quantitatis discretæ: hæc denique aptitudo ordinabilitatis, ac numerabilitatis non est relatio, sed absolutum quid, quod tamen nec intelligere, nec explicare possumus, nisi per respectum ad intellectum, sicut nec intelligibilitatem, aut visibilitatem, nisi per ordinem ad intellectum, & visum, à quibus tamen non necessario dependet, quia etiam si nullus sit intellectus, vnitates erũt ordinabiles sicut ens quodlibet intelligibile, & color visibilis nullo existẽte visu, ad summum autem dependebit necessario ab intellectu, non actu existente, sed possibili, quia si nullus esset possibilis intellectus, nec res forent intelligibiles, & si nullus esset possibilis visus, non essent colores visibiles, pari ergo ratione non essent vnitates ordinabiles, aut numerabiles. In quo sensu pronunciatum illud scripsit Aristo 4 lib. metaph. cap. vltim text. 131. si impossibile est numerantem esse, impossibile est numerũ esse: numerantis nomine intellectũ designans: quæ tamen dependẽtia nihil adimit de entitate reali numeri, sicut nec de reali intelligibilitate, aut visibilitate rerum. Quibus prælibatis vnum est adnotandum, vt commodius soluantur argumenta, nempè vnũ ex se perfectionẽ entis importare: vnde quemadmodũ in entibus sunt diuersi gradus perfectionis, pari ratione in vno, aut in vnitate per se: in 1. gradu vnitatis per se

Vndehabẽt vnitates quod efficiant aliquid reale.

109

Pronunciatum Arist.

110.

Nota solutionem argumentorũ

constituitur vnum in substantia, non secus, ac substantia ipsa primas obtinet in perfectione entitatis, eiusmodi autem vnitas substantiæ ex vnione formæ cum materia (quæ maximã habet perfectionem) coalescit: sub minori longe perfectionis gradu continetur vnitas per se accidentium, que madmodum eorum entitas longè imperfectior est, & quasi quædam participatio substantialis entitatis, sed in accidentibus diuersi adhuc sunt gradus vnitatis (vt propius ad rem accedamus) nam maior est vnitas in accidentibus naturalibus, quàm in artificialibus, aut moralibus, magis est per se vna albedo, calor, aut frigus, &c. quam ciuitas, vel exercitus, & etiam in quolibet horum generum sunt gradus diuersi, nam inter naturalia accidentia maiorem habet vnitatẽ quantitas continua, cuius partes copulantur termino communi, quam discreta, cuius partes secundum esse separatæ sunt, coniunctæ tamen secũdum ordinẽ, & inter res politicas maiorem habet vnitatem ciuitas, quàm regnum, horum autem omnium eadem est ratio, quia naturalia perfectiora sunt artificialibus, moralibus, ac politicis, & inter naturalia vnum altero perfectius, atq; etiam inter moralia, & politica: esse autẽ perfectiora intelligimus, in quantum minorẽ compositionem important, & hæc est ratio à priori perfectioris vnitatis. 111

112

Et ex hac doctrina verissima duo licebit inferre: quod sicut Arist sæpè repetit, non esse eandem certitudinem, aut necessitatem in omni materia exigendam, sed maiorem, aut minorem iuxta maiorem, aut minorẽ abstractionẽ à materia: pari ratione non est in quibuscũque rerum generibus eadem exigenda vnitas, aut eadem perseitas (vt sic liceat loqui) vt aliquid dicatur vnum per se, sed satis est si in suo ordine, & gradu essendi licet imperfecto aliqualem vnitatem per se habeat. I. Corol.

Postremum illatum est, quod ea, quæ in vno ordine sunt entia per accidens, in altero sunt entia per se, vt domus in genere naturæ ens per accidens est, sed in genere artificiatorum vnum per se, ea itẽ, quæ in genere naturæ sunt multa, ac propterea simul sũpta, efficiũt vnũ per accidens, in genere moris sunt vnũ per se, vt actus interior, & exterior: ac demũ quocũq; ordine quæ plura sũt in ratione entitatis, & vnũ per accidens efficiunt in ratione ordinis, vel ordinabilitatis, efficere possunt vnum per se: & eiusmodi sunt, quæ in ratione vnius infimũ gradũ, aut locum obtinent. In ratione autem II. Corol.

113.

autem entis plura esse dicimus, aut vnum per accidens efficere, entitatem pro absoluta accipientes: nam ratio ordinis entitas est, non tamen omnino absoluta, sed quasi respectũ connotans, sub qua, ea quæ multa sunt per diuersas entitates absolutas vnũ per se efficiuntur. In quo gradu constituuntur multa obiecta realium scientiarum, vt numerus sonorus: linea visualis: quæ ratione ordinis vnum per se efficiunt, nempè visuale, vt in linea, & numerum, vt in sonis, & in eodem gradu censemus numerum esse vnum per se ex multis vnitatibus per se ordinabilibus coalescens.

Soluuntur argumenta partis negatiuæ.

Ad 1 Respond. HAEc doctrina soluit. 1. argumentũ oppositæ sententiæ, nam licet vnitates numeri sint multa entia, ac propterea in ratione essendi non efficiant vnum per se, bene tamen in ratione ordinabilitatis, & numerabilitatis.

Ad 2. Respond. Dum autem 2. argumentum vrget eiusmodi ordinem nõ esse realem, nec fixum, vtrumque negandum est, nam cum plures quantitates sint numerabiles ab intellectu, quemadmodum colores visibiles, & res omnes intelligibiles, naturalem aptitudinem numerabilitatis important cum respectu connotato adnumerantem, non actu existentem, sed numerare 114. potentem, secundum potentiam proximam si actu existat, vel secundũ remotam si solum sit possibilis: quod vero indifferenter quælibet numerari possit post alias, aut esse primam, mediam, vel vltimam, secundũ actualem numerationem contingit, ad essentiam numeri minimè pertinentem: per accidens est enim quod sic, vel aliter numerentur, esse autem fixũ numerabilitatis non consistit in hoc, sed in eo tantum, quòd secundum prius, & posterius vna post alterã sint numerabiles, ex hoc enim habent numerum constituere, nõ ex eo, quod hæc, vel illa prius, vel posterius numeretur, licet ergo variari ab intellectu possit numeratio materialis, formalis tamen numerabilitas inuariabilis est: & realis quidem cum non dependeat ab operatione intellectus, nec per illam sit constituta.

Ad 3. arg. Resp. Tertium argumentum cum confirmatione opponebat propriam conditionem diuisibilitatis, quę videtur repugnare quantitati discretæ, Cui respondemus quod quemadmodum continua, & discreta quantitas sunt genere diuersæ, sic habent longè diuersum modum diuisibilitatis, ita vt continua diuisibilis sit in 115. partes, quæ, cum essent termino communi copulatæ, per diuisionem separantur, ac discretæ fiunt, quantitas autem discreta, cum non sit vna continuatione, sed ordinabilitate, hoc etiam modo diuisibilis est per separationem ab vnitate ordinis: itaque si cum quantitate continua comparetur, actu diuisa est, si verò ad vnitatem ordinis, siue propriam, non est diuisa, sed diuisibilis, cum separabiles sint vnitates ab illo ordine, quo vniuntur ad constitutionem numeri: diuisibilitas igitur propria quantitatis ab vtraque abstrahit quemadmodum quantitas in communi, quæ supremum 116. genus est huius prędicamẽti abstrahit, ab vtraque quantitate: videtur autem quantitatem sic abstractam explicuisse Arist. communi illa definitione, quam tradidit. 5. metaph. cap 13. dicens: quantum est diuisibile in ea, quæ insunt, quorum vtrumque, vel vnumquodque vnum quid aptum est esse: per se insunt namque partes continuo copulatæ termino communi, insunt etiam discreto, tali ordine vnitæ: & illæ quidem per diuisionem separantur, & fiunt entia per se, istæ verò licet iam sint entia per se in genere continui, cum non copulentur termino communi, non tamen sunt per se in ratione quantitatis discretæ, cum sint partes, ex quibus ita fit vna quantitas per se discreta: non ergo censendum est præfatam definitionem soli quantitati continuæ competere, sed quantitati in communi, quam definire voluit Arist. quare communem etiam diuisibilitatis modum ab vtroque abstrahentem debuit exprimere.

Ad 4 Respond. Quartum argumentum soluit distinctio inter ea, quæ ex vnione partium entitatiua, aut per veram informationẽ resultant, & ea quæ per solam vnionem ordinis nam ex informatione resultat absoluta vnitas, & absoluta enti- 117. tas distincta à partibus: ex vnione verò ordinis nihil prorsus absolutum resultare potest, nec aliud omnino à re ipsa sic ordinata, & vnitate ordinis, vnde cum numerus non consurgat ex vnione partium entitatiua, aut per veram informationem, sed solum per ordinem, nihil distinctum realiter ab entitatibus importat, ab vnitatibus quidem formaliter sumptis pro tribus quantitatibus, nam ab eisdem materialiter cõsideratis pro tribus substantijs, vel tribus alijs entitatibus, in quibus inhærent,

Ad formā argumenti. tres ipsæ quantitates, realiter distinguitur. Hoc igitur admisso, negandum est ad formam argumenti, quod numerus propterea non sit vnum per se, nam licet in his, quæ resultant ex
118. vnione entitatiua partium, necesse sit aliquid reale, & absolutum claudere totum preter partes, nequaquā in alijs, quæ solū ex vnione partium secundum ordinem: solum ergo sequitur numerum non esse vnum vnitate entitatiua, aut absoluta, sicut sunt ea, quæ ex vnione per informationem resultant, atque etiam non esse vnum in eodem gradu vnitatis, sed longè minori, & infimo sufficienti tamen vt in suo genere, ac modo essendi vnum per se appelletur, & sit, & per se sub genere, & in specie constituatur. Quod autem additur, vnitates nihil aliud importare præter quantitatem indiuisam, distinguendum est, nam quælibet duobus modis accipi potest, 1. vt in se est diuisibilis, quo pacto ad speciem aliquam continuæ quantitatis refertur, neque aliquid præter quantitatem indiuisam importat, 2. vt principium numeri esse potest, aut pars eius (quod idem est) sub qua consideratione aptitudinem ordinabilitatis claudit, respectum connotantem ad intellectum: à quo ordinabilis est cum cæteris ad constitutionem numeri: vnde fit omnes vnitates simul sumptas eundem importare ordinem numerabilitatis copiosè iam à nobis expositum, negandum igitur est in hoc sensu, quod assumitur, licet in superiori concedendum sit.
Ad confirmat. Confirmationi etiam occurrendum est, admisso, quod ex diuisione continui resultet numerus, licet non omnis numerus fiat hoc modo, sed ex quantitatibus
119. secundum se completis, atque discretis, vt de tribus corporibus completis notum est: negandum tamen quod sub eo accipitur, nempè ex continui diuisione nihil aliud resultare in partibus diuisis præter modum essendi completum quem habent separatæ, cum incompletum duntaxat prius habuissent, atque à toto intrinsecè dependentem: resultat enim consequenter aptitudo in eisdem quantitatibus multiplicatis, aptitudo inquam ordinabilitatis respectu intellectus, à quo ordinabiles sunt secundum prius, & posterius ad constitutionem numeri, quem vt sic numerabiles constituunt, per se quidem vnum vnitate ordi-
120. nis, non entitatis, aut informationis, quæ non repugnat entibus in alio esse, aut ordine iam completis: eiusmodi autem ordo non est accidentalis multis quantitatibus, licet cuilibet secundum præcisam rationem quantitatis quasi accidentaliter aduenire intelligatur, hoc enim solum ostendit distinctam rationem vtriusque quantitatis, continuæ, atque discretæ, vel certe solum ostendit eandem quantitatem sub duplici consideratione ad duplicem posse pertinere speciem eiusdem generis, vt in multis accidentibus cernimus, tales autem considerationes sic se habent, vt vna respectu alterius, aut respectu eiusdem rei sub ea acceptæ modum accidentalem sortiatur.

Ad vltimum argumentū dicimus, formam numeri non esse entitatem omnino absolutam, quin respectum saltem ad intellectum connotet, in omnibus autem, & singulis diuerso modo reperitur. In singulis quidē quasi partialiter: & complete in omnibus: quod autem additur, talem formam fore variabilem, cum diuerso modo sic numerari possint, vt quæ nunc est vltima, postea sit prima, vel media, negandum est: nam duplicem ordinem in eis consideramus, vnum quidem quasi aptitu- 121.
dinalem, quem numerabilitatis appellamus, & iste nō importat determinationem, vt hæc, vel illa prius, aut posterius numeretur, sed solum dicit in singulis, & omnibus, quod vna post alteram sint numerabiles, ex hoc enim constituunt numerum: tria enim corpora etiam si nunquam ab intellectu numerentur, ita se habent, vt possint ab intellectu sic numerari, vt vnum siue hoc, vel illud sit, duo præsupponat, & duobus præsupponatur, aut medium teneat, & aptitudo ista realis est, atque inuariabilis, ordo vero posterior est actualis numerationis, per quam intellectus vnam etiam post alteram numerat, hanc, vel illam primam, mediam, vel vltimam constituens, & ordo iste non est realis, sed rationis, nihil in ipsis vnitatibus ponens, sed extrinsecam duntaxat denominationem primæ, mediæ, vel vltimæ: vnde variari potest, & sæpenumero variatur, vt conuincit argumentum.

Ad vltimū argumentum.

QVAESTIO NONA:

Vtrùm forma numeri à sola vltima vnitate accipienda sit, vel ab omnibus?

Senten-

Sententia tribuens formam numeri soli vltimæ vnitati deducitur ex Aristotele.

Nota. NOn habet locum controuersia hæc de forma numeri apud eos, qui in præcedenti tenuerunt non esse vnum per se, nec verã speciem quantitatis: nos vero vtrumque numero attribuentes merito in dubium reuocamus, quænam sit eius forma, vel à quo sit accipienda, siquidem ab vnitate formæ accipiunt vnitatem per se, atque specificam quæcunque res corporeæ: vnam igitur formam oportebit designare in numero vtramq; præstantem.

n2. Eandem ferè quæstionem de numero, ac definitione cuiuslibet rei, proposuit Aristoteles octauo Metaphysicæ, cap 5 text. 10. sub his verbis: *Et numerum oportet aliquid esse, quo vnus, quod nunc non habent dicere, quo vnus, si vnus est, aut enim non est, sed quasi congeries, aut si est, dicendum est quidnam illud sit, quod vnum ex multis facit, & definitio est vna, similiter autem neque hanc dicere habent, &c* cap. autẽ 8. eiusdem lib. text. 15. in principio eandem propositionem quæstionis summatim repetens ait: *De dubitatione autem dicta, & circa definitiones, & circa numeros, quæ causa est, vt vnum sint, omnium namq; quæcunq; plures partes habent, & nõ est totum, quasi coaceruatio, sed ipsum totũ est aliquid aliud præter partes, est aliqua causa, &c.* Soluit autem quæstionẽ eodẽ capite, & textu paucis interpositis sic loquens: *Quod si quemadmodũ dicimus hoc quidem potentia, hoc verò actu, profecto nõ videtur amplius dubitatio esse, quod quæritur, &c.* Itaq; aliquid designandũ est in definitionibus, atque etiam in numero, quod se habeat tanquam actus, & forma, aliquid item se habens, vt materia, vel potentia, ex quibus vnus per se numerus, vna per se definitio rei coalescat: eandem autẽ esse de definitione, & numero controuersiam idcirco affirmat Aristot.

n3. quia in multis similia inueniuntur cap. 5. eiusdem libri ab ipso enumerata: vnde ortum habuit, vt à pluribus, imo ab eodem Aristot. ibidem numerus quidam appelletur definitio: sed ex multis vnum est non parum ad solutionem præsentis quęstionis conferens hisce verbis ab Arist. explicatum: *Quemadmodum de numero ablato, aut addito aliquo, ex quibus numerus est, non est amplius idem numerus, sed diuersus, etiam si minimum auferatur, aut addatur, ita nec definitio, nec ipsum quid erat esse, erit*

n4. *amplius ablato aliquo, aut addito, &c.* ex quibus intelligimus illud habere rationem formæ in definitione, & numero: ex cuius additione, vel substractione variantur: cum exploratum sit formam, vel differentiam diuersas efficere definitiones, atque species, in materia, vel genere eodem communicantes: & rursus cum genus sit primum in definitione, differentia verò vltimum, vtpote illud ad constitutionem speciei determinans, necesse est locum formæ teneat, quod est vltimum.

Ex qua similitudine apparere incipit, quid Arist. sentiat de numero, videlicet vltimam vnitatem eius esse formam, vel differentiam, à qua vna species per se constituitur, vt in binario secunda, in ternario tertia, & sic de singulis. In vltima enim vnitate similitudo differentiæ cernitur, stante enim eodem genere, si differentia varietur, tota ipsa definitio, atq; species variatur: ita etiam variata sola vltima vnitate præcedentibus immutatis noua species numeri ab antiqua distincta resultat: vt si ternario quartam addideris, solam vltimam mutasti, quæ antea erat tertia, nunc vero non tertia, sed quarta vltimæ rationem habet, duabus primis eodem modo se habentibus, contingit autem simili modo in reliquis numeris, ergo cunctorum forma, vel differentia erit vltima vnitas alijs tanquam materia præsuppositis.

Secundò, prosequentes eandem similitudinem idem confirmamus: habito genere, vel materia non statim habetur species, siquidem nihil adhuc determinant, sed multis possunt esse speciebus communia: vt qui dicit substantiam, non determinat speciem, sed habita differentia, integra species habetur, quia differentia ordine naturæ præsupponit genus, quod contrahit, atque etiam forma materiam, quam ad speciem reducit: simili prorsus modo se res habet in numeris, nam habita vnitate non habetur numerus, nisi secundam addideris: quæ etiam, si non sit vltima, non constituit speciem, quousque accedat tertia, vel certè illa, vltra quam non sit alia: prima igitur, vel primæ vnitates præsupponuntur quidem necessario, sed speciem minimè constituunt: vltima autem adueniente habetur species completa, ergo illa erit pro forma, vel differentia numeri. Confirm.

Nec satis fit his duobus argumentis, si dicatur Replica.

catur aliquando ex variatione vnius partis integralis folui speciem, vt si solum caput ab homine abstuleris, ipsum in speciem cadaueris mutasti, nec tamen idcirco inferre licebit eam partem esse formam totius: in eisdem numeris non minus variabitur species ex substractione cuiusli bet alterius, vnitatis etiam si non sit vltima: si enim à ternario primam, vel secundã detraxeris non permanet idem numerus, sed in binarium mutatur: de cunctis igitur vnitatibus conuincunt argumenta, atque adeò non
127. de sola vltima: & cum non sit possibile quamlibet esse formam, fit vt de nulla censendum sit intentum probare. Hæc inquam solutio non satisfacit argumento: nam ex duabus causis contingit speciem solui ex vna per se, & formaliter, ex alia verò quasi occasionaliter, vel consequenter: ex mutatione quidem formæ, vel differentiæ per se, quia intrinsecum est ei speciem constituere, ex detractione verò partis integralis, quasi ex consequenti, in quantum forma sine illa nõ potest naturaliter conseruari: tale est caput, tale etiam cor in animali, & talis est quælibet vnitas in numero, quia ratio eadem vltimæ vnitatis non saluatur nisi primis præsuppositis: at variatio vltimæ formalis est, quemadmodum ipsa est, quæ præcedentes ad certum gradum in numeris essentialem determinat: ac propterea locum habet formæ, vel differentiæ, cæteris verò tanquàm integrantibus, vel materialibus partibus concurrentibus.

Vltimo probatur. Postremò, quia in composito quocunque repugnat omnes partes habere locum formæ, nam sic omnes etiam essent actus, atq; ex cunctis tanquàm ex pluribus in actu vnum per ac-
128. cidens fieret, quemadmodum hac de causa cumulus lapidum vnum per accidens est, quia omnes eius vnitates sunt in actu: necesse est ergo, vt vna pars sit veluti actus, altera, vel aliæ (si plures sint) tanquàm potentia, vt ex omnibus aliquid per se vnum coalescere possit. Et ita oportebit in numero ponere vnã aliquam vnitatem modum formæ habentem alijs tanquã materia præsuppositis, sed ex multis vnitatibus vltima est principalior, vt potè cęteras determinans, ergo illa erit forma numeri: quibus rationibus assentiens Commentator. 5. c.

Commentator. 5. etiam libri Metaphysicæ sic loquitur: *Cum dixerimus in definitione animalis, quod est corpus nutribile, sensibile, si diminuerimus vltimam differentiam, manebit definitio vegetabilium, & si additur alia differentia puta rationale, fiet definitio hominis, similiter quatuor, cùm eis addatur vnum, fient quinque, & cum ab eis diminuitur vltimum, fiant tria, &c.*

Proponitur prima sententia Capreoli.

Propter prædicta argumenta Capreolus in 1. d. 24. quæst. 1 con. 5. distinguendam putat formam numeri, ita vt partialis sit vna, totalis alia, quemadmodum in quibuscumque speciebus substantiæ forma partialis est altera pars compositi, quæ simul cum ma- 129.
teria constituit totum, vt forma partialis hominis est anima rationalis, forma verò totius est natura resultans ex vnione formæ partialis cum materia, estque res distincta a partibus non solum per se sumptis, sed etiam simul, cũ sit id, quod proximè ex compositione resultat, vt in eodem homine totalis forma est humanitas.

Qua distinctione præsupposita duabus assertionibus explicat propriam sententiam. Prior est, forma partialis numeri est vltima vnitas, quia cæteras determinat ad constitutionem determinati numeri, atque adeò determinatæ speciei, vndè reliquæ præsupponuntur ei tanquam materia. I. Assertio Capreoli.

Secunda assertio, forma totalis non est vltima vnitas, neque omnes, sed natura ipsa numeri, vt in ternario ternitas, in quaternario quaternitas, & sic de cæteris. II.

Hæc probatur efficaciter: quia totalis forma in cunctis speciebus coalescit ex vnione omnium partium, à quibus etiam simul sumptis realiter distinguitur, vt humanitas à corpore, & anima, sed vltima vnitas neque ex o- 130.
mnium coniunctione resultat, cùm sit vna ex illis, neque ab vniuersis distinguitur realiter, quia iam esset realiter distincta à se ipsa, ergo totalis forma esse non potest.

Hanc sententiam tenuit Alb. Magn. tit. 8. de quantitate in prædicamentis, & in commentarijs super. 5. c. Dionys. de diu. nominibus, eam sequutus est Iauel. 8. metaph. quæst. 10. & videtur esse D. Thom. 8. metaph. lect. 3. non procul à fine, vbi hæc scribit verba: *Minimum in numeris est vnitas, quæ si addatur in ternario, surgit quaternarius, qui est alia species numeri, si verò abstrahatur ab eodem, remanet binarius, qui est etiam alia species: & hoc ideò, quia vltima illa differentia dat speciem numero* Et paucis interpositis: *Est enim vnum per se numerus, in* 131.
quantum

Eam sequitur Alb. & Dionys. Iauel. Tribuitur D.Thomæ.

quantum vltima vnitas dat numero speciem & vnitatem. sicut etiam in rebus compositis ex materia, & forma, per formam est aliquid vnum, & vnitatem, & speciem sortitur.

Proponitur secunda sententia Sonzinatis.

II. Opinio. SOnzinas 10. Met. quæst 9. aliam distinctionem adhibet de numero abstracto, & contracto: abstractum appellat, qui nō applicatur rebus, sed ab eis abstrahens solum dicit duo, tria, vel quatuor, in quibusuis rebus reperiantur: contractum numerum vocat eum, qui pro pluribus quantitatib' ordinatis secundum prius, & posterius accipitur, vt pro tribus corporibus: nunc igitur formam prioris numeri affirmat esse vltimā vnitatem, posterioris verò nequaquàm, sed quemlibet numerum se ipso constitui in specie, hoc est, à cunctis vnitatibus simul acceptis, & absque ordine vltimæ, vel primæ.

Opposita est 1. Hæc sententia præcedenti opponitur ex diametro, nam cùm notum sit quæstionem procedere de numero reali, qui est species quantitatis: negat talis numeri formā esse vltimam vnitatem, quod tamen præcedens sententia affirmat.

I. Pars probatur. Primam partem suæ sententiæ hac vnica ratione confirmat, quia numerus abstractus solum habet esse obiectiuè in intellectu constituente inter vnum, duo, & tria, ordinem prioris, & posterioris: ita vt ad ternarium nō perueniat nisi per binarium, nec ad quaternarium nisi per ternarium: vltima igitur vnitas in tali 32. apprehensione præsupponit cæteras, easq; determinat: quapropter tanquàm forma omnium se habet.

II. Pars probatur 1. Secundum partem, nempè quod realis numeri forma non sit vltima vnitas, multis probat, quæ tamen ad tria argumenta referre placet, primum est, esse in numero reali vltimam vnitatem, quæ sit eius forma, præsupponit aliquem esse ordinē realem inter vnitates, nam vbi est vltimum, & primum, necesse est ordinem intercedere, sed nullus est talis ordo, ergo neq; inter vnitates est vltima Probatur minor, quia aut est ordo temporis, vel naturæ, aut dignitatis, vel finis, loci, vbi, vel situs: non primū: quia impossibile est vnitates cōstituentes binarium in codē temporis momēto fieri, nec secundū, quia si vnitates sint diuersarū specierum, vt Petrus, & lapis, nullum habent causalitatis ordinem, nec proindè prioritatem naturæ: & si sint duo lapides, vel ligna eiusdem 33. speciei, vel duæ partes terræ, neutra superat dignitate aliam: neque etiam est finis, in quem ex propria natura ordinetur. De ordine autem loci, situs vel vbi, apertū est nō esse ex necessitate ponendum inter vnitates, si quidem fieri potest à Deo, vt sint in eodem loco, vel in vacuo, aut etiam penetratiuè se habeant, & tunc neutra plus, vel minus à polis mundi distabit, quàm alia: infertur ergo nullo prioritatis genere aliquam numeri vnitatem ante se cæteras, & ex consequenti nec primam, vel vltimā esse, quare nec eius formam

II. Probatur. Secundo aut vltima vnitas est forma numeri in quantum est vnitas, vel in quantum est vltima, non ratione vnitatis: quia hæc ratio æqualis est in omnibus, nec etiam quia vltima: quia est vltimam non habet à se, sed ab intellectu, à quo potest post alias numerari, ergo non est vllo modo forma: præter quàm quod esse vltimam non est aliud, quàm relatio ad præcedentes, pugnat autem cum ratione, vt per relationem constituatur forma alicuius speciei absolutæ. 34.

Postremo probatur. Postremo, forma non dat esse specificum nisi per informationem, naturalem quidem in naturalibus, artificialem in operibus artis: quapropter modo inuariabili officium formæ exequitur: sed nulla est vnitas informans cæteras, præsertim si omnes sint substantiæ, de nulla præterea certum, & stabile est esse vltimam vnitatem, quin voluntate numerantis mutari ordo possit, & fieri, vt quæ erat anteà vltima, modo sit prima: ergo friuolum est formam appellare vltimam. Minorem quantum ad omnia, quæ continet ita ferè probat. Fieri potest, vt aqua diuidatur in quatuor partes, & efficiatur quaternarius numerus: & rursus eisdem coniunctis modo alio diuerso diuidatur: ita vt pars illa, quæ in prima diuisione fuit vltima, sit prima in secunda: & tunc notum est nō esse eandem vnitatem formam eiusdem quaternarij: imo in vnitatibus tam discretis contingit, vt diuersis easdem numerantibus à diuersis vnitatibus incipiat numeratio, & in diuersis terminetur: & quam vnus fecit vltimam, alter constituat primam: imo vnus, & idem pro libito potest modo ab vna incipere, & rursus ab eadem quam vltimam constituerat prius, ac demum si diuisio ligni in quatuor partes eodem ictu fiat, non est maior ratio, ob quam vna earum vnita- 35.

tum sit vltima, vel prima, quàm alia, prius, vel posterius numeretur & vniuersaliter: loquendo, quamuis dicatur numerabiles esse vnitates secundum prius, & posterius, neutra tamen est numerabilis in quarto loco, vel vltimo magis quàm alia: vnde fiet, vt non sit determinata vltima vnitas, sed omnes indifferenter ratione vltimæ habere possint, quod tamen cum conditione formæ pugnat, quæ ex se habet determinationem, atque officium informandi, vel conferendi speciem.

Pro resolutione quæstionis notabilia.

I. Fundamentum. Ecce tibi non solum diuersas sententias, sed planè oppositas, atque efficacibus rationibus confirmatas, vt autem in re tàm difficili nostrā proferamus, illud est tanquam primum fundamentum statuendum, solam corpoream substantiam ex materia, & forma

26. physicis essentialiter esse compositam, nam illa sola habet ex quo fiat, & à quo simul cùm forma de potentia eius educta componatur: exemplū possumus accipere in igne, vel aqua, quæ per eductionem formæ de potentia materiæ generantur, accidentia verò non habent materiam, ex qua fiant, vel à qua simul cùm forma componantur, sed sunt quædam formæ quasi totales ex se, materiam duntaxat habentes in qua recipiantur, nempè subiectum, cùm quo non conficiunt vnum per se, sed per accidens. Hanc doctrinam hausi ex D. Thom. 1. 2. quæst. 54. art. 4. in corpore, vbi hæc verba scribit. *Virtus autem non habet materiam ex qua, sicut nec alia accidentia, sed habet materiam circa quam, & materiam in qua scilicet subiectum.* Hæc D. Thom. quæ naturæ accidentis valde sunt consentanea: informat enim subiectum, quod iam præsupponitur completū in suo esse substantiali: & idcirco talis informatio, vel inhærentia accidentalis est, ex qua vnū per accidens consurgit, vnde fit, vt etiam accidens ipsum modū formæ habens, completum præsupponatur in suo esse specifico quamquā ex potentia ipsius non sit eductū, vndè elicitur ex triplici compositione in substantia reperta, videlicet physica ex materia, & forma, metaphysica ex genere, & differentia, & substantiali ex partibus integrantibus: duplicem duntaxat posteriorem in accidentibus inueniri, ex partibus integrantibus extensionis, vel intensio-

27. nis, atq; ex genere, & differentia: illa facit accidens totum per se integrale, hæc verò totū per se essentiale, nō physicum, sed metaphysicum, atque adeò vt sit species per se iuxta propriam conditionem in prædicamento collocatam: nec tamen propterea existimandum est, substantia simpliciora esse accidentis, quod physica compositione careant, quia ea non nisi ob maximam imperfectionem carent, tum etiam quia eius loco aliam habent imperfectissimam nempè accidentalem, quia nata sunt constituere cum subiecto totum quoddam accidentale per inhærentiam, ordine ad talem compositionem intra eorum essentiam importato.

Quo præsupposito explicandum 2. est, quod nam sit genus numeri, quæue differentia essentialis, ex quibus tanquam vnam per se speciem quantitatis compositum esse intelligimus: atque etiam quæ sint partes cum integrantes, ex quibus vnū per se integrale resultet. II. Fundamentum. Genus numeri primum, atq; remotū est quantitas, proximum verò quantitas discreta ei cum oratione commune, separantur autem numerus, & oratio sub hoc genere, differentijs successiua, & permanenti: ita vt oratio sit quantitas discreta successiua: numerus quantitas discreta permanens, quapropter numerus fit vnum per se ex genere quantitatis discretæ, & ex differentia permanentis, & rursus, cū sit species subalterna (vt inferius dicetur) diuiditur in diuersos numeros, binariū, ternarium, 28.
& quaternarium tanquam in diuersas species, quarum quælibet componitur ex numero pro genere, in quo conueniunt: & ex diuisibilitate, aut extensione pro differentia in tot vnitates, per quas distinguuntur essentialiter, nempè binarius in duas, ternarius in tres, quaternarius in quatuor, & sic de cæteris: quemadmodum linea, superficies, & corpus constant genere quantitatis continuæ, & differentia diuisibilitatis, vel extensionis secundum longitudinem, latitudinem, vel profunditatem. Componitur rursus numerus tanquam vnū per se integrale ex vnitatibus, quæ sunt partes, quibus eius substantia integratur.

III. Fundamentum. Tertio, valdè obseruandum est discrimen inter vtramque genus compositionis explicatum, nam compositio numeri ex genere, & differentia essentialis est, compositio ex partibus integralibus non est essentialis, nec accidentalis, sed medium inter vtramque tenet, & substantialis vocatur, non secus, ac compositio hominis ex capite, brachijs, & pedibus: itaque 29.
substantia numeri, quę est entitas eius realis, in eo con-

eo consistit, vt ex pluribus vnitatibus secundum ordinem prioris, & posterioris numerabilibus compositus sit, etenim si vnitates à numero remoueas, non erit entitas realis: in eiusmodi autē entitate reali fundantur prædicata essentialia ei attributa, vt quòd sit quantitas discreta, diuisibilis in plures vnitates: & cùm essentialis compositio ex his prædicatis essentialibus constet, fit, vt prima compositio ex partibus integrantibus, quasi fundamentū eius sit à quo accipiuntur genus, & differentia numeri hoc modo, in quantum in pluribus vnitatibus reperit intellectus rationem quantitatis discretæ, cum oratione communem, conceptū generis format, nempè discretæ quantitatis abstrahentis à numero, & oratione: & rursus in quantùm permanentes esse cernit easdem vnitates, eas à syllabis orationem componentibus separat, concipitque permanentiam esse differentiam numeri essentialem, ex qua simul cùm præfato genere componit speciem quantitatis discretam, & permanentem, (quam vocamus numerum,) atque etiam concepta successione syllabarum eam eidem generi côiungens componit aliam speciem quantitatis discretæ, & successiuæ (quā vocamus orationem) composita autem specie numeri communi, considerat rursus plures eius differentias, & procedit ad compositionem diuersarum specierum, hoc pacto, concepta ratione numeri

140. cunctis communi in tribus vnitatibus, concipit rursus specialem diuisibilitatem, vel extensionem earum diuersam ab extensione, vel diuisibilitate binarij, & quaternarij: cùm vnus sit diuisibilis in duas, alius in quatuor, ternarius duntaxat in tres: ex conceptu igitur generico numeri, & differentiali diuisibilitatis, vel extensionis in tres vnitates constituit speciem numeri ternarij distinctam à binario, & quaternario, & sic de cæteris, genere, & differentia à tribus vnitatibus secundum prius, & posterius ordinabilibus fundamentaliter acceptis: talis autem compositio numeri ex genere, & differentia, atque specierum illius ex communi genere, & atomis differentijs, vera est, quamuis non sit ex rebus diuersis, sed ex conceptibus, realibus quidem, quia ab entitate reali plurium vnitatem desumptis: nec physica est, sed metaphysica, quia accidentia carent compositione physica essentiali, solamque metaphysicam habere possunt (vt adnotauimus,) ex quibus illud inferre licet, in numero verè, & propriè non esse aliam formam præter eius differentiam specificam.

Postremo obseruandum est, communem illam doctrinam in prædicabilibus explicatam, nempè genus à tota entitate rei formaliter esse accipiendum, radicaliter verò à materia, differentiam a tota etiam entitate rei formaliter, à forma verò radicaliter, in substantijs esse propriè, ac principaliter veram, in quibus vera materia, veraque forma reperitur: in accidentibus per quandam similitudinem, in quantum aliqualis materiæ, & formæ similitudo in eis cernitur, & in numero (de quo loquimur) similitudo non deficit: nam cùm in vnitatibus entitatem, ac substantiam numeri constituentibus ratio prioris, & posterioris sit, in quantum ab intellectu numerabiles inueniuntur, priores quandam similitudinem materiæ tenent, in quantum ab vltima sunt determinabiles: vnitas enim binarium non efficit, nec pars illius est, nisi in quantum per aliam determinabilis est, nec duæ vnitates partes sunt ternarij, nisi in quantum à tertia modificantur, & sic de cæteris, vltima autem vnitas similitudinem formæ sortitur, in quantum cæteras præsupponere apta est, earumque determinatiua: vnde fit, vt per similitudinē ab eis tanquam in determinatis genus numeri sit accipiendū, & differentia quodammodo ab vltima, quæ idcirco forma numeri appellatur, nō quod sit forma, sed quod priores præsupponens, ac determinans similitudinē formæ tenet, & iste est sine dubio sensus D. Thom. quē verissimū existimamus: nam quemadmodū in physicis dicimus motū speciem à termino sumere: scientiam item, & potentiam ab obiecto, & in Metaphysica relationem à termino atque hinc etiam terminū esse quasi formam relationis: & motus, obiectum, scientiæ, & potentiæ, non alia de causa, nisi quia ab eis suam formā & speciem capiunt, cum tamen nō sint formæ: in eodem sensu asserum est ab autoribus prioris sententiæ vltimam vnitatem esse formā numeri, reliquas verò materiam, quia ab illa differentia, ab his vero genus, quod. st quasi materia in compositione Metaphysica, accipiuntur: & quidem radicaliter, nam formaliter non negat D. Thom. nec negare vllo modo potest à cunctis vnitatibus eandem differentiam, atq; idem genus esse accipiendum: Quemadmodum in cunctis substantijs, & accidentibus, & in hoc sensu accipienda est etiam secunda sententia, quæ non vltimā vnitatem

IIII Fundamētum.

141.

In quo sensu intelligi debeat D. Thom qui sensus verissimus est.

142.

tem, sed omnes esse formā profitetur: hoc est à quibus differentia numeri formaliter capitur.

Cur reputentur opposita.

Sed propterea opiniones istæ tanquam oppositæ omnino haberi solent, & prior à pluribus reputatur impossibilis, quia de forma physica, & reali perperā accipiuntur, de qua neutra potest esse vera, imo nec probabilis, cùm certum sit in numero quemadmodum in cæ-
143 teris accidentibus non esse compositionem materiæ, & formæ, sed solius generis, & differentiæ essentialem: in sensu igitur explicato eas intelligere necesse est, vt quælibet suam probabilitatem habeat.

Resolutio Quæstionis, & solutio argumentorum Capreoli, & Soncinatis.

ITaque nostra sententia est, vt ad formam propositæ quæstionis respondeamus, neq; vltimam vnitatem, neque omnes simul esse formam physicam numeri, cùm tali forma prorsus careat, sed Metaphysicā eius formam, quæ est differentia, ab omnibus vnitatibus esse accipiendam, vt ordinabilibus secundū prius, & posterius, ac determinatis per vltimā, iuxta quem sensum ad concordiam vtramque sententiam reuocamus, neque noua argumentorum confirmatione indiget nostra, cum præiacta fundamenta veritatem eius efficaciter satis ostendant.

Soluitur primæ sententiæ arg.

Neque argumenta prioris sententiæ de vera forma quidquam probare possunt, de qua si procedere intendunt, negandum penitus est, quod inferunt: admittendum tamen de quadam analogia, & similitudine formæ à nobis
144 exposita, quam in vltima potius, quàm in cæteris vnitatibus positam esse haud quaquam negare possunt: & hanc duntaxat continent testimonia Aristotelis, & D. Thom. allata: nouerat enim vterq; non esse veram formam in accidentibus, sed propterea variata vltima vnitate variari dicitur species numeri, quia variatur differentia à tot vnitatibus desumpta, præsertim ab ea.

Arg. I. soluitur.

Argumenta verò posterioris nequaquam in primis probare possunt incertam esse, aut pro libito numerantis variabilem formā numeri: certa est enim, & inuariabilis differentia extensionis in plures vnitates numerabiles secundum prius, & posterius, & differentia cuiuslibet numeri in ordine ad tot vnitates, nec est alia forma in numero desideranda: quod autem dicitur nullum esse ordinem inter vnitates numeri, verū est de his, quæ in argumento numerantur, sed superest alius ordo numerabilitatis, nempe secundū prius, & posterius, quē habent cōparatione intellectus numerare potentis, & quemadmodum in colore comparatione visus, & entitate qualibet comparatione intellectus realis est aptitudo, vt videatur, vel intelligatur, ipsa autem visio, vel intellectio nihil reale in eis ponit, sed extrinsecam tantum denominationem, pari ratione aptitudo, vt numerentur prædicto ordine realis est in vnitatibus, quanquam actualis denominatio solam extrinsecam denominationem 145
in eis ponat, & rursus quanquàm esse vltimam in actuali numeratione variabile sit, & indifferenter cunctis applicari possit, quia nihil est in ipsis vnitatibus; aptitudo tamen in qualibet, vt vltima esse possit, realis est, cùm non sit aliud, quàm posse post aliam, vel alias numerari, itaque ex tribus vnitatibus quælibet aptitudinem realem habet, vt possit post duas numerari: ex quo tamen non infertur omnes esse vltimas, sed quamlibet posse in eadem numeratione, & omnes diuisim in pluribus, necessarium est.

Occurritur illationi.

Hinc vero inferre non licet ternarium non habere determinatam essentiam, sed variabilem, nam cùm ordo inter vnitates non sit per modum actus, sed quasi aptitudinalis, vel potentialis, (vt de visibili, & intelligibili dicebamus) in omnibus reperitur determinatè, ita vt quælibet sit post alias numerabilis, licet actualem determinationem ad vnam potius, quàm ad aliam intellectus numerans efficiat, quàm materialem, & extrinsecam existimamus, & impertinentem prorsus 146
ad rationem numeri, in eo consistentem, vt plures sint vnitates numerabiles, vna post aliam, vel alias, in qua aptitudine clauditur aliquam esse vltimam: quod verò hæc, vel illa, præterquàm quod extrinsecum est, ad rationē potius indiuidualem, quam specificam pertineret, etiam si necessarium esset: quapropter, & si vna numeretur post alias ab isto, ab alio verò altera, vel ab eodem diuersis temporibus diuersæ, inuariabilis nihilominus perseuerat aptitudo in singulis, vt post alias sint numerabiles, actualis autem determinatio ad hanc potius, quàm ad illam nihil refert, nec tollit de essentia, vel specie numeri determinata aliquid, quæ in eo posita est, vt pluribus constet vnitatibus tali ordine numerabilibus, nempè vna post aliam in binario, in ternario post duas, in quaternario post tres, &

Quomodo inuariabilis sit aptitudo in singulis vnitatibus adnumerandū.

sic de

sic de cæteris: sufficiens est enim ordo iste aptitudinalis inter vnitates, vt intellectus genus, & differentiam ab eis accipere possit modo superius explicato, atque adeò vt numerus sit vnum per se, ac vera species quantitatis discretæ & sic esse vltimam designabilem satis est etiã, vt similitudinem formę teneat, licet varijs modis ab intellectu designetur: sicut enim qualibet
147 numerabilis est post alias, & ideo vltima secundum aptitudinem, eodem pacto est aliorum determinatiua, & per quam determinabiles sunt cæteræ, in quo similitudo formæ in vna, materia verò in alijs ponitur, id namque habet quælibet in quantum post alias numerabilis speciale, vt cum eadem ratione præsupponat cæteras, verum sit absoluta locutione eam ponere, ac variare speciem numeri; quod tamẽ de præcedentibus non dicimus, & propter ea specialem cùm forma similitudinẽ habet, & cũ hæc similitudo non sit in informatione, sed in determinatione, non oportet vt informet aliã vel alias, sed satis est, sit earum determinatiua: quẽadmodum .n. vnitas per se numeri non tã est ratione entitatis, quam ordinis, sic etiam debet accipi similitudo materiæ, & formæ, nã hoc etiam modo genus, & differentia numeri capienda est à pluribus, nempè vnitatibus non per informationem, vel inhærentiam vnitatis sed solius ordinis ratione, in quantum sic sunt ab intellectu numerabiles (& vt vno verbo rẽ explicemus,) non oportet in his, quæ solum vnitatem ordinis habẽt, similitudinem formæ, vel materiæ in vna aliqua vnitate determinatè positam esse, sed in cunctis, quemadmodum genus, & differentia, quæ locum materiæ tenent, non ab vna aliqua formaliter accipiuntur, sed à cunctis, neque in aliqua determinata sunt, sed in omnibus.

Illarum. His existimo satis factum esse argumentis secundæ sententiæ, quæ idcirco difficilima vidẽtur, & confusionem pariunt, quia actualis or-
148 do, & enumeratio consideratur: ex quibus intelligibilis redditur (vt ita loquar) constitutio numeri, atque specierum eius, quæ tamen non est adeò difficilis considerata aptitudine vnitatum.

(.·.)

QVAESTIO DECIMA.

Vtrum Quantitas discreta, verusque numerus huius prædicamenti in rebus spiritualibus reperiatur?

Pars affirmatiua cum argumentis proponitur.

QVæstionem hanc ex parte attingere cœpimus in præcedentibus distinguentes pro commodiori eius decisione vnitatẽ & numerum in vniuersalem, seu trãscendentalem, qui ad res omnes cuiuslibet prædicamẽti se extendit: quo pacto tres albedines, tres calores, tres Angelos, imo & tres punctos indiuisibiles ternarium numerum appellamus, & in specialem ex diuersis solum Quantitatibus compositum, vt ex corporibus trinæ dimensionis, ex lineis, aut superficiebus, decernentes de hoc solum controuersiam procedere, an sit vnum per se, & vera species quantitatis discretæ, cum alter transcendere videatur vniuersa prædicamenta. Cæterum controuersia iam de numero quantitatiuo expedita, examinandum superest, an numerus, quem vnũ per se, & speciẽ discretæ, quantitatis vocamus nõ solũ ad Quantitates, sed ad spiritualia extẽdatur, ita vt numerus trium angelorum spectet per se ad hoc prædicamentum, & quod de spiritualibus inquirimus, pari ratione intelligendum est de substantia corporea, ac de albedine reliquisque corporeis accidentibus seclusa quãtitate. Accidit quidem hisce rebus corporeis ratio discretionis, & numeri ratione quantitatis à qua extendũtur: nihilominus si quantitas ab eis separetur, non minus videtur vtraque ratio eis conuenire, quia nõ minus essent tres Petrus, Ioannes, & Franciscus, si quantitas ab eis separetur, quam nunc; nec minus dicerentur tres albedines separatæ à quantitate, quã dum per eam extẽduntur: de cunctis igitur siue corporea mole careant, siue ab ea quam habent separentur re ipsa, vel ratione, par est ratio, eademque controuersia, vtrum vera, ac propria ratio quantitatis discretæ in eis reperiatur, ita vt licet ad genus quantitatis continuæ

Titulus quæstionis

149

 explo-

exploratum sit non pertinere, sub genere tamen discretæ verè, & propriè constituantur, nam per quandam similitudinem citra dubium est quodammodo reduci posse.

Videtur autem non solum in quantitatib^s, sed etiam in quibuscunque alijs rebus quantumlibet in corporeis numerum propriæ reperiri: nam definitio designata ab Aristo 10. lib. Metap. in principio quod sit multitudo vnitate numerabilis, multitudini etiam rerum spiritualium conuenit: nam tres Angeli vnitate repetita numerari possunt, non secus ac multitudo corporum: communis item modus loquendi fauet, nam dicere consueuimus numerum Angelorum maiorem esse numero specierum corporearum: et esse substantias alicubi, quot accidentia: infinitum esse numerum punctorū indiuisibilium in continuo: quare ergo in illis potius, quam in his proprium numerum, propriamque quantitatem discretam ponendam esse putabimus?

Primum argum. partis affirmatiuæ

Secūdò probatur. Nam ratio quantitatis discretæ in eo posita est, quod vnitates sint non solum re distinctæ, sed ad inuicem separatæ, seu non continuæ, id namq; propriè discretio est, sed tres Angeli distincti, ac separati sunt, ergo discreti: quare verum numerum ternarium efficient, de quo non minus possunt demōstrari omnia, quæ Mathematici demonstrant, quam de numero quantitatiuo.

Probatur tandem, quia numerum nihil aliud importare ostendimus præter vnitates numerabiles ab intellectu secundū prius, & posterius, sed numerus quilibet rerum etiam spiritualium importat plures vnitates sic numerabiles ab intellectu, ergo in omnibus reperitur propria ratio numeri, aut discretæ quātitatis: nec sit satis argumēto, si dicatur, non esse propriam vnitatē nisi in quantitate, atq; adeò nec propriam discretionē, aut numerū: quantumcumque ergo res aliæ sint numerabiles ab intellectu, nō efficient quidpiam verè, & propriè discretum: id namq; mere gratis, & absque rationis præsidio asseritur: nam vnitates non cōponunt numerum in quantum diuisibiles, sed potius in quantum indiuisibilis, vnitas enim, quæ principium numeri est, per quam certificamur de magnitudine continui, aut de multitudine discreti, minimè rationem habet sub genere quantitatis alioquī non posset certo id ostendere, si diuisibilis esset, vnde sit non postulare molem, aut magnitudinem, alioqui maior fieret numerus ex magnis corporibus

III. Argu.

quam ex paruis, maior item ex corporibus, quam ex punctis, si separati darētur, quod planè falsum est, quare æqua ratio discretionis numeri in rebus spiritualibus, atq; in corporibus ponēda erit: vt videntur posuisse grauissimi patres August. 2. li. de libero arbitrio capit 16. vbi numerum intelligibile quidpiam esse affirmat, & in cunctis rebus inueniri, & Damascenus 3. lib orthodoxæ fidei. c. 8 vbi numerum ait in quibuslibet rebus inter se se diuersis reperiri, vtq; adeò, vt duæ naturæ diuina, ac humana in persona Christi vnitę, ad quātitatem discretā pertinere censeat: hanc partem tenuerūt plures ex doctoribus scholasticis nō infimæ notæ, vt Ricardus, in 1. d. 10 quæst. 1. ad 4 & dist. 24. articul. 1. quæst. 1 & art. 2. quæst. Marsilius in 1. quæ. 27. art. 1. & 2. Gregor. in 1 d st. 24. quæst. 2. art. 3 Aureolus apud Capreolum eadem dist. & quæst. vbi etiam Maior. Ocham. & Gabriel. quos magna etiam modernorum pars nunc sequitur.

Opposita sententia præfertur, & explicatur.

Oppositam nihilominus, quod in solis quantitatibus propriè reperiatur numerus, ac discreta quātitas, profitetur D. Thom. 1. part. q 3. art. 3. in 1. dist. 24. quæstio. 1. art. 3. & quæst. 9. de potentia. art 7 & vniuersa eius schola, præsertim Capreolus in 1. dist. 24. quæst. 1. Soncinas 10. metap. quæst. 13. Iauellus. lib 8 quæst 11. & continetur absque dubio in doctrina Arist qui numerum ex diuisione continui consurgere docet 4. lib phys. cap. 6 & 7 & 2. de anima cap 6. numerum retulit inter communia sensibilia: docet præterea esse obiectum Arithmetices, & idcirco non abstrahere si ipsa à materia, sed solum secundū considerationem 3. lib. phys. tex. 41. & 5. metap. cap. 2. & 3. quod bene adnotauit Commentator. 5 lib met. comm. 2.

II. Opinio.

Habet autem duplex fundamētum satis firmum. Primum est supremum genus huius prędicamenti esse quantitatem molis proximè diuisam in continuam, & discretam tanquàm in species subalternas, & sub quantitate discreta numerum contineri: vnde infertur per euidentem consecutionem numerum prædicamentalem esse quantitatem discretam, & de primo ad vltimum quantitatem molis, pugnat igitur reperiri in rebus corpore vacantibus, atque etiam

I. Ratio.

iam in his, quæ à quātitate diuersa sunt, ab æqui extenduntur, vt in substantia, aut cæteris accidentibus corporeis.

Secundum fundamentum est, vnitatem vt in quibuscūque rebus, tam spiritualibus quam corporeis, tā substantialibus, quā accidentalib' inuenitur, proprietatem entis esse transcendentem si te dubio vti idemmet ens, ergo numer' ex hisce vnitatibus conflatus transcendens erit sed transcendentia non pertinent ad speciale prædicamentum, sed per omnia vagantur, ergo numerus secundum vniuersalissimam acceptionem, prout ad incorporea extenditur, & ad res cuiuscunq; ordinis, non potest esse species huius prædicamenti, & hæc fuit D. Thom. potissima ratio statuendi numerum, & omnino quantitatem discretam, nec in rebus incorporeis, nec in cæteris à quātitate proprie reperiri: quod nobis non solum probabile, sed verissimum videtur, nec omnino quæstionem hanc de nomine reputandā censemus vt voluit Sonzinas, sed etiam de re: cum res ipsa pro intrinseco numeri fundamento quantitatem postulet, ratione cuius specialem rationem prædicamentalem continet: à qua transcēdentalis numerus ad omnia extensus merito excluditur Discretio namq; quantitatiua ea sola reputatur, quæ in quantitatibus reperitur: quæ verò in cunctis rebus, transcendentalis: sed numerus importat discretionem quantitatiuam, ergo in solis quantitatibus inuenitur, generalis vero discretio numerum dumtaxat transcendentalem efficiet.

Eam sequitur autor.

Ad argumenta partis affirmatiuæ respondetur.

Ad I. resp. NEque huic veritati obstat definitio numeri Aristotelica, nam per multitudinē in ea pro genere positam non transcendentalis intelligitur ad res omnes extensa, sed quantitatiua, abstrahens quidem à multitudine rerum corporearum ordinata, ac sine ordine, in qua cumulus cum numero communicat, contrahitur autem per numerabilitatem ad proprium genus prædicamentale numeri sub quantitate discreta, per quam differentiam excluditur inordinata, seu confusa multitudo: & si aliquis velit multitudinem transcendentalem pro genere fuisse positam ab Arist. dicendum est per differentiam coarctari ad multitudinem quantitatiuam, hæc enim sola est per vnitatem numerabilis, cum vnitatis nomine non intelligat Arist. transcendentalem, sed quantitatiuam, vt ex contextu literæ plane colligitur.

154.

Vulgaris autem loquendi consuetudo non tam rerum proprietatem attendit, quam vniuersalitatem, ac propterea numeri voce vtitur vniuersalissima, ac transcendentali significatione cunctis notissima.

Secundum argumentum hæc distinctione diluitur, vnitas, & multitudo gemina est, communis, ac transcēdentalis vna, specialis, & prædicamentalis altera, quæ in solis quantitatib' reperitur, & hæc est intrinseca numero prædicamentali, illa vero talem numerum nequit constituere, quia caret fundamento, quod est quantitas. Ad 2. resp.

Quod autem additur vnitates non componere numerū in quantū diuisibiles, sed potius vt indiuisibiles, distinguēdum est, nā sicut duplex est diuisibilitas continui, ac discreti (vt superius videmus) pariter est indiuisibilitas duplex: indiuisibile appellatur aliquid diuisione continui, quod caret partibus, vt punctum: diuisione autem discreti, quia vt principium, vel pars eius, nec multiplex est, nec esse potest, sed vnum, ac simplex: tres etenim vnitates sic ternarium componunt, vt quælibet vnius duntaxat elementi rationem habeat, quod est dicere, ita se habere ad talem compositionem, vt in ea non possit multiplicari, nec diuidi, nam eo ipso, quod diuideretur, solueretur talis numer' necesse tamen est diuisibilem esse in se, aut diuisione continui, hoc est, habere partes extensas, alioqui non erunt sub genere quantitatis, numero, & omni quantitati discretæ intrinseco. Nec tamen hinc inferre licebit vnitates maioris magnitudinis maiorem numerum cōstituere, quam vnitates minoris, quia cum numerus sit essentialiter quantitas discreta, esse numerum maiorem, aut minorem, non supra magnitudinem earum appellat, sed supra multitudinem, vnde sēsus est, quod plures habeat, vel pauciores vnitates, siue maiorem vel minorem molem habeant, hoc enim per accidens est ad rationem discretionis. Ad 3. resp. 155

Denique sancti patres Augustinus, & Damascenus de numero transcendentali loquuntur, non de speciali, proprio, ac prædicamentali: quo pacto dicere solemus ternarium esse numerum diuinarum personarum, cum tamē nemo vnquam eum in hoc prædicamento collocauerit: & par est ratio de duabus naturis diuina, & humana in persona Christi vnitis, quæ Explicātur sancti Patres. 156

quas ad numerum reuocari docet Damascenus secundum rationem transcendentalem.

QVAESTIO VNDECIMA.

An oratio sit vera species quantitatis discretæ.

Negatiua sententia refertur, & probatur.

Nota. QVemadmodum minus notum est orationem esse speciem quantitatis, quam numerum, sic etiam est difficilius, & à pluribus impugnatum.

Explicatio quæstionis. Prius tamen, quàm varias sententias referamus, statuere oportebit sermonem in præsentiarum non esse de oratione mentali, vel scripta, nam cum illa sit quædam actio intellectus,
157. per quam mens in Deum eleuatur, ad prædicamentum actionis referenda est, scripta verò tāquam diuersarum figurarum congeries ad prædicamentum qualitatis: sola igitur vocalis speciem quantitatis constituere potest, quæ humana voce profertur, vel alijs instrumentis fit: in his enim omnibus quædam extensionis ratio inuenitur, atque ex multis syllabis secundum longitudinem, & breuitatem ordinatis oratio constat, quapropter nec de vocali oratione in quantum significatiua agimus, nec etiam vt complexum quid est, plures claudens dictiones, cum notum sit nihil significationem referre ex hominum beneplacito procedentem vt oratio quanta per se, vel per accidens dicatur, & in vna sola dictione saluari: vt ad prædicamentum Quantitatis expectare potest vox ipsa in quantum sonora est, certoque tempore prolata, siue significatiua sit, vel significationis expers, capax est quātitatis, de qua titulus quæstionis intelligitur.

I. Sententia negans. Eam tamen non esse speciem quantitatis per se, sed ad summum quantum quoddam per accidens tenuerunt plures: Louanienses in primis in sua copulata textum Aristotelis exponentes, Magister Oña. q. 2. art 3. & ex modernis non pauci, quibus occasionem præbuisse videtur Caietanus in eadem textus expositione, qui id non solum in dubium reuocare cœpit, sed in negatiuam partem inclinauit.

I. Ratio. Militant pro hac parte omnia fermè argumenta quæ aduersus numerum quæstione præcedenti praiacta fuere, deinde plura alia non infirma, ex quibus tria hæc seligere placuit, primum: nam hæc dumtaxat in oratione spectari possunt, nempe soni, & motus, quibus efficiuntur morulæ temporis in oratione contun præ, ordo syllabarum, & totius orationis significatio: de sonis notum est ad prædicamentū qualitatis pertinere, motus, etsi ex emsionem habeat accidentalem vt albedo, nihilominus quantum per accidens est (vt vidimus) morulę
158. verò partes quædam temporis sunt, quæ proinde non possunt aliam speciem quantitatis efficere, ordo deniq; syllabarum secundum lōgitudinem, & breuitatem, diuersi item carminum pedes, qui diuersæ species orationis vocātur, & significatio totius orationis, cum pendeant ex hominum arbitrio, & mutari pro libito possint, nec per se vnum, nec speciem quātitatis, quæ accidens quoddam naturale debet esse, efficere valeat: cum ergo sit aliud præter hæc in oratione considerabile, consequens erit non esse speciem quantitatis.

2. Ratio. Secundò, vnitas per se successiuorum in cōtinuatione sita est, vt ostēdunt tempus, & motus, nam si fluxus mobilis per spatium per aliquam temporis moram interrumpatur, & rursus moueri incipiat, notum est iam non eundem esse motum, sed diuersum, & si præsens
159. instans præteritam partem cum futura non copulasset, periret prorsus vnitas temporis, sed oratio est successiuum quid non copulatum termino communi, vt docet Aristoteles, ergo non erit vnum per se, sed per accidens, quemadmodum aggregatio plurium motuum, & vere talis est oratio, cum non sit aliud, quā plures instrumentorum motus, qui syllabarum prolationes nuncupantur.

3 Ratio. Postremo, vt motus diuersas syllabas faciant, interrumpi debent, tunc ergo quod parua, vel magna sit interruptio ex proferentis volūtate pendet, & ita potest per mensem, vel annum interrumpi, fietque eandem esse orationem per annum, vel etiam per totam vitam: quem igitur ordinem realem, vel naturalem habebunt syllabarum prolationes disiunctissimæ vt vnum per se reale componere valeant?

Et confirmari potest, quia si duo loquuntur eandem syllabam proferentes, & alius deinde loquatur, & proferat aliam, non est maior ratio ob quam vnam orationem efficiat prolata syllaba ab hoc cum ea, quam vnus illorum pro-
160. tulit, quam cum ea, quam protulit alter, & tamen

men certum est cum ea efficere orationẽ, quã successiue cum syllaba iste idem homo proferret: ergo vnitas orationis non est naturalis, sed moralis ex voluntate dependens.

Diuersa fuit ab hac, sententia quam Iauellus tenuit epitomes in quintum librum met. capite 8. orationem sub ratione diuisibilitatis esse quantum per accidens, non distinctum à motu cum non sint aliud syllabæ, quàm motus prolationis diuersi, at in ratione mensuræ esse speciem quantitatis per se distinctam à numero, cum sit mensura discreta, & successiua, vnde Aristoteles rationem mensuræ in dialectica considerans, eam inter species quantitatis retulit, cuius tamen in metaphysica non meminit, quia rationem essentialem quantitatis contemplabatur.

Affirmatiua sententia præfertur, & explicatur.

2. Sent. vera Arist. 160 Species nihilominus quantitatis per se expresse ponitur ab Aristotele capite præsenti, idq; vt expressa sententia esse constaret, vtrũq; ex professo probare de oratione voluit, & quantitatem esse, & discretam, quod de alijs speciebus non fecit tãquam per se notum, præsupponens esse quantitates per se.

Ratio. Et ratio, qua id probauit, si vt oportet expẽdatur, efficax est, oratio mensuratur syllaba lõga, & breui (intellige tanquã partibus intrinsecis, ac per se extensis) ergo est quantitas per se, nam quæ aliena quantitate extenduntur, vt albedo quantitate superficiei, per accidens quanta appellantur.

Ita sentiunt antiqui Doctores, atq; grauissimi D. Thom. Opusc. 48. cap. 2. & in 4. dist 3. quæst. vnica articul. 2. ad 5. Albertus Magnus expresse tractatu de quantitate cap. 2. hisce verbis clauso: *Oratio est quantitas in se ipsa, ita quod substantia sua, & quidditas quantitas est*. Scotus cap. præsenti quæst 8 cuius titulus est, an oratio sit quãtitas, & conclusio eius, quod sit vera species quãtitatis discretæ, quos ad literam retuli, vt intelligatur minus benè à quibusdam pro opposita referri: eiusdẽ sententiæ sunt Sõ-
161. zinas 5. Metap. quæst. 4. Mag. Sotus quæ. 2. ibidem ex professo Doctores Canterus, & Toletus, & moderni plures, & ratio, qua eam corroborauit Aristot. prædicta id satis probat. Oratio mensuratur syllaba longa, & breui (intellige tanquam partibus intrinsecis) ergo est quanta per se: nam quæ aliena quantitate extenduntur, vt albedo quantitate superficiei, per accidens quanta appellantur. Huic rationi hanc non minus probabilem addere possumus.

Oratio constat syllabis, quarum quælibet est quantitas per se, cum notum sit extensum 2. Ratio.
esse, ac diuisibilem sonum cuiusq;, ergo quem admodũ numerus constans multis continuis quãtitatibus debito ordine dispositis, & communi termino non copulatis, est species quantitatis discretæ: sic etiam oratio, cuius syllabæ ordinantur secundum longitudinem, & breuitatem, alia est enim oratio vtraque syllaba longa constans, vt musæ in numero plurali, quæ spondeus pes in carmine vocatur, alia constãs priori longa, posteriori breui, vt eadem dictio in recto singulari, & appellatur pes trocheus, alia demum constans duabus, vel tribus syllabis diuerso modo ordinatis.

In quo consistat propria extensio, aut quantitas orationis.

Sed in quonam ponenda sit quantitas orationis, vel ex quo appelletur quantitas per se; à paucis discutitur, & à nemine ferè satis explicatur, cum tamen hoc sit quasi totius quæstionis neruus: concurrunt autem ad orationẽ multa, sonus in primis talibus instrumentis factus, & plures proinde harmoniam, vel concentum efficientes, plures deinceps instrumentorum, aut prolationis motus: nam quæque syllaba motu quodam locali instrumentorum efficitur, tempora diuersa præterea in tali motu consumpta, quibus syllabæ mensurantur, & ex quibus breuitatem, vel lõgitudinem videntur accipere. Multa ad orationem concurrũt. 162

Quidam ergo ex modernis motus diuersos, ac discontinuos syllabarum putant esse orationem, alij verò plura tempora, temporis ve partes, pro certo forte ducentes sonos, vt pote per se qualitates, & per accidẽs quãtos nõ posse efficere quantum per se discretũ, sed tantum per accidens: & de vtroq; potest sic probari. Tres motus, & tria tempora certo quodam ordine sibi succedentia efficiunt quantitatem discretam, & non numerum, ergo orationem: quod quantitatẽ efficiãt apertum videtur, cũ corporea, ac quanta sint, ordinatãq; discretionem habeãt, quod non numerũ apertius est, nam numerus ab oratione separatur, quia permanens est: oratio verò quid successiuũ, sed successiua discre- Quorũdam sententia circa orationis quãtitatem. 163.

quas ad numerum reuocari docet Damascenus secundum rationem transcendentalem.

QVAESTIO VNDECIMA.

An oratio sit vera species quantitatis discretæ.

Negatiua sententia refertur, & probatur.

Nota. QVemadmodum minus notum est orationem esse speciem quantitatis, quam numerum, sic etiam est difficilius, & à pluribus impugnatum.

Explicatio quæstionis. Prius tamen, quàm varias sententias referamus, statuere oportebit sermonem in præsentiarum non esse de oratione mentali, vel scripta, nam cum illa sit quædam actio intellectus,
157. per quam mens in Deum eleuatur, ad prædicamentum actionis referenda est, scripta verò tanquam diuersarum figurarum congeries ad prædicamentum qualitatis: sola igitur vocalis speciem quantitatis constituere potest, quæ humana voce profertur, vel alijs instrumentis fit: in his enim omnibus quædam extensionis ratio inuenitur, atque ex multis syllabis secundùm longitudinem, & breuitatem ordinatis oratio constat, quapropter nec de vocali oratione in quantum significatiua agimus, nec etiam vt complexum quid est, plures claudens dictiones, cum notum sit nihil significationem referre ex hominum beneplacito procedentem vt oratio quanta per se, vel per accidens dicatur, & in vna sola dictione saluari: vt ad prædicamentum Quantitatis expectare potest vox ipsa in quantum sonora est, certoque tempore prolata, siue significatiua sit, vel significationis expers, capax est quātitatis, de qua titulus quæstionis intelligitur.

I. Sententia negans. Eam tamen non esse speciem quantitatis per se, sed ad summum quantum quoddam per accidens tenuerunt plures: Louanienses in primis in sua copulata textum Aristotelis exponentes, Magister Ossa. q. 2. art 3. & ex modernis non pauci, quibus occasionem præbuisse videtur Caietanus in eadem textus expositione, qui id non solum in dubium reuocare cœpit, sed in negatiuam partem inclinauit.

I. Ratio. Militant pro hac parte omnia fermè argumenta quæ aduersus numerum quæstione præcedenti præiacta fuere, deinde plura alia non infirma, ex quibus tria hęc seligere placuit, primum: nam hæc dumtaxat in oratione spectari possunt, nempe soni, & motus, quibus efficiuntur morulæ temporis in oratione contentæ, ordo syllabarum, & totius orationis significatio: de sonis notum est ad prædicamentū qualitatis pertinere, motus, etsi extensionem habeat accidentalem vt albedo, nihilominus
quantum per accidens est (vt vidimus) morulę 158.
verò partes quædam temporis sunt, quæ proinde non possunt aliam speciem quantitatis efficere, ordo deniq; syllabarum secundum lōgitudinem, & breuitatem, diuersi item carminum pedes, qui diuersæ species orationis vocātur, & significatio totius orationis, cum pendeant ex hominum arbitrio, & mutari pro libito possint, nec per se vnum, nec speciem quantitatis, quæ accidens quoddam naturale debet esse, efficere valent: cum ergo sit aliud præter hæc in oratione considerabile, consequens erit non esse speciem quantitatis.

Secundò, vnitas per se successiuorum in cō-
tinuatione sita est, vt ostēdunt tempus, & motus, nam si fluxus mobilis per spatium per aliquam temporis moram interrumpatur, & rursus moueri incipiat, notum est iam non eundem esse motum, sed diuersum, & si præsens 2. Ratio.
instans præteritam partem cum futura non co- 159
pulasset, periret prorsus vnitas temporis, sed oratio est successiuum quid non copulatum termino communi, vt docet Aristoteles, ergo non erit vnum per se, sed per accidens, quemadmodum aggregatio plurium motuum, & vere talis est oratio, cum non sit aliud, quā plures instrumentorum motus, qui syllabarum prolationes nuncupantur.

Postremo, vt motus diuersas syllabas faciant, interrumpi debent, tunc ergo quod parua, 3 Ratio.
vel magna sit interruptio ex proferentis volūtate pendet, & ita potest per mensem, vel annum interrumpi, fietque eandem esse orationem per annum, vel etiam per totam vitam: quem igitur ordinem realem, vel naturalem habebunt syllabarum prolationes disiunctissimæ vt vnum per se reale componere valeant?

Et confirmari potest, quia si duo loquuntur eandem syllabam proferentes, & alius deinde loquatur, & proferat aliam, non est maior ratio ob quam vnam orationem efficiat prolata syllaba ab hoc cum ea, quam vnus illorum pro
tulit, quam cum ea, quam protulit alter, & tamen 160

tamen

men certum est cum ea efficere orationē, quā successiue cum syllaba iste idem homo proferret: ergo vnitas orationis non est naturalis, sed moralis ex voluntate dependens.

Diuersa fuit ab hac, sententia quam Iauellus tenuit epitomes in quintum librum met. capite 8. orationem sub ratione diuisibilitatis esse quantum per accidens, non distinctum à motu cum non sint aliud syllabæ, quàm motus prolationis diuersi, at in ratione mensuræ esse speciem quantitatis per se distinctam à numero, cum sit mensura discreta, & successiua, vnde Aristoteles rationem mensuræ in dialectica considerans, eam inter species quantitatis retulit, cuius tamen in metaphysica non meminit, quia rationem essentialem quantitatis contemplabatur.

Affirmatiua sententia præfertur, & explicatur.

1. Sent. vera Arist. 160 SPecies nihilominus quantitatis per se expresse ponitur ab Aristotele capite præsenti, idq; vt expressa sententia esse constaret, vtrūq; ex professo probare de oratione voluit, & quantitatem esse, & discretam, quod de alijs speciebus non fecit tāquam per se notum, præsupponens esse quantitates per se.

Ratio. Et ratio, qua id probauit, si vt oportet expēdatur, efficax est, oratio mensuratur syllaba lōga, & breui (intellige tanquā partibus intrinsecis, ac per se extensis) ergo est quantitas per se, nam quæ aliena quantitate extenduntur, vt albedo quantitate superficiei, per accidens quanta appellantur.

Ita sentiunt antiqui Doctores, atq; grauissimi D. Thom. Opusc. 48. cap. 2. & in 4. dist 3. quæst. vnica articul. 2. ad 5. Albertus Magnus expresse tractatu de quantitate cap. 2. hisce verbis clausis: *Oratio est quantitas in se ipsa, ita quod substantia sua, & quidditas quantitas est*. Scotus cap. præsenti quæst 8 cuius titulus est, an oratio sit quātitas, & conclusio eius, quod sit vera species quātitatis discretæ, quos ad literam retuli, vt intelligatur minus benè à quibusdam pro opposita referri: eiusdē sententiæ sunt Sōzinas 5. Metap. quæst. 4. Mag. Sotus quæ. 2. ibi- 161. dem ex professo Doctores Canterus, & Toletus, & moderni plures, & ratio, qua eam corroborauit Aristot. prædicta id satis probat. Oratio mensuratur syllaba longa, & breui (intellige tanquam partibus intrinsecis) ergo est quanta per se: nam quæ aliena quantitate extenduntur, vt albedo quantitate superficiei, per accidens quanta appellantur. Huic rationi hanc non minus probabilem addere possumus.

Oratio constat syllabis, quarum quælibet est quantitas per se, cum notum sit extensum esse, ac diuisibilem sonum cuiusq;, ergo quem- 2. Ratio. admodū numerus constans multis continuis quātitatibus debito ordine dispositis, & communi termino non copulatis, est species quantitatis discretæ: sic etiam oratio, cuius syllabæ ordinantur secundum longitudinem, & breuitatem, alia est enim oratio vtraque syllaba longa constans, vt musæ in numero plurali, quæ spondeus pes in carmine vocatur, alia constās priori longa, posteriori breui, vt eadem dictio in recto singulari, & appellatur pes trocheus, alia demum constans duabus, vel tribus syllabis diuerso modo ordinatis.

In quo consistat propria extensio, aut quantitas orationis.

SEd in quonam ponenda sit quantitas orationis, vel ex quo appelletur quantitas per se; à paucis discutitur, & à nemine ferè satis explicatur, cùm tamen hoc sit quasi totius quæstionis neruus: concurrunt autem ad orationē multa, sonus in primis talibus instrumentis factus, & plures proinde harmoniam, vel concentum efficientes, plures deinceps instrumentorum, aut prolationis motus: nam quæque syllaba motu quodam locali instrumentorum efficitur, tempora diuersa præterea in tali motu consumpta, quibus syllabæ mensurantur, & ex quibus breuitatem, vel lōgitudinem videntur accipere. Multa ad orationem concurrūt. 162

Quidam ergo ex modernis motus diuersos, ac discontinuos syllabarum putant esse orationem, alij verò plura tempora, temporis vt partes, pro certo forte ducentes sonos, vt pote per se qualitates, & per accidēs quātos nō posse efficere quantum per se discretū, sed tantum per accidens: & de vtroq; potest sic probari. Tres motus, & tria tempora certo quodam ordine sibi succedentia efficiunt quantitatem discretam, & non numerum, ergo orationem: quod quantitatē efficiāt apertum videtur, cū corporea, ac quanta sint, ordinatāq; discretionem habeāt, quod non numerū apertius est, nam numerus ab oratione separatur, quia permanens est: oratio verò quid successiuū, sed successiua Quorūdam sententia circa orationis quātitatem. 163.

Nnn discre-

quas ad numerum reuocari docet Damascenus secundum rationem transcendentalem.

QVAESTIO VNDECIMA.

An oratio sit vera species quantitatis discretæ.

Negatiua sententia refertur, & probatur.

Nota. QVemadmodum minus notum est orationem esse speciem quantitatis, quam numerum, sic etiam est difficilius, & à pluribus impugnatum.

Prius tamen, quàm varias sententias referamus, statuere oportebit sermonem in præsen-
Explicatio quæstionis tiarum non esse de oratione mentali, vel scripta, nam cum illa sit quædam actio intellectus,
157. per quam mens in Deum eleuatur, ad prædicamentum actionis referenda est, scripta verò tanquam diuersarum figurarum congeries ad prædicamentum qualitatis: sola igitur vocalis speciem quantitatis constituere potest, quæ humana voce profertur, vel alijs instrumentis fit: in his enim omnibus quædam extensionis ratio inuenitur, atque ex multis syllabis secundum longitudinem, & breuitatem ordinatis oratio constat, quapropter nec de vocali oratione in quantum significatiua agimus, nec etiam vt complexum quid est, plures claudens dictiones, cum notum sit nihil significationem referre ex hominum beneplacito procedentem vt oratio quanta per se, vel per accidens dicatur, & in vna sola dictione saluari: vt ad prædicamentum Quantitatis expectare potest vox ipsa in quantum sonora est, certoque tempore prolata, siue significatiua sit, vel significationis expers, capax est quãtitatis, de qua titulus quæstionis intelligitur.

I. Sententia negans. Eam tamen non esse speciem quantitatis per se, sed ad summum quantum quoddam per accidens tenuerunt plures: Louanienses in primis in sua copulata textum Aristotelis exponentes, Magister Ossa. q. 2. art 3. & ex modernis non pauci, quibus occasionem præbuisse videtur Caietanus in eadem textus expositione, qui id non solum in dubium reuocare cœpit, sed in negatiuam partem inclinauit.

I. Ratio. Militant pro hac parte omnia fermè argumenta quæ aduersus numerum quæstione præcedenti praiacta fuere, deinde plura alia non infirma, ex quibus tria hæc seligere placuit, primum: nam hæc duntaxat in oratione spectari possunt, nempe soni, & motus, quibus efficiuntur morulæ temporis in oratione conjunctæ, ordo syllabarum, & totius orationis significatio: de sonis notum est ad prædicamentũ qualitatis pertinere, motus, etsi ex extensione habeat accidentalem vt albedo, nihilominus quantum per accidens est (vt vidimus) morulę 158.
verò partes quædam temporis sunt, quæ proinde non possunt aliam speciem quantitatis efficere, ordo deniq; syllabarum secundum lõgitudinem, & breuitatem, diuersi item carminum pedes, qui diuersæ species orationis vocãtur, & significatio totius orationis, cum pendeant ex hominum arbitrio, & mutari pro libito p[illegible]t, nec per se vnum, nec speciem q[illegible]titatis, [illegible] accidens quoddam naturale debet esse, efficere valent: cum ergo sit aliud præter hæc in oratione considerabile, consequens erit non esse speciem quantitatis.

Secundò, vnitas per se successiuorum in cõtinuatione sua est, vt ostẽdunt tempus, & mo- 2. Ratio.
tus, nam si fluxus mobilis per spatium per aliquam temporis moram interrumpatur, & rursus moueri incipiat, notum est iam non eundem esse motum, sed diuersum, & si præsens
instans præteritam partem cum futura non co- 159
pulasset, periret prorsus vnitas temporis, sed oratio est successiuum quid non copulatum termino communi, vt docet Aristoteles, ergo non erit vnum per se, sed per accidens, quemadmodum aggregatio plurium motuum, & vere talis est oratio, cum non sit aliud, quã plures instrumentorum motus, qui syllabarum prolationes nuncupantur.

Postremo, vt motus diuersas syllabas faci-
ant, interrumpi debent, tunc ergo quod paruus, 3 Ratio.
vel magna sit interruptio ex proferentis volũtate pendet, & ita potest per mensem, vel annum interrumpi, fierique eandem esse orationem per annum, vel etiam per totam vitam: quem igitur ordinem realem, vel naturalem habebunt syllabarum prolationes disiunctissimæ vt vnum per se reale componere valeant?

Et confirmari potest, quia si duo loquuntur eandem syllabam proferentes, & alius deinde loquatur, & proferat aliam, non est maior ratio ob quam vnam orationem efficiat prolata syllaba ab hoc cum ea, quam vnus illorum pro
tulit, quam cum ea, quam protulit alter, & ta- 160
men

men certum est cum ea efficere orationẽ, quã successiue cum syllaba iste idem homo proferret: ergo vnitas orationis non est naturalis, sed moralis ex voluntate dependens.

Diuersa fuit ab hac, sententia quam Iauellus tenuit epitomes in quintum librum met. capite 8. orationem sub ratione diuisibilitatis esse quantum per accidens, non distinctum à motu cum non sint aliud syllabæ, quàm motus prolationis diuersi, at in ratione mensuræ esse speciem quantitatis per se distinctam à numero, cum sit mensura discreta, & successiua, vnde Aristoteles rationem mensuræ in dialectica considerans, eam inter species quantitatis retulit, cuius tamen in metaphysica non meminit, quia rationem essentialem quantitatis contemplabatur.

Affirmatiua sententia præfertur, & explicatur.

2. Sent. vera Arist. 160 SPecies nihilominus quantitatis per se expresse ponitur ab Aristotele capite præsenti, idq; vt expressa sententia esse constaret, vtrũq; ex professo probate de oratione voluit, & quantitatem esse, & discretam, quod de alijs speciebus non fecit tãquam per se notum, præsupponens esse quantitates per se.

Ratio. Et ratio, qua id probauit, si vt oportet expẽdatur, efficax est, oratio mensuratur syllaba lõga, & breui (intellige tanquã partibus intrinsecis, ac per se extensis) ergo est quantitas per se, nam quæ aliena quantitate extenduntur, vt albedo quantitate superficiei, per accidens quanta appellantur.

Ita sentiunt antiqui Doctores, atq; grauissimi D. Thom. Opusc. 48. cap. 2. & in 4. dist 3. quæst. vnica articul. 2. ad 5. Albertus Magnus expresse tractatu de quantitate cap. 2. hisce verbis clauso: *Oratio est quantitas in se ipsa, ita quod substantia sua, & quidditas quantitas est.* Scotus cap. præsenti quæst 8 cuius titulus est, an oratio sit quãtitas, & conclusio eius, quod sit vera species quãtitatis discretæ, quos ad literam retuli, vt intelligatur minus benè à quibusdam pro opposita referri: eiusdẽ sententiæ sunt Sõ-

161. zinas 5. Metap. quæst. 4. Mag. Sotus quæ. 2. ibidem ex professo Doctores Canterus, & Toletus, & moderni plures, & ratio, qua eam corroborauit Aristot. prædicta id satis probat. Oratio mensuratur syllaba longa, & breui (intellige tanquam partibus intrinsecis) ergo est quanta per se: nam quæ aliena quantitate extenduntur, vt albedo quantitate superficiei, per accidens quanta appellantur. Huic rationi hanc non minus probabilem addere possumus.

Oratio constat syllabis, quarum quælibet est quantitas per se, cum notum sit extensum 2. Ratio. esse, ac diuisibilem sonum cuiusq;, ergo quem admodũ numerus constans multis continuis quãtitatibus debito ordine dispositis, & communi termino non copulatis, est species quantitatis discretæ: sic etiam oratio, cuius syllabæ ordinantur secundum longitudinem, & breuitatem, alia est enim oratio vtraque syllaba longa constans, vt musæ in numero plurali, quæ spondeus pes in carmine vocatur, alia constãs priori longa, posteriori breui, vt eadem dictio in recto singulari, & appellatur pes trocheus, alia demum constans duabus, vel tribus syllabis diuerso modo ordinatis.

In quo consistat propria extensio, aut quantitas orationis.

SEd in quonam ponenda sit quantitas orationis, vel ex quo appelletur buantitas per se; à paucis discutitur, & à nemine ferè satis explicatur, cum tamen hoc sit quasi totius quæstionis neruus: concurrunt autem ad orationẽ multa, sonus in primis talibus instrumentis factus, & plures proinde harmoniam, vel concentum efficientes, plures deinceps instrumentorum, aut prolationis motus: nam quæque syllaba motu quodam locali instrumentorum efficitur, tempora diuersa præterea in tali motu consumpta, quibus syllabæ mensurantur, & ex quibus breuitatem, vel lõgitudinem videntur accipere.

Multa ad orationem concurrũt.

162

Quidam ergo ex modernis motus diuersos, ac discontinuos syllabarum putant esse orationem, alij verò plura tempora, temporis ve partes, pro certo forte ducentes sonos, vt pote per se qualitates, & per accidẽs quãtos nõ posse efficere quantum per se discretũ, sed tantum per accidens: & de vtroq; potest sic probari. Tres motus, & tria tempora certo quodam ordine sibi succedentia efficiunt quantitatem discretam, & non numerum, ergo orationem: quod quantitatẽ efficiãt apertum videtur, cũ corporea, ac quanta sint, ordinatãq; discretionem habeãt, quod non numerũ apertius est, nam numerus ab oratione separatur, quia permanens est: oratio verò quid successiuũ, sed successiua

Quorũdam sententia circa orationis quãtitatem.

163.

Nnn dicere-

tem, sed omnes esse formã profitetur: hoc est à quibus differentia numeri formaliter capitur.

Cur reputentur oppositæ. Sed propterea opiniones istæ tanquam oppositæ omnino haberi solent, & prior à pluribus reputatur impossibilis, quia de forma physica, & reali perperã accipiuntur, de qua neutra potest esse vera, imo nec probabilis, cùm certum sit in numero quemadmodum in cæ-

143. teris accidentibus non esse compositionem materiæ, & formæ, sed solius generis, & differentiæ essentialem: in sensu igitur explicato eas intelligere necesse est, vt quælibet suam probabilitatem habeat.

Resolutio Quæstionis, & solutio argumentorum Capreoli, & Soncinatis.

Itaque nostra sententia est, vt ad formam propositæ quæstionis respondeamus, neq; vltimam vnitatem, neque omnes simul esse formam physicam numeri, cùm tali forma prorsus careat, sed Metaphysicã eius formam, quæ est differentia, ab omnibus vnitatibus esse accipiendam, vt ordinabilibus secundũ prius, & posterius, ac determinatis per vltimã, iuxta quem sensum ad concordiam vtramque sententiam reuocamus, neque noua argumentorum confirmatione indiget nostra, cum præiacta fundamenta veritatem eius efficaciter satis ostendant.

Soluitur primæ sententiæ arg. Neque argumenta prioris sententiæ de vera forma quidquam probare possunt, de qua si procedere intendunt, negandum penitus est, quod inferunt: ad mittendum tamen de quadam analogia, & similitudine formæ à nobis

144. exposita, quam in vltima potius, quàm in cæteris vnitatibus positam esse haud quaquam negare possunt: & hanc duntaxat continent testimonia Aristotelis, & D. Thom. allata: nouerat enim vterq; non esse veram formam in accidẽtibus, sed propterea variata vltima vnitate variari dicitur species numeri, quia variatur differentia à tot vnitatibus desumpta, præsertim ab ea.

Arg. II. soluitur. Argumenta verò posterioris nequaquam in primis probare possunt incertam esse, aut pro libito numerantis variabilem formã numeri: certa est enim, & inuariabilis differentia extensionis in plures vnitates numerabiles secundum prius, & posterius, & differentia cuiuslibet numeri in ordine ad tot vnitates, nec est alia forma in numero desideranda: quod autem dicitur nullum esse ordinem inter vnitates numeri, verũ est de his, quæ in argumento numerantur, sed superest alius ordo numerabilitatis, nempe secundũ prius, & posterius, quẽ habent cõparatione intellectus numerare potentis, & quemadmodum in colore comparatione visus, & entitate qualibet comparatione intellectus realis est aptitudo, vt videatur, vel intelligatur, ipsa autem visio, vel intellectio nihil reale in eis ponit, sed extrinsecam tantum denominationem, pari ratione aptitudo, vt numerentur prædicto ordine realis est in vnitatibus, quanquam actualis denominatio solam extrinsecam denominationem 145.
in eis ponat, & rursus quanquàm esse vltimam in actuali numeratione variabile sit, & indifferenter cunctis applicari possit, quia nihil est in ipsis vnitatibus, aptitudo tamen in qualibet, vt vltima esse possit, realis est, cùm non sit aliud, quàm posse post aliam, vel alias numerari, itaque ex tribus vnitatibus quælibet aptitudinem realem habet, vt possit post duas numerari: ex quo tamen non infertur omnes esse vltimas, sed quamlibet posse in eadem numeratione, & omnes diuisim in pluribus, necessarium est. Hinc verò inferre non licet ternarium non habere determinatam essentiam, sed variabilem, nam cùm ordo inter vnitates non sit per modum actus, sed quasi aptitudinalis, vel potentialis, (vt de visibili, & intelligibili dicebamus) in omnibus reperitur determinatè, ita vt quælibet sit post alias numerabilis, licet actualem determinationem ad vnam potius, quàm ad aliam intellectus numerans efficiat, quàm materialem, & extrinsecam existimamus, & impertinentem prorsus ad rationem numeri, in eo consistentem, vt plures sint vnitates numerabiles, vna post aliam, vel alias, in qua aptitudine clauditur aliquam esse vltimam: quod verò hæc, vel illa, præterquàm quod extrinsecum est, ad rationẽ potius indiuidualem, quam specificam pertineret, etiam si necessarium esset: quapropter, & si vna numeretur post alias ab isto, ab alio verò altera, vel ab eodem diuersis temporibus diuersæ, inuariabilis nihilominus perseuerat aptitudo in singulis, vt post alias sint numerabiles, actualis autem determinatio ad hanc potius, quàm ad illam nihil refert, nec tollit de essentia, vel specie numeri determinata aliquid, quæ in eo posita est, vt pluribus constet vnitatibus tali ordine numerabilibus, nempè vna post aliam in binario, in ternario post duas, in quaternario post tres, & sic de

Occurritur illationi.

146.

Quomodo inuariabilis sit aptitudo in singulis vnitatibus adnumerandũ.

sic de cæteris: sufficiens est enim ordo iste aptitudinalis inter vnitates, vt intellectus genus, & differentiam ab eis accipere possit modo superius explicato, atque adeò vt numerus sit vnum per se, ac vera species quantitatis discretæ & sic esse vltimam designabilem satis est etiã, vt similitudinem formæ teneat, licet varijs modis ab intellectu designetur: sicut enim quælibet numerabilis est post alias, & ideo vltima secundum aptitudinem, eodem pacto est aliorum determinatiua, & per quam determinabiles sunt cæteræ, in quo similitudo formæ in vna, materia verò in alijs ponitur, id namque habet quælibet in quantum post alias numerabilis specialē, vt cum eadem ratione præsupponat cæteras, verum sit absoluta locutione eam ponere, ac variare speciem numeri; quod tamē de præcedentibus non dicimus, & propter ea specialem cùm forma similitudinē habet, & cū hæc similitudo non sit in informatione, sed in determinatione, non oportet vt informet aliā vel alias, sed satis est, sit earum determinatiua: quēadmodum .n. vnitas per se numeri non tā est ratione entitatis, quam ordinis, sic etiam debet accipi similitudo materiæ, & formæ, nā hoc etiam modo genus, & differentia numeri capienda est à pluribus, nempè vnitatibus non per informationem, vel inhærentiam vnitatis sed solius ordinis ratione, in quantum sic sunt ab intellectu numerabiles (& vt vno verbo rē explicemus,) non oportet in his, quæ solum vnitatem ordinis habēt, similitudinem formæ, vel materiæ in vna aliqua vnitate determinata positam esse, sed in cunctis, quemadmodum genus, & differentia, quæ locum materiæ tenent, non ab vna aliqua formaliter accipiuntur, sed à cunctis, neque in aliqua determinata sunt, sed in omnibus.

147

Illatum. His existimo satis factum esse argumentis secundæ sententiæ, quæ idcirco difficilima videtur, & confusionem pariunt, quia actualis or-
148 do, & enumeratio consideratur: ex quibus in intelligibilis redditur (vt ita loquar) constitutio numeri, atque specierum eius, quæ tamen non est adeò difficilis considerata aptitudine vnitatum.

(∴)

QVAESTIO DECIMA.

Vtrum Quantitas discreta, verusque numerus huius prædicamenti in rebus spiritualibus reperiatur?

Pars affirmatiua cum argumentis proponitur.

QVæstionem hanc ex parte attingere cœpimus in præcedentibus distinguentes pro commodiori eius decisione vnitatē & numerum in vniuersalem, seu trāscendentalem, qui ad res omnes cuiuslibet prædicamēti se extendit: quo pacto tres albedines, tres calores, tres Angelos, imo & tres punctos indiuisibiles ternarium numerum appellamus, & in specialem ex diuersis solum Quantitatibus compositum, vt ex corporibus trinæ dimensionis, ex lineis, aut superficiebus, decernentes de hoc solum controuersiam procedere, an sit vnum per se, & vera species quantitatis discretæ, cum aliter transcendere videatur vniuersa prædicamenta. Cæterum controuersia iam de numero quantitatiuo expedita, examinandum superest, an numerus, quem vnū per se, & speciē discretæ, quantitatis vocamus nō solū ad Quantitates, sed ad spiritualia extēdatur, ita vt numerus trium angelorum spectet per se ad hoc prædicamentum, & quod de spiritualibus inquirimus, pari ratione intelligendum est de substantia corporea, ac de albedine reliquisque corporeis accidentibus seclusa quātitate. Accidit quidem hisce rebus corporeis ratio discretionis, & numeri ratione quantitatis à qua extendūtur: nihilominus si quantitas ab eis separetur, non minus videtur vtraque ratio eis conuenire, quia nō minus essent tres Petrus, Ioannes, & Franciscus, si quantitas ab eis separetur, quam nunc; nec minus dicerentur tres albedines separatæ à quantitate, quā dum per eam extēduntur: de cunctis igitur siue corporea mole careant, siue ab ea quam habent separentur re ipsa, vel ratione, par est ratio, eademque controuersia, vtrum vera, ac propria ratio quantitatis discretæ in eis reperiatur, ita vt licet ad genus quantitatis continuæ explo-

Titulus quæstionis

149

exploratum sit non pertinere, sub genere tamen discretæ verè, & propriè constituantur, nam per quandam similitudinem citra dubium est quodammodo reduci posse.

Primum argum. partis affirmatiuæ. Videtur autem non solum in quantitatib', sed etiam in quibuscunque alijs rebus quantumlibet in corporeis numerum propriæ reperiri: nam definitio designata ab Aristo 10. lib. Metap. in principio quod sit multitudo vnitate numerabilis, multitudini etiam rerum spiritualium conuenit: nam tres Angeli vnitate repetita numerari possunt, non secus ac multitudo corporum: communis item modus loquendi fauet, nam dicere consueuimus numerum Angelorum maiorem esse numero specierum corporearum: tot esse substantias alicubi, quot accidentia: infinitum esse numerum punctorũ indiuisibilium in continuo: quare ergo in illis potius, quam in his proprium numerum, propriamque quantitatem discretam ponendam esse putabimus?

Secũdò probatur. Nam ratio quantitatis discretæ in eo posita est, quod vnitates sint non solum re distinctæ, sed ad inuicem separatæ, seu non continuæ, id namq; propriè discretio est, sed tres Angeli distincti, ac separati sunt, ergo discreti: quare verum numerum ternarium efficient, de quo non minus possunt demonstrari omnia, quæ Mathematici demonstrant, quam de numero quantitatiuo.

III. Argu. Probatur tandem, quia numerum nihil aliud importare ostendimus præter vnitates numerabiles ab intellectu secundũ prius, & posterius, sed numerus quilibet rerum etiam spiritualium importat plures vnitates sic numerabiles ab intellectu, ergo in omnibus reperitur propria ratio numeri, aut discretæ quãtitatis: nec fit satis argumẽto, si dicatur, non esse propriam vnitatẽ nisi in quantitate, atq; adeò nec propriam discretionẽ, aut numerũ: quantumcumque ergo res aliæ sint numerabiles ab intellectu, nõ efficient quidpiam verè, & propriè discretum: id namq; mere gratis, & absque rationis præsidio affertur: nam vnitates non cõponunt numerum in quantum diuisibiles, sed potius in quantum indiuisibilis, vnitas enim, quæ principium numeri est, per quam certificamur de magnitudine continui, aut de multitudine discreti, minimi rationem habet sub genere quantitatis alioqui non posset certo id ostendere, si diuisibilis esset, vnde fit non pullulare molem, aut magnitudinem, alioqui maior fieret numerus ex magnis corporibus, quam ex paruis, maior item ex corporibus, quam ex punctis, si separati darẽtur, quod planè falsum est, quare æqua ratio discretionis numeri in rebus spiritualibus, atq; in corporibus ponẽda erit: vt videntur posuisse grauissimi patres August. 2. li. de libero arbitrio capit. 16. vbi numerum intelligibile quidpiam esse affirmat, & in cunctis rebus inueniri, & Damascenus 3. lib. orthodoxæ fidei. c. 8. vbi numerum ait in quibusl bet rebus inter se se diuersis reperiri, vsq; adeò, vt duæ naturæ diuina, ac humana in persona Christi vnitę, ad quãtitatem discretã pertinere censeat: hanc partem tenuerũt plures ex doctoribus scholasticis nõ infimæ notæ, vt Ricardus, in 1. d. 10. quæst. 1. ad 4. & dist. 24. articul. 1. quæst. 1. & art. 2. quæst. Marsilius in 1. quæ. 27. art. 1. & 2. Gregor. in 1. dist. 24. quæst. 2. art. 3. Aureolus apud Capreolum eadem dist. & quæst. vbi etiam Maior. Ocham. & Gabriel. quos magna etiam modernorum pars nunc sequitur.

Opposita sententia præfertur, & explicatur.

II. Opinio. Oppositam nihilominus, quod in solis quantitatibus propriè reperiatur numerus, ac discreta quãtitas, profitetur D. Thom. 1. par. q. 3. art. 3. in 1. dist. 24. quæstio. 1. art. 3. & quæst. 9. de potentia. art. 7. & vniuersa eius schola, præsertim Capreolus in 1. dist. 24. quæst. 1. Soncinas 10. metap. quæst. 13. Iauelius. lib. 8. quæst. 11. & continetur absque dubio in doctrina Arist. qui numerum ex diuisione continui consurgere docet 4. lib. phys. cap. 6. & 7. & 2. de anima cap. 6. numerum retulit inter communia sensibilia: docet præterea esse obiectum Arithmetices, & idcirco non abstrahere si ipsa à materia, sed solum secundũ considerationem 3. lib. phys. tex. 41. & 3. metap. cap. 2. & 3. quod bene adnotauit Commentator. 5. lib. met. comm. 2.

I. Ratio. Habet autem duplex fundamẽtum satis firmum. Primum est supremum genus huius prędicamenti esse quantitatem molis proximè diuisam in continuam, & discretam tanquàm in species subalternas, & sub quantitate discreta numerum contineri: vnde infertur per euidentem consecutionem numerum prædicamentalem esse quantitatem discretam, & de primo ad vltimum quantitatem molis, pugnat igitur reperiri in rebus corpore vacantibus, atque etiam

iam in his, quæ à quãtitate diuersa sunt, ab eaque extenduntur, vt in substantia, aut cæteris accidentibus corporeis.

Secundum fundamentum est, vnitatem vt in quibuscũque rebus, tam spiritualibus quam corporeis, tã substantialibus, quã accidentalib⁹ inuenitur, proprietatem entis esse transcendentem sine dubio vti idem met ens, ergo numer⁹ ex hisce vnitatibus conflatus transcendens erit sed transcendentia non pertinent ad speciale prædicamentum, sed per omnia vagantur, ergo numerus secundum vniuersalissimam acceptionem, prout ad incorporea extenditur, & ad res cuiuscunq; ordinis, non potest esse species huius prædicamenti, & hæc fuit D. Thom. potissima ratio statuendi numerum, & omnino quantitatem discretam, nec in rebus incorporeis, nec in cæteris à quãtitate proprie reperiri: quod nobis non solum probabile, sed verissimum videtur, nec omnino quæstionem hanc de nomine reputandã censemus vt voluit Sonzinas, sed etiam de re: cum res ipsa pro intrinseco numeri fundamento quantitatem postulet, ratione cuius specialem rationem prædicamentalem continet: à qua transcẽdentalis numerus ad omnia extensus merito excluditur Discretio namq; quantitatiua ea sola reputatur, quæ in quantitatibus reperitur: quæ verò in cunctis rebus, transcendentalis: sed numerus importat discretionem quantitatiuam, ergo in solis quantitatibus inuenitur, generalis vero discretio numerum dumtaxat transcendentalem efficiet.

Eam sequitur autor.

Ad argumenta partis affirmatiuæ respondetur.

Ad I. resp. Neque huic veritati obstat definitio numeri Aristotelica, nam per multitudinẽ in ea pro genere positam non transcendentalis intelligitur ad res omnes extensa, sed quantitatiua, abstrahens quidem à multitudine rerum corporearum ordinata, ac sine ordine, in qua cumulus cum numero communicat, contrahitur autem per numerabilitatem ad proprium genus prædicamentale numeri sub quantitate discreta, per quam differentiam excluditur inordinata, seu confusa multitudo: & si aliquis velit multitudinem transcendentalem pro genere fuisse positam ab Arist. dicendum est per differentiam coarctari ad multitudinem quantitatiuam, hæc enim sola est per vnitatem numerabilis, cum vnitatis no-

154. mine non intelligat Arist. transcendentalem, sed quantitatiuam, vt ex contextu literæ plane colligitur.

Vulgaris autem loquendi consuetudo non tam rerum proprietatem attendit, quam vniuersalitatem, ac propterea numeri voce vtitur vniuersalissima, ac transcendentali significatione cunctis notissima.

Ad 2. resp. Secundum argumentum hac distinctione diluitur, vnitas, & multitudo gemina est, communis, ac transcẽdentalis vna, specialis, & prædicamentalis altera, quæ in solis quantitatib⁹ reperitur, & hæc est intrinseca numero prædicamentali, illa vero talem numerum nequit constituere, quia caret fundamento, quod est quantitas.

Ad 3. resp. Quod autem additur vnitates non componere numerũ in quantũ diuisibiles, sed potius vt indiuisibiles, distinguẽdum est, nã sicut duplex est diuisibilitas continui, ac discreti (vt superius videmus) pariter est indiuisibilitas duplex: indiuisibile appellatur aliquid diuisione continui, quod caret partibus, vt punctum: diuisione autem discreti, quia vt principium, vel pars eius, nec multiplex est, nec esse potest, sed vnum, ac simplex: tres etenim vnitates sic ternarium componunt, vt quælibet vnius duntaxat elementi rationem habeat, quod est dicere, ita se habere ad talem compositionem, vt in ea non possit multiplicari, nec diuidi, nam eo ipso, quod diuideretur, solueretur talis numer⁹ necesse tamen est diuisibilem esse in se, aut diuisione continui, hoc est, habere partes extensas, alioqui non erunt sub genere quantitatis, numero, & omni quantitati discretæ intrinseco. Nec tamen hinc inferre licebit vnitates maioris magnitudinis maiorem numerum constituere, quam vnitates minoris, quia cum numerus sit essentialiter quantitas discreta, esse numerum maiorem, aut minorem, non supra magnitudinem earum appellat, sed supra multitudinem, vnde sẽsus est, quod plures habeat, vel pauciores vnitates, siue maiorem vel minorem molem habeant, hoc enim per accidens est ad rationem discretionis. 155

Explicãtur sancti Patres. Denique sancti patres Augustinus, & Damascenus de numero transcendentali loquuntur, non de speciali, proprio, ac prædicamentali: quo pacto dicere solemus ternarium esse numerum diuinarum personarum, cum tamẽ nemo vnquam eum in hoc prædicamento collocauerit: & par est ratio de duabus naturis diuina, & humana in persona Christi vnitis, 156

quæ

quas ad numerum reuocari docet Damascenus secundum rationem transcendentalem.

QVAESTIO VNDECIMA.

An oratio sit vera species quantitatis discretæ.

Negatiua sententia refertur, & probatur.

Nota. QVemadmodum minus notum est orationem esse speciem quantitatis, quam numerum, sic etiam est difficilius, & à pluribus impugnatum.

Explicatio quæstionis. Prius tamen, quàm varias sententias referamus, statuere oportebit sermonem in præsentiarum non esse de oratione mentali, vel scripta, nam cum illa sit quædam actio intellectus, per quam mens in Deum eleuatur, ad prædica-
157. mentum actionis referenda est, scripta verò tanquam diuersarum figurarum congeries ad prædicamentum qualitatis: sola igitur vocalis speciem quantitatis constituere potest, quæ humana voce profertur, vel alijs instrumentis fit: in his enim omnibus quædam extensionis ratio inuenitur, atque ex multis syllabis secundùm longitudinem, & breuitatem ordinatis oratio constat, quapropter nec de vocali oratione in quantum significatiua agimus, nec etiam vt complexum quid est, plures claudens dictiones, cum notum sit nihil significationem referre ex hominum beneplacito procedentem vt oratio quanta per se, vel per accidens dicatur, & in vna sola dictione saluari: vt ad prædicamentum Quantitatis expectare potest vox ipsa in quantum sonora est, certoque tempore prolata, siue significatiua sit, vel significationis expers, capax est quãtitatis, de qua titulus quæstionis intelligitur.

1. Sententia negans. Eam tamen non esse speciem quantitatis per se, sed ad summum quantum quoddam per accidens tenuerunt plures: Louanienses in primis in sua copulata textum Aristotelis exponentes, Magister Osa. q. 2. art 3. & ex modernis non pauci, quibus occasionem præbuisse videtur Caietanus in eadem textus expositione, qui id non solum in dubium reuocare cœpit, sed in negatiuam partem inclinauit.

1. Ratio. Militant pro hac parte omnia fermè argumenta quæ aduersus numerum quæstione præcedenti præiacta fuere, deinde plura alia non infirma, ex quibus tria hæc seligere placuit, primum: nam hæc duntaxat in oratione spectari possunt, nempe soni, & motus, quibus efficiuntur morulæ temporis in oratione conlunctæ, ordo syllabarum, & totius orationis significatio: de sonis notum est ad prædicamentũ qualitatis pertinere, motus, etsi ex extensione habeat accidentalem vt albedo, nihilominus quantum per accidens est (vt vidimus) morulę 158.
verò partes quædam temporis sunt, quæ proinde non possunt aliam speciem quantitatis efficere, ordo deniq; syllabarum secundum lõgitudinem, & breuitatem, diuersi item carminum pedes, qui diuersæ species orationis vocãtur, & significatio totius orationis, cum pendeant ex hominum arbitrio, & mutari pro libito possint, nec per se vnum, nec speciem quantitatis, quæ accidens quoddam naturale debet esse, efficere valent: cum ergo sit aliud præter hæc in oratione considerabile, consequens erit non esse speciem quantitatis.

Secundò, vnitas per se successiuorum in cõtinuatione sita est, vt ostẽdunt tempus, & motus, nam si fluxus mobilis per spatium per ali- 2. Ratio.
quam temporis moram interrumpatur, & rursus moueri incipiat, notum est iam non eundem esse motum, sed diuersum, & si præsens instans præteritam partem cum futura non copulasset, periret prorsus vnitas temporis, sed 159
oratio est successiuum quid non copulatum termino communi, vt docet Aristoteles, ergo non erit vnum per se, sed per accidens, quemadmodum aggregatio plurium motuum, & vere talis est oratio, cum non sit aliud, quã plures instrumentorum motus, qui syllabarum prolationes nuncupantur.

Postremo, vt motus diuersas syllabas faciant, interrumpi debent, tunc ergo quod parua, 3. Ratio.
vel magna sit interruptio ex proferentis volũtate pendet, & ita potest per mensem, vel annum interrumpi, fietque eandem esse orationem per annum, vel etiam per totam vitam: quem igitur ordinem realem, vel naturalem habebunt syllabarum prolationes disiunctissimæ vt vnum per se reale componere valeant?

Et confirmari potest, quia si duo loquuntur eandem syllabam proferentes, & alius deinde loquatur, & proferat aliam, non est maior ratio ob quam vnam orationem efficiat prolata syllaba ab hoc cum ea, quam vnus illorum pro- 160
tulit, quam cum ea, quam protulit alter, & tamen

men certum est cum ea efficere orationē, quā successiue cum syllaba iste idem homo proferret: ergo vnitas orationis non est naturalis, sed moralis ex voluntate dependens.

Diuersa fuit ab hac, sententia quam Iauellus tenuit epitomes in quintum librum met. capite 8. orationem sub ratione diuisibilitatis esse quantum per accidens, non distinctum à motu cum non sint aliud syllabæ, quàm motus prolationis diuersi, at in ratione mensuræ esse speciem quantitatis per se distinctam à numero, cum sit mensura discreta, & successiua, vnde Aristoteles rationem mensuræ in dialectica considerans, eam inter species quantitatis retulit, cuius tamen in metaphysica non meminit, quia rationem essentialem quantitatis contemplabatur.

Affirmatiua sententia præfertur, & explicatur.

2. Sent. vera Arist. 160 SPecies nihilominus quantitatis per se expresse ponitur ab Aristotele capite præsenti, idq; vt expressa sententia esse constaret, vtrūq; ex professo probare de oratione voluit, & quantitatem esse, & discretam, quod de alijs speciebus non fecit tāquam per se notum, præsupponens esse quantitates per se.

Ratio. Et ratio, qua id probauit, si vt oportet expēdatur, efficax est, oratio mensuratur syllaba lōga, & breui (intellige tanquā partibus intrinsecis, ac per se extensis) ergo est quantitas per se, nam quæ aliena quantitate extenduntur, vt albedo quantitate superficiei, per accidens quanta appellantur.

Ita sentiunt antiqui Doctores, atq; grauissimi D. Thom. Opusc. 48. cap. 2. & in 4. dist 3. quæst. vnica articul. 2. ad 5. Albertus Magnus expresse tractatu de quantitate cap. 2. hisce verbis clauso: *Oratio est quantitas in se ipsa, ita quod substantia sua, & quidditas quantitas est*. Scotus cap. præsenti quæst 8 cuius titulus est, an oratio sit quātitas, & conclusio eius, quod sit vera species quātitatis discretæ, quos ad literam retuli, vt intelligatur minus benè à quibusdam

161. pro opposita referri: eiusdē sententiæ sunt Sōzinas 5 Metap. quæst. 4. Mag. Sotus quæst. 2. ibidem ex professo Doctores Canterus, & Toletus, & moderni plures, & ratio, qua eam corroborauit Aristot. prædicta id satis probat. Oratio mensuratur syllaba longa, & breui (intellige tanquam partibus intrinsecis) ergo est quanta per se: nam quæ aliena quantitate extenduntur, vt albedo quantitate superficiei, per accidens quanta appellantur. Huic rationi hanc non minus probabilem addere possumus.

Oratio constat syllabis, quarum quælibet est quantitas per se, cum notum sit extensum esse, ac diuisibilem sonum cuiusq;, ergo quem admodū numerus constans multis continuis quātitatibus debito ordine dispositis, & communi termino non copulatis, est species quantitatis discretæ: sic etiam oratio, cuius syllabæ ordinantur secundum longitudinem, & breuitatem, alia est enim oratio vtraque syllaba longa constans, vt musæ in numero plurali, quæ spondeus pes in carmine vocatur, alia constās priori longa, posteriori breui, vt eadem dictio in recto singulari, & appellatur pes trocheus, alia demum constans duabus, vel tribus syllabis diuerso modo ordinatis. 2 Ratio.

In quo consistat propria extensio, aut quantitas orationis.

SEd in quonam ponenda sit quantitas orationis, vel ex quo appelletur buantiras per se; à paucis discutitur, & à nemine ferè satis explicatur, cum tamen hoc sit quasi totius quæstionis neruus: concurrunt autem ad orationē multa, sonus in primis talibus instrumentis factus, & plures proinde harmoniam, vel concentum efficientes, plures deinceps instrumentorum, aut prolationis motus: nam quæque syllaba motu quodam locali instrumentorum efficitur, tempora diuersa præterea in tali motu consumpta, quibus syllabæ mensurantur, & ex quibus breuitatem, vel lōgitudinem videntur accipere. Multa ad orationem concurrūt. 162

Quidam ergo ex modernis motus diuersos, ac discontinuos syllabarum putant esse orationem, alij verò plura tempora, temporis ve partes, pro certo forte ducentes sonos, vt pote per se qualitates, & per accidēs quātos nō posse efficere quantum per se discretū, sed tantum per accidens: & de vtroq; potest sic probari. Tres motus, & tria tempora certo quodam ordine sibi succedentia efficiunt quantitatem discretam, & non numerum, ergo orationem: quod quantitatē efficiāt apertum videtur, cū corporea, ac quanta sint, ordinatāq; discretionem habeāt, quod non numerū apertius est, nam numerus ab oratione separatur, quia permanens est: oratio verò quid successiuū, sed successiua Quorūdam sententia circa orationis quātitatem. 163.

 discre-

discretio est trium temporum, aut motuum, ergo constituet per se orationem, & non numerum, ac propterea in ea erit collocanda quantitas orationis.

Confirm. De temporibus vero specialius probatur, nam Arist. capite præsenti probauit orationem esse quantitatem, quia mensuratur syllaba longa, & breui, sed longitudo, aut breuitas syllabarū ex tempore accipitur, cum ea sit longa syllaba, in cuius prolatione plus temporis consumitur illa breuis, quæ minori mensuratur, ergo tempora, temporisve partes longitudinem, aut breuitatem orationi tribuunt, atq; adeo quantitatem. Nec refert quod ex mensura id probauerit Aristoteles, in qua non consistit essentia quantitatis, nam etiam si mensuram abstrahas; inuenies propriam extensionem syllabarū ex tempore habere, ex quo breuitatem, aut longitudinem accipiunt, & non ex sono, qui qualitas per se est, nec ex quocunque altero, apertum videtur. (Occurritur obiectioni.)

Ego vero neq; in motib', nec in partib' tēporis multisvè; tēporibus, quantitatē per se orationis collocandā arbitror, sed adeò falsū reputo vtrunq;, vt si nil aliud esse posset, ex quo oratio esset quantitas per se, eam potius inter species quantitatis non referrem, sed quoddam quantum per accidēs esse dicerem. Moueor autem hac potissimum ratione, sicut numerus est multitudo vnitatum per se ordinatarum, sic oratio est multitudo ordinata syllabarum, vnde sicut numeri partes sunt vnitates, sic orationis sunt syllabæ, ex quarum diuersitate diuersas orationes distinguūt omnes, sed nec tempora, nec motus sunt syllabæ, imo quid diuersum valde ab eis, ergo nec ex temporibus, vel motibus tanquam ex partibus conflabitur oratio. (Reijciūtur prædicti dicēdi modi.) 164

I. Ratio. Probatur primo, syllabæ sunt soni quidam per se spectantes ad prædicamentum qualitatis, tempus in quantitate est, motus vero ad nullum per se pertinet sed ad post prædicamēta ab Arist relegatur, ergo ex eis non efficietur per se oratio.

II. Ratio. Secundo, cum syllabæ distinguantur à motib', ac temporibus, vt probat euidenter argumentum præcedens, separari ab eis poterunt, si non reali abstractione saltem per intellectum, sed si syllabas præscindamus à motibus, ac temporibus, constituent orationem, si vero motus, & tempora sine syllabis acceperis, non intelliges orationē, quia nemo vnquam sine syllabis orationem constare putauit, sed omnes, qui de hac specie quantitatis locuti sunt, in sermone cum Arist. eam posuerunt, erunt igitur syllabæ partes orationis per se potius, quam motus, & tempus. Minorem sic ostendo, consideratis tribus syllabis tali modo ordinatis absque vlla motuum, aut temporum memoria concipimus orationem, cum in eis concipimus discretionem ordinatam, ergo non per se pertinēt ad speciem orationis motus, vel tempus.

Nec refert aliquid si dixeris, nec syllabas cōsistere sine motibus prolationum nec sine tempore habere longitudinem, aut breuitatem, quare nec ab his posse præscindi, aut partes orationis nisi eorum ratione vocari: nihil inquā refert, nam licet per motum fiat sonus, qui syllabæ rationem habet, distinctus ab eo est, vt euidenter ostendi potest ex quouis alio sono, qui ex collisione duorum corporum fit, & à collisione ipsa, quæ motus localis est distingui patet: ergo pari ratione erit distinctus specialis sonus, quem vocem appellamus à collisione, seu motu locali instrumentorum, per quem fit de tempore vero apertior est ratio distinctionis quantum ad extensionem, seu quantitatē syllabarum, longitudo etenim, aut breuitas earum intrinseca est, eisdemque sonis inhærens, per quam extenduntur, quibus tamen non inhæret, tempus in prolatione consumptum, sed ex eo quasi à posteriori, & tanquam à quodam extrinseco, quamuis necessario concurrente infertur breuitas, aut longitudo: hæc igitur valde diuersa est à motibus, ac temporibus quanquam sine eis non consistat. (Solutio.) 164

Nec opposita argumenta aliquid efficiunt, nam cum motus in ratione continui non sit per se quantum, nec plures motus efficiant quātum per se discretum, sed multitudinem quandam transcendentalem, sicut tres albedines, aliæ ve qualitates, porro cum supremum genus huius categoriæ sit quantum per se, vel quantitas, nihil potest sub eo collocari nisi extensionem habeat per se, constat autem hanc non reperiri in multitudine transcendentali, sed transcendentalem quandam discretionem dumtaxat ex entitatibus diuersis, vnitatum resultantem, ergo nequit sub genere huius prædicamenti supremo collocari, nec proinde multitudo motuum nullam extensionem per se, habens, sicut nec motus ipsi in se extensi sunt, nisi per accidens. (Ad opposita argumēta satisfit.) 165

De temporibus vero, quibus mensurantur syllabæ, si partes dumtaxat sint vnici temporis in cælo residentis, certum est non habere realem discretionem cum te ipsa sint continuæ, (Ad confir.)

si ve-

si vero sint durationes particulares diuersæ, vel accipiuntur per modum permanentis, vt si accipiantur tres durationes diuersorum motuũ motuum simul existentium, & tunc numerũ efficient, quia etsi successiua sit duratio quælibet in se sumpta, sed per modum permanentis accipiuntur omnes, vt secundum prius, & posterius tanquã aliquid actu existens numerabiles censeantur: si vero per modũ successiui discreti, in quantum vna succedit alteri, non sunt per se ordinabiles, vt actu existentes, sed vt sibi succedentes, cum per accidẽs omnino sibi succedere contingat, quare nec ad rationem numeri pertinere possunt, nisi vt tres homines successiue desinentes, quos constat non efficere naturalem numerum, sed solum secundum rationem. Et si forte dixeris, nec tres syllabas simul existere, & nihilominus orationem constituere. Respondeo ita esse, quia tanquam sibi succedentes ex propria ratione syllabarum per se ordinantur secũdum prius, & posterius, nec alio modo valent orationem constituere, plures autem durationes non sunt per se ordinabiles, vt sibi succedunt, nisi per modum numeri, quem constat ex solis permanentibus confici, vel ex his quæ modum permanentium habent quales non sunt ipsæ. Sed se habent sicut tres homines, quorum vnus succedit alteri, quos constat nullam efficere quantitatem discretã, quia non simul existunt, ergo par ratio erit de durationibus sibi succedentibus, quæ nullam quantitatem per se efficient.

Obiectio.

Solutio.

166

Ex quibus constat in ipsismet syllabis quærendam esse propriam atque intrinsecam extensionem, aut quantitatem orationis.

Illatum.

Expenditur quantitas orationis ex propria sententia.

Nota.

VT autem in eisdem syllabis eam inueniamus, adnotandum est, duo esse inter alia consideranda in voce, primum est sonus ipse ex duorum corporum collisione factus, nempe instrumentorum, quæ vocem formare apta sunt, vt dentium, linguę vel palati ac similium: aliud est extensio, seu corpulentia eiusdem vocis, vel soni, quæ non est aliud, quã dilatatio, vel prolõgatio ipsius: notum est enim maiorem dilatationem, vel prolongationem habere syllabam morose prolatam, quam quæ citius profertur: eiusmodi igitur prolongatio, vel dilatatio vocis est quasi corpulentia eius vel magnitudo (vt ita loquar) ratione cuius maior vna, quàm alia appellatur, & proprio vocabulo longior, hæc est eius extensio, hæc est demum eius quantitas, quam prolatio ipsa efficit simul cum sono, voce itaque quemadmodum magnitudo substantiæ est quantitas, sic magnitudo soni: quemadmodum substantia est quantum quid per accidens, eius tamen magnitudo est quãtum per se, pari ratione sonus est quantum quid per accidens, sed magnitudo eius est quantum per se. Ac demum quẽadmodum ex multis magnitudinibus substantiæ fit numerus, ita ex multis magnitudinib⁹ plurium sonorum fit oratio.

167.

Vbi id est summo pere aduertendum, ex duplici parte longam, aut breuem syllabam appellari, primo quidem ex naturali dilatatione, aut contractione, quam ei tribuit talis modus prolationis, vel ex magno seu paruo tempore in prolatione consumpto: & quidem lõgitudo illa, vel breuitas intrinseca est ei, propriãq; extensionẽ, aut corpulentiam, denotat, idcirco naturalem appellamus, quia cum ex prolatione, per quam fit, & quasi generatur syllaba, seu vox, habeatur, vere & proprie naturalis dicitur, quẽadmodum quibuscũq; rebus naturale illud est, quod ex natiuitate, vel generatione conuenit, ex cõsumpto autẽ in prolatione tempore ab extrinseco dicitur syllaba lõga, aut breuis. Et quasi à posteriori ducto argumẽto dicimus, eam syllabã esse longam, in cuius prolatione plus tẽporis consumitur, breuẽ in cuius prolatione minus, nã à priori potius ex eo, quod maiorem habet dilatationem, vel corpulentiam, plus temporis consumit: est enim cõsumptum tẽpus mẽsura extrinseca prolationis, atque ex cõsequenti productæ syllabæ, ex multis autẽ syllabis ex proprio modo suæ prolationis discretis fit oratio, quam meritò discretam quantitatem Aristoteles, & antiquissimi eius interpretes appellarunt.

Ex duplici cap. syllabæ dicitur aut breuis aut longa.

168

Sed maior adhuc explicatione indiget eiusmodi syllabarum, & orationis quantitas, nam si corpulentia, aut extensio vocis, non est tempus, sed aliquid prius, & intrinsecè ei conueniens, non videtur quid aliud esse possit, quàm ipsiusmet prolationis extensio, prolatio verò motus est, ergo non habet extensionẽ per se, nec proinde per se poterit extẽdere vocem, at vox cum sit sonus, & qualitas, nullam habet ex se extensionem, ergo non erit per se quãta, nec oratio ex vocibus composita. Respondeo vocem non esse nudum sonum, sed in aere extẽsum, vt cum per verberationẽ aeris efficitur

Explicatur magis.

169

sicut

sic in eadem aere extenditur, imo potius aer ipse verberatus sonum extensum ex verberatione causatum claudens, vox dicitur: quantitas igitur, atque extensio vocis non est alia à quantitate, extensione, & corpulentia ipsiusmet aeris verberati, qui ex verberatione diuersum modum consequitur, à quo in modum vocis formatus dicitur. Dum vero aerem verberatum audis, non verberationem, aut prolationem intelligas, hæc enim, vt bene probat argumentum, per accidens sunt quanta, cum sint motus localis, sed eandem aeris magnitudinem, eandem trinam eius dimensionem, vt per verberationem instrumentorum in vocem efformatam, hoc est in sonum extensum, & eadem verberatione productum, cum ergo aer ipse verberatus trinam habeat dimensionem, eandem habet vox ex eo vt verberato efformata, modo solum diuersa, quem ex verberatione consequitur, per quem modum (successiuum quidem, quia successiuè verberatur) principium orationis tanquam alterius speciei discretæ esse potest, quæ ex multis vocibus sic extensis componitur: formalis itaque extensio, & corpulentia syllabarum non est sonus, sed extensio, & magnitudo eius, & hæc non alia ab extensione, & magnitudine aeris vt verberati, quare, vt formalis sit locutio, dicendum est syllabas esse plures quantitates partium aeris verberatarum, ac discretarum, & ex verberatione sonum extensum, atque corpulentum efficientium, pro materiali verò esse plures sonos sic extensos quemadmodum numerus trium hominum pro formali est tres quantitates discretæ eorum, pro materiali verò tres eorum substantiæ, nec solum pro materiali, sed omnino per accidens, & ecce quo pacto, sicut tres substantiæ extensæ efficiunt ternarium, licet sint quantæ per accidens, ratione extensionis, quam habent, sic tres soni efficiunt orationem, non ratione sui, cum sint quanti per accidens, sed ratione quantitatis verberati aeris, à qua extenduntur, & corpulenti fiunt.

Quantitas & extensio vocis in quo consistat.

Nota.

170

Respondet formaliter quæstioni propositæ.

Ordo in oratione existens explicatur.

Pluribus autem quantitatibus syllabarum explicatis, superest talem in eis inuenire ordinem, sub quo possint vnum per se constituere: & certè ita est quod quemadmodum dicebamus plures vnitates ex propria conditione esse numerabiles ab intellectu secundum ordinem prioris, & posterioris, ita vt quælibet apta sit cęteras præsupponere, vel eis præsupponi, & propter hunc ordinem componere vnum per se, quod appellatur numerus, ita sentiendum est suo mo-

171

do de syllabis, ordinabiles namque sunt ab intellectu secundum rationem prioris, & posterioris quantum ad longitudinem, & breuitatem, ita vt longa breuem, vel è conuerso breuis longam apta sit præsupponere, hoc est, post eam proferri, & aliquando etiam breuis post breuem vt sic fiat talis concentus, & harmonia, ad quam specialis modus prolationis ordinatur, & iuxta quem longitudo, aut breuitas syllabarum attenditur. Ex tali igitur ordine reali, & quasi aptitudinali, quem syllabę important respectu proferentis, & ordinantis resultat vnum per se, quasi integrale ex pluribus compositum, non ratione entitatis quo pacto plura sunt distincta entia in actu syllabæ, sed ratione ordinis, & rursus ab eisdem ordinatis syllabis accipit intellectus genus discretæ quantitatis, in quantum eas concipit communi termino non copulatas, & propriam differentiam orationis ex successione: ex quibus componitur vnum per se essentiale, quod est quantitas discreta, extensa, vel diuisibilis in plures syllabas, & hæc est ratio, secunda species quantitatis discretæ à numero distincta, cuius forma est ipsa eius differentia, vti de numero stabilitum est, cum eiusmodi accidentia, materia, & forma physica, ex quibus essentialiter componantur, careant, & vt vno verbo explicetur vtrumque, nempe quantam esse per se orationem, ac per se vnam dicimus non esse aliud, quàm numerum quendam successiuum syllabarum, quem antiqui appellarunt numerum sonorum, concentum, vel harmoniam, magna ex parte à musica consideratum.

172

Essentia orationis.

Negatiuæ partis fundamenta soluuntur.

VNde ad formam primi argumenti, dicimus, nullum ex his, quæ in argumento recensentur esse propriam syllabarum quantitatem, videlicet nec sonum, nec motum prolationis, nec morulas temporis in hisce motibus consumpti, non significationem vocum, sed magnitudinem, dilationem, & corpulentiam sonorum, vel vocum ex prolatione causatam, a qua sonus ipse extenditur: ex pluribus autem magis, vel minus productis sonis secundum longitudinem, & breuitatem ordinabilibus ad concentum, & harmoniam efficiendum vnum quid per se resultat, quod vere est species quantitatis discretæ.

Ad formam I. Argum.

Ad secundum dicimus vnitatem successiuorum duplicem esse, entitatis, vel ordinis, illa reperitur in continuis, hæc in discretis, vnde cum continuum vnitatem entis habeat non

Ad II.

erit

erit vnum, nisi aliquo termino communi copuletur, discretum vero, cum vnum per accidens sit secundum entitatem, vtpote pluribus
260. entibus in actu constans, vnum autem per se ratione solius ordinis, continuationem non postulat, nec sola oratio est discretum quid in genere successiuorum, cum motum, ac tempus posuerint Augustinus, & D. Thom. in Angelis ex diuersis eorũ operationibus compositum, quæ cum simul non habeantur, nec aliquo termino communi copulentur, quandam successionem in eis ponere necesse est, & ratione ordinis vnum tempus, vel motũ efficere, vt docet expresse D. Thom. 1. part. quæst. 53. art. 3. sic ergo orationem licet successione syllabarum compositam ordinabilitas efficit per se vnam.

Ad tertium, respondetur syllabas esse ordinabiles ab intellectu proferentis, & quidem in ordine ad finem concentus, & harmoniæ: humana igitur interruptio esse debet, nec tanta, quæ præfato fini repugnet, tantaq; esse poterit, vt nec ordinabiles sint syllabæ, nec percipi possit earum concentus, & harmonia: vnde nõ poterunt esse partes eiusdem orationis, nisi moderata sit interruptio ordinanti, ac fini proportionata, & quanquam ordinatio ipsa ex voluntate pendeat, aptitudo syllabarum, vt ordinari possint naturalis est, atque adeò realis, quemadmodum de aptitudine obiecti visibilis, & intelligibilis dicebamus. Ad confirmationem dicimus pro libito posse ordinari syllabam à tertio prolatam cum ea, quæ à me, vel ab alio simul profertur, & ideo quantum ad actualem ordinationem non est potior ratio, vt ordinetur cum vna, quam cum alia, nec propter voluntariam, & actualem ordinatione m vnum per se reale constituunt syllabæ, sed propter aptitudinem, quam habet quælibet, vt cum omnibus ordinari possit respectu præfati finis.

QVAESTIO DVODECIMA.

An si daretur linea, superficies, & corpus, aliaúe quantitas actu infinita collocaretur in hoc prædicamento.

Partis negatiuæ fundamenta adducuntur.

NOn disputamus modo, an possibile sit dari lineam actu infinitam, aut superficiem, vel corpus, cum philosophica sit eiusmodi controuersia ab Aristotele, eiusque expositoribus 3. lib. physic. agitata, sed conditionalis est controuersia præsens, an dato quod essent eiusmodi in rerum natura infinita, ponerentur in hoc prædicamento, non secus ac modo, dum certa magnitudine constant. De quo sit controuersia. 261.

Aristoteles in primis negatiuam partem statuisse videtur. 5. metaphysic. text. 10 his verbis: *Multitudo igitur, quantum quid, si numerabilis est, magnitudo vero, si mensurabilis, &c.* at si magnitudines istæ essent infinitæ, non essent mensurabiles, cum certa sit, atque finita quælibet mensura ex propria conditione, ergo nõ essent in prædicamento. Cui consonat definitio mathematicorũ ab Euclide tradita in principio sui elementarij: linea est longitudo sine latitudine, cuius extrema sunt duo puncta. Et D. Thomas in eiusdem loci commentarijs lection. 15. in confirmationem eiusdem sententiæ hæc verba scripsit: *Si esset longitudo infinita, non esset linea, linea enim est longitudo mensurabilis, & propter hoc in ratione lineæ ponitur, quod eius extremitates sunt duo puncta, simile est de superficie, & corpore.* 262. Quod ratio ipsa planè docet, nam finitũ esse oportet, quidquid in prædicamento collocatur, cum sub certo sit genere, ac limitata differentia constituendum, sed si darentur magnitudines istæ actu infinitæ, sic se haberent in ordine ad prædicamentum quantitatis ac substantia actu infinita ad prædicamentum substantiæ, cum in ratione magnitudinis, & extensionis termino careant, at infinitam substantiam à prædicamento exclusimus cap. præcedenti, ergo etiam magnitudo actu infinita excludenda est. I. Argum.

Secundo: par est ratio de magnitudine, ac multitudine, cum sint genera eiusdem prædicamenti, sed si daretur multitudo corporum actu infinita, nõ esset in prædicamento quantitatis, ergo nec infinita actu magnitudo. Minor probatur, quia numeri variantur ex additione vnitatis, ita vt ternarius alia sit à binario species per additionem tertiæ vnitatis, ergo si 263. numerus in infinitum actu procederet, multitudo actu infinita non haberet determinatam speciem, quemadmodum neque vltimam vnitatem, à qua constitueretur, quod autem specie caret non pertinet ad prædicamentum, cuius recta linea ex generibus, ac speciebus integra- II. Argum.

œgratur, ergo non pertineret talis multitudo ad prædicamentum quantitatis, nec magnitudo proinde, si esset actu infinita.

Pars affirmatiua præfertur, & probatur.

Vera conc. Dicendum tamen est de his tribus speciebus quantitatis non minus fore in prædicamento collocandas, si actu essent infinitæ, ac modo, quod absq; dubio sentit Aristoteles lib 8. topic. loco 73 vbi sic loquitur: *Si finalis lineæ oratio est, finis planè habentis fines, rectæ oportet esse reliquum, cuius medium superadditur finibus, sed infinita neque medium, neque finem habet, recta autem est, quare non est reliqua reliqui oratio, &c.* quibus verbis planè docet ratione lineæ rectæ vniuoce conuenire finitæ, & infinitæ, quapropter eiusdem esse speciei: vnde si infinita daretur, non minus esset in prædicamento, quam infinita.

Arist. testimonium. Item apud Aristotelem notum est, finitum, & infinitum esse passiones quantitatis, ergo esse magnitudinem finitam, vel infinitam, non variat rationem quantitatis essentialem, nec quantitatem à prædicamento excludit.

264. Idem sentit D. Thom. In eadem est sententia D. Thom. 1. part. quæst. 58. art. 8. ad 2. vbi docet, quod quanquam linea finita, & recta per extrema puncta à mathematicis definiatur, ad essentiam tamen lineæ nō pertinent extrema puncta, quia in linea circulari, & infinita non dantur: sentit igitur eandem habere definitionem essentialem lineam finitam, & infinitam, idem genus, eandem speciem prædicamentalem, & differentiam.

Communis opinio. Communis est etiam sententia iam in schola, vt testantur Sonzinas 5. metaph. quæst. 15. Iauellus ibidem quæst. 17. Dur. in 4. dist. 3. quæst. 3. Niphus in commentarijs verborum Aristotelis, quæ ex 8. Topic. relata sunt, & Mag. Sotus quæst. 1. huius cap. in solutione ad confirmationem secundi argumenti, quos recentiores sequuntur.

Proponuntur rationes ad illam probandam.

I. Ratio. Et probatur efficaci ratione, nā duo sunt consideranda in his quantitatibus: vnum ad earum pertinens essentiam, nempè singulas esse diuisibiles iuxta naturam suarum dimensionum, lineam secundum longitudinem, superficiem secundum latitudinem, & corpus secundum profunditatem: alterum ad maiorem, vel minorem extensionem in eo consistens, quod est esse in plures vel pauciores partes diuisibiles, idque extra essentiam esse euidens est, cum non sit aliud, quam esse maiorem, vel minorem quantitatem, huc autē spectat finitas esse, vel infinitas quantitates, ergo non variat essentiam harum specierum, nec proinde rationem prædicamentalem. 265.

II. Argum. Secundo, quidquid ex genere, & differentia compositum est, locum habet in prædicamento illius generis, vt si sit genus substantiæ in prædicamento substantiæ, si quantitatis, in eodem prædicamento, sed eiusmodi quantitates, etiam si darentur actu infinitæ, essent verè continuæ suis communibus terminis copulatæ, essent etiam diuisibiles secundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem, ergo collocarentur sub genere continuę quantitatis, & essent proprijs differentijs sub eo distinctæ, vt modo sunt, eo igitur pacto in prædicamento ponerentur.

Partis negatiuæ fundamentis satisfit.

Nota. Pro solutione argumentorum adnotandum est, aliud esse infinitum secundum substantiam, aliud secundum rationem aliquam accidentalem, etenim cum substantia importet rei essentiam, idem est infinitum secundum substantiam, & secundum essentiam, & cum substātia sit ens simpliciter, idem est infinitum secundum substantiam, quod infinitum simpliciter: vlterius, cum res quælibet secundum essentiam referatur ad prædicamentum, si ex hac parte infinita est, sub genere prædicamentali, quod limitatum est (vt vidimus) non clauditur, & propterea Deum Opt. & Max qui secundum substantiam est infinitus, sub prædicamento non comprehendi superiori capite stabilitum reliquimus: infinitum autem ex aliqua ratione accidentali nō est à prædicamento excludendum, cum ratio accidentalis, vtpote extra essentiam constituta, essentiam non variet, sed sub propria limitatione relinquat, vt si imaginemur per possibile, vel impossibile aliquod humanum corpus in infinitum crescere secundum quantitatem, notum est finitum in sua essentia permanere, quæ per augmentum quantitatis non crescit, finita enim permanebit rationalis anima, à qua essentia eius prouenit. Ita ergo cca- 266. 267.

go censendum est de igne, vel alio corpore in infinitum crescente, atque etiam de quantitate ipsa, si eo perueniat, vt actu sit infinita, accidentale id esse pertinens ad extensionem plurium partium, nec essentiam à limitatione sui generis, & differentiæ abstrahere. Quemadmodum si albedo, vel alia qualitas ad infinitam perueniat intensionem, dubio procul finita erit secundum essentiam, siquidem intensio gradualis essentiam non attingit, nec proinde variat: vnde in prędicamento qualitatis sub genere passibilis qualitatis collocabitur, non secus ac albedo finitæ intensionis.

Ad testim. Arist. & D. Thom. Aristotelem igitur, & D. Thomam sic explicamus, vt prædictis locis de quantitatibus existentibus, vel possibilibus loquantur, infinitas verò, quas non reputant possibiles, nec inter quantitates numerant, nec in prædica-
268 mento ponunt. Aliud tamen est de essentia rei præcisè loqui, abstrahendo à possibili, vel impossibili secundum existentiam, tunc enim definiendum est illud, quod ei conuenire posset, facta hypothesi quod esset, vel possibilis esset: & in hoc sensu de his quantitatibus aliorum locorum verba accipienda sunt, quibus planè docent lineam infinitam (si daretur) vel possibilis esset, in prædicamento non secus, ac finitam collocari.

Definitionem mathematicorum ab Euclide traditam egregiè exponit D. Thom. 1. part. quæst. 85. artic. 8. ad 1. de linea finita, & re-
269 cta dumtaxat esse accipiendam, nam circularis etiam si finita sit, punctis caret extremis.

Ad 1. Respond. Primam rationem soluit adnotata doctrina, diuersam esse rationem affirmans de infinita substantia, & quantitate, illa enim secundum essentiam est infinita, ideò sub prædicamento non clauditur, hæc vero licet infinita extensiue, ac secundum quid, ad certum tamen genus, & differentiam limitatur, & in eodem prædicamento ponitur, ac si esset finita.

Ad 2. Respond. De quantitate autem discreta, vel de multitudine actu infinita, quam tangit secundum argumentum, eandem esse rationem putat Soncinas vbi supra, siquidem extensione dumtaxat infinitus esset numerus, in pluresq; vnitates diuisibilis, si daretur, essentiam tamen finitam haberet sub certo genere prędicamentali comprehensam.

Ego vero aliter sentio infinitum numerum non collocari in prædicamento, quod (ni fallor) idem argumentum à nobis constitutum conuincit, cuius efficaciam magis ostendit illud, quod à nobis sæpenumero ex sententia Aristotelis allatum est, nempè species rerum maximam cum numeris habere similitudinem in eo, quod quemadmodum addita vnitate soluitur præexistens numerus, & coalescit alter, pari ratione nouo gradu perfectionis essentialis superueniente soluitur species,
& coalescit alia distincta, vnde intulit Ar. duas 270
species non esse æquales in gradibus essentialibus, quemadmodum nec numeri æquales sunt secundum vnitates. Ex qua etiam doctrina emanauit communis illa Aristotelis interpretum sententia, tenens numerum esse speciem subalternam, continentem sub se tot species atomas, quot sunt numeri diuersi, ita vt diuersa sit species ternarius à binario, & sic de cæteris.

Infinitus numerus non est species quantitatis. Quibus suppositis efficaciter ostenditur infinitum numerum non habere determinatam speciem, neque essentiam, nam si addita vnitate binarius præexistens soluitur, & coalescit ternarius essentialiter perfectior in ratione discreti, sequitur planè crescentibus vnitatibus in infinitum essentialem numeri perfectionem in infinitum crescere, & ideirco non
esse determinatam, nec limitatam in tali or- 271
dine, sed actu infinitam, quapropter à prædicamento, quod limitatum essendi modū importat, excludetur. 2. si in prædicamento talem numerum collocandum velis, sequitur euidenter aliquid esse sub genere, quod non habeat determinatam speciem sub eo, quod manifestā inuoluit contradictionem, cum ergo sit infinita quantitas essentialiter, extra prędicamentum vagabitur talis multitudo infinita, atque etiam extra genus, & species numeri, eritque vaga quædam multitudo.

Esse autem diuersam longè rationem de discreta quantitate, & continua, manifestum erit, si consideremus plures, aut pauciores partes habere, maiorem esse, vel minorem ad accidentalem quandam extensionem continuæ quantitatis referendum esse, quapropter essentiam eius non variat: habere autem plures, vel pauciores vnitates,
diuersam essentiam constituit numeri, cum 272
ternarium alium esse numerum à binario diuersum omnes sentiant ob solam additionem vnitatis.

Ratio autem huius discriminis non est alia, quam diuersa natura vtriusq; quantitatis, vndè fit, vt etiam si in infinitum crescat quanti-

tas

tas continua, limitata eius eſſentia perſeueret, diſcreta verò cum creſcat eſſentialiter ex additione vnitatis, ſi infinita ſit, talis erit eſſentialiter, ideò extra limitationem prædicamentalem vagabitur. Fore autem infinitam eſſentialiter, ſi daretur, intelligimus, non quidem eo modo, quo Deus infinitus eſt, nam infinita ſubſtantia ſimpliciter talis appellatur: ſed infinitam ſecundum quid, quemadmodũ accidentia non ſunt entia ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quod tamen ſatis eſſet, vt à genere quantitatis excluderetur, cum ſit quantitas eſſentialiter infinita.

273. Poſſet autem cum Soncinate infinitum numerum in prædicamento collocare, qui numerum eſſe ſpeciem atomam ſentiret, tunc enim ex additione vnitatis nõ ſolueretur ſpecies, ſed eadem permanens diuerſa eſſet accidentaliter, non ſecus ac in continua quantitate contingeret, ſi daretur actu infinita: cæterum id eſſe à doctrina Ariſtotelis, & D. Thom. alienum iam oſtendimus. Itaq; reſolutio huius controuerſiæ eſt, quantitatem continuam quamcunque actu infinitam, ſi talis daretur, in hoc prædicamento fore collocandam. Diſcretam vero, ſiue pro numero, vel oratione eam accipias, nullo modo.

QVAESTIO VLTIMA.

Sit ne quantitas diſtincta realiter à ſubſtantia, vel ab ea re, quam efficit extenſam.

Negatiua ſententia ſuadetur.

Titulus quæſtionis. NOn ſolam ſubſtantiam extendit quantitas, ſed accidentia corporea: ideò titulus quæſtionis ſciſcitatur, ſit ne ab eis quantitas reali diſtinctione ſeparanda, quanquam de ſubſtantia præcipua ſit controuerſia.

I. Opinio. Plato, quem retulit Ariſt. 1. lib. metaph. text. 5. de materiali principio rerum loquens, vnam poſuit cunctarum rerũ naturalium materiam, cuius differentias appellauit magnum,

274. & paruum, arbitratus eandem rem eſſe materiam, & quantitatem: & vetus fuiſſe Stoicorum decretum. Alexander Aphrodiſeus ſcribit quantitatem non eſſe rem diuerſam à ſubſtantia: quorum poſitionem quaſi ab orco reuocauit Ocham in ſua dialectica prædicamentum quantitatis exponens in 4. ſentent. quæſt. 4. quodlib. 4 quæſt 30 & in tractatu de venerabili Sacramento Euchariſtiæ per plura capita, affirmans quãtitatem eſſe ipſammet ſubſtantiam, prout habet partes ſitu diſiunctas, & locabiles, diuerſis que loci partibus correſpondentes, cui ſubſcripſere Gabr. in 4. diſt 10 q. vnica & diſt. 12. quæſt. 1 art. 1. & lect. 43 ſuper Canonem Miſſæ: Adamus in 4. quæſt. 5. & Aureolus apud Capreolum in 2. diſt. 10. quæſt. vnica art. 1 quam multis confirmant, quæ ad tria argumenta referre placet.

Primum eſt, ſi quantitas eſſet res diſtincta à ſubſtantia, quemadmodum poſuere plures, vt ſit proximum ſubiectum corporalium accidentium, quo mediante ſubſtantiæ inhæreant, ſequitur planè non ſolam ſubſtantiam, ſed etiam quantitatem eſſe contrariorum ſuſceptiuam, quod expreſſis verbis Ariſtotelis aduerſatur in prædicamento ſubſtantiæ, quibus docet maximè proprium ſubſtantiæ eſſe, vt ſit contrariorum ſuſceptiua: & certè ſi propria poteſt ei attribui extenſio, non eſt cur aliud accidens eam, ac cætera accidentia extendens multiplicemus: cum non ſint entia abſque neceſſitate multiplicanda, ſed quę per vnum fieri poſſunt, fruſtra per plura fieri ponantur. I. Argum. 275.

Secundum Deus poteſt conſeruare ſubſtantiam remoto ab ea omni accidenti abſoluto, & id quidem ſine aliqua mutatione ſui locali: ſi ergo quantitas eſt accidens abſolutũ re ipſa à ſubſtantia diſtinctum, demus ab ea remoueri virtute diuina: tunc quæritur, an habeat partes diſtantes loco ſicut prius, vel non: ſi habere reſpondeas, fit vt non iam à quantitate, ſed à ſe ipſa ſit extenſa, & loci occupatiua, vndè ipſa erit ſua quantitas. ſi verò non habere dixeris, ſequitur loco eſſe coniunctas non ergo conſeruatur: ſine mutatione locali, vt ſuppoſitum fuit, præter quàm, quod planè fuit impoſſibile loco coniungi poſt ſeparationẽ quantitatis, nam ſi indiuiſibilis remanet, (vt oppoſita ſententia ponere videtur) non eſt capax alicuius mutationis localis, iuxta expreſſam ſententiam Ariſt. 6. lib. phyſic. ſtatuentis impartibile haud quaquam moueri poſſe. II. Argum. 276.

Poſtremum, ſi quantitas eſt res diſtincta à ſubſtantia, tota recipietur in tota ſubſtantia, & pars in partibus, niſi velis confuſa quadam ratione in ſubſtantia inhærere, vel tota in tota ſubſtantia, & tota in qualibet eius parte, vti de anima rationali in corpore recepta ob eius indiuiſibilitatem cenſemus: quod eo ipſo accidenti III. Arg. 277.

denti corporeo repugnat, tunc ergo quemadmodum quantitas præsupponit substantiam tanquàm subiectum completum: in quo inhæret, pari ratione partes quantitatis præsupponunt partes substantiæ, habebit igitur ex propria cōditione substantia partes distinctas sine quantitate accidenti superaddito, atque adeò ipsa sibimet sufficiens erit, cæterisque in ea receptis accidentibus, vt cunctis possit partium distinctionem præstare, nec erit in hunc finem necessario ponenda distincta quantitas.

Vera, & affirmatiua sententia explicatur, & probatur.

II. Sentent. Opposita tamen sententia quantitatem re ipsa à substantia, cæterisque quantis rebus distinguens, vnanimi philosophorum, ac theologorū consensu nostra iam
278. tempestate in schola defenditur: estque ferè in philosophia euidens, & fide præsupposita ægre, vel nullo modo sustineri potest opposita.

Ex Arist. probatur. In primis eam expresè videtur tenuisse Arist. 1. lib physic. text. 13. agens contra Melissum antiquissimum Philosophum, qui vnicum posuit rerum naturalium principium, illudque infinitum, tali igitur ad eum refellendum argumentum constituit: finitum, & infinitum sunt proprietates quantitatis, si ergo illud vnum principium est infinitum, erit non solum substantia, sed quantum, & ita non res vna, sed multiplex, vel certè si sola substantia sit, infinitum non erit, neque magnitudinem habebit vllam: ecce efficacissimum Aristotelis argumentum, quod nullius profectò foret roboris, nisi tanquàm rem certam apud ipsum
279. præsupponeret quantitatem rem esse distinctam à substantia & 7. metaphysic. text. 8. hæc verba de linea, superficie, & corpore scribit: *Longitudo, latitudo & profunditas quantitates quædam sunt, sed non substantia, quantitas enim non est substantia, sed magis cui hæc primo insunt, &c.*

Amplectuntur eandem veritatem in primis D. August. 5. lib. de Trinitate cap. 10. cuius verba referre placuit: *In rebus, quæ participatione magnitudinis magnæ sunt, quibus est aliud esse, aliud magnas esse, sicut magna domus, & magnus mons, in his ergo rebus aliud est magnitudo: aliud quod ab ea magnitudine magnum est: & prorsus non hoc est magnitudo, quod est magna domus, sed illa est vera magnitudo, qua non solum magna est domus, quæ magna est, & qua magnus est mons, quisquis magnus est, sed etiam qua magnum est quidquid aliud magnum dicitur, vt aliud sit ipsa magnitudo: aliud quæ ab illa magna dicuntur.*

D. Thom. in eorundem locorum Aristotelis Commentarijs, & 5. Metaphysic. lect. 15. in fine. Scotus in 2. distinction. 2. quæstio 9. & in 4. distinct. 12. quæstion. 2. Ricard. in 4. distinct. 12. art. 1 quæst. 1. Durand. quæst. etiam 5. Argentina ibidem: AEgidius Romanus theoremate 36. 38. & 39. & in 1. d. 2. quæst. 2. Albert. Magn 5. physic. tractat. 2. art. 4. Sonz. 5. metaph. quæst. 19 cæteri demum interpretes Aristotelis in expositione huius prædicamenti. D. Thom. & alij.

Ex rationibus, quibus corroboratur hæc sententia, quædam fundantur in doctrina, & principijs Aristotelis, aliæ verò in ipsimet substantiæ, & quantitatis natura: primi generis sunt motum augmentationis per se ad quantitatem terminari, ac successiuè per talem motum esse comparabilem: ad substantiam verò nullum motum dirigi, sed instantaneam mutationem: ita docet Aristoteles 5 lib phys. propterea substantiam corpoream, eiusq; accidentia alia à quantitate per accidens esse extensa, ac diuisibilia, solam quantitatem eiusmodi effectus habere per se, quos cæteris communicat. Ita sentit in hoc prædicamento, dum quantum partitur in per se, & per accidens, denique substantiam docet esse sensibilem per accidens, quantitatem verò per se: ac proptereà inter communia sensibilia numerandam, vtrunque habetur 2. lib. de anima text. 65. eiusmodi autem triplex discrimen arguit planè realem distinctionem, quod cum sit certissimum in doctrina Aristotelis lumine naturali valde consentanea, euidenter ferè ostendit falsitatem prioris sententiæ.

Ad secundum genus spectant argumenta, quæ sequuntur. Primum, plures magnitudines in eodē loco simul esse repugnat, vt experientia, ac ratio naturalis testantur, experimur namque non posse corpus vnum aliquem occupare locum, nisi aliud in eo existens ei cesserit, vel alio modo locum deseruerit, idque non alia ratione, nisi quia quælibet magnitudo propriam habet molem, & extensionē impenetrabilem ab alia: si autem quantitas est eadem res cum substantia, cæterisque extensis accidentibus, quemadmodum quodlibet I. Arg. 1. ordinis. 280.

 est ab

est ab alio distinctum per propriam entitatem, atque substantia ab omnibus, sic erit distinctum per propriam molem, & magnitudinem: & tunc tot erunt moles, tot magnitudines simul cum substantia in eodem loco, quot sunt accidentia eius, vt albedo, calor, frigiditas, siccitas, grauitas, leuitas, &c. Præterquam quod ipsamet substantia in se continebit plures magnitudines formæ, & materiæ, nō secus, ac plures entitates partiales, istæ igitur omnes magnitudines sese penetrabunt in eodem loco.

II. Argum. Secundum: plures magnitudines trinæ dimensionis eiusdem rationis sunt, nec enim alia est secundùm speciem longitudo, & profunditas vnius, & alterius corporis, gratia exempli, lapidis, & ligni: sed eius modi substantiæ sunt diuersæ non solùm specificis differentijs, sed etiam entitate, ergo alia est substantia à quantitate. 281.

III. Arg. Postremum, fide catholica stabilitum est in Sacra Eucharistia totam panis substantiam conuerti in verum corpus Christi: vndè elicitur neque substantiam panis, neque materiam eius, & formam, substantiam ipsam componentes, sub accidentibus perseuerare post consecrationem: docet autem experientia plurium sensuum, eandem ibi hostiæ magnitudinem, eundem odorem, ac saporem durare: visus namque, & tactus id in primis experiuntur, odor deindè, & gustus, ratioque ipsa conuincit accidentia illa non esse disiuncta, sed in aliquo vnita, non quidem in aere. (vt friuola quorundam euasio ponebat) hostiæ namque dum mouetur, cedit planè aer: nec possunt se cum aeris dimensionibus penetrare prædicta accidentia, neque aer ipse eas in se vllo modo recipere, postquàm proprias habet: & longè minus in corpore Christi inhærere possunt, tum propter easdem rationes, tum etiam, quia cùm gloriosum sit, cum statu eius pugnat noua quælibet corporalium accidentium receptio: vndè fit sacrum hoc mysterium efficaciter satis ostendere distinctionem quantitatis realem à substantia.

Nota. Sed vnum est hac in parte adnotatione dignum: communem sententiam non ab vniuersis nostræ factionis doctoribus vniuersaliter sustineri: aiunt enim nō secundum omnes suas species quantitatem distinctam esse à rebus quantis: sed excipiendum esse numerum, qui non distinguitur realiter à rebus numeratis, neque à quantitate continua vnica: vt 282. dum Petrus vnitatis rationem habet in ternario, nō sunt in eo res distinctæ vnitas, & quantitas continua, vel certè excipiendam esse figuram, vel locum, nam illa eadem res est cum quantitate figurari corporis, iste verò non realiter, sed modaliter à superficie diuersus: priorem exceptionem posuit Magister Sotus, posteriorem verò Pater Ponsec. vbi supra. Mihi autem videtur vniuersalem esse priorem sententiam, si propriè res quanta accipiatur: hoc enim in numero non est quantitas ipsa, licet in concreto denominetur quanta, sed ea, quæ extensione à quantitate participata, & non propria extenditur, qualis est substantia cum cæteris accidentibus corporeis, tres namque quantitates ab intellectu numerabiles secundum prius, & posterius, quantitatis potius discretæ rationem habent, quàm rei quantæ, cum partes sint numeri intrinsece, non secus ac partes continuæ molis, quas rem quantam appellat nemo: tres igitur substantias, vel tres albedines extensas rem quantam appellamus, à quibus dubio procul quantitas ipsa discreta realiter diuersa est. Quælibet rursus vnitas numeri nō denominat continuā quantitatem rem quantam, siquidem vnitas non proprie appellatur quantitas discreta, sed principium eius: nihil ergo refert, si à quantitate continua eiusdem rei non sit distincta: & longè minus, quæ de figura, & loco afferuntur, vllam quantitatem à communi regula distinctionis excipiunt, nam figura non est res quanta à corpore quantitatis denominata, sed quasi terminus illius substantiam potius rem quantam denominat: nec superficies dicitur res quanta à loco, sed substantia corporis alterum circumscribens, nec locus denominat quantum nisi corpus continens locatum, quod præsertim verum est, cum locus, vt superius ostendimus quæst. 6 huius prædicamenti, non sit quid distinctum à superficie sub ratione quanti, & extensi, sed denominationem quandam extrinsecam supra illam addat: quare eadem est ratio de vtroq; quantum ad distinctionem à re, quam denominant quantam: & hæc est corpus continens secundum substantiam, cui tam locum, quam superficiem inhærere satis est manifestum. 283.

Causa erroris Platonis. Prius, quàm argumenta soluere incipiamus, adnotandum est, id fuisse Platoni, cæterisque antiquissimis philosophis errandi occasionem in re adcò manifesta, vt egregiè aduo-

214. tat D. Thom. locis ſuperius deſignatis, quod neſciuerunt diſtinguere inter vnum, quod eſt intima paſſio entis, & principium quantitatis: nam cum illud ſit ipſamet entitas indiuiſa, ſi eſſet etiam principium quantitatis, non eſſet quantitas aliud ab entitate rei, & rurſus cum ſubſtantia ſit ens per ſe, iure dicitur eandem rem eſſe ſubſtantiam corpoream cum ſua Quantitate, vel certè eſſe ſuammet Quantitatem: at cùm valde ſint diuerſa, vnum cum ente conuerſum, & vnum quantitatis principium, nam illud nudam entitatem indiuiſam, hoc verò quantitatem eam extendentem importat, merito diuerſam rem eſſe quantitatem à ſubſtantia, vel re quanta intelligimus.

Ad primũ reſpond. Ad primum argumentum ex his, quæ circa proprietatem vltimam quantitatis adnotata à nobis ſunt, facile reſpondetur, maximè proprium ſubſtantiæ eſſe contraria poſſe ſuſcipere, tanquàm primum eorum ſubiectum, & (vt aiunt) tanquàm quod, & hoc modo accepta proprietas, vt ab Ariſtotele accipitur, ſo-
215. li conuenit ſubſtantiæ, quantitati verò tanquàm quo, propter maximam cum ſubſtantia affinitatem, in qua proximè inhærens, parteſque ipſius extendens, aliorũ accidentium capacem reddit, ex hac autem ſimilitudine cum ſubſtantia procedit ſpecialis quædã prærogatiua eiuſdem quantitatis, quod ſi caſus aliquis emerſerit, quo à ſubſtantia ſeparari accidentia diuina virtute oporteat, vt in ſacro Euchariſtiæ myſterio contingere credimus: ſola quantitas vices illius gerere poſſit, cætera ſuſtentando.

Ad 2. reſpond. Ad ſecundum dicimus remota quantitate non eſſe, partes ſubſtantiæ loco diſtantes, nec tamen propterea ſequitur loco eſſe mutatas: ſed cum diſtarent anteà ratione quantitatis, per ſolam negationem eiuſdem ceſſaſſe diſtantiam, & quaſi diſparuiſſe, quemadmodum, neque extenſio permanet, in qua fundatur diſtantia: Itaque aliqua non diſtare loco, cùm antea diſtarent: duobus modis accipi poteſt, priori quidem poſitiuè: quia poſitiuo motu, vel
216. ratione coniuncta fuere. Poſteriori verò negatiuè, ad quem non requiritur poſitiua coniunctio per motum, ſed per ſolã negationem, vel remotionem formæ, quæ illis erat ratio diſtandi, indiſtantes ſunt nõ ſecus, ac ſi à Deo fierent in prima ſui generatione ſine Quantitate. Tunc enim non eſſet alia ratio indiſtantiæ exquirenda præter carentia quantitatis.

Poſtremum argumentum aliam poſtulat controuerſiam, an ſubſtantia ex ſe habeat partes integrantes diſtinctas à partibus Quantitatis, vel ſolum quas ab ea participat: ita vt ad modum penitus indiuiſibilem ſe ſe recipiat ſemota Quantitate: quam neoterici quidam in præſentiarum diſcutiunt. Nos vero tanquam philoſophicam ad primum phyſicorum librum propriè ſpectantem in propriam ſedem remittimus, interim argumẽto reſpondentes, quod ſiue ſubſtantia corporea proprias habeat partes, vel à Quantitate emendicatas, diſtinctas tamen à partibus quantitatis realiter (vt ibidem oſtendemus) & quidquid horum teneatur, tenendum erit ſubſtantiam, atque accidentia corporea vniuerſa extenſionem, ac diuiſibilitatem partium à quantitate ſuſcipere, quod realem diſtinctionem præſupponit. Ad 3. reſpond. 217.

CAPVT SEPTIMVM

Prædicamentum ad aliquid continens.

TEXTVS ARIST.

AD aliquid verò talia dicuntur, quæcumque hæc ipſa, quæ ſunt, aliorũ eſſe dicuntur, vel quomodolibet aliter ad alterum, &c.

EXPOSITIO TEXTVS.

PRædicamentum, ad aliquid, cætera non ſolum vtilitate, ſed neceſſitate, rerumq́ grauitate facile ſuperat, cuius bimembrem diuiſionem ſic placet conſtituere, vt in parte priori, quæ de relatione ſuo tempore inter ſapientes circumferebantur, oculis ſubyciat Ariſtoteles, definitionem nimirum, & quatuor proprietates eorum, quæ dicebantur, ad aliquid: in poſteriori vero vnum obijcit, ex cuius ſolutione occaſione deſumpta inſufficientem eſſe communem definitionem oſtendit, propriam introducit quãdam, ex ea proprietatem deducens eorum, quæ verè, & propriè ſunt, ad aliquid. Totius cap. diuiſio.

Communis relatiuorum definitio talis

erat, ad aliquid talia dicuntur quæcunq; hæc ipsa, quæ sunt, aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad alterum: *crediderim ego eiusmodi definitionem simul cum proprietatibus ex ea deductis, ab schola, vel certè ab ipso ore Platonis excepisse Aristotelem, eamq; diu examinatam insufficientem reperisse, at propterea aliam excogitasse, quam vt nouam, ac singularem asseueranter probare non est ausus, sed quasi dubitanter proponens ait.* Fortasse autem difficile sit de eiusmodi rebus vehementer asserere, nisi ea sæpè pertractata sint, dubitasse autem de horum vnoquoque non est inutile. *Plura subiungit exempla, nempe dupli, maioris, ac similis, dicitur namq; mons magnus comparatione minoris, duplū respectu simplicis, & simile ad sibi simile refertur: præter hæc autem, habitus, dispositiones, sensus, scientia, positiones, vt sedere, stare, iacere, & similia: nam & habitus, scientia, atq; sensus referuntur ad propria obiecta: situs vero ordinem partium in loco importat: tot autem, ac tam diuersa exempla designasse arbitrandū est, etiamsi ad diuersa prædicamenta pertinere cernantur, vt definitionis insufficientiam ostēdere incipiat, quæ aliorum prædicamentorum rebus conuenit.*

Antiqua definitio relatiuorum.

Prima relatiuorū proprietas est contraria suscipere, quæ in eisdem patet exemplis, nā si habitus, & scientia iuxta designatam definitionem dicuntur, ad aliquid, cum notum sit eiusmodi esse sibi inuicem opposita, nam & virtus vitio, & scientia errori opponitur, fit vt relatiuis insit contrarietas, nō tamen vniuersis attribuenda est proprietas hæc, nam duplum, triplumúe, pater item, & filius contrario carent.

Prima proprietas relatiuorum.

a

Secunda proprietas est intensionem, & remissionem suscipere, ita vt cum his aduerbijs magis, & minus enuncientur: æquale magis, vel minus æquale dicitur, atq; etiam simile dicitur magis vni, quam alteri simile, sed nec vniuersis conuenit, nam duplum, pater, filius, & similia latitudine carent, ideoq; eodem modo dicuntur semper.

Secunda proprietas.

Tertia relatiuorum proprietas est, vt ad conuertentiam vicissim dicantur, dici autem ad conuertentiam non accipitur in hac parte secundum modū terminorum, vel prædicationum, quo pacto vnum terminū cum alio cōuerti dicimus, vt risibile cum homine, & transmutato subiecto in prædicatum vnā propositionem in alteram, vel in se ipsam, sed secundum modū relatiui, & termini, vt si dominus est aliquis, serui alicuius dominus sit, & si sit seruus, alicuius domini, si pater filij pater, & si filius Patris filius.

Tertia proprietas.

Conuenit autem proprietas hæc cunctis relatiuis, si tamen conueniens fiat aßignatio termini: tunc autem conueniens erit, si pro correlatiuo designetur id, ad quod formaliter, & per se relatio terminatur, nō ad quod materialiter, & quasi per accidens: & tale illud erit, à quo etiamsi cuncta semoueantur ea ratione permanēte, quæ adæquata est terminandi relationem, vere, & proprie relationem terminabit, & cum eo ad conuertentiam dicetur, exemplo fiet res manifesta. In eo qui pater est, & ad filium refertur, multa sunt varijs nominibus significata, est enim homo & potest esse albus, musicus, dux, princeps, rex, nec designabitur conuenienter pro termino filiationis sub his nominibus, si dicamus, aliquem esse filium albi, musici, principis, vel regis, quia horum ratione non conuenit esse correlatiuum filij, quare neq; ad conuertentiam cum eo dicetur, quia non sequitur, Petrus est filius, ergo albi, vel musici, &c. nam contingere potest patrem eius non esse his accidentibus affectum: sub solo igitur patris nomine recta fiet designatio, quia sub eo significatur talis res, ad quam refertur, vt proprius terminus relationis, adeò vt si per impoßibile non esset homo nec albedine, vel musica affectus, etiamsi princeps, vel rex nō esset, si tamē esset pater, conueniens esset correlatiuum filij, & filiationis terminus: cōtingit ergo, ait Aristoteles, non fieri debitam correlatiui designationem, si sub nominibus prædictis, vel similibus designetur, ratione cuius non dicentur ad conuertentiam: vnde non conuertitur ala cum aui, nō enim sequitur, est ala, ergo alicuius auis, cum multa sint alis prædita, quæ vere non sunt aues, vt de muscis, apibus, ac vespis exploratum est: designan-

Explicatio.

b

a

de signandum est ergo pro correlatiuo alæ alatum, & non auis, cum quo absq; dubio conuertitur, nam ala quæcunq; alicuius est alati & alatum ala dicitur alatum. Eiusmodi autem indebitam correlatiui designationem aliquando contingere etiam ait Aristoteles ob vocabulorum indigentiam, quia & si imposita sint nomina ad significandum aliquod accidens correlatiui, vel quidpiam aliud ab ipsa relatione, nullum tamen ad relationem designandam: tunc ergo oportebit nomen fingere à relatione desumptum, eamqúe formaliter importans, quantumuis barbarum, & à loquendi consuetudine alienum, vt ad conuertentiam relatiua dici intelligamus, vt si quispiam dixerit caput ad hominem, vel animal referri, non bene terminum relationis designauit: non enim sequitur, si caput est, alicuius animalis esse caput, quia nō conuenit animali, eo quod animal est, capite præditum esse, quandoquidem animalia sunt non pauca capitis expertia, quapropter, vt conuenienter designetur correlatiuum capitis, fingere oportebit nomen relationis proprium & tale erit capitatum: cum quo non est dubium ad conuertentiam dici, etenim si caput est capitati alicuius erit, & si capitatum est, capite aliquo tale erit: ex quibus intelligitur, ait Aristoteles, vniuersa relatiua ad conuertentiam dici, si cum proprijs relatiuis conferantur.

5.

IV. Proprietas.

Postremo, conuenit relatiuis esse simul natura: huius autem proprietatis duæ sunt conditiones, quarum alteram tangit Aristoteles capite præsenti, aliam explicat in postprædicamentis capit. 3. de modis, quibus aliqua dicuntur esse simul: conditio prior requisita, vt dicantur simul natura, est, quod altero in rerum natura existenti necesse sit & aliud existere, & hoc est, quod alijs verbis (obscurioribus quidem, sed proprijs) dici solet: relatiua posita se ponunt, & ablata se auferunt: etenim patre mortuo filius esse desinit, quia, & si homo ille, qui filius erat, superstes sit, non est tamen deinceps filius: hæc tamen conditio sufficiens non est ad naturæ simultatem, nam homo, & risibile posita se ponunt, & ablata se auferunt: non tamen subinde simul natura esse cēsentur, vel ad aliquid dici: sed prior natura est homo, cum sit causa risibilis, alia ergo requiritur cōditio, nempe vt vnum non sit causa alterius, & tunc erunt simul natura, veréque proinde relatiua: eiusmodi sunt vnū, & aliud simile, vnum, & aliud æquale, duplum, dimidium, &c.

6.

Obiectio.

Obijcit autem Aristoteles aduersus hanc proprietatem probare cōtendens non omnibus relatiuis conuenire, idque ratione duplici: vna de scientia, & scibili, altera de sensu, & sensibili. Scientia, & scibile iuxta traditam definitionem, sunt ad aliquid, & tamen non sunt simul natura, ergo non adaptatur cunctis relatiuis proprietas; minor probatur, nam sic se habent ea, quæ sunt simul natura, vt posita se ponant, & ablata se auferant, at scientia, & scibile, nec vicissim se ponunt, nec se auferunt, ergo non sunt simul natura: probatur item minor dupliciter, ablato scibili aufertur scientia, siquidem ab obiecto scientia specificatur, ac proinde sine illo esse non potest, sublata autem omni scientia, non continuo aufertur scibile, quia cum ab ipsismet rebus accipiantur scientiæ, contingit sæpè rebus iam existentibus, & quasi præsuppositis adinuentas esse scientias: & aliquando etiam rem iam existentem dari, cuius non est adinuenta scientia, qualis est quadratura circuli, nam dato circulo quadratum æqualis continentiæ constituere, licet res sit difficilis, possibilis tamen apparet hucusque tamen nullus regulam præscripsit id efficiendi: ex quibus infertur planè non cōtinuo scientiam poni scibili posito: neq; auferri scibili sublato, aut non existente scientia: atq; adeò posteriorem esse natura scientiam, probat. 7.

Secundo, nam cum solus homo scientiæ sit capax, benè infertur à superiori ad inferius negatiuè, sublato animali necesse est hominem de medio tolli quo non existente nec scientia vlla erit deficiente subiecto, in quo sit, at sublatis cunctis hominibus, atque animalibus adhuc superesse poterunt viuentia, vt plantæ, & vita expertia, vt ligna, & lapides. quæ sunt verè res scibiles, ergo scibile esse sinè scientia poterat. 8.

2. Obiectio. Obiectio posterior de sensu, & sensibili procedit in hunc modum, ablato omni ex parte obiecto sensibili penitus aufertur sensus, siquidem ab eo specificatur: at sensu ablato non continuo pereunt cuncta sensibilia, sed plura superesse adhuc possunt, ergo obiectum sensibile, ad quod refertur sensus, prius est eo secundum naturam: probatio minoris gemina est, prior quidem talis: virtus sentiendi in solo animali residet, quo è medio sublato nullus remanebit sensus, cum tamen adhuc sensibilia stare possint, corpora videlicet multa viuentia, & multa vitæ expertia quæ non minus obiecta sensuum sunt, quam animalia: posterior, sensus nullus est in rerum natura nisi animali existenti, cuius quasi propria passio est vis sensitiua, sed prius ad huc quam animal sit, exstant elementa, ex quibus tanquam mixtum componitur, ergo ex propria conditione animalis est illa præsupponere, quæ cum sint verè sensibilia, vt pote sensu visus, & tactus perceptibilia, conuincitur planè obiectum sensibile sensu esse natura prius, atq; adeò non esse relatiua vniuersa simul natura, vt proprietas ponit.

9.

Cur non respondeat Arist. his obiectionib'. His obiectionibus nihil respondet Aristoteles, hac sine dubio de causa, quia eis ostendere voluit præfatæ definitionis insufficientiã, quasi dicat necesse est, si coditionem relatiuorum spectamus, simul natura esse, quod tamen non conuenit vniuersis definitione comprehensis, vt euidenter conuincunt præiacta argumenta de scientia, & scibili, sensu, & sẽsibili, erit igitur minus bona.

10.

Arist. ostendit insufficientiã priorae definitionis. Quod rursus ostendere nititur dubio quodam proposito de substãtia, an dicatur ad aliquid, vel non: reperit autem quatuor intra substãtiæ latitudinem, nempe primam substãtiam, eiusq́ue partes, vt hoc animal, cuius partes sunt caput hoc, brachia hæc, atque isti pedes: secundam item substantiam cũ suis partibus, nempe animal caput, brachia, & pedes, & quidem de tribus primis notum esse ait dubium non procedere si quidem in aperto est nec primam substantiã, nec partes eius dici ad aliquid, non enim dicimus quendam hominem alicuius esse, nec caput hoc alicuius, aut hoc caput, sed absolutum esse eiusmodi habent: neq; de secundis substantijs dubitari potest, nam neq; homo dicitur esse alicuius homo, nec bos alicuius bos (nisi fortè possessio significetur, vel dominium, quæ tamen ad rei substantiam non pertinet) relinquitur ergo in solis partibus secundarum substantiarum locum habere propositum dubiũ, nam & caput dicimus alicuius esse caput, & manum alicuius esse manum, & sic de cæteris, quapropter, ad aliquid, esse videbuntur, cum tamen verè nõ sint, quia substantia res est absoluta.

Dub.

Respondet autem Aristoteles iuxta communem definitionem verè esse relatiua, eoq; satis efficaciter conuinci insufficientiã eius, nam licet de qualitatibus, & situ, vel positione partium absurdum sit ad prædicamẽtum ad aliquid pertinere, magis longè absurdum erit de substantia id admittere, quia quendam respectum dependentiæ illa important: & propterea quandam præ se ferunt relatiuorũ effigiem, substantia autem absolutissima est, atq; independens, quapropter haud quaquã relatiua esse poterit, & certè si hoc diceretur, ad aliquid, de cũctis prædicamẽtis admittendum foret, cum minùs sint absoluta, magisq; dependeant ab alio, & hoc non esset aliud, quam prædicamenta confundere, vel certè vniuersa ad prædicamentum, ad aliquid, reuocare: quod quam sit absurdum quis non videat. Respond.

11.

Exactam igitur relatiuorum definitionẽ in extrema parte capitis affert Aristoteles, quæ talis est, ad aliquid ea sunt, quibus hoc ipsum est esse, ad aliquid quodãmodo se habere. Ex qua infertur proprietatem relatiuorum esse, vt simul cognoscantur, simulq; definiantur vsq; adeò, vt qui definitè vnum cognoscit, definitè etiam cognoscat alterum, quam proprietatem non solum ratione, sed exemplis manifestam efficit. Etenim si relatiuorũ natura est, ad aliud se habere, sequitur non esse naturam cuiuslibet relatiui cognoscibilem nisi in ordine ad aliud, atque adeò nisi alio, ad quod refertur, cognito: nam quo pacto ordo ipse ad aliud cognoscetur, eo, ad quod terminatur, ignorato, exempla id etiã ostẽdunt, nam si aliquis cognoscit hoc esse melius altero, necesse est illud, quod deterius

Vera relatiuorum definitio.

Hinc infertur quædã relatiuorũ proprietas.

12.

est agnoscat: nec satis est agnoscere deterius in communi, sed in particulari illud, cuius cōparatione melius dicitur, agnoscamus oportet, nam vniuersali cognitione deterioris habita adhuc dubius quispiam erit de hac re determinata, an sit altera melior. Insuper, vt patrem esse hunc hominem cognoscamus, non satis erit filium in communi cognouisse, nam
113 adhuc eo cognito dubitare licerit, sit ne pater vel secus: necesse est ergo hunc hominem esse eius filiū cognoscere, sicque cognito constabit simultaneam esse vtriusq; relatiui definitā cognitionem, & cum ita se res habeat, vt prima, & secunda substantia, partesque eius agnosci possint definite, absque alterius cognitione, infert Aristoteles sic esse soluendam obiectionem propositam, vt penitus negandum sit substantiam esse, ad aliquid, hāc enim substantiam absque alterius cognitione, ad quod referatur, cognoscimus, absoluto eius esse cognito: substantiam item secundam, ad cognoscendum enim hominem, vel hunc hominem nō indigemus alterius cognitione: caput item, & hoc caput absque alterius notitia, cuius esse dicantur, agnoscere valemus, quapropter nec simul definitione, vel cognitione cum alio erunt: neq; propria earum natura, ad aliquid. His continetur, atq; explicatur mens Aristotelis.

CIRCA EXPLICATVM textum notabilia.

NOTABILE PRIMVM.

MAIORI tamen, atque speciali expositione indigent nonnulla, quæ subiectis notabilibus adnotabimus, vt ad soluenda dubia ex textu iam explicato orta procedamus, ac tandem facilius grauiores controuersias expedire possimus: erit igitur adnotādum primo, accidentia esse duplicia, nam quædam in subiecto inhærent, vel ei conueniunt absque vlla dependentia, vel ordine ad aliud subiectum, simili, vel diuerso accidenti affectum, vt calor igni, superficies corpori, & similia, & vocantur hæc accidentia absoluta. Alia sunt verè quidem subiecto inhærentia, non tamen absque dependentia, vel ordine ad aliud subiectum, in quo simile, vel diuersum accidens inhæret: talia sunt similitudo, æqualitas, paternitas, filiatio: nec enim simile vnum album dicitur nisi ad aliud subiectum comparatum albedine alia affectum, non appellatur æquale vnum corpus nisi ad aliud eiusdem mensuræ ordinatum: nec demum pater homo aliquis nisi in ordine ad alium à se genitum, qui idcirco appellatur filius: tale igitur accidens nō absolutum, sed respectiuum vocatur, & quidem accidentia absoluta iuxta modum diuersum afficiendi substantiā diuersa prædicamenta constituunt absoluta pro eiusmodi autem accidenti speciale modum habenti in subiecto, quod afficit, speciale prædicamentum cōstituit Aristoteles, ab alijs diuersum, cuius sententiā vniuersa schola iam amplectitur.

NOTABILE SECVNDVM.

NON defuerunt, qui existimarent iniquo potius animo, quam rationum pondere permotum fuisse Aristotelem, vt designatam definitionem Platonis carperet, quàm, si vellet, posset ad sensum propriæ facile accommodare cum nullum ferè discrimen in verbis vtriusque cernatur, sed in solo modo ea explicādi, vel intelligendi: à propria enim natura, & modo essendi procedit, vt res qualibet talis dicatur: idem igitur erit ad aliquid rem dici, & aliorum esse relatiua, hoc ipsum quod sunt, cum non denotet modus vtriusq; appellationis aliud, quàm relatiua aliorum esse, hoc est ad alia tanquàm ad terminos ordinari, quapropter non benè intulit Aristoteles Platonicam definitionem res aliorum prædicamētorum verè absolutas, aliquo tamen respectu affectas comprehendere, quas tamē propria definitio excludit: posset quispiā si vellet, sic definitionē Platonis accipere, nec diuersam esse ab Aristotelica defendere, & certè argumento illo haud quaquam conuinceretur. Nota circa definitionē Platone traditam. Vtraq; definitio Arist. & Platon. potest defendi.

Cæterum cū verborum proprietas in definitionibus attendenda sit, ex qua oritur diffe-

8. *scrimen inter vtramque relatiuorum explicationem ab Aristotele insinuatum, cum eo potius, quam cum Platone erit nobis sentiendum, præsertim cum communis iam schola consensus in eodem sensu Platonicam definitionem accipiat, quo ab Aristotele explicatur.*

Relatiua in duplici differentia.

Sunt igitur in duplici differentia relatiua, quædam cuius esse vere est absolutum, aliquem tamen respectum consequenter importans, sine quo nec intelligitur, nec explicatur, huius ordinis sunt potentia, & habitus
9. *atque etiam pleraque alia similis cōditionis: nam id, quod principaliter important, genus est, atque differentia qualitatis, clauditur tamen respectus in vtraque ad obiectum, qui an essentialis sit, vel extra essentiam connotatus, in controuersiis dicetur: propter hunc igitur ordinem ad aliquid quodammodo dicuntur: & modum aliquem, & similitudinē relatiuorum habēt, cum tamen verè sint absoluta, & idcirco communi schola voce appellantur relatiua secundum dici: & merito quidem quia ex modo dicuntur talia, re autem vera non sunt: alia sunt relatiua non solum ex modo se habendi, sed ex proprio esse, quod est ad aliud ordinari: itaque nihil hæc absolutum important: sed pure respectiua sunt, quæ propter appellantur merito relatiua secundum esse, denominatione ex propria essendi conditione desumpta. Ecce quibus ostenditur longe diuersa esse ad aliquid dici, et ad aliquid esse: altero, ex modo, vel similitudine relatiuorum accepto, alio verò ex propria conditione, & natura, quorum discrimē non attendens Plato, vniuersalem definitionem edidit vtrumque relatiuorum genus cōprehendentem, vt verba illius planè indicāt.*

Platonis impropria definitio.

Ad aliquid talia dicuntur, quæcumque hæc ipsa quæ sunt, aliorum esse dicuntur vel quomodolibet aliter ad alterum, *& idcircò impropriam, vt potè plura aliorum generum tanquam verè relatiua explicantem.*
10. *Aristoteles vero rerum potius naturas contemplatus, vt genus relationis ab aliis secernat, propriam definitionem eius inuenit solis relatiuis, secundum esse, accommodatā.* Ad aliquid, *ait,* sunt, quibus hoc ipsū est esse ad aliud quodammodo se habere: *& hoc est discrimē inter vtramq; definitionem ab vniuersis iam acceptum, propter quod definitione Platonis vt nimis impropria expulsa, Aristotelica recipitur. An vero vtrumq; relatiuorum genus in hoc sit prædicamēto collocandum, vel postremum duntaxat speciali controuersia definiendum erit.*

Optima Arist. definitio.

NOTABILE POSTREMVM.

MVlta ex Platonis, aliorumq; philosophorum sententia attulit Aristot. in præsentiarum de his, quæ sunt ad aliquid, ex propria vero pauca quædam, oportebit igitur eis adiungere, quæ 5. lib. Metap. capit. 15. docet, vt sensum illius teneamus in 11
omnibus, ac iuxta eum genera, & species relationum, ex quibus ordinatio prædicamentalis constituenda est, agnoscere, controuersiarumque agitandarum solida fundamenta iacere possimus.

Ea, quæ agit Arist. ex propria mente.

Coniunctis igitur duobus his capitibus ad tria referre placet, quæ Aristoteles ex mente propria constituit. Primum est definitio, secundum fundamenta diuersa, in quibus diuersa relationum genera fundantur, & quorum ratione separantur, & eorum cuilibet propria designantur species. Postremum proprietates relatiuorum, & definitionem quidem iam retulimus: eam cum definitione Platonis conferentes, fundamenta autem (quorum nullam penitus mentionem hic facit) tria sunt cap. illo 15. enumerata.

Primum relatiuorum fundamentum.

Primum est numerus, vel principium eius quod est vnitas, in vtroque enim diuersa relationum genera, & species fundantur, in numero quide indeterminato, vt relatio multiplicis ad vnum, vel simplex, in numero determinato dupli ad simplum, vel dimidium, 12
& sic de cæteris: vnitas vero triplex relationum genus fundat iuxta triplicem modum, quem habet diuersum. Si in substantia fit, relationem vnitatis, si in qualitate similitudinis æqualitatis verò si in quantitate: eiusmodi autem triplicem vnitatis modum hisce verbis explicat Aristoteles cap. illo 15. Eadē enim sunt, quorum substantia est vna: similia,

milia, quorum qualitas est vna, æqualia, quorum quantitas est vna: ipsum vero vnum numeri principium & mensura: vnde hæc omnia, ad aliquid, dicuntur, secũdum numerum quidem non tamen eodem modo. *Et cum oppositorum eadem sit ratio, quemadmodum vnitas his modis accepta diuersarum relationum fundamentũ est, pari ratione diuersitas totidem modis cõsiderata totidem alias relationes fundat: nã in substantia constituit relationem diuersitatis, in qualitate dissimilitudinis, in quantitate inæqualitatis: placet singula exempla singularum relationum subijcere, quibus manifesta hæc fiant: homo, & equus, in quantũ conueniunt sub generica vnitate animalis, dicuntur ad aliquid relatione identitatis, in quantum specie distincta relatione diuersitatis: duo alba propter albedinis vnitatem similia: album, & nigrum ob eiusdem qualitatis diuersitatem dissimilia: inter duo corpora eiusdem mensuræ, vel earundem vnitatum duos numeros æqualitatis relatio intercedit, si vero non sint eiusdem mensuræ continuæ, vel discretæ inæqualia dicuntur.*

II. Fundamentum. 24. *Secundum fundamentum relationis esse ait actiuum, & passiuum, hoc est, quæ habent potentiam agendi, & patiendi, secundum illam dicuntur ad aliquid, vt calefactiuum dicitur ad calefactibile, nec solum nuda potentia hoc genus relationis fundat: sed etiam actus eius, qui triplex esse potest iuxta tempora diuersa, in quibus exercetur, nempè actio præsens, præterita, & futura: præsens quidem ratione cuius agens ad passum, vt calefaciẽs ad calefactum dicitur, futura vt productiuum ad productibile, præterita vt Pater ad filium, genuit namque ille, hic vero genitus est.*

III. Fundamentum. *Tertium fundamentum est mensura, & mensurabile: nam in quantum scientia mẽsurabilis est ab obiecto, & hoc mensura est ipsius scientiæ, ad aliquid dicũtur hoc tertio relationum genere, atque eodem modo sensus, & intellectus se habent ad sensibile, & intelligibile, & vniuersali ratione potentia quælibet ad suum obiectum comparatur, tanquã mensurabilis ad mensuram: in his autem tribus relationũ generibus illud in primis animaduertere oportet, duo esse in eis concretorum genera, vnum, quod relatio denominat à se distinctum, cõprehendens substantiam, qualitatem, vel quantitatem, quæ ab ipsis relationibus denominantur, substantia quidem eadem, vel diuersa, qualitas similis, quantitas æqualis: aliud, cõcretum est, quod relatio ipsa per se constituit, vt idem, diuersum, simile, dissimile, æquale, inæquale: & priora quidem concreta relatiua per accidens appellãtur, non secus, ac per accidens quanta esse diximus capit. præcedenti, ea quæ quantitate afficiuntur, cuius ea est ratio, quia præter relationes res ab eis non solum distinctas, sed alterius prædicamenti important, res vero vnius prædicamẽti, nequit esse intrinseca rei prædicamenti alterius, sed vel disparata cõparatione illius esse debet, cum prædicamenta sint primo diuersa, vel ad summum potest ei accidentaliter conuenire, & ex consequenti vnum accidentale cum ea constituere, posteriora verò ad aliquid per se dicũtur, quia non important rem aliam ab ipsa relatione in concreto significata. Aliud quod in eis considerare oportet, magnum quoddam discrimen est inter primum, & secundum genus ex vna parte, & tertium ex altera: nam in illis vtrumque extremum tale dicitur, quia ad aliud ordinatur vt de simili, & dissimili, patre, & filio, cæterisque notum est, pater namque talis dicitur, quia ad filium ordinatur, & filius, quia ad patrem: in tertio verò genere non sic, sed vnum duntaxat extremum dicitur tale, quia ad aliud refertur reliquum quia aliud refertur ad ipsum, posterioris conditionis mensura est, prioris mensurabile: etenim obiectum, quod est mensura perfectionis, atque extensionis scientiæ, vel potentiæ tale dicitur, non quod ad scientiam, vel potentiam ordinetur, cum absolutum in se sit, sed quia talis est conditionis, vt circa illud versari vtraque possit, scientia autem, & potentia naturaliter habent in obiectum dirigi, à quo speciem sortiuntur, ac propterea intrinseca est eis denominatio mensurabilis, vnde fit, vt relatio ter-*

25. 26. Discrimen inter genera relationum. 27.

tij generis in vno tantum extremo reperiatur formaliter, nempè in mensurabili, in alio per solam denominationem extrinsecã: etenim mensura obiectum denominatur, non formaliter à relatione in se existẽti, sed à relatione mensurabilis existenti in alio extremo.

Quæ proprietates sint assignata ab Arist. Ex quatuor deinum relatiuorum proprietatibus capit. præsenti designatis, duæ tantum postrema ex mente Aristotelis eis attribuuntur, videlicet dici ad conuertentiam, & esse simul natura, quibus si illam aliam, quam Aristoteles ex propria definitione elicuit, adiunxeris, nempè simul esse definitè cognoscibilia, numerabuntur tres, nam contrarium habere, magis, minus vè suscipere, vel non sunt proprietates, cum neque omnibus, neq; solis relatiuis conueniant, vel certè ex mente Aristotelis relatiuis non conueniunt vt inferius dicitur.

21 Cæterum ex his tribus proprietatibus duæ eo conueniũt quarto modo, nempè esse simul natura, ac simul cognitione: nã, & cunctis, & solis, semperq; relatiuis insunt: dici autem ad conuertentiam omnibus veris relatiuis, non tamen solis, sed cæteris, quæ nõ sunt verè relatiua, dicitur autem talia ob quendam modum, & similitudinem, quapropter secundo modo veris est relatiuis attribuenda.

Nota. Vniuersa hæc segregare in hunc locum libuit, vt semel intelligamus, quæ sint ab Aristotele de natura relatiuorum ex propria

20 sententia tradita: in quibus doctrina à nobis in dubijs & quæstionibus, tradenda fundabitur, nam reliqua ex aliorum philosophorũ antiquorum mente recensuit, quæ, aut vera non sunt, aut autoritate eius in eundem finẽ necessaria non fulciuntur.

VNICVM DVBIVM de ordine.

Non dubium ex Arist. & D. Thom. CIrca ordinem prædicamentorum apparet qualitati potius tertium fuisse locum concedendum, quam his, quæ sunt ad aliquid, quia Aristoteles vbi rerum qualitatem, dignitatemquè perpendit statim post quantitatem qualitatem posuit: deinde relationem vt cernimus 5. lib. metaph. c. 14. de qualitate, & decimo quinto de relatione: 30. & merito quidem, cum qualitas longe dignior sit his, quæ sunt ad aliquid.

Notandum pro solutione. Vt commodius dubium propositum soluamus prænotare oportet accidentia hæc duobus modis spectanda esse, vel secundum dignitatem, vel secundum ordinem afficiendi substantiam, & si dignitas spectetur, conuincũt proposita argumenta anteponendam esse qualitatem, quam attendens Arist. 5. lib. Metaph. eam relationi præposuit: posterior vero consideratio priore locum relationi concedit, quia prius relatio inhæret substãtiæ, quã 31. qualitas, prius quidem à toto (vt aiunt) genere: nam & si relationes, quæ in qualitate fundantur, ea sint posteriores, quæ tamen fundant substantia, & quantitas, priores sunt: statim enim ac substantia in suo esse cõstituta est, etiam si cæteris accidentibus careat, eadem, vel diuersa ab alia intelligitur, atq; adeò ad aliud relata: & rursus statim ac extensa est per quantitatem, etiam antequam affecta qualitatibus intelligatur, magna, & parua dicitur: æqualis, vel inæqualis: vnde fit, vt post quantitatem, quam vniuersaliter prius in substantia inhærere, quam cætera accidentia corporea intelligimus, statim relatio ei insit, priorq; sit iuxta inhæsionis ordinem qualitate, cæterisq; accidentibus à toto genere, quem ordinem potius quam priorem dignitatis secutus est in hac parte Aristoteles: quia magis dialecticæ conuenit, à qua considerantur accidentia secundum modum inhærendi, ac prædicandi de substantia, & certè si quantitas prius fuit consideranda, quam cætera accidentia: merito tractatus relationis cæteris prædicamentis antefertur: tum quia prius cæteris relatio conuenit quantitati, cùm propria passio eius sit æqualitas, vel inæqualitas tùm etiam, quia ad plenam eiusdem quantitatis notitiã 32. refert non parum cognitio relationis: vt insinuauit Aristoteles in prædicamento quantitatis, vbi lõgam relationis mentionẽ fecit, ordo igitur doctrinæ naturæ ordini hac in parte græ-

te præfertur, vt bene Porphyrius, Simplicius, Boetius, Doctoresq; Louanienses in commentarijs huius prædicamenti docuerunt nostrū
10. *fundamentum non obscurè insinuantes. Qualitatem verò, actionem, & passionem non est necesse exacte cognoscere, sed confusa quadā ratione sufficit, vt tanquam fundamenta relationis percipiantur.*

QVAESTIO PRIMA.

An, ad aliquid, constituat speciale prædicamentum.

Negatiua sententia proponitur.

I. Sentent. Plerique philosophi Platone, & Aristotele antiquiores Zenonem sequuti, vt Albertus Magnus retulit tractatu de prædi-
1. camento, ad aliquid, capite 1. posuerunt ad aliquid permixtum esse cunctis prædicamentis, & propterea non esse vnum aliquod speciale genus entis, quod hisce argumentis confirmabant.

I. Ratio. Primum: relatio non est aliud, quam duorū extremorum comparatio, hæc autem duo ex necessitate præsupponit, nempe subiecta vicissim comparata, & quidpiam aliud ratione cuius comparantur, quod relationis fundamentum appellari potest, nec enim secundum propriā naturam, vel conditionem comparantur (nam si comparatio consequeretur cunctarum rerū naturam, omnes essent ad aliquid, quod plane absurdum est) ergo censendum est ratione alicuius superadditi accidentis comparationem fieri: itaque, ad aliquid non solum substantiam sed accidentia præsupponit, qua propter non potest esse ex primis generibus accidentis, quę proximè, & ex ęquo afficiunt ens, sed eiusmodi consequetur, eisque permixta erit. Et con-
Confirm. firmatur: quia prima genera accidentium sūt primo diuersa, ita vt quanquam de substantia enuncientur cuncta, neutrum tamen de altero accidentaliter, sed ad aliquid, enunciatur per modum accidentis de quantitate, qualitate, multisque alijs, ergo non constituit speciale prædicamentum: sed ad genera, de quibus enūciatur, referendum est.

II. Ratio. Secundo. Ens diuiditur in decem suprema genera per decem modos per se, quos appellant intrinsecos, ergo quodlibet habet suam propriam, atq; intrinsecam entitatem primo diuersam ab alijs, ad aliquid vero nullam ex se habet, sed quā accipit à fundamentis, vt 2.
æqualitas est à quantitate, similitudo à qualitate, sicque de relationibus cæteris, ergo non est per se primo, vel a se ens, nec primum proinde genus entis esse poterit.

Confirm. Et confirmatur, nam relatio, si entitatem, vel rationem eius formalem spectes, quidam modus aliorum prædicamentorum est, quid enim obsecro aliud sunt æqualitas, & similitudo, quā quantitas, & qualitas taliter se habentes, & modi naturam prædicamentorum consequentes, neque ipse Aristoteles inter prædicamenta eos retulit, sed ab ordine prędicamentali segregās, postprædicamenta voluit appellari, vt de priori simul, oppositione, & similibus notum est talis igitur erit relatio similem habens conditionem.

III. Ratio. Postremo. Forma realis denominans subiectum absoluta est, suum esse reale habens ex determinato modo afficiendi subiectum, vt de frigore, & calore, albedine, & nigredine experientia testatur: sed relatio non habet modum afficiendi subiectum, nisi comparando ad aliud 3.
ergo non est forma, nisi ex comparatione duorum resultans: vnde non videtur realis, sed rationis, quia comparatio opus est intellectus cōferentis vnum alteri, & quicquid consurgit ex operatione intellectus, est ens rationis (vt in controuersijs vniuersalium statutum reliquimus,) vnde elicitur ad aliquid, non esse genus entis realis sed quodā modo ens rationis.

Affirmatiua sententia præfertur.

II. Sent. vera. Magis nihilominus visum est Platoni & Aristoteli cum ratione coniunctū, specialem entitatis modum à cæteris generibus longe diuersum importare relatio-
4. nem, ac propterea speciale prædicamentum constituere, quorum sententię posteriores Philosophi vnanimi consensu subscripsere, vt iam diu in schola tanquam indubitata veritas constituta est.

Fundamentum. Quam efficax ratio confirmat, nam relatio subiectum afficit modo quodam determinato, & à cæteris accidentium generibus diuerso, si quidem cætera naturam substantiæ sequuntur, eamque simpliciter, & vt in se est afficiunt, singula quidem iuxta propriū, ac determinatum modum suæ entitatis, partes eius extendendo, vt quantitas, vel per modum for-

malis determinationis qualificando, vel alijs modis perficiendo, vna est, & sola relatio sic substantiam afficiens, nonnullaque alia accidentia, vt ea ad aliud referat, cum quo habent affinitatem, vel à quo aliquam habent dependentiam, pro ea igitur determinatum genus constituendum est, non secus, ac pro singulis accidentibus.

Occurritur obiectioni. Nec obstare poterit, quod dicitur, non solum substantiam præsupponere, sed nonnulla accidentia tanquam rationes, quibus mediantibus subiecta comparantur inuicem, nam vniuersa
5. in primis accidentia corporea præter substantiam præsupponunt quantitatem, qua media ei inhærent, actio item, & passio naturales potentias à quibus proximè eliciuntur ad categoriam qualitatis expectantes. Esto igitur relatio quasdem rationes accidentales ordine naturæ in subiectis ad aliud ordinatis præsupponat, speciale genus entis valebit constituere, si quidem propria eius ratio primo diuersa ab eis est proximeque ad vniuersalissimam entis comparatur, quæ non descendit alijs medijs ad relationem, sed proxime atq; ex æquo ab ea, cæterisq; diuiditur, qua propter non minus supremum genus, quam reliqua esse potest. Nec refert quidpiam naturalis consecutio relationũ respectu aliorum accidentium, nam propriæ passiones prodeunt naturaliter à substantia, & nihilominus in speciali alio prædicamẽto qualitatis per se collocantur: vnde intelligitur longe minus referre relationem de substantia, accidentibusque quibus conuenit accidentaliter enunciari, nam & cuncta accidẽtia de eadẽ substantia simili modo prædicantur, quo tamẽ non obstante specialia, ac diuersa ab ea prædicamenta constituunt, sola ęenim essentialis, vel quidditatiua prædicatio prædicamentis interdicitur, ob eam quiddem rationem, quia modi sunt entis intrinseci, ac ex propria conditione diuersi: sed nec propterea desinet esse
6 speciale genus entis, quod sit modus quidam se habendi aliorum, nam & accidentia omnia sũt modi quidam se habendi substantiæ, vt esse extensam, vel agere potentem, hos enim modos comparatione alterius rei perfectioris tales esse intelligimus cum tamen in se entitates cõpletæ sint, quare nec proprie censentur modi, sed quadam ratione communi non tollente prædicamentalem.

Varia relationum genera. Neq; demum cunctis rebus aliorum prædicamentorum conuenit relatio, quæ secundum totum suum ambitum in tria membra diuiditur, alia est enim intra naturam cuiuslibet accidentis clausa, quod cum sit aliquid substãtię, intrinsecum ordinem ad illam importat. Itaque hæc ad subiectum ordinat naturam accidentis, alia est minus vniuersalis, pertinens ad essentiam aliquarum rerum absolutarum, per quam ad obiectum ordinantur, vt potentiæ, habitus, & actus, & similia, postrema ad nullius essentiam spectat, sed cunctis, in quibus reperitur, accidit, & rursus non ordinat rem ad subiectum, vel ad obiectum, vel quidpiam aliud speciale, sed ad purum terminum.

Ex his tribus relationum generibus primũ non est speciale genus entis, sed vagatur per omnia nouem prædicamenta, & in eorum essentia imbibitur: vnde quemadmodum communis ratio accidentis transcendens omnia, non refertur ad aliquod speciale prædicamentum, pari ratione communis ordo ad subiectũ qui in ea imbibitur: secundum genus relationis appellatur secundum dici, quod sicut essentiale est eis, in quibus reperitur, sic in eodem prædicamento collocatur, vt ordo scientiæ ad scibile sub genere habitus, & specie scientiæ, 7.
ordo potentiæ ad obiectum sub genere naturalis potentiæ, reductiuè quidem, quia aliquid sunt essentiæ earum: extremum genus relationum triplicem habet conditionem, in primis non conuenit cunctis accidentibus, sed determinatis quibusdam, vt quantitati, qualitati, actioni, & passioni, in quibus fundatur, & his I. Cõditio
quidem non essentialiter, vt duo alia genera: vnde magnum aliud discrimen oritur, nempè vt genus hoc relationum tanquam ab essentijs eorum quibus conuenit diuersum, non sit in prædicamentis ab eis constitutis collocãdum (vt de secundo genere relationum assertum est) nec censendum plura prædicamẽta transcendere, vt de primo: nam transcendentia essẽtialem in pluribus prædicamentis inclusionẽ postulat, accidentalis prædicatio non sufficit. Si quidem accidens quodcunque, & sedem in proprio prædicamento habet, & de substantia accidentaliter enunciatur absque transcendentia, quæ idcirco in relatione non erit, licet de quibusdam alijs enuncietur generibus accidentaliter, & ex consequenti, non sic est cæteris prædicamentis permixta, vt propria eius ratio, cum eis confundatur.

Ex quibus secunda conditio elicitur specialem esse, ac determinatã rationem relationis, & à reliquis accidentibus diuersam. II. Cõditio

Vlti-

III. Conditio. Vltima conditio est esse completam, ac per differentias contrahibilem (vt inferius ostendemus) vnde habet, vt sint generica, & prædicamentalis, huius namque extremæ conditionis defectu prius, posterius, simul, motus, 8. & cæteri prædicamentorum modi ad prædicamenta per se non pertinent, sed ab eis segregantur tanquam rationes incompletæ.

Conclusio. Pro vltimo argumentum. Eiusmodi discursu duo præstantur, & efficaciter conuincitur, ad aliquid, esse speciale genus entis, & argumentis oppositis fit satis, quod enim ens reale sit quæstione sequenti ostendemus, quam excitat vltimum argumentum.

QVAESTIO SECVNDA.

Sitne ad aliquid speciale genus entis realis.

Negatiuæ sententiæ rationes adducuntur.

I. Sententia. Solutio vltimi argumenti superioris controuersiæ quasi suo iure postulabat, vt relationem esse entitatem realem ostenderemus, eam quidem, quæ specialem conceptũ 9. à cunctis alijs absolutis accidentibus diuersum importat: nam de relatione transcendentali, vel secundum dici, quanquam id probetur, nõ conuincitur speciale prædicamentum constituere, cum illa non sit prædicamentalis, hæc verò vtpote ad essentiam rerum absolutarum spectans, ad earum prædicamenta reducatur. Res quidem difficilis est, & quæ peculiari controuersia indiget, & propterea in hunc locum discutiendã seorsum distulimus, extant enim penè innumera argumenta, quibus videtur conuinci, ad aliquid, non esse ens reale, sed rationis, aut extrinsecam solum denominationem, & ex consequenti nõ esse pro eo constituendum reale prædicamentum à cæteris distinctum, placet verò ad tria, quæ sequuntur, vniuersa referre.

I. Argum. Primum, ens reale secundùm totum suum ambitum adęquata diuisione diuiditur in substantiam, & accidens, sed relatio non est substantia, neque accidens, ergo non est ens reale: euidens est argumentum à membris diuidentibus sufficienter enumeratis ad diuisum, cuius minorem sic probo, relatio non est substantia, quæ ad se, & in se est, relatio verò ad aliud rem ordinat, sed nec accidens esse potest, cuius esse est subiecto inhærere, at relatio non respicit subiectum, sed terminum, vt paternitas non hominem, cui attribuitur, sed filium in quem eum ordinat, ergo neq; erit substantia, neque accidens, neque realis entitas.

II. Argum. Secundò, relatio quælibet non est aliud, quã duorum extremorum comparatio, sed extrema ex se non comparantur, nisi operatione intellectus interueniente, ergo relatio ex com- 10. paratione intellectus resultat, atque adeò erit ens rationis, quia operatio intellectus nihil reale in rebus comparatis, vel intellectis ponere potest.

Confirm. Et confirmatur, relatio sub proprio conceptu relatiouis non est ad subiectum, sed ad terminum, ergo nihil ponit in relatiuo, ac subiecto, ac propterea non est aliquid reale, quia quodcunq; reale accidens, aliquid reale in subiecto ponit per realem inhærentiam.

III. Arg. Postremum ad singula relationum genera descendens, ostendit nullam esse realem, nam quæ primi generis sunt fundantur, in vnitate specifica substantiæ, quantitatis, vel qualitatis, vnitas autem specifica non est realis, neq; extat ante operationem intellectus, sed per illam abstrahentem specificam ipsam naturam à conditionum singularitate fit, ergo nec reales erunt relationes huius generis in ea fundatæ.

Confirm. Et confirmatur, quia ex eo solùm, quòd duo homines participant eandem humanitatem, dicuntur idem in substantia, vel specie humana similes ex sola participatione albedinis, æquales ex participatione quantitatis eiusdem mensuræ absq; aliquo alio superaddito, cuius illud erit euidenti argumento, quod etiam si quodcumque aliud auferatur extremis sic permanentibus, habebunt similes denominationes. Abstrahe quamlibet aliam entitatem vel rationem formalem à duobus albis eiusdem intensionis, & velis nolis, dicentur similes, nõ igitur ab aliqua relatione, sed ab ipsa albedine, nempè quia quodlibet est album sicut aliud, ergo absq; dubio relationes istæ non sunt reales, præsertim cum absque aliqua mutatione subiecti produci soleant, vt docet Aristoteles 5. libro physicorũ text. 10. & experientia ipsa: ego enim prorsus immutatus similis esse inci- Nota. pio homini albo Romæ nunc genito per participationem eiusdem albedinis, vnde intulit Aristoteles relationem non terminare per se muta-

mutationem, vel motum: quæ tamen vera esse nequaquam possent, si relatio esset entitas realis, pugnaret enim cum ratione illud non mutari, quod aliquam entitatem realem nouam recipit, ergo ad summũ erunt relationes rationis. De rationib⁹ secundi generis in actione, & passione fundatis non minus efficaciter probatur, nam si relatio non est per se producibilis, neque terminus actionis, ergo non habebit causam realem producentem, si quidem effectus realis non nisi per realem producitur actionem: & rursus actio præsertim transiens nõ permanet in agente, sed ad passum transit, ergo nihil est in homine generante, in quo fundari possit relatio paternitatis, quapropter non erit realis: & si pater non dicitur talis per realem relationem, nec genitus homo dicitur filius, sed vterque per comparationem intellectus, vel certè per absolutam denominationem actionis, & passionis, ille quidem quia genuit, iste vero quia genitus est, vt docuit Aristoteles 5. metaphysicæ cap. 15 idemque de relatione dominij, & seruitutis, quæ non fundantur in aliqua actione reali sed morali emptionis, & venditionis, vel certè qua aliquis in bello iusto capitur, iure gentium dominium, & seruitutem præscribente, constat autem moralia esse, quæ legibus ex hominum beneplacito prodeuntibus innituntur, ex actione autem morali nõ resultat effectus aliquis realis, sed moralis, vel rationis, cum moralis sit actio ex eo solum, quod à ratione libera elicitur, vnde erunt dominiũ, & seruitus relationes rationis. De relationibus postremi generis nempè mensuræ, & mẽsurabilis suadetur, quia nihil potest realem habere dependentiam à re non existente, dependentia si quidem si realis est, ab aliquo ente reali trahitur, sed scientia esse potest obiecto in rerũ natura non existente, vt dum hyemali tempore de rosa habetur, ergo nõ habebit dependentiam realem ab eo, & cũ relatio realis sit realis dependentia vnius extremi ab alio, fit non esse realem relationem mensurabilis ad mensuram, & longè minus mensuræ ad mensurabile, quia relatio realis ordine naturæ præsupponit existentiam subiecti, quod ad aliud refert, idemque in dialectica facilè constare poterit, si eius obiectum sit ens rationis, à quo non dependebit scientia realiter, nec dicetur proinde mensurabilis ab eo relatione reali sed rationis. Propter hæc argumenta tenuerunt quidam ex antiquioribus philosophis quos refert commenta. 12. meth. com. 19. nullã esse relationem realem ponendam, neq; ad aliquid esse genus entis realis, sed quidquid ad aliud dicitur, sola relatione rationis ordinari. Quibus subscripsere ex Theologis Ocham in 1. distinct. 3 q. 1. Henric Gandensis quodlibeto 9 q 3 Aureol. apud Capreolum in 1. distinct. 30. quæst. 1. in argumentis aduersus primã conclusionem: quam sententiam de relationibus creaturarũ intelligunt, nam in diuinis personis absq; erroris nota negari nõ potest esse relationes reales, cum Pater, & Filius, & Spiritus sanctus realiter tales dicãtur, & sint, atque adeò per veras relationes reales paternitatis filiationis, & spirationis. Durandus vero in 1. distinct. 3. q. 2. & 3 ex relationibus saltem primi generis identitatis, similitudinis, & æqualitatis tenet nullam esse realem, & horũ autorum sententiam amplectuntur hac nostra tempestate moderni quidam, hoc præsertim argumento ducti, quod nulla ratio conuincens afferri potest ad ponendas reales relationes, & secundũ eas speciale prædicamentum, & hoc satis esse, vt negari debeant, cum nõ sint multiplicandæ res sine necessitate.

De relationibus fundatis in actione, & passione probatur.

De relationib⁹ postremi generis idem probatur.

Patroni.

Opposita, & vera sententia probatur.

Pro opposita sententia relationes reales ponente, ad aliquidque vnum esse ex prędicamentis realibus non oportet autores sigillatim recensere, cum præter Platonem, & Aristotelem posteriores vniuersi tam philosophi, quam Theologi (paucis priorem sententiam tenentibus exceptis) eam tanquam indubitatam veritatem receperint: sed nec corroboranda est, ex his quæ docet Aristoteles, & autoritati eius innituntur, nam facilè hæc ab aduersarijs reijcientur.

Sententia affirmatiua vera.

Ergo alijs rationibus nobis agendum est: & sit prima ex ipsa rei natura: magis conuenit vnus homo cum alio, quam cum equo, vel animali altero, habet enim animam rationalem eiusdem speciei vterque, ratione cuius nõ differre dicimus in essentia ante operationẽ intellectus, vtrumq; hominem appellantes, magis item conuenit ratione albedinis, vnũ corpus album cum altero, quam cum nigro, vel alio colore affecto: ratione cuius conuenientię simile dicitur albo, dissimile nigro, sed idem in essentia, & simile in albedine naturalem importat respectum ad alterum, ergo realem, & non rationis: homo quidem appellatur Petrus non respectu alterius: sed quia talem in se habet es-

I. Ratio.

be: essentiam, idē vero, vel diuersam in essentia nullo modo, nisi alterius respectu, albū item dicitur corpus ad se, quia forma albedinis afficitur, simile verò non nisi in ordine ad alterum, & cum idē appellentur, & similia ex ipsa rei natura, quia talem formam, vel essentiam eiusdem naturæ cū essentia, vel forma alterius habent: sequitur planè reales esse relationes his nominibus importatas: friuolū est enim,

Occurritur solutioni Durandi. quod Durandus de his relationibus affirmat, nempè hoc album simile esse alteri, non relatione, sed albedine, quam habet sicut illud, nā album de formali solam albedinem designat,

16. & non similitudinem, simile vero non albedinem, sed solam similitudinem, etenim album dicitur corpus nullo adhuc existente albo, simile verò nisi aliud sit eadem forma affectum nullo modo, vnde simile vnum importat, in quantū alteri cognatū est, vel affine in eadem forma reali, vel natura, atq; ex consequenti intrinsecam, & realem respectū ad illud, vnde fit vt ratione albedinis, quasi fundamentaliter simile dicatur, formaliter vero non nisi ratione relationis, quam formaliter nomen ipsum significat, & vt ratio hæc vniuersa comprehendat, hunc in modum procedere potest, multæ sunt res ex propria natura, & citra operationē intellectus ordinatæ ad alias, & quæ proprijs nominibus, vt tales significantur, vt similia, æquale, causa, effectus, pater, & filius, ergo nec per relationem rationis ordinantur, nec per solam denominationem extrinsecam dicuntur talia: primum patet, quia nec relatio rationis conuenit rebus ex propria natura, nec citra opus intellectus consistit, secundum verò quia per extrinsecam denominationem nō ordinatur vnū ad alterum, necesse est ergo talem ordinationem vnius ad alterum relationem realem ponere, quæ cum specialis sit entitas realis à cæteris prædicamentis distincta, speciale quoque prædicamentum constituit.

II. Ratio. Secunda ratio in supernaturalibus fundatur. Certum est enim in fide catholica hominem appellari iustum, ac Dei amicū ab aliquo

17. reali in anima existenti, quod gratiam, charitatem, iustitiam appellamus, sic est in Conc.

Conc. Trident. sess. 6. can. 11. Tridentino statutū sess. 6 canone 11. sub his verbis: *Si quis dixerit hominem iustificari, vel sola imputatione gratiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia, & charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritum sanctum diffundatur, atque illis inhæreat, anathema sit.* Itaque certum est Dei amicitiam reale aliquid esse in homine iusto. Sed amicitia importat relationem cum non dicatur amicus nisi in ordine ad alterum, ergo realis amicitia, qualis est supernaturalis, realis item relatio erit ex parte naturæ in participatione charitatis, & gratiæ fundata.

Vnde egregiè D. Gregorius de hac reali amicitia, ac charitate homilia 16 in Euangelia, hęc verba scribit. *Nemo enim propriè ad semetipsum habere charitatem dicitur, sed dilectio in alterum tendit, vt esse charitas possit.*

Postrema etiam ratio supernaturalis est, docet enim nos catholica fides inter diuinas personas relationem realem intercedere, nempè Vltima ratio.

paternitatem, filiationem, & processionem siue passiuam spirationem, ita vt prima persona 18. Trinitatis pater sit, & appelletur reali appellatione, secunda Filius, tertia Spiritus vtriusque, non quidem absoluta appellatione, quia his nominibus non significatur diuina essentia, vel attributa, in quibus conueniunt, sed relationes, quibus realiter distinguuntur, at relationes istæ reales diuinis personis conueniunt ea solum ratione, quia vna procedit ab alia, vel ab alijs, vt Filius à Patre, & Spiritus sanctus ab vtroque, ergo realis processio in diuinis sufficiens fundamentū, & causa est (vt modo nostro loquamur) realis relationis, sed in creaturis datur realis processio vnius creaturæ ab alia, ergo ratione illius realis intercedit relatio inter personam procedentem, & eius à qua procedit, etenim si Pater æternus, quia genuit Filium, relatione reali ad illum refertur, Pater in creaturis verè, & realiter generans Filium per realem relationem ad eum ordinabitur ratione processionis cum reali dependentia. Hoc solum potest esse discrimen, Discrimen.

quòd diuinæ processiones, cum non sint actiones, vel operationes accidentales personarum, sed substantiales, non inducunt reales 19. relationes accidentales, vel inhærentes, sed subsistentes, & constituentes easdem diuinas personas, processio vero vnius creaturæ ab alia, operatio est verè accidentalis, ideoque relationem infert verè accidentalem.

Et corroboratur idem argumentum, nam Confirm. anima rationalis, dum à Deo creatur, realiter ab ipso procedit per simplicem quādam emanationem (sive creationem vocatam) & eiusmodi realis processio realem inducit denominationem creaturæ, sed creatura (vt hoc nomine significatur) non dicitur ad se, sed aliud, nempe ad creatorem, à quo procedit, ergo relatiua denominatio est ante operationem

tionem intellectus ei conueniens ex participatione propriæ naturæ, quapropter realis relatio negari non potest in creatura ad Deum comparata: merito ergo Aristoteles pro relatione reali speciale constituit prædicamentum.

Nota. Quod igitur moderni aiunt nullam rationem conuincentem afferri posse ad stuendas relationes reales, speciale prædicamentũ constituentes, parum habet momẽti, cum satis sit valde probabiles afferri, quibus si autoritatem Aristotelis, ac D. Thom. totiusque scholæ adiunxeris, inuenies profectò nõ solùm firmam sententiam efficere, sed tanti ponderis futurã apud viros prudentes, & doctos, vt ab ea recedere non liceat sine aliqua singularitatis, ac leuitatis nota, præsertim cum nulla possit conuincens ratio aduersus relationes reales afferri.

Primo argumento oppositæ sententiæ satisfit.

Ad primũ argum. PRrimum argumentum difficile est in hac materia propter peculiarem modum relationis realis à cæteris accidentium generibus valdè diuersum, cuius explicationem

20. petit. Est igitur obseruandum pro eius solutione id quod egregiè D. Thomas docet pluribus suæ doctrinæ locis præsertim 1. p. q. 28 art. 1. in corpore, duplicem conceptum importare quodlibet prædicamentum accidentis, vnum in quo cum cæteris communicat, alium quo ab eis separatur, communis est, inesse subiecto secundum aptitudinem, peculiaris est, talis modus afficiendi illud, vt in quantitate extensiuũ esse substantiæ, in qualitate esse dispositionem eius: & quidẽ conceptus prior transcendens est, & in cunctis clauditur, in quo cũ accidentibus absolutis communicat relatio, vnde habet vt sit accidens reale, sed in peculiari conceptu valdè diuersa est: nam cõceptus particularis aliorũ etiam ex comparatione ad subiectum accipitur, vt exempla quantitatis, & qualitatis designata testantur, & idcircò diuersa sunt ex modo particulari cuique proprio afficiendi subiectum, quantitas namque diuersa est à qualitate, quia hæc substantiæ inhæret per modum dispositionis, illa per modum extensionis partium, & sic de cæteris: quæ ideò vocantur absoluta, quia subiectum, vt in se est, afficiunt, hoc est, nõ ordinando illud ad aliud, at vero proprius conceptus relationis non accipitur ex comparatione ad subiectum, sed ad aliud, ad quod illud ordinat, quod vocatur terminus, vnde cum reliqua prædicamenta his duobus conceptibus perficiantur, inhærendi in subiecto, & tali modo afficiendi illud, relatio perficitur conceptu communi inhærendi, quem appellare solent esse, in, & conceptu ordinandi subiectum ad aliud quem appellant esse, ad.

(Nota ex D. Thom. pro illius solutione.)

Ex quibus patet solutio argumenti, nam ad formam eius negandum est relationem non esse accidens, cum re ipsa subiecto inhæreat non minus, quam cætera accidentia, quanquam propria eius ratio non inhæsionis vti cæterorum, sed ordinationis ad aliud sit. Ex hac tamen solutione dicet aliquis inferri relationem vt ab alijs prædicamentis distinctam, non esse accidens, nam ad rationem intrinsecam accidentis pertinet inhærentia in subiecto, sed relatio vt importat, ad, non inhæret subiecto, sed illud ordinat ad terminum, ergo sub præciso, atq; vltimo conceptu relationis, non erit accidens, & cum non sit substantia, non erit ens reale, quia ens reale adæquate diuiditur in substãtiam, & accidens, ac propterea vera erit sentẽtia prior negans relationem vllam creatam esse realem sub conceptu, & ratione propria relationis. Illis satisfit, 21.

Argumentum hoc non facile soluitur propter nimiam præcisionem relationis requisitam, quam non omnes percipiunt: est tamen adnotandum, vt à cunctis percipiatur, verbum illud (vt tale) vel (in quantũ tale) duobus modis accipi posse, specificatiuè vt aiunt, vel reduplicatiue, modo priori acceptum integram essentiam denotat eius rei supra quam cadit, nempè communem conceptum, & particularem, & quia vtroque constat species, vel res quælibet, & vtroque ad modum speciei perficitur, specificatiuus modus concipiendi eam vocatur, si vero reduplicatiue accipiatur, non integram rei essentiam, sed vltimum dumtaxat conceptum, & rationem sibi propriam, & per quam ab alijs separatur importat: cuius ea est ratio (nisi ego fallor) quia dum rem consideramus, vt talem, propriam eius essentiam concipimus, si specificatiue verbum accipiamus, at reduplicatiuè quasi duplicamus rationem propriam, cum sit sumpta modo specificatiuo, duplicata autem proprietas id solum denotat quod proprijssimum est, hoc est, in quo adhuc cum cęteris sui ordinis non communicat, sed ab eis segregatur. Nota ad illius solutionem. 22.

His

His igitur modis loquendi expositis non est difficile intelligere quid relatio specificatiue importet, quid item reduplicatiue, nam priori modo vtrumque importat conceptum, in, &, ad, ex quibus integra ratio eius consurgit, posteriori vero vltimum dumtaxat, qui sibi proprijssimus est, & quo à cęteris prædicamentis separatur, cum quibus inesse, in, communicat, & quidem ex primo conceptu est accidens reale, & ex vtroq; realis eius ratio perficitur. Sed vrget adhuc difficultas, quia cōceptus accidentis realis, qui appellatur, in, communis est cunctis prædicamentis, atq; adeò transcendentalis, sed conceptus transcendentalis clauditur & in vltimis differentijs specificis, & in cunctis modis intrinsecis prædicamentorum, vt de conceptu entis patet, qui in rationalitate, in modo intrinseco quantitatis, qualitatis, & cæterorum clauditur: nisi velis eo ipso differentias, & modos intrinsecos nihil esse, clauderur ergo in vltimo conceptu relationis, si realis est, quapropter in his conceptibus transcendentalibus non habebit locum distinctio specificatiui, & reduplicatiui sensus, sed quantumlibet res inferior præcisè accipiatur, communem & particularem conceptum importabit, nec erit discrimen inter modū accipiendi relationem specificatiuè, vel reduplicatiuè.

Respond. Respondetur, *esse*, ad, re ipsa claudere, *in*, quia re ipsa est in subiecto, cæterum secundum formalem reduplicationem in quantum vltimus cōceptus condistinctus ratione à primo, eum non claudit, sed præsupponit, & quia for-

24. maliter accipitur in sensu reduplicationis, merito dicimus relationē vt talem acceptam reduplicatiuè, esse, ad, dumtaxat importare, non esse, in, ac propterea esse, ad, in sensu reduplicatiuo non est accidens formaliter, quia verè non est communis conceptus accidentis, sed peculiaris relationis, quo à cæteris separatur, nec tamen inferre licet esse proinde nihil, nā inter ens, & nihil, mediū est esse modū ipsius entis intrinsecum, qui & si non separetur secundum rem à communi ratione entis, vel accidentis, ratione tamen formali condistinguitur, & separatur.

Hæc quondam meditatus satisfecisse me putabam argumento, & ita fortassis pluribus videtur, re tamen altius considerata non videntur vsquequaque vera, nec argumento satisfacere, nam relatio etiam secundum esse, ad, est ratio referendi vnum ad aliud, ergo vt talis est in illo, vel certè vt talis non habebit esse fixum, sed affixum, quod in relatione speciali clarius cernimus, nam paternitas vt paternitas reduplicatiue accepta denominat patrem tanquam forma, ergo est in patre, claudit igitur *esse in*. Demum relatio vt dicit, *esse ad* est ens reale, non substantia, ergo reale accidens, ergo dicit *esse in*: non enim fit satis argumento, dum dicitur esse modum intrinsecum entis realis medium inter ens est nihil, nam cōceptus entis vniuersalissimus ratione transcendentiæ non potest excludi à modis intrinsecis, nec modi possunt sine inclusione eius intelligi, clauditur ergo absq; dubio in eis quantumlibet præcisis, vnde negari non potest *esse ad*, reale etiam sub reduplicatione esse, atque adeò esse accidens, quia eandē habet transcendentiæ rationē accidens respectu nouem prædicamentorum, ac ens respectu decem, & idcirco non potest prescindi esse ad, abesse in, quantumlibet reduplicatiue accipiatur.

Propterea sic de hac re statuendam arbitror, vltimum conceptum relationis, quem appellamus *ad*, geminam considerationem habere, vniuersalissimam, vt abstrahit à reali, & rationis, & hoc modo nec dicit, esse in, nec aliquid ponit in subiecto, vel relatiuo, quam considerationem solū in relatione attendens Gilbertus Porretanus, vt retulit D. Thom. vbi supra, posuit nō esse fixam in relatiuo, sed ei affixam, hoc est non esse inhærentem, sed quasi extrinsecus adiacentem, alia est cōsideratio eius particularis, in quantum est ad reale, & prædicamentale, speciale constituens prædicamentū à cæteris distinctum, & hoc modo claudit quidem, in, propter eius transcendentiam, sed illud nō exprimit, quemadmodum vltimæ differentiæ rerum claudunt intrinsece cōceptum entis, illud tamen non exprimunt, dum reduplicatiue accipiuntur, itaque relatio realis simpliciter accepta includit, dicit, ac exprimit rationem accidentis, non secus ac cætera accidentium genera, cum ex propria conditione sit forma accidentalis relatiua, at vero sub vltimo conceptu *ad* solum dicit, vel explicat ordinem ad terminū realem, eius tamen rei, quam refert, & ideò claudit intrinsece, & quasi implicite, *esse in*, quia forma illius est, expresse tamen illud, ac distinctè non significat, sed conceptum duntaxat referendi ad aliud, expresse autem non significare dicimus, quia audita voce *ad*, conceptus dumtaxat referendi ab intellectu formatur, qui cum realis sit, & accidentalis propter transcendentiam includit esse, in.

Vera doctrina, & quid dicendum sit ad obiectiones.

25

se, in, quod vox ipsa expresse non significat: ex qua distinctione duo intelligimus, primum diuersam rationem huiusmodi intrinseci, ad, respectu cæterorum modorum prædicamentalium, cùm eis namque communicans in transcendentali inclusione entis, & accidentis, separatur in eo quod illi quantumlibet formaliter, & reduplicatiue accepti non solum implicite claudant eosdem conceptus vniuersalissimos, sed dicunt & exprimunt, etenim mensuratiuum, & dispositiuum, qui sunt modi intrinseci quantitatis, & qualitatis exprimunt specialem modum inhæsionis, modus vero relationis, qui est esse ad non exprimit esse, in, vel communem rationem accidentis, sed solum ordinationem ad terminum, eam tamen quasi implicite claudens, vt de vltimis differentijs dicebam, & ratio huius discriminis est, quam attigit D. Thom. quia aliorum accidentium non solum communis conceptus accipitur per comparationem ad subiectum, sed etiam proprius, cum tamen communis dumtaxat relationis per comparationem ad subiectum accipiatur, proprius verò non nisi per comparationem ad terminum: ex hoc namq; prouenit quod ordinem ad subiectum non exprimat, quanquam illud implicite propter transcendentiam claudat. Secundo intelligimus adhuc locum habere reduplicationem in vltimo conceptu relationis suo modo, non minus quam in cæteris rebus particularibus, suo modo dicimus, quia nō habet locū in transcendentali inclusione, sed in modo exprimendi communem cōceptum transcendentalem: quod sic explico, relatio realis specificatiue sumpta, hoc est secundū completam eius rationem, cum sit forma relatiua, nō solum claudit, sed dicit, & exprimit communem rationē accidentis, vti alia genera, si vero reduplicatiue accipiatur pro esse, ad, nō dicit, non exprimit, quanquam transcendentaliter quasi confusè, & implicite claudat, specificatiue igitur sumpta, claudit, & exprimit: reduplicatiue vero nō exprimit tametsi verè claudat, ergo in modo includendi, cū expressione, aut sine illa adhuc habet locum reduplicatio.

Reliqua argumenta soluuntur.

Secundum argum. AD secundum argumentum respondetur, comparationem in primis non esse relationem, sed quasi proximū fundamentū ex quo relatio consurgit, potest autem duobus modis intelligi, vel secundū aptitudinem, vel secundum actum, aptitudinalis comparatio extremorū (vt sic loquamur) non est aliud, quam affinitas, vel cognatio in eo, quod est ratio fundandi relationem, vel certè mutua dependētia in eadem, ex quo apta sunt extrema, vt ab intellectu vicissim comparentur, & comparatio in prima acceptione relationem realem fundat cū sit naturalis, ac realis duorum extremorum commensuratio, ex qua habent, quod ab intellectu comparabilia sint, actualis verò comparatio eiusdem intellectus, per quam inter se se conferuntur, nihil reale in eis ponit, quare neque fundamentum esse potest, relationis realis, in hoc igitur videntur decepti oppositæ sententiæ patroni, quod inter vtrunque comparationis modum nescierunt distinguere.

Ad confirmationem respondetur, relationem duobus modis esse considerabilem in ratione relationis communissima abstrahente à reali, & rationis, sub qua nihil in relatiuo ponit, & rursus sub determinato conceptu relationis realis prædicamentalis, sub quo realem habet inhærentiam in subiecto, quod ad aliud ordinat, itaque conceptus proprius relationis realis est, subiectum cui inhęret ad aliud referre, negandum igitur est nihil in relatiuo ponere secundo modo consideratam, quamuis nihil ponat sub prima consideratione. Ad confirmationem.

Ad vltimum argumentum in quantum primū genus relationis impugnat, dicimus specificam vnitatem substantiæ, quantitatis, & qualitatis formaliter, aut virtualiter considerari, & quidem formaliter, non est realis, sed opere intellectus fit, quo pacto non est ratio fundandi relationē realem, virtualiter vero à parte rei datur non quod aliquid vnum multis commune positiuum in reb⁹ detur ante operationem intellectus, nec etiā negatiuum, sed quia duæ substantię licet numero distinctæ secundū omnia prædicata positiua, & negatiua non habent talem distinctionē ex ratione formali substantiæ, sed ex numerica talis substantiæ ex quo habent, vt ab eis sit abstrahibile vnū aliquid formale per intellectum, quod abstrahi non potest ab indiuiduis diuersæ speciei, & hæc est vnitas virtualis realis sufficiens fundamentum relationum huius generis. Ad 3. argū. 2ū.

Ad confirmationem dicimus ex sola communi participatione eiusdem quantitatis, vel qualitatis, æqualia, vel similia appellari extrema, in hoc sensu, quod illa est sufficiens fundamentum, quo posito relatio similitudinis, Ad confir.

vel

vel æqualitatis consurgit, & cum dicitur abstracta quacunq; alia realitate, vel ratione formali à duobus albis, similia nihilominus appellari, respondemus non esse quamlibet rationē formalem ab eis abstrahibilem, quia implicat contradictionē esse eodē gradu alba, & nō similia, sed adhuc si intelligantur abstracta, vel non intellecta similitudine, non intelligentur formaliter similia, sed fundamentaliter: veritas igitur est ratione alterius ab albedine vtriusque extremi esse similia, & eiusmodi formalitas est relatio ipsa formalis, quam inter extrema ponimus.

Ad vnam partem se eodem arg. Vltimum autem, quod in hac parte argumenti dicitur, nempè relationē fieri aliquando sine mutatione subiecti, non tollit eam esse realem, id enim solum potest contingere ex parte vnius extremi, in quo fundamentum relationis præexistit, nam aliud certum est per nouam acquisitionem albedinis mutari: sed adhuc de illo extremo verum est non mutari per se, & ab intrinseco, quia nihil de nouo recipit ratione sui, sed alterius, quod mutatur per se, quod satis est, vt ad relationem non terminari per se motum, vel mutationem intelligamus, vt docet Arist. sed quod per accidens, & ab extrinseco, realiter, aut formaliter non mutetur, negandum est, cum aliquid reale formaliter saltem distinctum ab his, quę habebat, recipiat, ratione cuius aliter se habet nunc, ac prius, in quo consistit ratio mutationis. Dum ergo dicitur hominem prorsus immutatū incipere esse similem, distinguendū est, nam ab intrinseco, & per se verum est, non mutari, falsum tamen, si quamlibet mutationem etiam ab extrinseco, & per accidens contingentem excludat: cæterum, quia mutatio physica, vel motus à principio intrinseco rei procedit, non dicitur ad relationem per se terminari.

Ad aliam partem. Ad aliam partem eiusdem argumenti relationes secundi generis attingentem dicendū est, relationem non fieri per se, sed consequi ad alterius productionem, substantiæ inquam, vel accidentis, & ideo non habere causam per se proximam, sed per accidens: nam dum homo hominem generat, terminus per se generationis est homo productus, cuius productionem consequitur relatio filiationis in ipso, & paternitatis in generante, sufficit autem causam habeat per accidens relatio vt realis censeatur, nam multa sunt in rerū natura effecta, quorum non datur causa per se proxima, sed per accidens (vt in physicis notum erit) ex his tamen planè elicitur intra latitudinem entis realis, minoris esse entitatis prædicamentum ad aliquid, quam absoluta. Neque refert transeuntem actionem in generante non permanere, sed ad passum transire, nam actio non est harum relationum fundamentum, sed potentia reducta ad actum media actione tanquam ratione fundandi: permanere igitur fundamentum relationis satis est, vt relatio realis in eodem agente relinquatur, cæterum de his copiosior redibit sermo, dum de hoc genere relationum, eiusq; fundamento ex professo disseramus.

Ad illud de relatione Dominij, & seruitutis. De relatione dominij & seruitutis distinguendum est, cum sit triplex, vnum, quod versatur inter creaturas rationales, quarum aliæ aliis subduntur, quia ab eis capiuntur in bello iusto, aut titulo emptionis & venditionis, & eiusmodi nō est relatio realis, quia fundamentum eius non est naturale, sed morale, moralia autem, cum potius ex libera hominū voluntate pendeant, quam ex propria rerū conditione, non ponunt in eisdem rebus, quidpiam naturale, ac propterea non faciunt eas inter se se naturaliter dependētes, vel ordinatas, sed quadam extrinseca denominatione affectas, vnde nō possunt fundare relationem realem, sic loquuntur de dominio, & seruitute Soncinas 5. Metaphysic. quæst. 25. ad 4. Doctor Fonseca 5. metaphysic. cap. 5. quæst. 1. sect. 8 aliud est dominiū, & seruitus in creaturis in titulo naturali fundata, nempè in potentia reali ad coercendum subditos, & eiusmodi relationes sunt absque dubio ex parte vtriusque extremi reales, tale est dominium hominis super cæteras creaturas inferiores sibi ab ipsa naturali conditione subditas. Medium inter hæc extrema tenet dominium, & seruitus, quę inter Deum versatur, & creaturas, nam ex parte creaturæ realis est, ex parte Dei solum extrinseca denominatio realis. Realem autem esse relationem ex parte creaturæ docet nobilissimus, realis, & naturalis titulus participationis totius esse, quod à Deo libere eam condente accipit, talis enim acceptio eam fecit naturaliter subditam: ex parte autem Dei non desinit esse realis defectu potentiæ ad coercendum subditos, sed propter infinitam eius perfectionem: nam cum alterius sit ordinis, nō habet dependētiam à creatura, nec ad eā proinde potest naturaliter, vel realiter ordinari, sed ex tempore dominus appellatur Deus, quia relationem seruitutis terminat, per quam ad ipsum ordinatur

natur creatura: & hinc occasionem accipit intellectus ordinandi eum ad creaturam, ac dominum appellandi relatiua appellatione rationis.

Ad vltimam partem argumenti. Extrema pars argumenti extremum item genus relationis impugnat, nempè mensuræ, & mensurabilis, de qua in expositione textus mentem Aristotelis explicantes, docuimus nõ esse realem nisi ex parte vnius extremi, videlicet scientiæ, aut potentiæ ab obiecto mensurabil s: nam obiectum ipsum, cui mensuræ
32. dignitas attribuitur, non sumpsit talem denominationem, quia à scientia dependeat, vel ad eam ordinetur, sed quia circa ipsum scientia versatur, & quidem ratione essentialium prædicatorum, & passionum de essentia demonstrabilium: vnde fit rationem obiectiuam ab actuali existentia abstrahere, satis est enim obiectũ esse in suis causis possibile, vt circa illud scientia versetur, atq; adeò tanquam ad mensuram propriam relatione reali mensurabilis ordinetur, nam cum dependentia ab obiecto, & commensurabilitas cum illo naturalis sit scientiæ, realem relationem inducere necesse est: de dialectica vero, aut quauis alia ad ens rationis ordinata inferius definietur, an talis ordinatio sit relatio realis dum eam discutiemus controuersiam: an entis ad non ens sit relatio realis, vel rationis?

QVAESTIO TERTIA.

Quodnam sit supremum genus prædicamenti ad aliquid.

Rationes dubitandi proponuntur.

Nota. EX definitis in duabus controuersijs constat, ad aliquid, esse speciale genus entis realis, ac propterea speciale prædicamentum à cæteris absolutorũ accidentium distin-
33. ctum pro eo esse ponendum: & cum certum sit coordinationem prædicamentalem ex quodam supremo genere tanquam capite, ex alijs vero intermedijs, atque atomis speciebus tanquam diuersis membris constitui: his duobus præsuppositis sciscitatur titulus quæstionis, quodnam sit supremum genus prædicamenti ad aliquid: propria enim relatiuorum conditio rem fecit nimis difficilem, vt tria hæc argumenta testantur.

Primum. Quia supremum genus relationis simplex prædicatum esse debet, cum prædicamentalis ordinatio simplicibus prædicatis constet, at relatio minus quã inter duo extrema versari haud quaquam potest, à quibus verè participatur, ergo relatiuum, vel ad aliquid, nõ est vnum, simplexq; prædicatum, sed multiplex, vt vtraque definitio admonet in plurali relatiua explicans, repugnat ergo, ad aliquid esse supremum genus. I. Ratio dubitandi.

Secundum, si aliquod esset supremum genus illud esset, ad aliquid, vel relatiuum: quemadmodum prædicamenti quantitatis quantum, & qualitatis quale, hoc autem manifestam repugnantiam continet, quia intrinseca conditio relatiui est ad aliud ordinari, genus igitur supremũ ad aliud ordinabitur à se distinctum tanquã ad terminum, nã eiusdem ad se ipsum relatio realis non datur, cũ opposita esse oporteat extrema relationis, & idem sibi ipsi non opponatur. Rursus illud aliud, ad quod refertur, vel est absolutum, vel relatiuum, primum non esse possibile ostendunt mutuæ relationes, quarum vtrumq; extremũ relatiuum est, nam simile ad aliud simile, æquale ad aliud æquale, Pater ad Filium refertur, erit igitur relatiuum, & tunc superius, inferius, vel æquale. superius, vel inferius esse repugnat, quia nõ essent simul natura, si quidem alterum genus prioritatis naturæ versatur inter ea, quæ non conuertuntur subsistendi consequentia, qualia sunt superiora, & inferiora, neque enim animal, & homo secundũ subsistentiam, mutuo se inferunt, ac propterea inter superius, & inferius prædicatum non versatur relatio realis, sed rationis, æqualia igitur necesse est esse supremum genus, & illud aliud, ad quod refertur, vnde hoc valde absurdum elicitur, duo esse suprema genera, duoque proinde prædicamenta ad aliquid, si quidem monstri simile ducitur vnũ corpus, vel compositum duplici capite prædium, si autem dicatur supremum genus huius prædicamenti non esse concretũ, sed abstractum, nempè relationem realem, quã appellare possumus communem rationem referendi, non remittitur vis argumenti, quia nõ datur abstractum, cui non correspondeat concretum, & vtrumq; ad eandẽ cathegoriam expectare vno, vel alio modo, hoc est per se aut reductiue, ad nittunt omnes, quapropter, etsi relationem velis esse supremum genus, non ideò excludis relatiuum, vel ad aliquid ab ea constitutum, præsertim quia definitiones non relatio- II. Ratio. 34. 35.

relationẽ abstractam, sed ad aliquid in concreto descr bunt, quod proinde à ratione supremi generis depellere non possumus, & tunc reddit illatum inconueniens.

III. Ratio. Tertio genus supremum categoriæ quantitatis, & qualitatis illud est, quod per definitionem explicatur. Sed definitio congruit non solum relatiuis realibus, sed etiam rationis, nec solum relatiuis accidentalibus, sed etiam substantialibus, vel subsistentibus, de quibus satis notum videtur sub hoc prædicamento non concludi: ergo supremum genus erit ad aliquid cunctis commune, minorem ostendo, quia non minus genus, & species sunt ea, quorum totum suum esse est ad aliud se habere, quam Pater & Filius, si quidem totum esse generis est ad speciem, & viceuersa speciei ad genus, nec minus Pater, & Filius in diuinis ad aliquid dicuntur, & sunt, quam in humanis, nihil enim absolutum sub his nominibus important, sed totum esse Patris est ad Filium, & Filij ad patrem.

Variæ sententiæ referuntur.

Nota.

36. CAeterum cum ex superioribus tanquam certa res præsupponatur ad aliquid speciale quoddam genus esse entis realis, & vnum ex decem prædicamentis, conuenit inter omnes interpretes Aristotelis vnum esse supremum genus illius, nempè abstractum, vel concretum, relationem videlicet, seu relatiuũ, vel ad aliquid, sub quo intermedijs generibus, atomis speciebus, & indiuiduis dispositis ordinatio ipsa prædicamentalis constituatur, idq; ratio efficaciter conuincit, nam quęcunq; relationes, vel relatiua conueniunt sub vniuersali prædicato ab eis abstracto, quod de cunctis, & vniuoce, & quidditatiue prædicatur, vt planè indicant prædicationes istæ, hæc relatio est relatio, hoc relatiuum est relatiuum, quibuscunque speciebus, vel indiuiduis relationibus, aut relatiuis à parte subiecti designatis, ergo vniuersalissimum abstractum, vel concretum necesse est supremi generis locum tenere, an vero relatiuum, vel relatio, seu ad aliquid non constat.

Alberti Magn. sententia. Albertus Magnus, ad aliquid potius quam relatiuum, vel relationem tanquam supremũ genus designãdum putat. Tractatu de prædicamento ad aliquid c. 2. hisce verbis, *aptissimè hoc genus vocatur ad aliquid, & minus apte relatiuum sed dum dicitur relatio, minimum habet congruentiæ nomen illud.*

Fauet huic modo dicendi Aristoteles, qui non solum relatiuum sub nomine ad aliquid definit, sed exempla illius in concreto producit, nunquam ferè de relatione abstracta loquens.

Fauet etiam ratio, quia hoc prædicamentũ à cæteris separatur modo essendi, qui cum in cunctis sit in esse, in hoc est ad aliud se habere, sed ex illis tribus, relatio modum formæ absolute habet, relatiuum denominans, quemadmodum quantitas, aut qualitas quantum, vel quale, relatiuum item solum denotat quidpiam à relationis forma denominatum, neutrum, ergo exprimit modum se habendi ad aliud huius prædicamenti proprium, sed id solum præstat, ad aliquid, ergo concretum hoc nomine significatum caput erit prædicamenti. 37.

P. Fonsecæ sent. opposita. Pater Fonseca 5 metaphysic. cap. 25 quæst. 6. sectione. 2. & 3 oppositum ex diametro modum dicendi sequitur, nempè relationem propriè, & per se supremum genus prædicamenti esse, relatiuum, vel aliquid minus propriè, & quasi per reductionem.

Ratio. Probat ratione quadam vniuersali. Accidẽtia in abstracto significantur vt entia per se, & ideò per se ad prædicamentum pertinent, in concreto vero subiectum connotant, ideò vt entia per accidens, quapropter non per se, sed reductiue in prædicamentis collocantur ratione formæ, à qua denominantur, vnde fit, vt quemadmodum in prędicamento quantitatis, & qualitatis suprema genera sunt quantitas, & qualitas, quasi reductiue quantum, & quale, pari ratione supremum genus relationis per se erit relatio, quasi ex consequenti vero relatiuũ; ex modernis vero quidam huic modo dicendi adhærent, plures verò Albertum Magnum sequuntur. 38.

Quid sentiendum de his opinionibus. Vtra autem ex his opinionibus vera sit ex alia pendet controuersia, quam modo non definimus, nempè an abstracta, vel concreta accidentium, vel certè vtraque in prædicamẽto sint collocanda per se: illud tamen tanquã certum apud omnes præsupponere possumus, tam concreta, quam abstracta vno, vel alio modo ad prædicamentum pertinere: nec tamen ex hoc suprema genera multiplicantur, cum rationem vnius habeant, nec enim cõcretum aliam habet conditionem, nisi quam abstractum præstat, nec abstractum tale est, nisi quia talis concreti constitutiuum, vnde non ponit in numerum vnum cum alio, sed eandem ratio-

tionem formalem continent diuerso modo significatam, vt de albo, & albedine exploratum est. Quibus sic se habentibus Aristoteles aliquando abstracta genera accidentium designauit, vt in prædicamento qualitatis vide-
39. bimus, plerumque tamen concreta, vt in quantitate, ac cæteris: particularia item exempla in concretis fere semper producit, hac ratione (mea quidem sententia) ductus, quia propria ratio accidẽtis in modo aptitudinalis inhærentiæ in subiecto consistens, explicatius, ac distinctius nomine concreto significatur, abstracta enim ordinem ad subiectum minime exprimunt, sed formam quasi ab eo absolutã denotãt: vt igitur proprius modus cuiusq; prædicamenti percipiatur melius, & primo diuersus à cæteris intelligatur, intermedia item genera, & atomæ species, ex quib' integratur prædicamentalis ipsa ordinatio, cõuenientius designãtur nominibus concretis, quam abstractis, siue per se, vel reductiue in prædicamentis sint collocanda, necessarium igitur reputamus suprema genera tam in abstracto, quam in concreto designanda fore, licet proprius vno, aut altero modo iuxta diuersas sententias inferius examinãdas, ac propterea nobis nõ videtur ad abstractum, vel concretum limitãdum, cum exploratum sit cuicumque abstracto præsertim intrinseco, aut inhærenti proprium, atque intrinsecum concretum respondere, vnde si relatio genus est huius prædicamenti supremum suo etiam modo erit relatiuum.

Resolutio quæstionis cum solutione secundi, & præcipui argumenti.

Conclusio. Nostra igitur sentẽtia est, supremum genus huius prædicamenti commodius nomine cõcreto relatiui, vel ad aliquid explicari, vt voluit Albertus Magn. quam nomine abstracto relationis.

Præcipua tamen huius quæstionis difficultas in soluendis argumentis posita est, præsertim secundo, à quo incipere placet: ex eius siquidem solutione aliorum solutio pendet, quod maiorem longe vim habet aduersus no-
40. stram sententiam genus huius prædicamenti nomine concreto designantem, soluitur autem vno ex tribus modis à diuersis admittentibus relatiuum, vel ad aliquid, esse supremũ genus huius prædicamenti. Quidam enim relatiuum (aiunt) duobus modis esse accipiendum, in genere vel in specie, aut in indiuiduo:

Soluitur 2. argu.

& quidem in genere, acceptum non refertur vllo modo ad aliud per se ipsum, sed ratione inferiorum, in quibus officium referendi exercetur, neq; enim relatiuum in communi, nec simile, vel æquale in communi referuntur ad aliud, sed hoc, vel illud, æquale, aut simile, in quibus vniuersales conceptus referuntur, vtpote ab eis abstracti.

Quo supposito ad formam argumenti respondentes negant relatiuum, vel ad aliquid supremũ genus prædicamẽti, ad aliud ordinari per se ipsum nisi ratione inferiorum, quare nõ est necesse adæquatum eius terminum, vel correlatiuum designare, vt contendit argumentũ sed est communis quidam, ac simplex conceptus: in quo omnia, quæ referuntur ad aliud, vniuoce, & quidditatiue conueniunt.

Hunc modum dicendi tenet Albertus Magnus tractatu de prædicamento ad aliquid ca. 10. & Scotus in primo distinctione 21. quæstione vnica vbi sic loquitur: *In omnibus relatiuis eiusdem appellationis commune relatum secundum se acceptum, siue vt commune est, non refertur, quia vt cõmune est abstrahitur ab omnibus correlatiuis, nã cũ relatio realis non sit nisi distincti ad distinctũ, commune autẽ non habeat aliud correlatiuum distinctum à se, ad quod referatur, efficitur* 41
vt non referatur, nisi cum habuerit correlatiuum alterius rationis: refertur ergo tale relatiuum per suũ inferius, vt simile in communi non refertur per se ipsum ad simile, sed per aliquod simile inferius, quod potest distingui ab alio &c.

Cui si obieceris, relatiuum commune cognoscitur in ordine ad aliud etiam in communi acceptum, ergo aliud habere correlatiuum debet, ad quod referatur: *Respondeo inquit, non esse tale correlatiuum eius vt commune est, nisi ipsum vt contractum in aliquo inferiori per quod distingui potest à correlatiuo*, hæc Scotus.

Ex quibus eiusmodi ratio elicitur eandem confirmans sententiã Extrema relationis sunt Confirma. relatiue opposita, ergo realiter distincta, quia eadem res sibi nequaquam opponitur, sed relatiuum 42 in communi acceptum non habet à quo distinguatur, cum vnicus sit conceptus omnibus relatiuis inferioribus communis, cõmunem alium cõceptum, à quo distingui possit, non habens, ergo neque est designabile aliud extremum, ad quod referatur: eiusmodi enim distinctio extremorum in singularibus dumtaxat relatiuis reperitur, ac propterea singularia sunt, quæ ad aliud ordinantur, non cõmunia.

In

In eadem sententia sunt Simplicius, & Boetius in expositione huius capitis, cui fauet etiam D. Augustinus in lib. Categoriarum ca. 11. vbi ita ait. *vt hæc categoria manifestius dignoscatur, hæc via est, qua debemus aduertere non recte dici, ad aliquid, nisi cum singulare ad singulare refertur, similiter cum dicimus duplum, sine dubio non generaliter, sed specialiter hoc duplum dicimus, ac propterea tunc vere ad aliquid categoria est, quoties, verbi gratia, Socratem, Crispo dicimus vultu esse consimilem.*

Fauet etiam Aristoteles 4. Topicorum cap. 4. loco 50. vbi docere videtur genus, & speciē, dum ad aliquid dicuntur, ad eundem terminū ordinari hisce verbis. *Rursus si non ad idem dicitur genus, & secundum se, & secundū speciē.*

II. Soluitur 43. Secundus modus dicendi non est multū à primo dissimilis, distinguit enim relationem, & in communi, & in particulari consideratam & si in communi accipiatur, afficit quidem relatiuum, illudque tale denominat, non tamen illud proxime refert ad aliud, sed quasi remote & inchoatiue (vt ita loquamur) in particulari vero sumpta relatiuum simul constituit, & refert ad aliud, exempli gratia, similitudo in vniuersali constituit simile vt quid abstractum à particularibus similibus, non tamen proxime illud refert, nam vt sic acceptum, cum commune sit cunctis relatiuis huius generis, non est ad quod adæquate referatur. Cæterum cū particularia similia sint, proximeque ad suos terminos referantur, intelligimus commune relatiuum esse primam radicem, à qua emanat exercitium singularium, & idcirco dicitur illud quasi remote, & virtualiter referri ad aliud hęc vero proxime, cum habeant correlatiua, & opposita, & distincta realiter: vt hic pater hunc filium, vnde illud appellatur relatiuum, non relatum, quasi potentia, non actu referatur, hæc vero relatiua, & relata, quia proxime, actuque referuntur.

Obiectio. Quod si obijcias relatiuum commune esse constitutum relatione, quæ non minus est ratio referendi vnum ad alterum, quam albedo disgregandi visum. Vnde sequitur proxime esse ad aliud relatiuum per relationem.

Responsio. Respondent non esse bonā consecutionem, quemadmodum non est bona consecutio ex sententia Aristotelis 1. lib. Topicorum capite 1. corpus est affectum calore, ergo appellatur calidum, nam adeo remisso atque imperfecto calore affectum esse potest, vt appellationem calidi absolutam non mereatur, pari ratione

44. de relatiuo in communi sentiendum est, relatione quidem affici, sed secundum modum imperfectum, nempe vt remotum, non vt proximum referendi principium, ideo non meretur absolutam appellationem relati. sed relatiui, quod in potentia & secundum quid relatū vocari potest non secus atque corpus remisso calore affectum. Hūc modum dicendi expressisse videntur qui relationem distingui voluerunt in conceptam, & exercitam, quasi concepta non sit aliud quam abstracta à singularibus, & conceptu commūi apprehensa, exercita vero quasi singularis, & à qua relatiuum constituitur. vt proxime ad aliud relatum, aut quod idem est, in quo referēdi positiuū exercetur. esse enim aliquid conceptum idem videtur esse, ac quasi inchoatum, in potentiaque, vt postea nascatur: ex rerum namque naturalium conceptu desumpta videtur metaphora huius distinctionis, & iuxta illam relatiuum in communi à relatione vt concepta constitutum quasi inchoatiue, & in potentia refertur, constitutum autem à relatione vt exercita, quasi iam natū actu atque proxime: hunc modum dicendi tenet Doctor Fonseca. 5. metaphy. cap. 15 quæstione. 6. sectione quarta, & quinta, & iuxta illū eadem prorsus ratione argumentū soluitur, ac iuxta primum. 44.

Alijs vero nec primus, nec secundus modus probatur, sed relatiuum in communi aiunt, ad terminum ordinari, non secus ac singulare, illud dumtaxat potest esse discriminis, quod relatiuum singulare ad talem terminum singularem, commune vero ad terminum incommuni acceptum, Exemplis res fit manifesta, quēadmodum hic pater refertur ad hūc filium, sic pater in communi ad filium in communi, hoc simile ad illud, & simile in communi ad terminum sibi similem in cōmuni cōceptum, & sic vsque ad supremum genus ascendentes, quod est relatiuū vniuersalissimum ad terminum item vniuersalissimum ordinatum. Exemplo.

P. Tolet. Sent. Hanc sententiam tenet Pater Toletus quęstione 2. huius prædicamenti, validissimisque corroboratur argumentis, & sit primum. Eadem est ratio de supremo genere, & intermediis, ac atomis speciebus quantum admodum referendi ad aliud, nam in his omnibus in cōmuni, & non in singulari relatio, vel relatiuum accipitur, sed inter media genera, & atomæ species proximè ad illud referuntur, ergo par erit de supremo genere ratio: minorē ostēdo: si quispiā velit patrem in cōmuni definire,

non poteſt alio modo, quam per filium dicens, pater eſt habens filium, & rurſus filium ſic eſt neceſſe definire, vt ſit habens patrem, adhuc igitur in communi vtrumque extremũ deſumptum ad aliud proximè, actuque refertur.

Confirm. Et confirmatur, quia quantum pertinet ad modum referẽdi, eadem eſt conditio relatiuorum realium, & rationis, ſed Porphyrius gen⁹, & ſpeciem in communi definiens per proprios terminos id præſtitit dicens, genus eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid, ſpecies vero quę ſub aſsignato genere collocatur, & ruſ⁹, quę prędicatur de plurib⁹ differentibus numero in quid, cenſet ergo nõ minꝰ in communi accepta relatiua ad aliud proxime, & formaliter ordinari, quam in particulari. Tota huius argumentationis vis ad ſupremum genus, ſic poteſt applicari, relatiuum in cõmuni vere, & proprie deſignatur nomine, ad aliquid, ſed ad aliquid importat ordinem intrinſecum ad terminum, ergo ad illum per ſe actu, & formaliter, & adæquate refertur, & non ſolum ratione ſingularium. 46

Secundo. Pater in quantum relatiuum refertur, & in quantum tale relatiuum: ergo ſicut ei in quantũ tali relatiuo correſpondet, talis terminus, ita in quantum relatiuo correſpondet terminus: ad terminum igitur actu ordinatur non minus relatiuum vt ſic, quam tale relatiuũ ad talem terminum.

Confirm. Et confirmatur. Quia quemadmodum à cũctis relatiuis abſtrahitur communis ratio, ad aliquid, ſeu relatiui, ſic etiam à cunctis terminis relationum abſtrahitur communis cõceptus termini, qui non correſpondet niſi relatiuo in communi, ergo adhuc ſic acceptum ſuum habet adæquatum terminum, ad quẽ refeᴚatur.

47. Poſtremo. Quia actu referri ad aliud non eſt, niſi ad aliud ordinari per veram, & actualem relationem, ſed relatiuum vt ſic actualem, & veram relationem in communi acceptam importat, ergo verè, & propriè, actu formaliter, & proximè refertur per illam ad terminũ in communi: nec. n. quidpiam aliud excogitãdum eſt eſſe exercitium relationis realis, quam naturaliter ordinari vnum extremum ad aliud vnde non eſt ad propoſitum diſtinctio relationis in actu exercito, & ſignato, neque relationis conceptæ & exercitæ, ſi à relatione in communi accepta exercitium penitus excludatur: ſolũ in hoc ſenſu relationes ſingulares appellari poſſunt exercitæ, & non conceptæ, quia non ſunt conceptus relationis, ſed relationes per ſe primo inhærentes, vel exiſtentes, cum tamen cõmunes conceptus ſint obiectiui à ſingularibus abſtracti, quas cum in communi, & in particulari accipiamus non minus vno, quam alio modo exercitũ referendi contingere arbitrandum eſt, nõ enim eſt operatio aliqua eiuſmodi exercitium, neque actualis ordinatio, aut comparatio vnius relatiui ad aliud per actualem apprehenſionem intellectus facta, vt intelligi poſſit tunc actu referri vnum relatiuum ad alterum, quando actu cum illo ab intellectu confertur, vel quando actu extrema ipſa operãtur, ſed naturalis, & intrinſeca ordinatio vnius ad alterum, quam conſtat, non ſolum in ſingularibus relatiuis, ſed etiam in vniuerſalibus reperiri.

Vt autẽ hic modus dicendi argumento principali ſatis faciat, adnotat in relatiuis duplicem eſſe rationem conſiderandã, vnã qua ad aliud referũtur, aliã qua relationẽ alterius terminãt, & illa quidẽ eſt ratio intrinſeca relationis, hæc extrinſeca denominatio, ꝙ facile conſtare poterit, ſi cõſideremus in his etiã reperiri, quæ nõ ſunt relatiua, vt conſtat in primis in relatiuis tertij generis, de quibus docuit Ariſto vnum tale eſſe, quia ad aliud refertur, alterum verò non quia refertur, ſed quia aliud ad ipſum. Eiuſmodi eſt menſura, quæ talis denominatur non à relatione propria, quia nullam habet ſed quia rationem menſurabilis terminat: itaque terminum relationis eſſe, & ad aliud referri diuerſa ſunt: nam illud importat relationem in eo, quod refertur, hoc vero non niſi extrinſecam denominationem à relatione alteriꝰ ad ipſum ordinatum, & cum eſſe terminum relationis relatiuis conueniat, & abſolutis, ſi ſub vniuerſali ratione terminandi res accipiatur, abſtrahit ab abſoluto, & relatiuo Nihilominꝰ terminus relationis, quia ad eam relationem pertinet tanquam id, à quo ſpecies eius accipitur, reductiue ſaltem ad prædicamentum, ad aliquid refertur, ad illud genus vel ſpeciem rationis, quam terminat, & à qua denominatur: conſtituuntur namque genera, atque ſpecies huius prædicamenti ab ipſis relationibus, quarum propria ratio, & diſtinctio à terminis eſt accipienda, vt inferius explicabimus. 48

Hæc vltima ſententia probatur, & iuxta eam argumenta ſoluuntur.

Quæ

Ad formã argumenti II. iam resp.

QVibus prælibatis ad formam argumenti dicendum est, genus supremum huius prædicamenti esse relatiuum, vel ad aliquid, quod absque dubio refertur proxime, actu, & formaliter, ad terminum sibi æqualem, terminus autem sibi correspondens vniuersalissimus est, quemadmodum vniuersalissima est ratio relatiui: sicut enim relatiuum vt 49. sic, est conceptus communis abstractus à cunctis relatiuis, pari ratione terminus vt sic ei correspondens est vniuersalissima ratio à cunctis relationum terminis abstracta, quæ non constituit aliud genus supremum, sed reducitur ad hoc idem genus, *ad aliquid*, vt à ratione eius extrinseca proueniens, neque enim relationis supremum genus, cum sit accidens reale in subiecto inhærens, ab extrinseca denominatione constituitur, sed relatione formaliter ordinante vnum ad alterum, ad quam terminus ipse, in quem relatiuum ordinat, reducitur.

Nostra sententia est prædicta.

Hæc fuit semper nostra sententia, quam & nunc tanquam cæteris probabiliorem, magisque relatiuorum naturæ consentaneam eligimus.

Ad I. argu.

Ad primum autem argumentum admitto simplex debere esse genus huius prædicamenti, & tale esse relatiuum, nam & si inter duo extrema versetur relatio, & ad vtrumque explicandum in plurali definiantur relatiua, alterũ dumtaxat prædicamentum per se constituit, tanquam caput, nempe relatiuum, aliud vero ad quod ordinatur, quod ideo appellamus terminum, reducitur ad idem genus supremum, & prædicamentum ab eodem relatiuo constitutum, à cuius relatione extrinsece denominatur.

Ad III. argument.

Ad vltimum respondetur relationem duobus vsurpari modis, & pro communissimo illo conceptu ad aliud, qui absque dubio relationibus creatis realibus, & rationis conuenit, cũ 50. ab entitate reali abstrahat, & rursus pro conceptu minus vniuersali realis relationis creatæ ac vere subiecto inhærentis, supremum autem prædicamenti genus relatiuum est, ab hac relatione denominatum, non ab illa vniuersalissima, cuius est ea ratio, quia prædicamenta sunt modi essendi reales finiti, ac limitati, à quibus diuina tanquam ad genus non limitata excluduntur, atque entia rationis, quia ab entitate reali deficiunt. has igitur relationes dũtaxat, Plato, & Aristoteles, definierunt, quia nec diuinas agnouerunt, nec relationes rationis ad prædicamenta pertinere arbitrati sunt, & absque dubio definitiones eis dumtaxat cõueniunt, si vt oportet intelligantur, in quibus ad generis similitudinem subintelligitur accidens reale, neque enim suprema prædicamentorum genera, quæ definitione carẽt propria, alia modo explicari possunt, quam per prædicatum cunctis commune, & modum propriũ intrinsecum, quo separantur, etenim licet cõmune prædicatum non sit vniuocum, sed analogum, vt accidens comparatione omniũ nouem accidentium, in singulorum explicationibus admitti potest, cum proprietatem quidditatiuæ definitionis non attingant, sed quoquo modo intrinsecum conceptum, vel conditionem eorum explicent.

Ad argu. Scoti.

Ad argumentum Scoti dicendum est necessarium esse distinctionem extremorum ad relationem realem secundum eorundem exigentiam, ita vt si extrema singularia sint, secundũ actualem existentiam distingui oporteat, si vero communia satis est esse reales conceptus cõ 51. munes, diuersos tamen, vt vnum ad alterum in communi sumptum, ordinari realiter intelligamus, & ita se res habet in simili, æquali, vel relatiuo vniuersalissimo, ac supremo genere, nam etsi cuncta relatiua sub eo conueniant, & vnicum sit cunctis commune, conceptus tamen communis termini distinctus semper intelligitur, qui & relatiuus esse potest, in particulari: & à relatione absolutus, vt producta superius exempla diuersarum relationum testantur, & nos in sequentibus controuersijs dicemus.

Ad testim. Augustini.

Testimonium autem D. Augustini de relatiuis loquitur secundum realem existentiam, quibus mediantibus nobis innotescunt essentiales eorum rationes, essentialia item prædicata generum, atque specierum, ex quibus prędicamentalis ordinatio integratur, hæc igitur 52. à nobis intelligi, dum de duplo, vel simili loquimur, affirmat, quia in singularibus vniuersalia cognoscimus, à quibus officio intellectus à nobis abstrahuntur, vniuersalium tamẽ prędicatorum rationem nequaquam ab hoc prædicamento exterminare vult, neque ab eis exercitium referendi excludere.

Testimonium autem Aristotelis expositione non indiget, verum namque est gen' & speciem ad eundem terminum ordinari secundum rem sola ratione diuersum tanquam communem, & particularem, quemadmodũ genus relationem importat, sub conceptu magis communi quam species, vniuersalis etenim

nim ratio, & particularis eiusdem rei sola ratione distinguuntur.

QVAESTIO QVARTA.

Exacta ne sit relatiuorum definitio tradita ab Aristotele ex propria sententia.

Rationes dubitandi proponuntur.

Definitio relatiuorũ. VT rationes dubitandi melius percipiantur, placet definitionem referre, quæ in calce huius capitis hisce verbis habetur: *Ad aliquid sunt, quibus hoc ipsum est esse ad aliquid quodammodo se habere,* iam ergo insufficientiam eius duplici argumento ostendo.

I. Ratio dubitandi. Primo: quia vel relatio ponit aliquid in relatiuo, aut nihil, si aliquid ponere admiseris (vt necessario admittendum est) cum sit forma denominans, sequitur, quod totum suũ esse nõ est referre ad aliud, sed magna ex parte esse in relatiuo, quod ad aliud refert. Quod rursus
53. corroborari potest ex communi ratione accidentis à relatione participata, per quam necesse est ad subiectum ordinari, si quidem aptitudinalis inhærentia intrinseca est accidenti cuicunque, ex parte igitur relatio erit relatio ad subiectum, & ex parte ad terminum, ac propterea nõ erit totum esse eius ad terminum referre: nec totum esse relatiui ad aliud se habere, vt definitio exprimit, sed ex parte erit ad se. Si verò negaueris relationem aliquid intrinsecum in relatiuo ponere, statim infero non esse fixam, sed quasi affixam, nec formaliter ipsum denominare, sed solum extrinsece, quod satis cõstat esse falsum, cum Pater sit formaliter, qui habet filium, & simile alteri, quod habet albedinem ei commensuratam.

II. Ratio. Secundo. Quia verba in definitionibus, vt moris est, non exprimũt actum rei, quæ definitur, sed aptitudinem, vt definitio hominis nõ
54. ratiocinandi actum, sed aptitudinem, sicque de cæteris, sed definitio præsens actum referendi, & non aptitudinem, cum totum esse relatiui non in eo, quod ad aliud possit se habere, sed quod actu se habeat ponere velit, quod certè videtur necessarium, nam si potentia sufficeret, prius quam haberet relationem aliquid, diceretur relatiuum, quia referri potest per relationem possibilem haberi ab ipso, vt eo ipso, quod corpus ipsum haberet albedinem, diceretur simile, etiam si nullum aliud foret album, cum tamen esse posset: quod non solũ à communi modo loquendi, & sentiendi, sed à veritate ipsa alienum est, ergo minus bona definitio censebitur.

His duobus posset addi tertium: quod definitio hæc videatur comprehendere vniuersa relatiua, tam realia, quam rationis, cum non minus totum esse generis sit ad speciem, & huius ad indiuidua, quam patris ad filium, aut simile ad aliud simile. Et rursus tam diuina, quã creata, cum non minus Pater æternus ad Filium eius secundum totum esse referatur, & vterq; ad Spiritum Sanctum, quam pater in creaturis ac demum relatiua secundum dici, & transcendẽtalia, cũ & hæc totum suum esse habeant ad subiectũ, obiectũ, aut quid simile: hæc autem falsa esse demõstrabimus in cõtrouersijs huius capitis: & ex consequẽti vitiosa erit definitio, latius quam definitum patens. III. Ratio.

Elucidatur definitio pro solutione quæstionis.

VT sensum eiusdem definitionis aperiamus, ex quo constabit quam sit exacta, & magna ex parte diluentur propositæ obiectiones, obseruãdum est, Aristotelem tractationi prædicamentorum præmisisse vniuersalem diuisionem entis realis in decem modos essendi intrinsecos, ac primo diuersos, qui sunt decem prædicamenta, & ex consequẽti diuisionem accidẽtis realis in nouem: vnde sicut in descriptione substantiæ per modum generis ponitur ens reale, dum dicimus substantiam esse ens reale per se, pariter in descriptionibus singulorum prædicamentorum accidentium quasi pro genere ponendũ est reale accidens: & si in definitione relatiuorum illud (vt oportet) designemus, dicem' ad aliquid esse accidens reale, cui hoc ipsum est esse, ad aliquid quodãmodo se habere, id est, cuius totum suum esse est referri ad aliud: vnde per primam particulam definitionis censebuntur in primis exclusa relatiua rationis, quorum relatio non habet esse reale, sed solum esse cognitum ab intellectu, ex cuius operatione consurgit: deinde relationes diuinæ, quæ nõ sunt inhærentes, aut accidentales, sed subsistentes, ac substantiales, quo circa nec diuinum relatiuum accidens est, sed substantia. Nota. 55. 56.

Per

Per cæteras particulas locum differentiæ tenentes excluduntur relationes secundum dici, ac transcendentales, quorum totum suum esse non est referre, sed aliud officium exercere circa aliud, ad quod absolutum ordinant, vt attingendi illud, vt de relationibus potentiarum, & habituum ad obiecta notum est, vel vniendi ei alterum, vt de relationibus transcendentalib' accidentium ad subiecta: & rursus, licet id non haberent relationes istæ, per aliam conditionē eis propriam excluderentur, eo quod in ratione intrinseca absolutorum clauduntur, & quasi essentiale complementum eorum censentur, vnde non sunt totū esse eorum absoluto principalius constans, ac proinde relatiua, quibus attribuuntur, non habebunt ratione earum totum suum esse ad aliud, cum simpliciter sint ad se, vt de absolutis accidentibus, potentijs, & habitibus res est certa, sed de hoc copiosior redibit sermo in controuersijs, nunc autem habemus sic expositam definitionem cæteras relationes præter eas, ex quibus tertium prædicamentum extruitur, à se excludere: has vero exacte explicare constabit ex argumentorum solutionibus, quas iam eadem expositio ex parte indicauit.

Diluuntur opposita argumenta.

PRimum igitur de natura relationis aliquid reale in subiecto ponentis conantur soluere nonnulli, distinguentes duplicem eius conceptum: communē cum cæteris prædicamentis accidentium, quem vocant esse, in, aut inesse, & specialem, ac proprium, per quē ab eis separatur, qui est esse, ad, & tunc ratione prioris admittunt relationem aliquid reale in relatiuo ponere, nequaquam ratione posterioris: & videtur solutio hæc expressa à D. Tho. 1. p. q. 28. artic. 1. vbi aduersus Gilbertum Porretanum loquens, qui relationes non inhærentes in relatiuis, sed extrinsecus eis assistentes, aut affixas posuit, hæc verba scripsit: *Si igitur consideremus in rebus creatis relationes secundum id, quod relationes sunt, sic inueniuntur esse assistentes, non intrinsecus affixæ, quasi significantes respectum quodammodo contingentem ipsam rem relatam prout ab ea tendit in alterum: si vero consideretur relatio secundum quod est accidens, sic est inhærēs subiecto, & habens esse accidentale in ipso.* Hæc D. Tho. quibus plane docet relationem quidem sub communi ratione accidentis subiecto inesse, aliquidque proinde ponere in eo, non tamen sub speciali, quæ vocatur, ad, sed solum referre ipsum ad alterum: & quod hunc sensum tenuerit, conuincit aliud, quod subiungit, nempe Gilbertum sub priori dumtaxat ratione considerasse relationem, & idcirco assistentem posuisse, non sub posteriori, & in hoc deceptum fuisse, quia sub communi conceptu accidentis affixa est, aliquid reale inhærens in eo ponens. sentit igitur D. Thom. non esse à veritate alienum asserere, quod relatio secundum esse, ad, nihil in subiecto ponat, sed illud duntaxat ad aliud referat, dummodo secundū esse, in, cum cæteris commune in eo inhęreat, & esse fixum habeat.

Hæc tamen doctrina aperte falsa est, & itē Doctori sancto contraria. Primum conuincitur ex duobus: ex priori quidem, quia relatio secundum propriam, & vltimam rationem est forma relatiua constituens rem in esse relatiuo, eamque simul referens ad aliud, vt paternitas sub propria ratione Paternitatis constituit Patrem, quem refert ad filium (nam sub ratione communi accidentis non ei confert, quod sit Pater, sed esse commune accidentale) ergo non solum sub communi conceptu inhærendi, sed sub proprijssimo referēdi ponit aliquid in relatiuo. Quod ita confirmo: nā esse Patrē, aut simile non est denominatio extrinseca, sed formalis sicut esse album, aut calidum, ergo ponit effectum formalem in re denominata tributum à forma denominante, forma autem denominans est paternitas, aut similitudo, nō secundum communem rationem accidentis, sed secundum propriam paternitatis, aut similitudinis, ergo secundum hanc ponit aliquid reale in relatiuo. Quod probatur secundo, quia si relatio secundum esse ad, nihil reale in relatiuo ponit, ergo nihil reale ipsa erit: probatur plane consequutio: nam quidquid est aliquid reale in rerum natura, aut est substantia aut accidens: vnde aut per se est, aut in alio, sed relatio per se secundum esse, ad, nec substantia est, nec accidens, quia nec per se est, nec in alio, cū nihil reale in relatiuo ponat, ergo nihil reale erit: vnde nec secūdū propriā rationē constituet prædicamentū reale primo diuersū à cęteris quod autē D. Tho. opposita sit eadē solutio, ostendūt subiūcta verba ex primo libro sententiarū d. 8. q. 4. art. 2. ad q. tertiū desūpta quę ita habent: *Debilitas esse relationis consideratur secundum inhærentiam sui ad subiectum, quia non ponit aliquid absolutum in subiecto, sed tantum per respectum ad alind,* & d. 25. q. 1. art. 4. ad tertium: *Relatio* inquit *quamuis non ponat ex illo respectu* ali-

Impugnatur. 58.

59.

D. Thomas pro hac sententia.

60.

Vera solutio argum. *aliquid absolutum, tamen ponit rationem relationis realiter in Deo existentem, &c.* Dicendum igitur est vtrumque conceptum relationis aliquid ponere in relatiuo: primus quidem, & communis (quem vocant esse,in) ponit communem rationem inhærendi, specialis vero, & proprius, qui dicitur, adponit specialem rationem eius, quod refertur ad alterum, determinantē quidem communem, eamque relatiuam efficientem, ita vt vere sit inhærētia relatiua, abstrahit enim esse,in, à particularibus modis intrinsecis, & per eos modificatur, ac determinatur ad singula prædicamenta constituenda: ita vt esse,in quantitatis, sit substātiam extendēs, esse, in qualitatis, qualitas efficiens qualem substantiā, ergo esse, in relationis, relatio est, referens subiectum ad alterum. Et ecce quo
61. pacto relatio aliquid in relatiuo ponit, non certè absolutum, sed relatiuum: vt paternitas esse patris, & similitudo esse similis: neque hoc tollit, quin totum esse eius sit referre ad aliud ipsummet relatiuum, quod cōstituit, & totū esse ipsiusmet relatiui sit ad aliud se habere, vt in definitione Aristotelis dicitur. Et ecce solutā primam rationem dubitandi, & verba Diui Thomæ explicata: nam in vltimo conceptu relationis duo oportet considerare, & quod modus est accidentis realis communem eius rationem inhærendi determinans, quam relatiuam efficit: & quod terminum præcise respicit: ex hac igitur vltima ratione præcise considerata docuit Diu. Thom. nihil in relatiuo ponere, non tamen ex priori, quia cōmunis est hæc relationi reali, & rationis, fit autem propria ex coniunctione ad priorem: & hunc sensum expressit D.Thom in duobus testimonijs pro veritate, quam sequimur allatis: negādum igitur est proprium conceptum relationis referendi ad aliud, vt in definitione Aristotelis contentum, communem esse reali relationi, & rationis, cum per primum ex duobus in eo cōsideratis excludātur planè relationes rationis, & adhuc postremum solum eis conueniat per similitudinem ad relationem realem, in quantum ab intellectu concipiuntur, ac si verè referrēt vnū ad alterū, tametsi realiter nihil referāt: & hæc de prima ratione dubitandi.

Ad II. Circa secundum verò potest aliquis distinguere in relatione actum referendi, & potentiam, & simul duo nomina, quibus significentur, nempè relatum, & relatiuum: ita vt primum designet formaliter relationem, vt actu referentem, postremum eandem vt referentē in proxima potentia, asserereque Aristotelem non relatiua, sed relata explicasse, nec relationem vt potentem referre, sed vt actu referentē: hæc tamen distinctio aliquid imaginationi cōsonum habet, veritati vero nihil, quia nec in cunctis accidentibus separare possumus aptitudinem ab actu, sed plura sunt, quæ sine actu esse non possunt, licet actualis inhærentia non sit eis essentialis, euiusmodi sunt actio, & passio prædicamentum situs, & vbi, in quibus, si in rerum natura fuerint, non separabis aptitudinē ab actu, ita vt situm designes, qui non sit actualis ordo partium in loco, aut actionem, quæ non sit actualis egressio ab agente: & huius cōditionis est relatio, quam licet cōsiderare possimus secundum essentiam, actu non inhærentem, nec existentem, & tunc dicemus esse entitatem talis naturæ, qua nata sit vnum ad alterum referre, nihilominus si in rerum natura sit, repugnat actu non referre, imo effectus formalis eius non in posse, sed in esse consistit: & rationē hui⁹ discriminis esse puto debilissimā horum accidentium entitatem, adeò intimè à subiecto dependentem, aut re indistinctam, vt ab eo nullatenus separata consistere valeant, sed actualis eorum inexistentia in collatione formalis affectus sita est, cum tamen alia sint, in quibus actus separatur à potentia, & effectū formalem vtroque modo conferunt subiecto, vel certè sine actu, cum sola aptitudine extra illud consistere non omnino repugnet, vt naturales potentiæ, & plures aliæ qualitates ostendunt, vnde cum accidētia definiri soleant per effectus formales, relatiua, aut relationem explicuit Aristoteles per actum referendi, qui effectus formalis est, & non per potentiam: & iuxta hanc rerum distinctionem exponēdum est commune illud pronunciatum, verba in definitione non actum, sed aptitudinem exprimunt, verum est enim in his, quæ vtroque modo consistere possunt, suumúe effectum formalem conferre, non in alijs, quorum propria ratio, atque consistentia in actu potius sita est: & cum sit relatio huius ordinis non debuit per aptitudinem, sed per actum describi. 62. 63.

Obiectio postrema diluetur in controuersijs, vbi de relatiuorū differentijs copiosius disseremus, nunc autem negandum est, quod totum esse relatiuorum transcendentaliū, aut secundū dici, sit ad aliud se habere, cum exploratum sit præcipuam rationem eorum absolutā esse, ac propterea simpliciter esse ad se, & non ad a- Ad III.

ad aliud, negandum quoque est, quod totum esse harũ relationum sit referre ad aliud, cum
64. constet etiam speciale aliud officium exercere circa extrinsecum, ad quod absoluta, quorum rationem complent, ordinant, vt attingendi, vniendi, aut quid simile: propter hæc igitur nec his relationibus, nec relatiuis quadrat Aristotelica definitio, sed eis dumtaxat, quibus prædicamentum ad aliquid extruitur.

QVAESTIO QVINTA.

An vniuersæ relationes ad prædicamentum ad aliquid spectent.

Variæ diuisiones relatiuorum.

Capite huius prædicamenti constituto ad membrorum constitutionem debito
65. ordine procedimus, vt vniuersalia, ex quibus categoria ad aliquid coalescit, agnoscamus: sub forma autem vniuersali titulus quæstionis, sciscitatur an cunctæ relationes in ea collocentur, quia vniuersaliter accepta relatio multiplex est. Vna in primis est realis, quę vnũ extremum iuxta realem eius naturam, vel conditionem ad aliud refert, vt relatio paternitatis, & filiationis, similitudinis, vel æqualitatis. Alia est relatio rationis, quæ inter extrema versatur, non ex natura rei, sed in quantũ tali modo ab intellectu apprehenduntur, eiusmodi est relatio generis ad speciem, & hoc genus relationis ab hoc prædicamento citra controuersiam excluditur, cum supremũ eius genus sit relatio, vel relatiuum reale.

Relatio realis, & rationis.

Relatio realis (vt superius attingere cæpimus) diuiditur primo in subsistentem, vel substantialem, qualis est ea, quę inter diuinas personas versatur, paternitatis, filiationis, & spirationis, & inhærentem, vel accidentalem, quales sunt relationes reales creaturarum, dupli, similis, & æqualis: sed prior illa exclusa etiam ab hoc prædicamento censetur, cuius genus supremum relatio realis, & accidẽtalis est apud Aristotelem, & vniuersos eius interpretes. Igitur postremum membrum relationis
66. creatæ, duplici alia diuisione partitur vniuersa schola, nempè in relationem transcendentalem, & prędicamentalem, & rursus hanc in relationem secundum esse, ac secundum dici, & circa vtramq; diuisionẽ diuersos modos sentiendi, & loquendi modernorum reperio. Primus est eorum, qui nec relationes secundũ dici, nec transcendentales veras esse, aut re ipsa in rebus inueniri docent, sed idcircò eis attribui, quia imperfecta earum ratio neq; capitur, nec explicatur à nobis, nisi per modum eius, quod ad aliquid refertur, & hoc est relationes secundũ dici quasdã earum, vel etiam omnes (vt alijs placet) communi modo loquendi appellari, gratia exempli, accidens importat aptitudinem essentialem ad subiectum, quam vocare solent aptitudinalem inhærentiam, hanc vero nec concipere, nec explicare possumus nisi per modum eius, quod ad aliud ordinatur, nihilominus aptitudo ipsa, neque verũ respectum claudit, nec eo ad complementum essentialis rationis indiget, quæ in eo solum consistit, atque completur, quod est accidens commensuratum, & proportionatũ subiecto esse, cuius gratia idem esse imperfectum ei attributum est, videlicet vt ei insit, ornatumq; simul cum alijs effectibus præstet. Itaque censent similes respectus nõ in rebus ipsis, sed solum in nostro intellectu imperfecto modo concipiente reperiri, ita docent moderni quidam, quod licet ab eis non probetur, his tamen argumentis probari potest.

Diuisio relationis realis.

Primo: relatio, & absolutum non solum diuersa sunt, sed modos essendi primo diuersos important, pugnat ergo cũ tanto eorũ discrimine, quod intra essentiam eiusdẽ rei vtrumq; claudatur, vel vnũ per se constituere possint, id autem sequitur, si verum respectum admittamus in relatiuis secundum dici, aut transcen- 67.
dentalibus, ergo non est nisi in solo modo loquendi ponendus: probatur minor, nã si scientia, & potentia simul cum absoluto qualitatis, verum respectum includant ad obiecta, cum verus respectus sit vera relatio, vtroque complebitur earũ essentia, quod apertam inuoluit repugnantiam. Et iam quod vtrumque claudere admittamus, non vnum per se, sed per accidens forent, quæcunque talia relatiua suum dici, aut transcendẽtalia, vtpote ex rebus adeò diuersis conflata, quæ non possunt in vnum aliquod per se conuenire.

Absolutũ, & relatiuũ repugnant.

Secundo, quicquid pertinet ad essentiam substantiæ, substantia est, & quidquid pertinet ad essentiam quantitatis, & qualitatis, quantitas, aut qualitas, si ergo realem respectum ad 68.
obiectum claudunt scientia, & potentia, talis respectus erit qualitas essentialiter, & si materia, & forma reciprocam habitudinem, erit ta-

Nota.

lis habitudo, vel relatio essentialiter substantia: vel si dicatur esse accidens eius, maius profecto incommodū incurritur, quod accidens spectet ad essentiam substanti. Vt igitur similia inconuenientia fugiamus, necesse est dice re tales respectus non in esse earundem rerum inueniri, sed solum in modo eas intelligendi, & explicandi: nam in relationibus, quæ verè rebus accidunt, ex quibus prædicamentum, ad aliquid, efficitur, nihil tale sequitur, cum extra rationem absolutorum, quibus conueniunt, esse censeantur, & vera eorum accidentia. In hunc dicendi modū videtur inclinasse Scotus in 4. dist. 12. q vnica, vbi negat similes respectus pertinere ad essentiam absolutorū, sed ea cōsequi: ac propterea ex cōsequenti negat scientiam, aut potentiā intrinsece claudere respectū ad obiecta, & aptitudinalē, quā vocant inhærentiam, esse de essentia accidentis, nā cum intrinsecū respectū eā importare autumet, cogeretur eandē intra essentiā accidētis ponere.

Aliqui admittunt transcendentales respectus.

Alij vero ex modernis transcendentales respectus admittunt intra essentiam absolutorum, ac proinde diuisionē relationis in transcendentalem, & prædicamentalem verā esse arbitrantur. Ita vt vtraq; relatio secundū esse censeatur, respectum vero, quem schola secun-
69. dum dici appellat, non esse verum, nec in esse rerū ponendum, sed in solo modo concipiendi, & loquendi de rebus absolutis, quæ aliquando explicare nequimus, nisi ad modū respectiuarum, cum tamen re ipsa non importet respectum: horum autem respectuum nullum in creaturis exemplum afferunt, sed in Deo tantum, cuius potentiam relatiuam secundum dici appellant, respectu creaturarum, cum tamen non importet verum respectum, aut relationem, sed quia à nobis per modum relatiui concipitur, & explicatur. Itaque hic modus dicendi distinguit vtramq; relationem transcendentalem, ac secundum dici, si vtraque cum præcisione accipiatur, illamque veram, & secundum esse appellat, vtpote in essentia absolutorum clausam, hanc vero non verum respectū esse vult, sed in solo nostro modo concipiendi, & explicandi res absolutas inueniri, ac propterea non secundum esse, sed secundum dici à cunctis appellari, & idcirco infert non benè à multis confundi vtramque diuisionem relationis, videlicet in transcendentalem, & prædicamentalem, & in relationem secundum esse, & secundum dici, sed diuersas omnino esse, si membra illarum cum præcisione accipiantur, ita vt prior sit veræ relationis realis in veras etiam, ac reales relationes, & secundū esse, posterior verò realis quidem relationis, abstrahentis tamen à vera, aut existimata, in relationem veram, ac secundū esse, & in eam, quæ non in esse rerum, sed in modo eas concipiendi, & explicandi, ac si veras importarent relationes, inuenitur: & vt vno verbo hanc sententiam proferamus, solū admittit relationes prædicamentales, ac transcendentales pro veris relationibus, non suscipiens eas, quæ passim vocantur secundum dici, sed solum concipi, existimari, ac dici vult, non vere esse.

Vltimus dicendi modus.

Vltimus dicendi modus veras reputat vtrasque relationes, transcendentales, ac secundum dici, & verè in rebus absolutis ponendas esse docet, eas tamen ita confundit, vt quamlibet transcendentalem, atque etiam secundum dici appellet, & quasi pro vno membro diuisionis accipiat, ita vt relatio realis in prædica- 70.
mentalem, & transcendentalem, seu quod idē est, in relationem secundum esse peculiare prædicamentum constituentem, & relationem secundū dici, vel transcendentalem, quæ vel in nullo reperitur, vel per omnia vagatur, diuidenda sit.

Propria sententia statuitur.

Autoris sententia.

Ego vero controuersiam hanc magna ex parte circa modū potius loquendi, quam circa rem ipsam versari sentio, nihilominus quia proprietas loquendi nō parum ad rerum naturas capiendas referre solet, præsertim in dialectica, his assertionibus meam sententiam explico.

Prima. Intra essentiam rerum absolutarum puto esse respectus quosdam, qui nomine realium relationum transcendentalium, aut secundum dici designantur, nec distinguuntur realiter ab eis, sed sunt relationes quædam reales, licet diminutæ, complentes eorum essentiam: hæc est valdè consentanea Aristotelicæ 71.
doctrinæ, nam capite præsenti Aristoteles geminas posuit relationes reales non solū secundum modū concipiendi, aut loquendi nostrū, sed secundum verum esse earum in rebus consistentes, cum vtrisque relatiuis suas proprietates attribuat, vt contextus eiusdē capitis planè ostendit, & 2 libro de anima tex u 33 speciem potentiarū ab actibus, & obiectis capiendam esse docet, quod stare non potest, nisi intrinsecum

Probatur ex Arist.

trinsecum respectum ad ea importent, vt mox ostendemus: eandem assertionem profitetur D. Thom. pluribus suæ doctrinæ locis, præsertim 1. part. q. 13. art. 7. ad primum, & quæst. 28. art. 1. in primo distinctione 26. quæst. 2. art. 1 in corpore, & ad quartum, in secundo distinctione 1. quæst. 1. art. 5. ad octauum. De veritate quæst. 2. art. 6. & de potentia quæst. 7. artic. 10. ad 11. quem sequitur vniuersa eius schola, præsertim Caietanus opusculo de ente, & essentia cap. 7. quæst. 15. vbi ostendit nō repugnare, quod res absoluta in sua essentiali ratione claudat respectum realem propriæ naturæ proportionatum.

72. Fuit etiam communis præfata distinctio relationū realium in schola, & merito quidem, nam plures sunt res creatæ ex propria conditione adeò imperfectæ, vt earum essentia intrinsecam proportionem cū alijs importet, quia vel propter illas fuerunt à Deo institutæ, vel certè ad eas ordinatæ. Accidentia in primis, vt sæpè Aristoteles inculcat, non tam entia sunt, quam aliquid ipsius entis per se, quod est substantia, quare eorum essentia diminuta intrinsecam proportionem cum substantia claudit: proportio autem relatio est, vel relationem necessario infert, ergo cui essentialis est proportio, verè quoq; inesse debet respectus, sed cum absoluta sit ratio accidentis, vel abstrahens certè ab absoluto, & respectiuo, necesse est talem respectū ei simul cū propria entitate, aut ratione inesse, & nō solū secundum modum loquendi, aut intelligendi.

Probatur II. Probatur secundo, quia essentialis distinctio potentiarum, & habituum nequit nisi ab actu proprio, & obiecto cuiusque accipi, & id quidem nō solum nostro modo intelligendi imperfecto, sed iuxta veram earū naturam, quare nec ab Angelis, nec à Deo perfectè rationes earum intelligente distingui possunt, aut in propria natura cōstitutæ agnosci, nisi per eosdem actus, & obiecta.

73. Certum verò est, nec actum pertinere ad essentiam habitus, vel potentiæ, nec obiectum, cum sint res adeò diuersæ conditionis, pertinet ergo respectus ad vtrunque, alioqui si nec obiectū, nec respectus ad ipsum essentialis sit, poterit absq; dubio à Deo res intelligente vt sunt, sine vtroque percipi, quod apertam videtur claudere repugnantiam:

Occurrit solutioni. & si dixeris sine proportione ad actum, vel obiectum nō posse intelligi à Deo, quia hæc intrinseca est, benè tamen sine habitudine, aut respectu, qui non est intrinsecus, admitto solutionem, sed de proportione, aut commensuratione sciscitor an prorsus absoluta sit, vel respectū importet? & absq; dubio nec primū dabis, neque secundū negare poteris: probo vtrumque, quia commensuratio aut proportio nō nisi inter duo extrema versatur, nec sine vtroq; esse, aut intelligi potest, etiam ab intellectu eas percipiente sicut sunt, quod autem versatur inter duo extrema non est pure absolutum, quia ratio pure absoluta ad se est, ergo erit vera habitudo, verusq; respectus inter vtrumque, aut eū saltem essentialiter importabit, cōsequens igitur fit veros, ac reales respectus intra absolutorū rationes admittendos esse: & cū relatio tertium prædicamentū constituens extra rationē sit absolutorum, tanquā accidens eorū, sequitur diuisionē relationis in relationem specialem, & transcendentalem, vel secundū dici in rebus ipsis reperiri secundum vtrumq; membrum, & non solū in nostro modo intelligendi, ac loquendi aduersus primam sententiam.

Secunda assertio. Non omnis relatio clausa intra essentiam absoluti transcendentalis est, sed quamplures sunt speciales, quas nomine relationum secundū dici iure designauit communis modus loquendi scholæ, conuincitur autem (nisi ego fallor) ex propria notione transcendentiæ, quam eam dumtaxat omnes vocant, quæ per omnia, vel plura saltem prædicamenta vagatur, vt à particulari, vel limitata separetur indeterminata categoria reposita, transcendens vocatur ens, atque eius attributa, quia vniuersas categorias transcendunt, accidens quia nouem saltem, homo autem, albedo, aut corpus, particularia entia vocantur, quia sub determinata categoria ita clauduntur, vt ad plures non se extendant, sed quamplures sunt relationes, de quibus loquimur, ad vnam dumtaxat categoriam spectantes, ergo immerito vocabuntur transcendentales: minorem ostendunt potentiæ, habitus, scientiæ, atq; virtutes, quæ ad prædicamentum qualitatis limitantur, ita vt ad alterum nequaquā pertineant, quarum proinde respectus, vtpote earum essentiam complentes, ad idē dumtaxat prædicamentum referri possunt, & idcirco particulares vocari, vt à transcendentibus separentur, qui ad omnia, vel plura saltem referuntur, vt de respectu, quem claudit aptitudinalis inhærentia, notū est, nam cum hæc sit de essentia omnium accidentium, per vniuersas eorum categorias vagabitur, & ex consequenti respectus ipse in ea inclusus: & ecce quo pacto necesse est hos respectus in transcendentales. Secunda assertio. 74.

tales, & speciales distinguere, neque omnes sub transcendentalibus comprehẽdere, vt sentit secunda sententia.

Nota circa relatiua quę dicuntur secundum dici. Superest iuxta præscriptum nostræ secundæ assertionis, distinguendos esse eiusmodi respectus in transcendentales, qui per plura, vel omnia prædicamenta vagantur, & speciales, qui ad vnum aliquod determinatum referuntur, quos iure vocant relationes secundũ dici,
75. non quia in solo modo loquendi reperiantur, & non in esse rerum, vt voluit secunda sententia, sed vt præclare D. Thom. 1. parte, quæst. 13. art. 7. ad primum, & quæst. 7. de potentia artic. 10. ad 11. quia præcipua ratio rerum, in quibus clauduntur respectus isti, absoluta est, non respectiua, completur tamen per respectus: vnde nec nomina quibus significantur imposita sunt ad significandũ respectum, sed rationem absolutam, & ideò nec secundum esse simpliciter sunt relatiua, sed absoluta propter complementum vero quasi ex consequenti importatum dicuntur quodammodo relatiua: verba D. Thom. quibus hoc asserit in vltimo loco sic habent: *quædam sunt relatiua secundum esse, & quædam sunt relatiua secundũ dici, quæ tamen important relationes reales, sicut patet de scientia, & sensu. Dicuntur relatiua secundum esse, quando nomina sunt imposita ad significandas ipsas relationes, relatiua vero secundum dici, quando nomina sunt imposita ad significandas qualitates, vel aliquid huiusmodi principaliter, ad quæ tamen consequuntur relationes.*

Occurritur argumentis primæ opinionis.

Ad argumenta 1. sententiæ. Explicanda sunt argumenta illius primæ sententiæ, quę nullũ respectum transcendentalem, aut secundum dici admittebat: & primum soluit discrimen assignatũ inter vtrumque ex vna parte, & relationis huius
76. categoriæ ex altera, quod illi ex propria conditione consequuntur rationem absolutam,
Ad primũ respond. quam complent, vt respectus ad obiectũ complet entitatem absolutam habitus, cuius quasi appendix vocari potest, non est ergo alienus talis respectus à natura absoluti, sed ei satis affinis, & accõmodatus, & idcirco potest simul cum ea vnam aliquam naturam constituere. Itaque ad formam argumenti admittimus ex absoluto, & relatiuo simpliciter tali, ac per se completo non posse vnum aliquid per se coalescere, quia cum alienæ sit naturæ, cuicunque absoluto accidit, ac propterea nequit cum eo constituere, nisi vnum accidentale: ex absoluta vero ratione, & respectu, non alterius naturæ per se, sed eiusdem tanquam eius complemento, non est impossibile vnum aliquid per se coalescere, in rebus præsertim imperfectis, qualia sunt accidentia, quæ vtroque ad sui complementum indigent.

Secundum argumentum altera distinctio eneruat, nam dum dicitur substantiam esse Ad II.
quidquid pertinet ad essentiam eius, & qualitatem quod ad essentiam qualitatis, sic distinguendum est, 77.
vt pertinere vnum ad essentiam alterius bifariam contingat, in recto, vel (quod aiunt) directè, aut in obliquo, seu indirectè, & in sensu priori nõ est necessarium, benè tamen in posteriori. Nõ itaq; necesse est, quod respectus, vel habitudo pertinens ad essentiam materiæ, aut formæ substantia sit, sed satis est aliquid materiæ, aut formæ, seu substantiæ esse, quod est indirectè, atque in obliquo substantiam vocari, & hoc modo nullum reputamus incommodum, quod habitudo, vel respectus sit substantia, aut qualitas cũ naturam vtriusq; compleat.

Dissoluitur præcipua controuersia.

His iam discussis quid dicendum sit ad quæstionẽ, hac assertione explicamus. Illæ duntaxat relationes, quæ extra essentiam absolutorum sunt, eisque accidunt, in hoc prædicamento per se collocantur: reliquæ vero ad absolutorũ complementum spectantes, si transcendentales sint, ad nullum prædicamentum pertinent, si vero speciales, ad prædicamentum absoluti, quod complent, reducuntur. Quadam assertione deciditur quæstio. 78.

Et quidem, quod non omnes relationes reales in hoc prędicamento collocari debeant, certum apud omnes est, nam cum transcendentales per plura prædicamenta vagentur, nõ secus ac absoluta ad quæ pertinent, in nullo peculiari prædicamento collocari possunt, cum ratio cuiuslibet prædicamenti limitata sit, à cæterisque prime diuersa, gratia exempli: re-
spectus accidentis ad subiectum, quem aptitudinalis inhærentia claudit, transcendentalis est, sicut vniuersalis ipsa ratio accidentis, vt igitur hæc non collocatur in aliquo peculiari prædicamento, sic ne respectus ipse. 79.

Quod demum nec relationes secundum dici huius sint prædicamenti, ex adnotatis circa

earum

earum naturam cum primis exploratum est: sunt namque diminuti quidam respectus, quibus absolutorum essentiæ complentur, ac propterea nequeunt, per se in prædicamento collocari, quod ex completis entitatibus per se conflatur, gratia exempli, respectus scientiæ, ac potentiæ ad obiecta ad prædicamentum qualitatis, sicque de cæteris, eiusdem conditionis.

I. Ratione confirm. Sed hac ratione conuinci potest, nam prædicamentum ad aliquid, vti cætera, completa entitas constituit, ergo sola relatio completa ad ipsum pertinebit, completa verò relatio ea sola est, quæ ex genere, ac differentia suo modo componitur, & ideò tota essentia relatiui est huius, aut illius speciei, vel generis: at relationes secundum dici incompletæ sunt, ac diminuti respectus non per se constituentes relatiuum: sed complentes essentiam eius absolutam, ergo non per se pertinent ad prædicamentum, sed reducuntur ad prædicamentum eius rei, quam complent.

Confirm. II. Probatur secundo. Quia euidenter sequitur, relatiuum secundum dici non pertinet ad hoc prædicamentum, ergo nec relatio secundum dici, antecedens est necessarium, ergo & consequens. Probatur esse necessarium, quia relatiuum secundum dici, essentialiter, atque simpliciter absolutum est, vt ostendunt scientia, & potentia, ex consequenti vero respectum secundum dici importat, ergo pertinet ad prędicamentum absoluti, & non ad categoriam relationis. Etsi forte dixeris, pertinere quidem ad prædicamentum absoluti ex parte eius absoluti quod importat, sed ad prædicamentum ad aliquid ex parte relationis, nihil efficis, nam neq; solo absoluto constituitur in genere, aut specie, sed vtroque: nisi enim in habitu scientiæ, vel in potentia includatur respectus ad actum, & obiectum, non constituetur in genere, vel specie qualitatis solo absoluto, & licet velis ab hoc abstrahere respectum, vel sub eo præcisè scientiam, vel potentiam considerare, non considerato absoluto earum, minus profecto constitues eas sub genere, vel specie huius prædicamenti, quia cum respectus iste diminutus ab extrinseco habeat, esse cōplementum absoluti, nihil sine eo constituere valet in genere, vel specie, aut prædicamento. Superest ergo solas relationes, quæ extra essentiam absolutorū sunt, tertium prędicamentum constituere, quia eiusmodi dumtaxat completam, specialem, ac limitatam ad certū genus rationem habent.

10.

QVAESTIO SEXTA.

An species relationis prædicamentalis sit à termino accipienda.

Annumerantur diuisiones relatiuorum prædicamentalium.

De vera iam relatione titulus quæstionis sciscitatur (nam cæteras definitio præcedentis controuersiæ à prædicamento depulit) à quonam eius species desumenda sit, constituto enim supremo genere, atq; statuto quas relationes sub se comprehēdat, conueniens ordo postulabat, vt de specie relationis ageremus, vt speciebus cognitis subalternis, & atomis in totius ordinationis prædicamentalis notitiam possemus deuenire. Titulus quæstionis. 11.

Relatiuum, quod est supremum genus huius prędicamenti, prima diuisione, atque vniuersaliori secatur in tria genera intermedia, iuxta tria fundamenta ab Arist. numerata 5. metaph. cap. 15 primum est illud, quod in vnitate fundatur, quod adhuc diuiditur in tria alia genera iuxta tria prędicamenta, in quibus vnitas reperitur: nam in substantia fundantur relationes identitatis genericæ, aut specificæ, & ex opposito distinctio specifica, vel generica relationes diuersitatis fundat. In qualitate fundantur relationes similitudinis, & dissimilitudinis: in quantitate verò relationes æqualitatis, & inæqualitatis. Primū genus continent identitas specifica Petri, & Ioannis, & diuersa natura Petri, & Bucephali: sub 2. sunt similitudo duorū alborum, & dissimilitudo albi, & nigri. Et sub 3. æqualitas duorū corporum eiusdem mensuræ, vel inæqualitas diuersæ. I. Diuisio relatiui supremi. 12.

Secundum genus relatiuorum est eorum, quæ fundantur in actione, & passione, tertium in mensura, vt relationes scientiæ, & potentiæ ad obiecta sub nominibus mensurabilis, & mensuræ significatæ. II. Relatiuorū genus. 13.

Secunda diuisio relationum minus quidem vniuersalis est, in mutuā, & nō mutuam: relationes mutuæ appellātur, quę ex parte vtriusq; extremi sunt reales, vt similitudo, & dissimilitudo, nō mutuæ, quæ ex parte alterius dumtaxat, vt relationes mensurabilis, & mensuræ. II. Diuisio.

Diuiduntur tertio relatiua in æquiparantiæ, & disquiparantiæ: talia dicuntur illa, quæ eiusdē sunt rationis, ac denominationis in vtroq; extremo, III. Diuisio relatiuorum.

extremo, extremum namq; vtrumq; similitudinis appellatur simile, & æqualitatis æquale, ac propterea relatiua æquiparantiæ vocantur, disquiparantiæ vero, quorũ relationes diuersæ sunt, diuersam que denominationem extremis conferunt, vt pater, & filius.

Quodlibet autem horum generum in varias species distrahitur, & de omnibus ac singulis quærimus, à quonam vnitatem, & distinctionem specificam sortiantur, à termino, vel alio quopiam?

Quod relatio non accipiat speciem à termino probatur.

I. Sententia. D. Tho. Et quod non sit à termino accipienda videtur expressa sententia D. Thom. 3 part. quæst. 35. artic. 5. quodlibeto 1. art. 2. & quodlibeto 9. art. 4. quibus locis negat planè à termino specificari relationem, sed ex diuersis causis distingui specie affirmat, vnde ex causa potius quam ex termino, speciem eius capiendam censet, & probat vtrunque hoc argumento. 84.

Fundamentum. Si relatio caperet à termino speciem, fieret in vtroque parente eandem esse relationem ad filium, qui vnius termini rationẽ habet, quod aperte falsum est, nam pater, & mater diuersa sunt principia, actiuum videlicet, & passiuum, quapropter diuersa in vtroq; relatio consurgit ad filium paternitatis, & maternitatis: quo ostenditur causarum diuersitatem relationes distinguere specie potius, quam terminos.

Et fauet huic sententiæ Aristoteles 5. metaphysicæ cap. 5. vbi ex diuersis fundamentis, à quibus causantur relationes, tria earum genera nuper à nobis relata distinguit, nulla penitus terminorum mentione facta.

Secundo terminus extrinsecum quid est relationi, ergo non potest ei speciem conferre, nam intrinsecam esse oportet differentiam, à qua species accipitur.

85. Responsio. Quod si respondeas terminum tribuere speciem relationi, non quidem eo modo, vt ipse sit eius differentia essentialis, sed ordo ad ipsum: vnde non repugnat ab eo quanquam extrinseco speciem capere relationem, quemadmodum motus à termino, qui etiam quid extrinsecum ei est.

Impugnatur. Statim oppono relationem esse ordinem ad terminum, vnde si ex ordine ad terminum sumit speciem, vellem inquirere, an ex ordine ad terminum, qui est ipsamet relatio, vel ex alio ordine ab ea distincto? non primum, quia à se ipsa caperet speciem, nec secundum, quia oportebit in infinitum abire: nam cum ille alius ordo speciem habeat, ab alio ordine à se distincto illã capiet, de quo rursus erit eadem quæstio, à quo alio specificetur, & sic procedetur in infinitũ: aliud igitur à termino relationis diuersum inuestigare necesse est, à quo species eius accipiatur.

A termino capiendam esse speciem cuiuslibet relationis decernitur.

Communis nihilominus scholę vox profitetur à termino specificari relationẽ, vt Aristoteles eam definiens nõ obscure indicat: relatiua ait esse, quorum totum hoc ipsum quod sunt, est ad aliud se habere, illud ergo aliud, in quod tendit, est quasi finis eius, ac propterea terminus iure appellatur, à quo dubio procul speciem capiet, cum in ordine ad ipsum definiatur. Secunda sententia vera est Arist. 86.

Neque S. Thom. ab hac communi sententia recedit, quin potius eam cõfirmat. 5. p. q. 2. art. 7. ad 2. hisce verbis: *Ratio relationis sicut & motus, dependet ex fine, vel termino, sed esse eius à subiecto, &c.* & 1. p. q 32. art. 2. sic loquitur: *Cum ratio specifica relationis consistat in hoc, quod ad aliud se habet, necesse est dicere, quod duæ relationes non sunt diuersæ secundum speciem, si ex opposito vna relatio eis correspondeat.*

Secundo probatur. Quia relatio à subiecto accipit esse reale vti cætera accidentia, medio tamen fundamento, sicut eo medio inhæret, à causa vero efficienti non specificatur res, cum sit prorsus extrinseca, caret etiam relatio materia, & forma physicis, nihil ergo superest pręter finem, & terminum, à quo sit species accipienda, ita vt quemadmodũ ordo ad terminũ est differentia motus, ita sit relationis. Probatur. 87.

Cæterùm, vt veritas hæc illustrior reddatur, adnotandum est relationem quemadmodum cętera accidentia ex solo genere, & differentia componi, siquidem materiæ, & formæ physicæ compositione caret, duplicem igitur conceptum generis, & differentiæ distinguere in ea debemus, vt quomodo sit eius species constituenda exponamus, quod hoc pacto fit. Relatio quælibet vt Paternitas (exempli gratia) duobus modis est considerabilis, & secundum communem gradum relationis, & secundum particularẽ Paternitatis: vniuersalis eius consideratio est, in quantũ est ordo ad terminum, 88.

particu-

particularis in quantum est ordo ad talem terminum, nempè ad filium, in conceptu priori cum cæteris relationibus communicat, à quibus eam separat posterior: prior conceptus per posteriorem contrahibilis est, non secus ac conceptus animalis per conceptū rationalis, ideo genericus ille est, differentialis iste, & ex vtroq; componitur species Paternitatis, & secundum proportionem species cuiuslibet alterius relationis Et iuxta hunc modū intelligenda est communis sententia affirmans à termino capiendā esse speciem relationis, nō quod terminus differentia sit essentialis, est enim res extrinseca, vt postremū conuincit argumentū, sed vt ordo ad ipsum sit propria differentia relationis, à qua suam habet speciem non secus ac motus à suo termino, in quem tendit: itaq; non ab alio ordine à se distincto specificatur relatio, sed à seipsa in hoc sensu, quod in ea est accipere conceptum differentialem, in quantū est ordo ad talem terminum, distinctum quidem à conceptu generico eiusdem, qui est esse ordinē ad terminum, & si hoc appellatur in vltimo argumento relationē specificari à seipsa, id libēter admittimus, atq; hac de causa nomine ad aliquid aptissimè designantur relatiua, quasi intima eorū essentia sit ad aliquid ordinari, & hæc est solutio vltimi argumenti.

89. Ad 2. arg. Ad secundum respondetur: fundamenta relationum duobus modis esse consideranda, vno quidem in quātū eis positis in subiecto relationes cōsurgunt, atq; etiam eis medijs inhærent, alio modo in quātū sunt formæ, vel rationes constituendi extrema in tali natura, vel cōmensuratione, & vtroq; modo dicuntur causæ relationum, non quod effectiue eas producant, cū constet plura fundamenta non esse actiua, vt de albedine, nigredine, quantitate, substantia, ac huius cōditionis cæteris notum est, sed quia modū causæ habent, in quantū ex propria conditione, & natura eas in extremis inferunt, non minus necessario, quā si verè effectiue producerent, producta enim albedine in extremis ab agente, nō minus necessario sequitur relatio similitudinis, quam si ab eadem albedine fieret: cum tamen ab eodem agente albedine media producatur. Nec solum inferunt relationes fundamēta sic accepta, sed easdem, vel diuersas secundū speciem iuxta propriam naturam, vel cōditionem, vt albedo similitudinem, æqualitatem quantitas, identitatem substantia, & generatio actiua paternitatem, passiua vero filiationem.

Ac propterea ex fundamentorum diuersitate ostendit Arist. diuersa genera relationum, Nota. in quæ supremū genus prædicamenti partitur (vt vidimus) sed vlterius distinguēdi sunt termini relationum, alia est enim consideratio eorum quasi materialis, formalis vero alia, materialiter accipiuntur, vt sunt res quædam, videlicet substantiæ, quantitates, vel qualitates, formaliter, vt sunt similia, vel æqualia, & iuxta primam conditionem constituuntur ab ipsis fundamentis, iuxta secundā vero ab eisdem inferuntur, relationesq; specificant: ac propterea in quantum sunt causæ diuersarum 90. relationum speciem dicuntur conferre, quasi terminos formales inferentes, à quibus specificatio desumitur.

Et hunc sensum tenet D. Thom. in vtroque testimonio, dum à causis specificari relationes docet, & à terminis: sed sensus prior quasi causalis est per necessariam illationē procedens, posterior vero formalis, ex priori deductus, & iuxta vtrunq; benè intulit diuersas relationes in magistro consurgere ad eosdē discipulos. L diuersos, diuersis docente facultates, cum fundamenta vt causæ relationū considerata, nempè facultates ipsæ diuersos terminos formales inferant, nempè diuersos discipulos, nō materialiter, sed formaliter consideratos, in quantū diuersis facultatib⁹ instruuntur, diuersas itē relationes in vtroq; parente, cū diuersa sit dependentia ab vtroq; in filio, ex quibus infertur diuersa ratio formalis terminorū, nempè patris, & matris respectu filiationis, & in eadem filiatione diuersa ratio terminandi vtramque.

Dubium incidens circa primū argumentum, an filio correspondeat diuersa relatio in matre, ac in patre.

SVperest primū argumētum, cuius solutionem consulto in extremū locum distulimus, quia speciale dubium excitat de relatione vtriusq; parentis ad filium, an videlicet multiplex sit, vna scilicet in patre, in matre vero altera diuersa, quib⁹ duplex alia in filio correspondeat, vel certè in vtroq; eadem, quia pater, & mater concurrunt ad generationē filij, vt vna causa totalis: nam vterq; concurrit dependenter ab alio, & per eandē generationem, quia vnica est actio, per quam ab vtroque producitur, pro eodem ergo subiecto relationis vterq; parens est, eademq; in vtroq; ratio fundandi, ergo eadē est relatio in vtroque, nam à I. Argum. pro 1. arg.

 prædictis

prædictis duobus vnitatẽ accipit numericam, & cum idẽ sit terminus, à quo habet speciem, videlicet idem filius, erit etiam eadem specifica, & formaliter.

II. Argum. Secundo: oppositæ relationes mutuo sibi correspõdent, ergo impossibile est vnicã relationem ex parte vnius extremi correspondere duab⁹ ex parte alterius, sed si in vno multiplex ponitur, necesse est etiã in altero multiplicari, & si vnica est in vno extremo, vnica, & non multiplex erit ponenda in altero. Ita docet expresse D. Thom. 1.p.q 32.art.2. & ratio est manifesta, quia ex termino accipit relatio vnitatẽ,
92. ac distinctionem, ergo si vnica relatio ex parte vnius extremi ponatur, nõ nisi vnica debet ei correspondere in altero, cum repugnet planè multiplicari relationes nisi multiplicatis terminis, per vnicã autẽ relationẽ vnicus terminus formalis constituitur, ergo cũ relatio alterius extremi vnitatẽ accipiat ab eo, multiplicari minime potest: & ex hoc fundamento intulit duplici relationi Filij, & Spiritus sancti, nempè Filiationi, & spirationi passiuę duplicẽ etiã correspõdere in Patre, paternitatis, & actiuæ spirationis, quamquã nõ realiter distinctã defectu oppositionis, quã nõ habent in Patre, & ex eodẽ ego ita probo eandẽ esse relationem in vtroq; parente respectu eiusdẽ filij, nã in filio vnica est filiatio, ergo vnica ei correspõdet relatio in parentibus, si enim duplex in eis ponatur, duplex quoq; filiatio erit in eodẽ filio, quod patet esse falsum. Propter hęc argumenta
P. Fonsec. sent. tenuit hanc partem Doct. Fons. 5 lib. met. c. 15 q. 5. sect. 3. docens pluribus quidẽ relationibus ordinari parentes ad filium, partialibus quidẽ, & incompletis, ex quibus vna totalis, & completa coalescit, cui etiam in filio vna etiam totalis, & completa correspondet sub duplici ratione partiali considerabilis.

Pro opposita parte 1. arg. Ex altera vero parte videtur necessarium relationes multiplicare in parentibus, nã probabilis est sententia Arist. quã sequitur D. Thom. patrem, & matrẽ diuerso modo ad generationẽ concurrere, patrem quidẽ vt principium af-
93. fectiuum, matrẽ vero nonnisi vt passiuum, sed diuersus modus causandi est diuersa ratio fundandi relationem, & easdem causas tanquã diuersos terminos formales constituit, ergo diuersæ sunt relationes in parẽtibus, quib⁹ diuersa etiam relatio in filio correspondet, vt contingit in effectu quocunq; ex multis causarum generibus dependente, efficienti videlicet, finali, materiali, ac formali, nam quælibet harũ causarũ diuersam habet relationem ad ipsum, in quo etiam multiplex, ac diuersa saltem formaliter eis correspondet: ita ergo sentiendum erit de relationibus patris, & matris in diuerso genere causæ cõcurrentium ad generationem filij, in quo duplex etiam, ac diuersa relatio saltem formaliter debet eis correspondere.

Secundo. Si in vtroq; parente ponatur eadẽ relatio correspondens vnicæ relationi filij, sequitur hanc ab illa tanquã ab vnica, atq; indiuisibili dependere, hoc est, tanquã à relatione vnius causæ totalis, sequitur rursus eandẽ relationẽ filij ad vtrunq; parentem, tanquã ad vnũ terminũ adęquatũ terminari, mortuo igitur al- Secundum argum.
tero peribit relatio filij, deficiente iã adęquato termino, à quo speciẽ capiebat, deficiente etiã totali relatione, à qua dependebat. Si autẽ perire admittatur (vt videtur necessario admittendũ) sequitur, vel quod filius nõ referatur ad superstitẽ parentem, vel quod per aliã relationẽ alterius cõditionis de nouo in eo insurgẽtem, & vtrumq; est satis falsum, primũ quidẽ manifeste: nam cum certũ sit Filium vere, adhuc esse Filium, licet ab altero parente orbatum, certum quoque erit per veram relationem ad superstitem parentem talem appellari: postremum vero falsum quoq; reputari potest, quia talis relationũ mutatio absque vlla necessitate, vel fundamento ponitur, alioqui ponenda etiam foret in quolibet parente habente plures filios, quoties vnus, aut alter eorum esse desineret, quod nullus vnquam somniauit. Propterea Caietanus 3. p. quæst. 35. art. 5 & Ferrariensis secundo lib. contra Gentes cap. 14. hanc partem secuti sunt diuersas in vtroq; parente ponentes relationes. 94.

Nos verò solutionẽ huius dubij ex altero dependere arbitramur à Philosophis agitari solito, an mater ad generationẽ effectiue sicut Pater concurrat, vel solũ tanquam causa materialis, quod non est præsentis instituti discutere, sed iuxta diuersas eorũ opiniones soluendum erit in pręsentia. Tenuit namq; Arist. quem D. Thomas, & alij sequuntur solũ passiue concurrere, Galenus vero, cui subscripsit Scot. in 3 d. 4. q. 1. nõ nisi effectiue, sicut Pater, neq; minus probabile est hoc, quã primum, & idcircò ab vniuerso medicorũ cætu confirmatur. Quod autẽ ex hac opinionũ varietate dependeat solutio nostri dubij, satis aperte ostendi potest, nam cũ causalitas sit ratio fundandi relationẽ huius generis, pro diuersitate eius erit relationũ diuersitas designanda in parẽtibus, notum Nota pro huius rei solutione. 95.

est enim

est enim diuersa genera causarum, vt efficientis finalis, formalis, & materialis, diuerso modo ordinari ad effectum, ac per relationes diuersas, nō alia ratione nisi ob modum causādi diuersum pendet igitur ex eodem, vel diuerso modo causandi vtriusque parentis vnitas, vel diuersitas relationis in eis ponenda.

Resolutio huius dubij.

Prima assertio veræ sententiæ. Duabus igitur assertionibus soluendum est propositum dubium, prior est, iuxta sententiam Aristotelis, ac D. Thomæ, quod in diuerso genere causæ concurrant ad generationem Pater, & mater, hoc est, passiue, & efficienter, plures relationes ponendæ sunt in vtroque parente, non solum re distinctę propter subiectorum diuersitatem, sed secundum rationem formalem: hæc est expressa sententia D. Tho. 3. p. q. 35. art. 5 ad 3. vbi hæc verba legimus. *In hominibus ex parte parentum inuenitur duplex relatio, vna paternitatis, & alia maternitatis, quæ sunt specie differentes propter hoc, quod alia ratione Pater, alia mater est generationis principium*, & paucis interpositis, *ex parte autem prolis est vna sola filiatio secundum rem. sed duplex secundum rationem, in quantum respondent vtrique relationi parentum.*

Fundamentū efficax. Et probatur efficaci ratione: nam supposito quod in diuerso genere causæ concurrrant, pater est totale, atque completum, proximumque generationis principium efficiens, ergo fūdat completam relationem efficientis causæ: 67. mater vero passiuum totale, & completum in suo ordine, ergo fundat relationem completam principij passiui: sed ratio fundandi, quę est modus causandi est diuersæ rationis, ergo relatio in vtroque consurgens diuersa est secundum speciem: non ergo habet locum illud, quod de causis partialibus afferebat prior sententia, cum quælibet sit in suo genere totalis, atque completa. Quod vero quælibet dependeat ab altera, aut dependenter ab ea concurrat ad generationem refert nihil, nam quatuor cōsueta genera causarum mutuam habent depēdentiam, sine qua non valent ad effectum concurrere. Nō operatur efficiēs nisi à fine moueatur, nec potest agere nisi circa materiam præsuppositam, ex cuius potestate formam extrahit, & nihilominus dependentia non tollit, quin quælibet in suo genere valde diuersa sit ab altera, diuersam quę fundet relationē in ordine ad effectum, pari ergo ratione de parentibus in diuerso genere causæ concurrentibus iudicandum est, quod diuersis relationibus completis ordinentur ad filium: & de matre specialis quædam ratio est nō nihil diuersa à materia prima concurrente ad generationem, nam cū hæc sit pars intrinseca rei genitæ, modo quodam partiali videtur concurrere, licet valde diuerso à cæteris causis, mater vero non habet similem imperfectionem, cum sit causa materialis extrinseca, sed rationem totalem, atque completam causandi, vnde relatione completa distincta à patre effectiue concurrente ordinatur ad filium.

Si autem quispiam ex hac assertione inferat duplicem filiationem specie distinctam in filio esse ponendam, quod nouum videtur, & præter consuetum modum concipiendi, & loquēdi, nam cum vnicus sit filius ab vtroque parente genitus, non nisi à filiatione vnica denominatur. Obiectio. 58.

Respondendum est euidentem esse consecutionem, quam admisit planè D. Thomas cōcedens duplicem relationem formaliter distinctam in filio correspondere: cæterum, cum eadem sit secundum rē, eandemque denominationem filij vtraq; conferat, quasi vna reputatur: sed quod specie distincta sit, conuincit diuersitas terminorum, à qua relationes distinctionem sortiuntur pater namq;, & mater, licet sub essētiali ratione hominis eiusdem sint speciei, vt tamen concurrūt ad generationē, quo pacto fundamenta sunt, diuersam valde rationem habent, atque adeò diuersi sunt termini, ad quos repugnat, quod eadem relatio secundum speciem terminetur. Et possumus exemplum valde simile in diuinis personis producere, nam quia Pater æternus diuerso modo concurrit ad generationem Filij, & spirationem Spiritus Sancti: hoc est, tanquā principiū Verbi per intellectum, principium Amoris per voluntatem, diuersas fundat relationes specie distinctas nostro modo intelligendi. Patris, & Spiratoris, quibus ad vtramque personam procedentem refertur, quāquam nō distinctas realiter ob defectum oppositionis: & in personis procedentibus diuersæ etiam ponuntur relationes eis correspondentes, nō solum secundū rationem formalem, sed re ipsa distinctæ propter oppositionē, per quas cōstituuntur in esse personali, ergo distinctæ etiam ponendæ sunt in parentibus, non solum diuerso modo, sed in diuerso genere causæ concurrentibus. Et ecce eadem persona diuina à diuersis relationibus denominata, non ergo mirum est, si si-

Solutio. Exemplo confirm. 99

si filius in creaturis diuersis relationibus se cundum speciem, eiusdem tamen denominationis afficiatur.

II. Assert. Assertio posterior, supposito quod vterque parens effectiuè concurrat ad generationem filij, non erit ponenda in eis multiplex relatio diuersa, atque completa, sed partia-
100 lis dumtaxat, atque eiusdem rationis, vnam completam, & totalem constituens, eo modo quo plures trahentes nauim eadem completa, ac totali relatione ex multis partialibus quasi composita, ad effectum ordinarentur, vt D. Tho. vbi supra his verbis docuit: *Si vero essent plures eadem ratione principium vnius actionis (puta cum multi simul trahunt nauim) in omnibus esset vna, & eadem relatio*: Quod ita probatur, nam iuxta hanc opinionem pater, & mater concurrunt in eodem genere causæ tanquã partialia principia effectiua, ex quibus vnum totale, atque completum coalescit, ergo non nisi vnica relatio completa in eis consurgit. quod profecto conuincit modus concurrendi
101 eiusdem rationis, & cum dependentia vnius ab altero, ex quibus infertur eadem ratio fundandi relationem, atq; adeo vnica relatio. Accedit, quod in filio non potest esse nisi vnica relatio ad vtrunque parentem, nam cum relatio capiat ex termino speciem, & eadẽ sit ratio terminandi in vtroq; parente, sicut idem est cõcurrendi modus, eadem etiam erit relatio filiationis secundũ speciem, atq; etiam secundũ numerum propter subiecti vnitatem, à qua accidentia capiunt numericam vnitatem.

Confirmatur à simili. Confirmari etiam potest eadem assertio ex similitudine diuinarũ personarum, in quibus non multiplicantur relationes, etiam in distinctis personis, propter eundem modum concurrendi, sed eadẽ omnino relatio actiuæ spirationis ponitur in Patre, & Filio, quia vterq; concurrit vt principium effectiuũ amoris, pari ergo ratione in parentibus eodẽ modo cõcurrentibus vna tantum relatio ponenda erit.

Soluuntur rationes dubitandi, & primum argumentum principalis quæstionis.

Satis fit argum 102. NVnc ergo argumentis vtriusq; partis occurrendum est, nam quælibet pars contendit vnam esse relationem omnino in vtroq; parente, aut omnino plures: & si teneamus in eodem genere efficientis causæ concurrere vtrumq; parentẽ, admittendũ est iuxta posteriorem nostram assertionẽ eandem esse totalẽ, ac cõpletam vtriusq; parentis, vt contẽdunt argumenta sententiæ prioris: si vero in diuerso genere, materialis, atq; efficientis, negandum est, quod assumit primum argumentum, videlicet per modum vnius causæ concurrere: nam pater completum, ac totale efficiens proximum generationis esset in casu, mater verò totale passiuum, completam igitur relationem fundat modus causandi cuiusque, atque adeò in vtroq; diuersa relatio completa ponenda est ad filium. Quemadmodum in singulis quatuor causarum generibus diuersa ponitur, propter diuersum modum causandi, & concurrendi ad effectum.

Ad I. arg. Secundum argumentum verum principiũ assumit, supposito tamen diuerso modo concurrẽdi vtriusq; parentis, minor est falsa, quod in eodem filio eadem sit relatio filiationis: licet enim sit eadem realiter ob subiecti identi- 103
tatem, diuersa tamen secundũ rationẽ formalem propter diuersum terminum, ad quem refertur, nam mater terminat vt passiuum principium, Pater vt actiuum, & cum ratio vtriusque principij formaliter sit diuersa, diuersos terminos formales constituit, ex quibus relationes filij diuersam rationem formalem, atque specificam sortiuntur, quemadmodum in eodẽ numero albo diuersę sunt relationes ad album, & nigrum, propter diuersam rationem formalẽ terminorum.

Ad I. secũdæ opinionis. Primum argumentum secundæ opinionis solutione non indiget, contendit namq; propter diuersum modum cõcurrendi vtriusq; parentis ad generationẽ, diuersas fundare relationes, vt cõceditur in cæteris causarum generib9 ad eundem effectum concurrentibus, quod prior assertio nostra ingenue fatetur.

Ad II. arg. Secundum vero directe procedit aduersus secundam assertionem, contendens plures esse ponendas relationes in parẽtibus, etiam in eodem genere efficientis causæ ad generationem concurrentibus. Respõdent quidam pereunte altero parente perire etiam relationem filij, 104
per quam ad vtrumq; terminum tanquam ad vnum adęquatum ordinabatur, & alterã de nouo in eo consurgere, per quam ordinatur ad solum parentem superstitem.

Improbatur. Quam solutionem ego non probo, nã in filio non potest consurgere noua relatio ad vnum parentem decedente altero, nisi virtute præteritæ dependentiæ quam habuit ab eo, vt à principio partiali generationis, ergo solum

lum potest ad illum de nouo ordinari, vt ad partiale & inadæquatum principium: quare non est minor difficultas, quo nam modo possit ad partiale principium per vnicã relationẽ nouam quasi in solidum ordinari, cum nõ possit ab eo in solidum dependere, ac si dicamus, antiquam permanere posse, & ad solum superstitem parentẽ terminari, præter quam, quod absque necessitate, vna ratione vrgente ponitur productio nouæ relationis.

Vt igitur argumento occurrere possimus, ad notandũ est duobus modis contingere, quod duo principia, tanquam partialia concurrant ad aliquem affectum, primo quidem, vt partia-
105 liter [illegible] effectus correspondeat, vt contingit in multis nauim trahentibus, & tunc non refertur effectus ad singulos adæquate, & in recto, nec simpliciter, sed ad modum quo totum se habet ad singulas partes: non enim dicimus brachium esse hominem, sed hominis partem, ad omnes vero simul acceptos adæquate, & in recto, quemadmodum totum ad omnes partes simul sumptas, vnde vnum principium totale constituunt, ad modum quo partes vnum totum, quare relatio effectus ad tales causas partiales non poterit permanere vna tantum superstite, quemadmodum, nec totum conseruatur in vna sola parte permanens: secundo, ac nobiliori modo concurrunt partialiter, non ita vt pars effectus correspondeat singulis, & totus omnibus simul sumptis, sed totus singulis, de-
106 pendenter tamen ab alijs, vnde nec efficiunt vnum principium per modum partium quantum ad esse, sed quantum ad dependentiam: hoc modo efficiunt vnum principium intellectionis, aut sensationis ex obiecto, & potentia: nam licet obiectum non intelligat, verum est efficere totam intellectionem, quod etiam notum est conuenire potentiæ: partiale vero nihilominus vtrumque principium vocatur propter dependentiam, quia nec intellectus potest intellectionem producere, nisi dependenter ab obiecto, nec hoc, nisi dependẽter à potentia vnde fit relationem effectus simpliciter terminari ad quodlibet principium, adæquate vero non nisi ad vtrumque simul: in eisdem etiam principijs reperiuntur singulæ relationes ad effectum, ita vt quodlibet simpliciter ad illum referatur: verum est enim intellectum efficere intellectionem, aut eius terminum, verũ quoque eundem effectum produci ab obiecto, à neutro tamen producitur, tãquam à causa adæquata, sed ab vtroque simul, quia neutrum concurrit ad productionem, nisi dependenter ab altero: & hoc modo se habent parentes ad generationem filij, etiam si in eodẽ genere efficientis causæ vterque concurrat, cuilibet enĩ attribuitur generatio, & genitus vocatur à quolibet filius, nam designata matre dicimus Petrum esse huius mulieris filium, & à fortiori designato patre, quod non esset verum, si partialiter concurrerent primo modo, sicut trahẽtes nauim, de nullo enim per se designato verum est, iste nauim trahit, imo nec de multis, sed de omnibus simul, quare effectus ipse non solum adæquatè refertur ad omnes, sed ad nullum per se, nisi forte in obliquo, quemadmodum totum ad singulas partes.

Ex quibus sequitur falsum esse, quod assumit argumentum, ad vtrumq; parentem tanquam ad eundem terminum indiuisibilem referri effectum, nam si ita esset, non ordinaretur ad quemlibet per se, indiuisibiliter igitur ad omnes simul concurrentes causas ordinari non contingit, nisi in effectibus primi generis qui ex multis causis partialibus, & secundum partem concurrentibus dependent: cuiusmodi non sunt pater, & mater, sed solum constituũt vnam causam adæquatam secundum ordinẽ dependentiæ, à quibus simul concurrentibus, licet effectus dependeat, refertur nihilominus ad quemlibet à quo simpliciter productus, vel genitus vocatur, quanquam cum dependentia ab altero, vnde fit quod possit adhuc altero decedente ad superstitem referri, tanquam ab eo à quo genitus est, cum dependentia ab altero, nam in casu deficit quidẽ adæquatus termin' suæ relationis, nõ tamen deficit terminus simpliciter, ad quem simpliciter terminabatur, licet cum dependentia ab altero, ac propterea inadæquate, ac dependenter, solum ergo potest argumentum colligere, quod relatio filiationis non permaneat alterutro parente mortuo secundum rationem completam & adæquatam, non tamen, quod non permaneat simpliciter, cum ad quemlibet parentem simpliciter terminetur, cum dependentia non præsenti, sed præterita, est enim homo pater, quia genuit filium cum præterita dependentia à matre, & mater cũ præterita dependẽtia à patre, & licet alter nõ maneat, verum est superstitem genuisse cum dependentia ab eo. Satis fit argum. 2. 107

Hoc igitur verbo soluimus argumentum in forma, dum dicitur, filium indiuisibiliter respicere vtrumq; parentem, negandũ sit quanquam respiciat quemlibet cum dependẽtia ab altero, & cum rursus instatur, respicit quem- 108

libet

libet inadæquate, concedendum est propter solam dependentiam, sed negandum quod infertur, non posse permanere relationem deficiente adæquato termino, cum permaneat terminus, ad quem simpliciter refertur. Ac demũ cum opponitur neutrum terminare, nisi cum dependentia ab altero, atq; adeò eo deficiente non posse terminare relationem, neq; hãc permanere, quæ essentialiter dependet à termino, distinguendum est verbum dependentiæ, nam si intelligatur de dependentia præsenti, negandum est, quod quilibet parens terminet cum dependentia ab altero, si vero sit sermo de dependentia præterita, admittendum: nam verum est matrem nunc terminare in quãtum genuit cum dependentia à patre, & iste etiam cum dependentia à matre, quod etiam verum est alterutro decendente: nam verum est superstitem genuisse cum dependentia ab eo, qui mortuus est, vnde non minus terminat quilibet relationem altero mortuo, quam viuente, quia non minus est verum genuisse Filium cũ dependentia, quamuis semper verum sit non esse adæquatum terminum relationis, ac propterea non manere relationem secundum esse adeò perfectum, ac dum ad vtrumq; simul parentem terminabatur, permanet tamen simpliciter sub esse imperfecto. Et iuxta hãc doctrinã accipiendum est, quod superius docuimus, parentes tanquam partiales causas concurrere, si teneamus vtrumque esse efficientem causam, tanquam partiales quidem, non secundum esse effectus, sed secundum necessariam dependentiam ab vtraque.

QVAESTIO SEPTIMA.

An terminus relationis sit formaliter absolutus, vel relatiuus.

Nota pro tituli intelligentia.

PRæsupponit titulus quæstionis illud, quod omnino necessarium est, & ad intimam rationem relatiuorum pertinet, nẽpe vt vnum referatur ad alterum tanquam ad terminum, à quo species relationis accipitur, quærit autem, an illud, quod terminat relationem alterius, oporteat esse relatiuum, vel

109 absolutum, additque formaliter, vt terminãdi rationem exprimat, & statum controuersiæ indicet.

Quam vt plenius intelligamus, obseruare oportet in relatiuis duo esse, per quę excogitari potest vnum terminare relationem alterius, nempe relationem, & fundamentum, vt in Patre, & Filio generationem actiuam, & passiuã, ac relationes ipsas paternitatis, & filiationis: & in his, quæ similia sunt, reperitur qualitas in tali gradu, quæ in vtroque est fundamentum relationis, & propterea relationes ipsæ similitudinis in vtroque extremo existentes: quæritur ergo, an Pater terminet relationem filij per paternitatem, vel per fundamentum eius, quod est generatio actiua, & Filius relationem patris per filiationem, aut per generationem passiuã à qua dicitur genitus: nam si dicatur per fundamentum terminare, cum hoc sit absolutum, terminus relationis erit formaliter absolutus, si vero per relationem terminet, erit formaliter relatiuus. Itaque terminum esse formaliter relatiuum, non est terminare per relationem, vt relatio est, hoc est, in quantum est ordinatio vnius ad alterum, cum certum sit hoc modo non posse vnum relatiuum terminare alterum vel relationem eius, quia officium referendi, & terminandi diuersa sunt, etiam, si in eadem relatione dicantur concurrere, sed terminum esse formaliter relatiuum, vel absolutum solũ significat terminare relationem alterius per fundamentum, quod est absolutum, vel per relationem, siue relatio hoc, vel illo modo terminet, hoc enim explicare ad illam sententiam pertinebit, quæ statuerit relationẽ esse id, per quod vnum relatiuum terminat relationem alterius.

II. Obseru.

Status controuersiæ.

110

Tres sententias reperio, extremas duas, alteram mediam. Primum extremum tenet, terminum cuiuslibet relationis tam mutuæ, quã non mutuæ esse formaliter relatiuum, quod secutus est Caiet. prima parte quæst. 13. art. 7. & post eum ex recentioribus nõnulli, qui fundamentum habere in doctrina Arist. arbitrantur nam in calce præsentis capitis de relatiuis docet simul esse definitione, hoc est, mutuo se definire, ex quo sequi videtur esse etiam vnius per ordinem ad alterum desumi, non enim posset illud definire, nisi ordinatio saltem ad illud essentialis ei foret, sed non ponitur in eius definitione, in quantum iterum ad ipsum refertur sed præcise in quantum eius terminat relationem, ergo terminus relationis erit, & vt talis in definitione collocatur, & cum definitio relatiuorum omnibus sit communis, sequitur cunctorum terminum esse relatiuum.

I. Senten.

111

Pro-

Probatur. II. Probat secundo ex altera proprietate relatiuorum ibidem designata ab Aristotele, & à cunctis probata, quod simul natura sint, hinc enim plane sequitur, non ad absolutum, sed ad relatiuum terminari, proprietas namque sub eadē ratione conuenit omnibus, eandem naturam à qua dimanat vniuoce participantibus, ergo re-
112. latiua vt talia sunt simul natura, sed talia sunt, in quantum vnum ad alterum ordinatur, ergo quodlibet est simul natura cum altero, in quātum relationem eius terminat, nam terminare non est aliud, quam id esse, ad quod aliud ordinatur, terminat igitur vt simul natura, atq; adeo vt relatiuum, nam cum absoluto non est simul natura relatiuum.

Vltimo. Vltimo, quia si ad absolutum terminaretur relatio aliqua, penderet intrinsece cognitio eius ex notitia distincta talis absoluti, vt si rela-
113. tio creaturæ ad Deum tenderet in ipsum, vt per potentiam creandi eam in esse produxit, talem potentiam oporteret distincte cognoscere ad cognoscendam distincte relationem, esse autem talem cognitionem impossibilem plane ostendere videtur, non terminari relationē ad ipsum, nisi vt aliquo modo relatiuum ex sola notitia relationis cognoscibile. quod pariter de relatione scientiæ ac cæteris accipiendū est, & hoc argumentum specialius procedit de non mutuis relationibus, in quibus maior difficultas esse potest. Et si huic sententię opposueris relationes non mutuas, quibus in altero extremo, non correspondent alię, vt de mensurabili, & mensura constat, de creatura etiam, & creatore: triplicem inuenire viam sustinendi ad huc relationes has non ad absolutū, sed ad relatiuum terminari.

Prima via Caietani defendendi præfatam sententiam.

I Via. Caietan. PRimam excogitauit Caietan. vbi supra, quam hac doctrina, & distinctione explicat. Vnum referri ad alterum duobus contingit modis, vno per intrinsecam, ac sibi inhærentem relationem, vt Pater refertur ad Filiū,
114. altero per relationem realem non in se, sed in alio extremo existentem, quo pacto scibile referri, ait, ad scientiam per relationem, qua scientia refertur ad ipsum. Itaque eandem relationem vtrique extremo esse rationem referendi censet, & quidem ei, in quo inhæret formalem alteri vero non nisi extrinsecam: vt eadem relatio scientiæ non solum eam ad obiectum referet, sed etiā obiectum ad ipsam, & officium primum exercet per intrinsecā denominationem, postremum per solam extrinsecam, sufficientem tamen, vt eius ratione dicatur obiectum tanquam relatiuum terminare.

Hunc modum dicendi probare nititur Caietanus ex sententia Aristotelis, qui de his relatiuis non mutuis differens. 5. libro Metaphysic. capite. 15. videtur expressis verbis statuere, quod alterum extremum eorum, in quo nulla est relatio, sit nihilominus relatiuum, ex eo, quod aliud ad ipsum refertur per intrinsecam relationem, sic enim inquit: *Quæcunq; igitur secundum numerum, & potentiam ad aliquid dicuntur, cuncta sunt ad aliquid, eo quod ipsum quod est alterius, dicitur ipsum, quod est. sed non eo quod aliud ad illud: mensurabile autem, & scibile, & intelligibile, eo quod aliud ad illud dicitur, nam intelligibile significat, quod eius est intellectus.* Probat. Caietan. ex Arist.

Alia via defenditur eadem sententia.

SEcundam viam defendendi eandem sententiam inuenerunt alij, ponentes in non mutuis relationibus relationem realem ex parte vnius extremi se tenentem terminari ab altero extremo per relationem non realem, sed rationis, quia eo ipso, quod extremū relatione reali affectum ordinatur ad alteram eam non habens, consurgit in hoc denominatio relatiua similis, non à relatione reali, sed rationis, non secus, ac dū vno existente albo eo ipso, quod aliud de nouo fit, consurgit relatio similitudinis, non solum in posteriori, sed etiam ratione in priori, non certe alia de causa, nisi quia producta alia albedine incipit antiquum albū naturalem conuenientiam, & secundum eā realem cōmensurationem habere ad nouū, quam relatio similitudinis consequitur: pari ergo ratione in non mutuis relationibus philosophandum est, nam illud extremū, in quo non est relatio realis, ex productione alterius ad ipsum relati, nouam acquirit conuenientiam, nouamque proportionem cum eo, quam necesse est nouam relationem comitari, non realem, cuius non est capax: ergo rationis, perquam terminabit relationem illius realem vt relatiuum: & licet relatio rationis non existet ante opus intellectus (quod fatentur) mutuā tamen correspondentiam extremorum talem denominationem postulare, quam tribuere II. Via. 115 116

aiunt, relationem realem nondum existentem: quemadmodum, essentialis connexio prædicatorum essentialium non existentium denominat subiectum non existens, vt animal viuens, & substantia hominem etiam non existentem denominaret, quod igitur in his præstat essentialis connexio, in relatiuis præstat mutua correspondentia.

Defenditur tandem alia via à modernis.

III. Via defensionis. Moderni tandem, quibus hæc secunda via non placuit, tertiã inuenere, pro
eius declaratione duo adnotant: pri-
116. mum, relationem ex se non referre actu vnũ ad alterum, sed aptitudine, vnde nec relatiuum
Notat. 1. actu refertur, sed quasi in potentia proxima, vt nomen ipsum sonat, ergo distinguendum putant inter relatiuum, & relatum, ita vt illud aptitudinem, hoc vero actum referendi designet: idq; præsertim verum esse in relatiuis nõ mutuis, quæ in tertio genere collocãtur, nam relatio mensurabilitatis non refert actu scientiam ad obiectum sub ratione mensuræ, sed constituit eam quasi proxime aptam, vt referatur, quare nec obiectum mensura vocatur actualis. Quæ actu mensuret scientiam, cum hoc non habeat, nisi dum actu ab ea considera-
Notat. 2. tur.

Secundum adnotant, relationem duo exercere munera circa relatiuum, nempe esse rationem referendi vnum ad alterum, & terminãdi relationem eius, refert namque paternitas Patrem ad Filium, & per eandem Pater ter-
Conclusio. minat filiationem.

Quibus suppositis, aiunt, ante operationẽ intellectus obiectum terminare relationem scientiæ, vt relatiuũ formaliter per relationẽ rationis, non quã actu habeat, sed in aptitudine, aut potentia proxima, nam eo ipso, quod realiter terminat, aptum est, vt apprehendatur ab intellectu, & ordinetur ad scientiam, ac si re ipsa talem haberet ad illam relationem: & ex hac apprehensione consurgat in eo relatio rationis actualis ipsum actu referens ad eandẽ scientiam, eiusmodi igitur aptitudo, seu potentia, vt apprehendatur ab intellectu, efficit ipsũ relatiuum, licet non relatum, quousque actu apprehendatur, & referatur, atque adeo potens terminare relationem realem scientiæ tanquam relatiuum.

(∴)

Exploditur præfata sententia cum suis expositionibus.

Opinio hæc iuxta quemlibet horum sensuum intellecta improbabilis omnino mihi videtur: quod vt ostendam, necesse erit singulos modos eam defendendi sigillatim refutare, & primo excludendum est subterfugium Caietani, quod facile conuinci potest primo, nam quæ realiter inter se referuntur, in quantum sic relata, oportet esse realiter distincta, cum nihil ad seipsum tali modo referatur, sed distingui realiter, vt relatiua, est distingui per relationem, repugnat igitur vtrumque extremum per eandem relationem realem referri: alioqui iam non erunt distincta in quantum relatiua. Adhęc, quælibet relatiua, quorũ vnum refertur ad alterum, sunt relatiue opposita, cum relatio intrinsece claudat oppositionẽ si ergo Deus ad creaturam, & scibile ad se ētiam referantur, eisdem erunt realiter opposita, sed per eandem relationem opponi repugnat, ergo non minus repugnabit per eandem referri.

Impugnantur hæ expositiones.

118. I. Ratio contra 1. Via.

Secundo, effectus formalis relationis est cõstituere formaliter relatiuum, non secus, ac albedinis constituere album formaliter, ergo sicut repugnat albedinem album efficere nisi illud subiectum, cui inhæret, repugnabit relationem efficere relatiuum nisi illud extremũ, in quo est, constat autem in altero extremo nõ inhęrere relationem alterius, ergo repugnat, quod ipsum constituat relatiuum, vel ad aliud referat: quare falsum est, quod Deus referatur per relationem scientiæ, vt contendit Caietanus, & naturę relationis plane aduersum, quod per solam denominationem extrinsecam constituatur relatiuum, & quod propter solum officium terminandi relationem, quod exercet, dicatur ordinari terminus ad illud, cuius relationem terminat: quod vero Aristoteles asseruit, scibile esse ad aliquid, quia aliud ad ipsum, & pariter intelligibile, & mensurabile, egregiè exponitur à Diu. Thom. 1. part. quæstione 13. artic. 7 in corpore, & ad. 4. de denominatione relatiua non reali, sed rationis, nã ex eo, inquit quod ad scibile refertur scientia, eiusque relationem terminat, concipitur ab intellectu quasi ad illam ordinatum, eo pacto quo termini relationum, qui relatiui sunt ad idem relatiuum, cuius relationem terminant, ordinantur, sic autem conceptũ relatiuũ deno-

II. Ratio. 119.

denominatur, à relatione rationis mensuræ per quam ad sciẽtiam ordinatur, & ita verum est relatiue dici ad aliud, ex eo, quod aliud refertur ad ipsum, non quidem relatione reali, sed rationis.

II. Via refell. 1. Secunda via defendendi eandem sententiam falsitatis argui potest hunc in modum. Relatio vt relatio est forma accidentalis, ergo nullum potest subiectum denominare, nisi formaliter ei tribuat effectum formalem sibi proprium, quemadmodum de cæteris formis accidentalibus in aperto est, nec non deno-

120. minat, denominare potest albedo corpus aliquod, nisi ei tribuens esse album, nec quantitas nisi ei tribuat esse extensum, cuius aperta est ratio, quia denominatio formalis in effectu formali fũdatur, sed nequit vllo modo forma tribuere effectum subiecto nisi ei actu insit, ergo nequit denominare extremũ aliquod

II. Ratio. relatiuũ, nisi ei actu insit. Et derelatione reali probatũ nuper reliquimus aduersus Caietanũ, de relatione vero rationis nõ est min' certum nam licet hæc non habeat realem inhærentiã in subiecto, esse eius actuale est cõcipi per modum inhærentis, pugnat ergo cum natura, &

121. conditione eius prius, quam esse concipiatur in subiecto, sed repugnat denominare subiectum, aut effectum ei formalem conferre prius quam sit, ergo & illud relatiuum, sic efficere, vt ad alterum referatur, quare nec poterit vllo modo extremum illud non mutuæ relationis, in quo non est relatio realis, accipere esse relatiuum, aut relatiui-denominationem ante operationem intellectus à relatione rationis, vt per illam terminet realem relationem alterius tanquam relatiuum.

Nec id profecto attribuitur prædicatis essẽtialibus, vt alicui subiecto in rerum natura existenti conferre valeant essentialem denominationem, nisi actu in eo fuerint, vt Petrus, aut Ioannes non denominantur ab animali, à corpore, vel substantia, nisi dum actu existunt, verum quidem est eadem prædicata, vtpote ab actuali existentia abstracta, proprias exercere inter se se denominationes, non tamen nisi dum actu obijciuntur intellectui cuius est similia prædicata in propositionibus collocare, quæ tamen apta sunt ita concipi, atque ita denominare, ac denominari: quare nihil ex tali connexione deducitur ad probandum entia rationis actu denominare priusquam sint.

Impugnatur tertius modus à recentioribus excogitatus.

Excludenda tandem est vltima via asserẽs relationem rationis saltem in potentia proxima, & quasi in aptitudine dari ante operationem intellectus, à qua licet non relatum denominetur extremum, bene tamen relatiuum, hoc est, non actu, sed potentia ordinatum ad alterum: quod satis est, vt in relatiuis non mutuis relatiuum quoque sit, quod relationem terminat, & si non relatum. Quod igitur doctrina hæc solam habeat veritatis apparentiam: eiusque fundamentum planè sit falsum, conuincit hoc argumentum, dum enim dicitur relatiuum non importare pro formali actualem relationem, sed aptitudinalem dumtaxat, & quasi in potentia proxima, vel excluditur omnino actualis inhærentia relationis in subiecto, & ponitur subiectum denominari relatiuum ex eo solum, quod relationem habere proxime potest, nullam actu habens, vel relatio actu in eo admittitur, cõferens tamen denominationem formalis aptitudinis, vt in relatione mensurabilitatis cernimus, quæ actu quidem, ac formaliter inest scientiæ, sed non denominat eam actu mensuratam, sed mensurari aptam: & primus sensus perspicuam falsitatem continet, nam subiectum, quod non habet actualem formam sibi inhærentem, nequit formalem denominationem eius suscipere, sicut neq; effectũ formalem, vt nuper ostẽdim', ergo pugnat cum natura talis denominationis quod eã suscipiat subiectum, quousq; sibi forma actu insit, quantũlibet proximè sit dispositum pro illa suscipienda, & quãtumlibet denominatio ipsa aptitudinem referendi sonet. Exemplis eorundem relatiuorum facile demonstrari potest, neque enim intelligibile dicitur obiectum, nisi intelligibilitatẽ (vt sic loqui liceat) actualẽ habeat, nec visibile nisi aptitudo sibi insit, vt circa illum versetur potentia visiua, quantumlibet denominationes istæ, non importent actualem intellectionem passiuam aut visionem, sed aptitudinem ad illam, nam cũ formalis sit aptitudo hæc, à forma in hærẽte, & per modũ aptitudinis denominante prouenire debet, ergo multo minus dicetur relatiuum formaliter, nisi actualiter relatio rationis intelligatur ipsum denominare: quod autem distinctio illa, inter relatiuum, & relatum fundamento prorsus veritatis careat, infertur

Improbat. 3. via.

122

Fundamẽtum.

Confirm. exemplis.

123.

ferius ostendetur.

Concluditur 1. sent. esse falsam. Ex præfatis igitur impugnationibus falsitas primæ sententiæ constituentis terminum cuiuslibet relationis etiam non mutuæ formaliter relatiuum manifesta efficitur, quid
124 quid enim de relationibus mutuis decernendum sit, nequit vllo modo intelligi, quod extremum non mutuæ nullam habens in se relationem realem terminet, vt relatiuum reale, aut ante operationem intellectus, dum vere iam terminat relationem alterius, sit formaliter relatiuum rationis, & vt tale possit terminare: quapropter necessarium omnino est his relationibus absolutum terminum concedere.

Extremum secundum, autumans cuiuslibet relationis terminum esse formaliter absolutum.

II. Sentent. opposita. SECVNDVM extremum non solum his, sed etiam mutuis relationibus tribuit terminum formaliter absolutum, quod Scotus tenuit in primo, distinctione 30. quæstione prima, cui subscripsit tota eius familia, & ex discipulis D. Thomæ videntur in eandem sententiam inclinasse Capreolus ibidem quæ. 1. articulo 2. ad tertium. Soncinas 5 lib. meta-
125. physicæ, quæstione 3 ad 2. sed ex modernis non pauci, nec minoris notæ viri patrocinium eius hac nostra tempestate suscipiunt: & præsupponentes veritatem eius in non mutuis re-
I. Argum. lationibus, ex ea deducunt primum argumentum, quo probare nituntur, non minus esse veram in mutuis: nam si illæ non terminantur formaliter ad relationem alterius extremi, sed ad fundamentum, quod formaliter absolutum est, infertur primo relationem rea-
Illatio. lem non per se petere terminum relatiuum, ac proinde nec mutuam, quia quæ per se conueniunt alicui, cunctis eius inferioribus per se quoque attribuuntur, quæ vero per accidés, nulli possunt per se attribui: vt sensibile per se attributum animali cunctis eius speciebus per se conuenit, album vero attributum ex accidenti, nulli speciei per se conuenire, pariter ergo si relationi, vt relatio est, non conuenit per se terminari ad relatiuum, nulli relationi siue mutuæ, siue non mutuæ per se competet, sed cunctis per accidés: quod vero non per se relationi, vt relatio est, conueniat, conuincitur ex non mutua cui repugnat, sicut de animali conuinceretur non ei conuenire per se sensibilitatem, eo ipso quod homini, aut Leoni repugnaret: & certè, si proximum fundamentum in non mutuis relationibus sufficiens est ex parte vnius extremi ad terminandam relationem alterius, vt absoluta ratio scibilis ex parte obiecti, cur non sufficiet in relationibus mutuis, vt potentia generandi in Patre ad terminandum relationem Filij, aut albedo ad terminandam relationem similitudinis? quod si sufficiens est non erit relatio necessaria, sed terminus absolutus erit formaliter.

Quod ostendere aiunt quasdam relationes mutuas relatiuo termino carentes, & ad fundamentum absolutum terminatas, vt relatio- Cõfirma.
nem dominij, & seruitutis, relationem paternitatis, & filiationis, ex quibus conuincitur etiam vt mutuas non postulare pro termino formali aliam relationem, sed per absolutam rationem fundamenti sufficienter esse terminatas: cernimus id in seruitute creaturæ, quæ relatio realis est, & ex se mutua, quam nihilominus alia relatio non terminat ex parte Dei, sed absoluta potestas, quam habet supra omnes creaturas: atque etiam in Beatissima Virgine, quæ relatione reali maternitatis refertur ad Christum hominem, ex parte cuius non datur apud D. Thom. filiatio, ad quã terminetur, sed potentia passiua à qua genitus vocatur, sufficienter terminari ita docuit 3 part. quæst 35 artic. 5 addens filium vocari non à propria filiatione, sed à relatione reali maternitatis, quam terminat. 126 II. Argum.

Argumentum secundum sumitur ex pronunciato illo in hac materia à cunctis probato, posito fundamento, & termino insurgit relatio, quod si verum est, aperte sequitur nullam relationem per se postulare alteram pro termino, sed proximum dumtaxat fundamentum, quod constat esse absolutum: probatur sequela: quia positio fundamenti & termini, est causa relationis insurgentis, ergo prior natura quo circa, sicut ex parte eius extremi, in quo ponitur fundamentum, nondum intelligitur posita relatio, sed consurgere tanquam effectus, pari ratione ex parte alterius, quod pro termino ponitur, nondum intelligitur relatio, alioqui non essent relationes simul natura, erit igitur terminus non ratione relationis, sed per absolutum fundamentum.

Ad hæc, cùm à termino capiat speciem relatio, sequitur actum terminandi aliqualem cau- Cõfirm.

128. causalitatem importare saltem formalem extrinsecam, nam quod alteri speciem tribuit, causa formalis eius est, in quantum species à forma accipitur. Si ergo vna relatio terminat alteram, causa illius erit, atque adeò natura prior aduersus proprietatem designatam ab Aristotele, quod relatiua sint simul natura.

Vlt. arg. Ad extremum pro efficaci argumento afferunt, quod si relatiuum vt relatiuum terminaret, cum relatio sit per terminum definienda,
129. cogeremur vnum relatiuum definire per alterum, ex tali autem modo definiendi sequuntur hæc incommoda, nugatio, inutilis repetitio, vitiosus circulus, & quod ignotum per aliud nō minus incognitum declaretur, quod non erit illud declarare, sed vel obscurius reddere, vel ignotū relinquere. Probantur autem præfata incommoda ex illo principio, loco nominis in definitione positi licebit definitionē eius substituere, vt loco animalis in definitione hominis possit viuens sensibile, ergo dum Pater definitur per Filium, licebit loco filij ponere definitionem eius, quæ si per Patrem tradenda sit, talis erit, Filius est qui habet Patrem, & tunc definitio Patris hæc erit, Pater est, qui genuit eum, qui habet Patrem: & ecce nugationem, & inutilem repetitionem Patris, ecce vitiosum circulum, dum vnū per alterum, & hoc idem per aliud explicamus, quod non est aliud quam idem per se ipsum tandem explicare: quem circulum prohibuit Aristoteles in definiendis eisdem relatiuis libro 5. meta-
130. physicæ cap. 13. hisce verbis: *Non est autem intellectus ad illud, cuius intellectus est, idem enim profecto bis esset dictum, similiter visus cuiusdam est visus, nō cuius est visus, & si verum est hoc dicere, sed ad colorem, vel aliud tale illo vero modo bis idē diceretur, quod visus est cuius est visus, &c.* Et in demonstrationibus prohibitum quoque esse docuit primo de posteriori resolutione cap. 3 ne contingat idem per semetipsum concludere, aut probare.

Media sententia, vt expressa in doctrina Aristotelis, ac D. Thom. Longeq; probabilior præfertur extremis.

Sent. media, & verior. MEdium inter hæc extrema constituit Ferrar. lib. 2 contra gentes cap. 11. asserens relationes nō mutuas per se, & formaliter terminari ad absolutum, mutuas
131. vero per se, & formaliter ad relatiuum, ac propterea, si in communi accipiatur relatio, pro vt ab vtrisq; abstrahit, terminum quoque ab absoluto, & respectiuo abstrahētem postulabit. Ferrar. subscripsere Niphus 5. libro metaphysicæ disputatione 14. Deca Hispalensis in primo, distinctione 3. quæst. 1. notab. 3. & ex modernis nō pauci. Quam sententiam ego libenter amplector, quia expressam inuenio apud Arist. & D. Thomam, & probabiliorem cæteris iudico.

Et quidem aduersus primum extremum efficaciter satis probatum est, non omnem relationem terminari ad relatiuum, quod admittit secundum extremum, aduersus quod probandum superest mutuas relationes non terminari ad absolutum, sed ad relatiuum. Quod in primis efficaciter deducitur ex his, quæ de veris relatiuis docet Aristoteles ad calcē præsentis capitis, duo eis ex propria sententia attribuens: nempè quòd sint simul natura, & cognitione, ex quibus ita arguo. Mutua relatiua, vt talia sunt formaliter, simul natura, & cognitione sunt, ergo sicut non stat vnum esse sine altero, pariter non stabit vnum cognosci nisi cognito altero, sed sicut posito vno non est necessarium ponere alterum, nisi quia esse eius est ad illud referri, ita cognito vno nō est necesse cognoscere alterum, nisi quia essentia eius est ad illud referri, sed ad illud referri est illud tanquam terminum respicere, ergo erit eius terminus tanquam relatiuum non tanquam absolutum, quod est dicere, illud per relationem terminare, & nō per fundamentum, vel per aliam quamlibet rationem absolutam, ratione cuius si vnum relatiuum terminaret alterum, nec omnino necessarium foret simul cum eo poni, neque cognosci, sed poni posset, & cognosci posito tali termino absoluto, etiam si per possibile, vel impossibile non sequeretur relatio in tali extremo: vt pater posset esse in rerum natura, & cognosci sub ratione Patris relatiua, etiam si non sequeretur in genito relatio filiationis, cum sufficienter per generationem tanquam per fundamentū terminaret paternitatem, quo admisso ecce tibi Patrem existentem, & cognitum non existente, neque cognito Filio, aduersus sententiam Arist. & omnium. Sed oppono deinde aliud [illegible] Arist. non ex quo colligitur mea sententia, sed in quo expresse continetur: habetur autem in hoc eodem capite, vbi de termino mutuę relationis d[illegible] modum conuenienter [illegible] assignandi hisce verbis præscribit:

Contra 1. sententiam.

Contra 2.

Argum.

132.

Nota.

Ex Arist. probatur manifeste.

scribit: *Amplius siquidem conuenienter assignetur, ad quod dicitur omnibus alijs sublatis, quæcumque accidentia sunt, relicto autem solo illo ad quod assignatum est, conuenienter semper ad ipsum dicetur circumscriptis omnibus, quæ accidentia sunt Domino, vt esse bipedem, vel scientiæ susceptibilem, vel hominem, relicto vero solo, quod Dominus est, semper seruus enim Domini seruus dicitur,*
133. *si autem non conuenienter ad id ad quod dicitur, assignetur circunscriptis omnibus alijs, relicto autem eo solo ad quod assignatum est, nō dicetur ad ipsum: assignetur seruus hominis, aut alicuius, & circunscribatur ab homine esse Dominum, non amplius seruus ad hominem dicetur, cum enim dominus non sit, nec seruus est, &c.* Hæc Aristoteles. Quibus expresse docet seruum ad Dominum ordinari non alia ratione, nisi in quantum Dominus est, addens in quantum Dominum formaliter terminare relationem seruitutis, & excludens ab eo omnem aliam rationem terminandi, ita vt licet cætera ab eo abstrahantur, hoc est, entitas, substantia, ius, vel potestas, & quodcumque aliud, sola relatione dominij permanente terminabit relationem seruitutis, eaque deficiente nullo modo, etiam si permaneant reliquam: non quod relatio possit, à præfatis omnibus separari realiter, sed per intellectum abstrahi, vt ex abstractione probaret rationem terminandi per se solam relationem esse, & ex directo excluderet præfatam sententiam ponentem absolutum terminum: idem planè sentit D. Thomas multis suæ doctrinæ locis, sed his præcipuè, quæ sequuntur, prima parte quæst. 40. artic. 2. ad 4 vbi definitionem relatiuorum explicans, eamque mutuis relatiuis accommodans ait: *Cum dicitur, quod relatiui esse est ad aliud se habere, per ly aliud, intelligitur correlatiuum, quod non est prius, sed simul natura, &c.* Quid clarius dicit potuit, vt terminum mutuæ relationis non absolutum, sed relatiuum esse ostenderetur? dum enim asserit Aristoteles relatiui esse est ad aliud se habere, luce clarius est pro eodem accipere verbum, ad aliud, ac si diceret ad terminum, sed ad aliud asserit D. Thomas, idem esse, atque ad relatiuum, quod simul natura cum eo est, ergo sentit planè terminum mutuæ relationis non esse absolutum, sed relatiuum, cum hoc namque, & non cum fundamento simul natura est quod refertur, præterea D. Thomas docet expresse vnum relatiuum claudi in intellectu alterius, sed non clauditur, in quantum ad idemmet ordinatur, sed in quan-

Idē planè D. Thom.

134.

tum eius relationem terminat, ergo vt terminus mutuæ relationis relatiuum est: antecedens habetur ipsa quæst. 13. artic. 7. ad 6. hisce verbis: *Ad cognoscendum vtrum relatiua sint simul natura, vel non, non oportet considerare ordinem rerum, sed significationes ipsorum relatiuorum, si enim in sui intellectu claudat aliud, & è conuerso, tunc sunt simul natura sicut duplum, dimidium, Pater, & Filius, & similia. Si autem* 135.
vnum in sui intellectu claudat aliud, & non è conuerso, nunc non sunt simul natura, & hoc modo se habent scientia, & scibile, &c. Quibus patet de relatiuis mutuis loqui à non mutuis ea separans, de eisque asserit vicissim claudi vnum in intellectu alterius, quod constat non habere nisi in quantum terminat relationem eius, nam secundum rationem referendi non possunt se claudere, nec vnum ad alterū pertinere: inclusionem autem eis tribuit in quantum relatiua sunt, ac simul natura esse dicuntur, ergo vt talia censet terminare relationē alterius, & non vt absoluta. Sed probatur iam eadem sententia rationibus, quarum prima ex natura ipsiusmet relationis mutuæ petenda est: relatio enim, vel est relatiua oppositio, vel hanc certè claudit intrinsece, vt admittunt omnes, & præclare D. Thom. ostendit prima parte q. 27. art. 3. in corpore sic inquiens: *De ratione relationis est respectus vnius ad alterum secundum quem aliquid alteri opponitur relatiue, cū igitur in Deo realiter sit relatio, oportet, quod realiter sit tibi oppositio, &c.* Ergo mutua relatio claudit intrinsece 136.
mutuam oppositionem, sed in mutua oppositione intrinsece etiam clauditur vtrumque, videlicet, quod relatio sit ratio referēdi, & quod sit ratio terminandi, ergo relatiua etiam vt talia vtrunq; habebunt, nempè ad aliud referri, & relationem eius terminare, quare nō vt absoluta terminabunt, sed vt relatiua.

At dices, mutuam oppositionem relatiuorum per se consistere in mutua ordinatione vnius ad alterum, quam non est dubium per relationes ipsas habere, officium autem terminandi conditionē dumtaxat necessariam esse, quia si vnum opponitur alteri, in quantum ad illud ordinatur, necesse est ab eodem terminari eandem ordinationem: vnde fit per officium terminandi non opponi mutuo, sed per mutuam ordinationem, quam habent à relatione mutua, vt ratione referendi, ac propterea falsum est, quod assumitur, nempè vtrumque officium referendi, ac terminandi intrinsecum esse relatiuæ oppositioni, cum possit per 137.
absolutum

Solutio.

absolutum exerceri: gratia exempli, Pater opponitur Filio in quantum ad eum ordinatur per relationem paternitatis, quam tamē Filius non per filiationem, sed per fundamentū passiue generationis terminat, opponitur autem rursus Filius eidem Patri in quantum per filiationem refertur ad ipsum, quam etiam terminat Pater, non per paternitatem, sed per actiuā generationem, quæ fundamentum eius, aut ratio fundandi est. Et ecce saluam oppositionem mutuā ex sola ordinatione mutua vnius relatiui ad alterum per fundamenta absoluta terminatam. Sed solutio hæc vim argumenti non remittit: quod sic ostendo: formalis, ac mutua oppositio relatiua ipsisinet relationib⁹ essentialiter conuenit, & earum ratione exercetur inter relatiua, si ergo ostendere in oppositione earum formali vtrumq; officium, referendi videlicet, ac terminandi intrinsice claudi, ostensum profecto erit mutua relatiua

Impugnatur.

vtrumq; etiam exercere officium ratione relationum, atq; adeò vt relatiua terminare. Probatur autem sic, relatio paternitatis formaliter opponi ut filiationi, in quantum realis est

138. ordo ad ipsam, ergo eam formaliter respicit eodem respectu oppositionis, sed non respicitur nisi vt terminus, nā vt ratio referendi potius ipsa respicit paternitatē, ergo ad mutuam oppositionem intrinsece pertinent relationes secundū vtrumq; officium referendi, ac terminandi, ita vt sine vtroq; intelligi oppositio nequeat, quæ cum intrinseca sit relationibus, intrinsecum quoq; eis erit vicissim se terminare, nō ergo ad absolutum terminabuntur mutua relatiua, sed ad relatiuum.

Secundum argumentum ex diuinis relationibus accipitur, in quibus planè conuincitur

139. relatiuum ad aliud relatiuum terminari, & nullo modo ad absolutum: nam cum relatio realis sit realis oppositio eiusdē ad seipsum esse non potest, sed ad alterum realiter distinctum, mutua præsertim, quæ realis ex parte vtriusq; extremi esse debet, sed in diuinis non inuenitur realis distinctio absolutorum, nec relatiui ab absoluto, nec omnino vnū realiter distinctum ab altero, nisi ratione oppositionis relatiuæ, ergo repugnat relationem ad absolutum terminari. Minor adeò certa est in schola ex communi sanctorū Patrum, & Scholasticorū consensu, vt absq; erroris periculo nequeat oppositū sustineri, & ex natura ipsarū relationum diuinarū adeò necessarium, vt licet relationes aliquæ reales sint, & simpliciter plures, non tamen realiter distinctæ, ex eo solū quod non sunt oppositæ, vt in relatione actiuæ spirationis, per quam Pater, & Filius referuntur ad Spiritum sanctū tanquā vnicum eius principium, compertū est: probatur autē consecutio, quod hinc necessario fiat diuinam relationem nō ad absolutum, sed ad relationem alteram terminari: quia si solū habet oppositionē cum alia relatione, solū habebit realem distinctionem ab ea, & nullo modo ab absoluto cui 140.
non opponitur, sed terminari nequit, nisi ad alterū re distinctum, sicut nec ordinari, aut referri, solum ergo terminabitur ad relationem, sicut solū ab ea realem distinctionem habet, ita vt Pater æternus ad Filium vt Filium referatur. Filius item ad Patrem vt Patrem, & vterq; ad Spiritum sanctum, in quantū relatiua persona est ab vtroque spirata, & per relationem passiuæ spirationis constituta.

Prima solutio 2. argum.

Huic argumento duobus modis respondere nituntur moderni, prima eorum solutio est, adhuc in diuinis relationibus dici posse, quod vna non terminetur ad alteram, sed ad fundamentū eius, nam licet nō habeant fundamentum, vt in se est distinctum, sed idē cum relatione, noster tamen intellectus imperfecto, ac limitato conceptu diuina concipiens ratione distinguit fundamentum à relatione, prius quam illud concipiat, & relationem ad ipsum terminari intelligit: gratia exempli, in Filio distinguit passiuam generationem à filiatione, illamq; prius concipit tanquam huius fundamentum, & genitū intelligit terminare relationē Patris, potius quàm Filium, quod præsertim verū esse asserunt iuxta sententiam D. Bonauenturæ asserentis diuinas personas per origines constitui potius ac prius nostro modo intelligendi, quam per relationes, has vero personis iam constitutis superuenire, vt Patrem per actiuam generationem, Filium per passiuam, & Spiritum sanctum per passiuam quoq; processionem amoris, qua consequuntur relationes Paternitatis, Filiationis, ac passiuæ Spirationis Hęc tamen solutio argumentum non diluit, quia origines diuinæ, quæ oppositæ censentur, duo habent. Primum, quod relatiuæ sint formaliter, cum sint distinctæ realiter, & nihil possit in diuinis realem distinctionem constituere per relationes oppositas: postremum, quod nihil habeant absolutum, sicut nihil commune omnibus personis in sua ratione formali, & absoluta omnia communia sint. Ex quibus euidēter infertur,

fertur, quod etiam si Filius terminet relationem Patris, nō vt Filius, sed vt genitus, nihilominus per rationem relatiuam necesse sit terminare, & nullo modo per absolutam, atque adeò non posse relatiuum in diuinis terminari ad absolutum, sed necessario ad relatiuum terminari. Robur huius argumenti non latuit eosdem modernos autores, & propterea secundam solutionem adijciunt, qua fatentur relatiua in diuinis nō posse ad absolutū terminari, sed quamlibet personā diuinā terminare relationem alterius per propriam relationem, per quam ei opponitur, vt Filium per filiationem terminare relationem Patris, in creatis vero relationibus diuersam esse rationem in eo positam, quod relationes creatæ subiectis accidunt, in quibus fundamentum est eis ratio insurgendi, atq; essendi, & pariter est ratio terminādi, at relationes diuinæ subsistentes sunt, ac substantiales, & cōstituentes personas, quare non habent aliud fundamentum præter se ipsas, quo possint terminare alias relationes, & idcircò per se ipsas terminant. Addunt nihilominus in eisdem adhuc diuinis relationibus posse nos distinguere relationem terminandi, & referendi, quod adhuc non terminant sub propria ratione relationis, tā relatio vt relatio solum habet, quod sit ratio referendi vnum ad aliud, vt vero refert vnum ad aliud, non terminat, nisi vt est aliquid, ad quod aliud ordinatur, ergo materialiter solum censetur terminare, & nō secundum formalem rationem relationis, quanquam, vt absolutum adhuc terminare nequeat, cum nihil prorsus absolutum habeat.

Secunda solutio arg.

142.

Impugnatum discrimen allatū.

Sed profecto discrimen hoc parum momenti habet, nam quod relatio sit subsistens, vel inhærens, nec pertinet ad rationem formalem relationis, nec eam variat: ratio etenim formalis in eo est sita, quod totum suum esse sit relatiuum ad aliud ordinare, quod æque diuinis relationibus, atque humanis conuenit, sed ex ratione formali relationis conuenit habere terminum, & ex ratione relationis mutuæ habere terminum sibi oppositum, non verò ex eo, quod accidētalis, aut subsistens sit, quod fundamentum habeat, aut eo careat, ergo mutuæ omnes relationes poscunt terminum sibi oppositum, siue sint diuinæ, aut creatæ: constat autem terminum non esse oppositum per fundamentum, sed per relationem, quare per illam, & non per absolutum terminabit. Et quod additur, relationem formaliter esse ordinationem ad aliud, ac proinde, vt relationem non terminare, sic explicandum est, in mutua relatione duo consideramus, & esse rationem referendi ad aliud, & esse rationē eius ad quod refertur aliud, sicut in relatiuo mutuo, quod constituit, duo sunt, & referri ad aliud, & esse id ad quod refertur aliud, & ratio referendi quasi primaria vocari potest, ac potissima, cū conueniat relationi, vt relatio est, posterior verò quasi secundaria, quia non vt relationi ei conuenit, & ideo non omni relationi, sed vt relationi mutuæ, & propterea ei soli: vtraque tamen intrinseca est relationi, & relatiuo mutuis: terminat igitur non vt relatio, sed vt mutua, quod satis est, vt relatio dicatur terminari ad relatiuum, & non ad absolutum, quia cum nihil absolutum habeat relatio, si per eam terminat vnum relatiuum alterius relationem, non terminabit vllo modo, vt absolutum, sed planè, vt relatiuum mutuum.

143.

Nota explicationem.

Ex his intelligitur in æquiuoco planè laborate aduersarios, dum ita arguunt: relationem non habere officium terminandi in quantum est ratio referendi, ergo nec vt relatio est, quia, & si ex primaria, & præcipua ratione non habeat etiam, vt mutua relatio est, habet ex ratione consequenti, intrinseca tamen, & in mutua oppositione inclusa, quod satis est, vt vere dicatur terminare tanquam relatio, & nō per rationem absolutam, quam habere prorsus repugnat. Et quod in relationibus formaliter, & intrinsece oppositis verū est, in relatiuis quoq; verum, ac necessarium erit, cum his ratione relationis oppositio conueniat: vnde sicut ratione solius relationis opponuntur, & non ratione absoluti fundamenti: pari ratione vtrumque officium in oppositione inclusum, referendi videlicet, ac terminandi, ratione solius relationis exercere poterunt.

Aduersarij in æquiuoco laborant in hoc arg.

143.

Satisfit argumentis aliarum opinionum.

Ex argumentis primę opinionis vltimum dumtaxat aduersus nostram sententiam probare contendit, terminum etiam non mutuæ relationis relatiuum esse oportere, quia si absolutum foret, cognitio eius distincta esset necessaria ad cognoscendam distincte relationem, cuius notitia ex cognitione termini dependet, sicut eius essentia, aut formalis ratio. Respondemus vero satis esse confusam, ex qua cognoscitur species relationis,

Satisfit argumentis oppositis. Ad vltim. 1. sent.

144.

tionis, vt ad cognoscendam relationem mensurabilitatis ex parte scientiæ satis est cognoscere cuius naturæ obiectum sit substantialis, aut accidentalis: & si accidentalis in qua categoria collocatum, & in relationibus creaturarum, per quas ad Deum ipsum referuntur satis est cognoscere Deum, vt principium earum à quo, sicut hoc, aut illo modo procedunt, ita hoc, aut illo modo dependent: hæc namque, si de his, aut similibus terminis cognoscantur explorata erit species, & natura cuiusq; relationis, vt quod mensurabilitatis, ac talis mensurabilitatis sit, quod relatio generalis creaturæ, aut specialis seruitutis, sicque de cæteris non mutuis relationibus.

Ad 1 partem. 1 arg. 2. sent. Argumenta secundæ opinionis maioris absque dubio momenti sunt: nam primum obijcit nobis relationes non mutuas, ex quibus infert relationem per se nō postulare relatiuum terminum, quia si eum per se postularet, cunctis relationibus conueniret. Cui respondemus relationem in genere, atque in specie sumi posse, & si primo modo accipiatur, non

145. petit per se relatiuum terminum, neque absolutum, sed abstrahentem ab absoluto, & relatiuo, negamus tamen hinc sequi, quod per accidens ei conueniat respicere relatiuum, nisi forte in eo sensu, quo dici solet differentias modo accidentali de genere enunciari, vt rationale de animali, cū quo stat, vt per se enuncietur de aliqua eius specie: & ita se res habet in proposito quod relatio in genere nō postulat relatiuum, nec absolutum terminum, sed in specie vnum, aut alterum determinate. Vnde intelligitur, non se habere quemlibet terminum per se sumptum ad relationem in genere, sicut se habet accidens generi conueniens, sed sicut differentiæ ad genus, illud per se determinantes, ad diuersas species, ac propterea stare potest, quod relatio in quantū mutua per se postulet terminum relatiuum, sed cum relationes nō mutuas admittamus ad absolutum terminum ordinari, infert parem esse rationem de mutuis, quam tamen paritatem omnino negamus, estque ratio discriminis aperta: nam relatio mutua mutuam oppositionem claudit, inter duas relationes mutuo

146. se correspondentes exercitam, quam tamen exercere nequeunt per absolutum fundamentum, cui neque relatio alterius extremi opponitur, nec ipsimet relationi alterius fundamentum, ergo neque terminare se se inuicem possunt, nisi per semetipsas, cum terminandi officium intrinsecè claudatur in eadem mutua oppositione, quam conditionem non habere relationem nō mutuam, in aperto est, sed cum sit quasi dimidiata, & manca relatio, nō habens sibi correspondentem, nec relatiue terminatur, sed per rationem absolutam alterius conditionis, & hanc materialem potius terminum appellamus, quàm formalem: nam officium terminandi ad solas relationes formaliter pertinet, sicut & officium referendi, quæ in relationibus integris, ac perfectis necessario, ac per se coniungi ostendimus: ad absoluta vero non nisi ratione quadam materiali, prout imperfecta conditio non mutuæ relationis postulat.

Secundò opponebantur in eodē argumento eiusq; confirmatione quædam relationes dā parte mutuæ, vt relatio creaturæ ad creatorē solum illius, & ex parte illius realem iuxta communem scholæ sententiam, & relatio maternitatis Beatissimæ Virginis, realis quidē ad Christum eius filium, ex parte cuius non correspondet realis filiatio iuxta mentem D. Thomæ, sed sufficienter per fundamenta passiuæ generationis in Christo, & potentiæ creatricis in Deo easdem relationes terminari. Quibus respondemus mutuam relationem realem non versari nisi inter extrema eiusdem ordinis, cum importet mutuam ordinationem vnius ad aliud ex ipsa rei natura mutuamq; dependentiam, quo fit, vt cum Deus alterius sit ordinis à creatura, ad quam nec ex sua natura ordinatur, nec dependet, incapax sit relationis realis, per quā ad ipsam referatur, quocirca relationes, quæ inter ipsum, & creaturam versantur, mutuę esse desinent ob subiecti incapacitatem. Et hæc fuit ratio cōmunis omnium ferme scholasticorum, ob quam nullam realem relationem in Deo respectu creaturarū admiserunt, ob eandem quoq; D. Thomas non admisit in Christo homine realem filiationem, per quam ordinaretur ad Matrē Sanctissimam, sed Filium appellari docuit realiter à relatione maternitatis, quam terminat. De his igitur relationibus, sicut de non mutuis iudicandū est, quibus tanquam imperfectis in hoc genere, & correspondentibus relationibus orbatis, non conceditur relatiuus terminus, sed absolutus; nō formalis, sed quasi materialis, quia extremorum disparitas, hunc tantum modum terminandi imperfectum, & quasi mancum permisit. Quapropter ex eis non potest deduci argumentum ad mutuas relationes propter rationem discriminis

Ad secundo confirmationem.

147.

148.

Nota. mutuis iam explicatam: nam si mutuæ forent, semetipsas terminarent ob mutuam oppositionem, vtrumq; officium relationis referendi, & terminandi claudentem, deficiente ergo mutua oppositione deficit mutua terminatio, ita vt vna illa relatio realis nec habeat aliam se terminantem, nec aliam, quam ipsa terminet, sed terminatur, vt potest, ad rem absolutam, & quasi materialiter officium terminandi exercentem, tanquam à relatione creata in se recipienda extranea.

Obiectio. Et si dixeris, etiam in extremis eiusdem ordinis posito fundamento, & termino sufficienter relationem vnam terminari ad fundamentum alterius, etiam si non insurgat alia relatio, vt si positis duobus albis solũ in vno oriatur relatio similitudinis, & non in altero sufficienter terminabitur per albedinem eius.

Solutio. Respondeo relationem necessario insurgere in vtroque extremo, ita vt naturaliter saltem impediri nequeat fluxus eius, & iuxta aliorum sententiam, nec per potentiam Dei absolutam propter intrinsecam dependentiam, & commensurationem extremorum, quod inferius

Concessio. discutietur. Sed iam quod in vno tantum extremo consurgere daremus, nihil sanè probatur, nã tunc nec mutua esset relatio, sed manca, quare nec mutua oppositio, ac propterea quanquam ex se postularet aliam relationem pro termino formali, per accidens sine illo maneret solum materialiter terminata: quod vt melius intelligatur, & veritas nostræ sen-

Nota. tentiæ clarius pateat, adnotandum est relatiua duobus modis considerari posse, formali, ac materiali, formaliter accipiuntur pro vt

149. sunt concreta à relationibus denominata, materialiter vero pro rebus ipsis, vel fundamentis, gratia exempli, Pater, & Filius sunt relatiua formaliter, pro vt his nominibus significantur, materialiter vero, vt sunt generans, & genitus: & pariter duo alba eiusdem gradus, vt similia, dicuntur relatiua formaliter, vt alba vero commensurata solum materialiter: dicuntur præterea relatiua accidentaliter, quia non ratione sui, sed relationis sibi inhærentis dicuntur ad aliquid, pari ergo ratione termini relationum accipiuntur formaliter, & materialiter, atque etiam essentialiter, & formales termini sunt, pro vt relationes oppositas important, materiales vero, atque accidentales, vt sunt res quędam fundantes relationes: nam sicut non per se, sed per eas opponuntur, pari ratione non per se referuntur, nec terminant, nisi per relationes, non opponuntur duo alba nisi ratione materiali, nec referuntur nisi ratione accidentali per relationes, & idcirco neque relationes ipsas similitudinis possunt nisi ratione materiali terminare: cuius illud est Argum.

argumento, quod si solas relationes in eis consideres non consideratis fundamentis, nec cæteris ad ea pertinentibus, nihilominus erunt formaliter opposita, & formaliter relatiua, si vero relationes ab eis separaueris, etiam si cætera consideres, nec opposita, nec relatiua

erunt, quo fit, vt solum materiali, ac acciden- 150.

tali ratione opposita sint, & relatiua, atque adeo solum materiales termini, & accidentales: vt si Pater formaliter opponitur, & refertur ad Filium, Filius erit terminus formalis eius, & si generans materialiter solum opponitur, & refertur, genitum non erit nisi materialis terminus, & accidentalis.

Et distinctio hæc terminorum ostendere Obseruatio.

videtur deceptionem oppositæ sententiæ, quæ semper loquitur de termino materiali, de formali verò nunquam: vnde quando asserit similitudinem sufficienter terminare album, & simile ad album referri, & non ad simile, de materiali termino solum potest esse verum, nequaquam de formali, quia sicut non est verum simile esse formaliter albo oppositum, sed solum ratione materiali, formaliter vero simili opponi, sicut Pater Filio opponitur, & non genito nisi materialiter, pari ratione verum est, non terminari simile ad album nisi materialiter, ad simile vero formaliter, quia mutua oppositio vtramque rationem referendi, ac terminandi claudit intrinsice, vt expositum est, quanquam primario vnam, secundario alteram.

Ad secundum dicimus, pronunciatum illud Ad 2. arg.

posito fundamẽto, & termino necessario consurgit relatio, duplicem sensum habere posse,

& in vtroque esse verum, & sensus prior cau- 151.

salis est: ita vt positio vtriusque causa sit, aut ratio insurgentis relationis, & tunc non accipitur terminus formaliter, sed materialiter duntaxat pro altero extremo relationis: vnde idem est in hoc sensu dicere posito fundamento, & termino insurgit relatio, ac si dicatur, posito fundamento ex parte vtriusque extremi oritur relatio, vt posito vtroque albo oritur relatio similitudinis, alba vero non sunt nisi extrema, inter quę versatur relatio, & quasi materiales eius termini. Secundus sensus nõ causalis, sed formalis, & quasi simultaneus est,

quasi

quasi dicatur, posito fundamento, & termino formali relationis, qui est alterum relatiuum, necessario intelligitur posita relatio, quæ inter vtrumque extremum ita acceptum versatur: & ecce patet, quod siue in vno, aut altero sensu pronunciatum accipiatur, nihil probat aduersus nostram sententiam, nam in sensu priori solum probat fundamentum relationis esse quasi materialem terminum, in posteriori verò nec id attingit.

Quòd nullum vitium incurrat is, qui vnum relatiuum explicat per alterum, sed necessario teneatur illud sic definire.

VLtimum argumentum ad illud incommodum nos deducere contendebat, vt si terminus mutuæ relationis sit relatiuus formaliter, per ipsum sit definiendus, ex quo nugationem, atq; inutilem repetitionem in modo definiendi relatiua admittere cogimur: cuius solutionem prius ab aduersarijs extorquere conabimur, post nodum vero eam proferemus Diuinas relationes admittunt aduersarij non ad absoluta, sed ad relatiua terminari, vt paternitatem ad filium, & filiationem ad Patrem, in quibus idem argumentum cōstituo, quod ipsi increatis: si filius vt filius terminat relationem Patris, ergo formalis ratio huius accipitur in ordine ad filium, per ipsum igitur definiri debebit, & tunc ex tali modo definiendi nugationem, inutilem repetitionem, & quod ignotum per aliud non minus ignotum explicetur, euidenter deducitur: vel certè si non sequitur Patrem esse definiendum per filium, etiamsi ab eo terminetur per se relatio, nō sequitur in relatiuis creatis, etiam si ad relatiuum terminū per se referantur, soluant igitur nodum argumenti, & ab his incommodis se se expediant, vt ab eis discamus, quo pacto increatis relationibus diluendum sit.

In diuinis admittitur circulus ab aduersarijs.

153.

Aliquorū solutio.

Nihilominus quid nonnulli ex præcipuis oppositæ sententiæ patronis argumento respondeant, non grauabor referre, dicunt enim conuincere quidem in diuinis Patrem esse definiendum per Filium, & Filium per Patrem apud eos, qui perfecte cognoscunt, quales sunt, vt Beati, & Deus ipse vnam personam per ordinem ad alteram intuentes, nos vero, qui imperfecte eas cognoscimus, & ad instar creaturarum, maiori notitia indigemus, commodiusque definiemus Patrem per terminum absolutum dicentes. Pater æternus est, qui produxit à principio sibi coniuncto Personam viuentem in similitudinem suæ naturæ, hæc tamen solutio falsum in primis asserit, quod ita explicatus à nobis Pater æternus explicatur per terminum absolutum, cum certum sit, genitum in similitudinem naturæ, vt tale, esse relatiuum, non solum re ipsa vera, sed etiam in nostro intellectu, qui Origines diuinas (inter quas enumeratur passiua generatio) intelligit esse relatiuas, & non absolutas, nequimus ergo nos Patrem in diuinis explicare, nisi per terminum relatiuum.

Deinde concedit eadem solutio vnum per alterum definire, & cognoscere eos, qui quidditatiuam habent cognitionem Patris & Filij, quia spectata eorum natura sic definiendi, sic cognoscendi sunt. Sed si hoc ita est, vbi est nugatio, vbi inutilis repetitio, vbi vitiosus definiendi modus per incognitum, ad hæc nihil respondent, quia re ipsa vera si incommoda sunt in definitionibus relationum creatarum, solutione carent.

Sententia Arist. vera. 154.

Respondemus igitur Aristotelem neque capit. illo, neque alibi vnquam vetuisse, quod vnum relatiuum definiatur per alterum. Quia potius talem modum definiendi præscripsit 6. lib. topicorum cap. 2 loco 64. hisce verbis: *Amplius in his, quæ ad aliquid sunt, considerandum, si ad quod genus assignatur, & species ad illud quoddam assignatur, vt si opinio ad opinatum, & quædam opinio ad quoddam opinatum, & si multiplex, ad quoddam submultiplex, si autem nō sic assignatur, manifestum quoniam peccatur, videndum autē etsi oppositio opposit[i] definitio, vt si dimidij ea sit, quæ opposita est ei, quæ est duplicis, nā si duplex est quod inæquali superat dimidium, & dimidium quod inæquali superatur.* Longè ergo alium sensum habent verba relata in argumento, non quidē à nobis excogitatum, sed ab antiquioribus interpretibus, Commētatore, Alexandro Aphrodiseo, & D. Thom. in eius loci cōmentar[i]js, qui Aristotelem hoc sibi voluisse asserunt nempè intellectū ad intelligibile referri, & nō ad hominem, cuius est intellectus, quia si ad hunc etiā ordinaretur bis diceretur ad aliquid eadē res vt talis nempè ad id cuius est, & ad obiectum circa quod versatur, quod stare nō potest: nam idem in quantū idem non nisi ad vnū refertur, alioqui non vnum esse haberet, sed duplex, cum esse relatiui à termino accipiatur, ergo intellectus, vt intellectus, ad solum obiectum, circa quod versatur, refertur,

155.

ad subiectum vero non vt intellectus, sed in quantum accidens ei inhærens, & ecce quo pacto modum definiendi vnum relatiuum per alterum non largit Aristoteles.

II. Solutio & vera etiam. Secundo etiam dicere possumus, sensum eorundem verborum esse, quod intellectus, vt talis, non dicatur ad aliquid, respectu eius cuius est, sed solum respectu obiecti, circa quod versatur, alioqui cum per ipsummet, cuius est, explicandus foret, idem bis diceretur, hoc est, necessario foret repetendum, sic namque dicendum esset, intellectus est cuius est intelle-
156. ctus, & visus est cuius est visus, eiusmodi autem repetitio vitiosa est, ergo non dicitur intellectus vt intellectus relatiue ad id, cuius est, sed forte in quantum accidens, & tunc cessaret talis repetitio. Hunc sensum satis aperte insinuat Aristoteles in extremis verbis illius testimonij, vt intuenti facilè constabit. Ex quo efficaciter deducitur approbasse potius Aristotelem modum definiendi relatiua per terminum, imo tacitè eum per se notum statuisse, vt ex eo probaret bis fore dicendum, aut repetendum, cuius est intellectus, aut visus si ad ipsum relatiue dicerentur intellectus, & visus, & non ad sola obiecta.

Porphyrij sententia. Porphyrius autem non solum vnum relatiuum in definitione alterius posuit, nempe genus in definitione speciei, & vicissim hanc in definitione generis, sed addit,
157. se id fecisse necessitate compulsum, quia vtrumque relatiuum explicari nequit, nisi per alterum, capite de genere hisce verbis. *Quod si etiam genus assignantes speciei meminimus dicentes, quod de pluribus, & differentibus specie in eo quod quid est prædicatur, & speciē dicimus id, quod sub assignato genere est: nosse oportet, quod quoniam genus alicuius est genus, & species alicuius est species, vtrumq; vtriusq; necesse est in vtrorumq; rationibus vtriusq; vti.* Quod si nō licet vnū relatiuum definire per alterū, vitiosæ erunt omnes definitiones a Porphyrio in prædicabilib⁹ designatæ. Quod vero à quibusdam modernis respondetur, non definisse genus per speciem, in quantum species est relatiua generis, sed vt refertur ad indiuidua, aperte falsum est, nā species ponitur in definitione generis, vt hoc est de illa prædicabile, ergo vt eidem generi subijcitur, at vt generi subijcitur non respicit indiuidua, vt capite de specie statutum fuit, sed genus ipsum, ergo vt correlatiuum generis ponitur in eius definitione.

Ad aliud arg. 1. solutio. Argumentum vero contendens loco relatiui in definitione alterius positi licere proprium eius definitionem collocare, probaret quidem, si vnum relatiuum in definitione alterius poneretur, vt correlatiuum: quod est, ac si dicere velimus secundum primariam, ac formalem rationem relatiui, quæ est ad aliud se habere, at cum non sic ponatur, sed secundum rationem quandam consequentem, & quasi extrinsecam termini mutuæ relationis, non sequitur loco illius definitionem propriam relatiui, vt talis, posse collocari, vnde nec nugationem in tali modo definiendi committi.

Secundo respondetur: vnum relatiuum nō collocari in definitione alterius tanquam partem definitionis intrinsecam, aut tanquam pertinentem ad essentiam definiti, sed tanquam extrinsecum additamentum, sine quo nec esse potest, neque intelligi, aut explicari ratio alterius per ordinem ad ipsum, tanquam ad terminum accipienda: quare non licet loco eius propriam definitionem substituere, id namque quod dicitur, loco nominis in definitione positi licere definitionem eius subrogare, de solis partibus definitionis verum est, nō de extrinsecis additamentis, & ratio discriminis est manifesta, quia relatiuum per se terminat relationem alterius, & non per propriam definitionem, cū ratio terminandi quasi materialis sit potius, quam formalis, ac propterea non licet definitionem eius substituere, partes autem definitionis ad essentiam definiti pertinent, eamque componunt iuxta proprias, atque intrinsecas rationes, & hæc est ratio, propter quam loco earū licet proprias definitiones ponere, sed nec vitiosus circulus committitur ex tali modo definiendi relatiua, imo necessarius admittitur, nam cum reciprocam habeant dependentiam, & ratio vnius in ordine ad alterum mutuo quoque accipiatur, mutuo etiam se tanquam termini definiunt, mutuo se manifestant, & vtroque manifestato circulus sistit, qui propterea vitiosus non debet appellari, sed valde vtilis, quia res huius imperfectæ conditionis non possunt alia via innotescere, sicut nec esse. Vnde neque sequitur idem per se ipsum tandem explicari, sed quodlibet correlatiuum per propriam definitionem, cui non admiscetur definitio alterius, licet ipsummet tanquam extrinsecum additamentum admisceatur. Est autem alia ratio de circulo demonstrationis in quo medium demonstrationis formale, & proprium, atque in eodem genere causæ concurrit, ex quo planè sequitur idemmet esse sibi medium,

Margin notes (right column): II. solutio. — 158. — Quomodo non sit vitiosus circulus. — 159.

Denique idem ostenditur. d.um, quod repugnat, ac tandem licet relatiua per se sumpta eque sint ignota, simul tamen accepta notiora redduntur, & vicissim se declarare possunt, præter quam, quod receptum illud traditum ab Aristotele. 6 libro topicorũ capite 2. quod definito per clariora sit designanda, nõn de singulis in definitione positis accipiendum est, sed de tota ipsa definitione, quam satis est notiorem esse definito, licet aliquid in ea collocatum æque notum dumtaxat sit.

Ad confir. Respond. Confirmatio eiusdem argumenti verum assumpsit, quod actus terminandi nihil reale in terminante ponat, sed solam denominationem extrinsecam, si terminare in communi

160 accipiatur, si vero in speciali pro actu terminandi relatiuo, aperte falsum esse censeo, nam relatio vtrumque præstat relatiuo, & quod ad aliud ordinetur, & quod sit id, ad quod ordinatur aliud, quare per aliquid sibi intrinsecum nempe relationem, vtrumque munus exercet, & primum quasi actiuum est, ac præcipuum, aliud vero quasi ex consequenti ei conuenit, & quasi passiuum est: vnde non bene infertur, mutuum relatiuum per fundamentum posse terminare relationem alterius, quia terminatio solam in eo ponit intrinsecam denominationem.

QVAESTIO OCTAVA.

Ordinetur ne vnum relatiuum ad diuersos terminos eiusdem conditionis vna, eademque relatione reali, vel diuersis.

Tractatur opinio Scoti asserens pluribus relationibus solo numero diuersis ordinari relatiuum ad plures terminos eiusdem rationis.

161. SPecifica vnitate relationis discussa, numerica sequitur discutienda, de qua præsens controuersia instituitur: idem namque est quærere, an vnum relatiuum ad diuersos terminos eiusdem conditionis eadem valeat relatione ordinari, ac si quæreretur, sit ne possibile multas relationes solo numero diuersas in eodem subiecto, quod ad aliud refertur, inueniri: nam de his, quæ specie distinguuntur competitum est simul esse posse, Petrus nãque ob commensurationem eiusdem magnitudinis, æqualis est Paulo, propter albedinem eiusdem gradus eidem similis, & si fortè contingat ab eo esse genitum, erit eius Filius, & ecce triplicem relationem specie diuersam in eodem numero subiecto inhærentem, cuius ea est ratio, quia specifica vnitas, vel distinctio relationis, vt quæstione præcedenti decreuimus, non à subiecto, sed à termino desumitur. triplex relatio genere in eodem.

I. Sentent. Scoti. Scotus igitur in 3. dist. 8 quæst. vnica, quem sequuntur eius discipuli, tenuit pluribus relationibus solo numero diuersis, ordinari relatiuum ad plures terminos eiusdem conditionis, vt Patrem ad plures filios. 162.

Probatur ex proprietatibus relatiuorum ab Arist. designatis. Hæc in primis sententia ex proprietatibus relatiuorum ab Aristotele designatis elici videtur: sunt enim relatiua simul natura, & ideo posita se ponunt, & ablata se auferunt: sunt etiam simul cognitione, ita vt nequeat vnum definitè cognosci, quin simul aliud definitè cognoscatur, sed si vnum relatiuum ad plures eiusdem conditionis terminos eadem relatione ordinetur, deficient eiusmodi proprietates, ergo plures sunt in eo ponendæ relationes solo numero diuersæ: minor probatur, nam si pater plures habens filios vna relatione ad omnes ordinatur, cum hæc vna relatio ponatur genito primo filio, non solum prius natura, sed tempore erit, quàm cæteri gignantur, vnde

163. fiet solùm cum primo genito Patrem esse simul natura, minimè cum cæteris, & cum non minus sit Pater eorum, quàm primi, nec minus ad eos ordinetur tãquam relatiuum, sequitur planè relatiua in quantum talia non esse simul natura cum omni suo termino, sed nec simul cognitione, producto enim primo filio cognoscitur pater, at non cognoscuntur cæteri, ad quos eadem relatio terminatur, siquidem nondum existunt, ergo non est simul cognitione cum omnibus, & cum in infinitum ferme multiplicentur eiusmodi termini, vt constat in simili, & æquali, incognoscibilis erit relatio, & relatiuum, cuius cognitio ex vniuersorum cognitione pendet, cum tamen verè sit relatiuum omnium comparatione. Ac demum

164 posito primo filio ponitur Pater, nec tamen cęteri statim ponuntur, & extincto primo non perit relatio, si cæteri permaneant, ergo comparatus pater ad posteriores, nõ simul ponitur cum eis, sed prius: cõparatus verò ad primum non simul cum eo aufertur, quapropter nulla

harum proprietatum ei conuenit, si vnam tantum relationem habeat ad plures filios, si vero singulæ ponantur respectu singulorum, cum quolibet ponetur, & extinguetur, eritque simul natura, & cognitione relatione propria.

I. Ratio. Et ratione probatur primo. Quia si pater vnum habebat filium, vna relatione reali ad eum ordinabatur: secundo autem genito adquirit nouum respectum realem, ergo nouam relationem realem, pro eodem namque respectus, & relatio vsurpātur: sed probatur: minor, secundum filium respicit, quem anteà non respiciebat, ergo nouo respectu, de nouo ergo pater illius est realiter, cum antea non esset, ergo nouam paternitatem comparatione eius adquirit, quia sicut Pater à paternitate, ita nouus

165 Pater non nisi à noua paternitate dicetur. Ad hæc, mortuo vno filio aliquid amittit pater, quod habebat, siquidem non iam ordinatur ad eum terminum realem ad quem anteà ordinabatur, nec pater mortui filij amplius dicitur, sed non relationem per quam cæteros respicit

166. cum superstites sint, ergo amittit aliam, multiplicemque proinde habebat plurium filiorum comparatione.

II. Ratio. Secundo, esse relatiuum est ordinari ad terminum iuxta definitionem Aristotelis, ergo vnicuique relatiuo designandus erit proportionatus terminus, vnde fit, vt quemadmodum relatiuum in communi ordinatur ad terminū in communi, sic relatiuum tale ad terminum talem, & hunc relatiuum numero ad hunc numero terminum, multiplicatis igitur terminis secundum numerum multiplicari relationes debent.

Postrema ratio. Postremo Relatio cōsurgit posito fundamento proximo, & termino, ergo si nouū adsit fundamentum simul cum nouo termino, noua consurget relatio, sed ita se res habet in parte gignente plures filios, cum per plures numero generationes, quæ sunt fundamenta proxima, aut rationes fundandi relationem paternitatis id efficiatur, nouusque ponatur terminus, noua igitur paternitas ponetur multiplicabunturque pro ratione terminorum. Adde etiam

167. ad id cōfirmandum, quod si primus filius secūdo nondum genito è viuis excesserit, perit relatio paternitatis, & dum secundus gignitur,

Cōfirmat. noua consurget virtute nouæ generationis, ergo etiam si viueret, noua nihilominus, & distincta cōsurgeret, cum noua sit eodem modo generatio.

Præfata sententia declaratur.

HAEC sententia Scoti diuersis modis à diuersis Doctoribus modernis accipitur: nam quibusdam durum videtur plures relationes ponere in eodem, respectu diuersorum terminorum quomodolibet se habentium: duobus etenim modis contingit vnum plura respicere, primum quidem ea ratione, vt vsque adeo necessario exigantur, vt non nisi ad plura ordinari possit, eiusmodi est totum, quod necessario plures exigit partes, vt eius relatio adæquate terminetur, nam sicut plures necessario postulat compositio totius, pari ratione ad plures terminatur eius relatio, & in relationib⁹ rationis clari⁹ cernitur: etenim genus non nisi ad plures species, & species non nisi ad plura indiuidua referuntur alio modo plures terminos non quidem necessarios ab eodem respici contingit, sed ita vt quisque sufficiat adæquate relationem terminare, & quasi per accidens multiplicentur, sic se habet pater ad plures filios, sic simile ad plura similia, sic æquale ad multa æqualia, vt licet vnus tantum sit filius, vnum simile, vnum æquale, pater, simile, æquale absoluta appellatione dicuntur talia, aiunt ergo eadem relatione ordinari ad plures terminos necessario requisitos, diuersa vero, si non necessario requirantur totum igitur vna, eademq; relatione plures respicit partes, quemadmodum genus plures species, & hæc plura indiuidua, pater vero, simile, & æquale non vna, sed multis relationibus ad plures filios, multaque similia & æqualia ordinantur.

Primus modus declarandi.

168

169

Hoc modo intelligunt, ac sequuntur sententiam Scoti moderni plures, in eo tamen diuersum à Scoto sensum tenent quidam eorum quod Scotus ponit relationes respectu diuersorum terminorum non solum esse plures sed realiter distinctas, quia tenet rem esse relationē à fundamento distinctam, isti vero non distingui realiter relationem à fundamento ex consequenti intelligunt, nec inter se distingui tales relationes realiter, cum idem sit omnium fundamentum, nempe eadem potentia generandi in patre, cum qua paternitates plures identificantur, licet plures sint rationes fundādi, hoc est, generandi actiones, distinguūtur tamen ratione formali.

Autores huius dicendi modi.

170

171

Alij vero dum non necessario exiguntur plures termini, sic censent plurbus relationibus respici, vt quasi partiales sint vnam totalem

lem, ac completam conficientes, sic igitur ponunt patrem multis paternitatibus quasi partialibus, & incompletis respicere multos filios vt ex cunctis vna numero relatio paternitatis perfecta, & completa constituatur, sic simile multa similia, & sic æquale multa æqualia.

Opposita sententia Diu. Thom præfertur.

II. opinio D.Tho. verum. Oppositũ nihilominus opinatur D Tho. in 3 dist. 8 quæ. 1 & 3. part. quæ 35. artic. 5. nempè vna, eademque relatione ordinari relatiuum ad omnes terminos eiusdem rationis, vt simile, & æquale ad multa similia, & æqualia, pater ad plures filios, Magister ad cunctos discipulos eiusdem facultatis, quam sequuntur primarij eius discipuli Caiet. in eiusdem artic. comment. Ferr. 1. aduersus gentes, c. 4. Sonz 5 metap. quæ. 32. conc. 3. item P. Tolet. qu. 2. huius prædicamenti in solutione ad 5. & nos hanc sententiam præcedenti cẽsemus præferendam.

Fundamentum D. Thom. potissimum est modus indiuiduationis à subiecto desumptus commune est enim cunctis realibus accidentibus à suis subiectis numericam vnitatem accipere, vnde cum relatio realis sit reale accidens, subiecto inhærens, non multiplicatur secundum numerum in eodem subiecto, quemadmodum nec multiplicantur albedines, vel quantitates. Cæterum, quia probabile est accidentiã ex propria entitate indiuidua esse, & non ex subiecto, placet quoq; eandẽ sententiã ex alio capite, quam ex indiuiduatione accidentis à subiecto corroborare: videlicet ex numero, aut officio accidẽtis, ꝑ quo à natura tribuitur subiecto, seu (quod idem est) ex effectu formali, quem ei attribuit, à quocunq; enim indiuiduationem capiat accidens, necessarium videtur pro eodẽ munere, aut effectu formali præstando non esse ponẽda multa accidẽtia, quia superuacaneum est multa adhibere ad eum effectum præstandum, quem prestare quodlibet per se potest, & eo ipso censetur naturaliter impossibile. Gratia exẽpli, hæc albedo ponitur in hoc subiecto ad constituẽdum hoc album, sed hoc album constituitur sufficienter per hanc numero albedinem, ergo repugnat in eodem subiecto ponere alteram: ex eodem principio videtur conuinci nõ esse ponendas plures relationes pro pluribus filijs in patre, quia hæc relatio paternitatis ponitur ad constituendum hunc patrẽ, sed hic pater constituitur sufficienter per vnam paternitatem, ergo non est multiplicanda etiam multiplicatis filijs, probatur planè consecutio, quia etiamsi plures filios habeat, non est multiplex pater secundum numerum, sed vnus, quare non est possibile relationes multiplicari.

Solutio. Et si forte dixeris per vnam relationem esse hunc patrem in ordine ad hunc filium, per alias verò constitui hunc patrem in ordine ad alios, nihil efficis, tum quia etiã in ordine ad secundum, & tertium filium est idem numero pater, & non alter, ergo per eandem numero formam relatiuam, & non per alteram: tum etiam, quia prima relatio potest se extẽdere ad alios, ac propterea frustra multiplicarentur aliæ, nam cum etiam respectu omnium non sit nisi vnus numero pater, sufficit vna numero forma relatiua, per quam constituatur valens per extensionem terminari ad omnes.

Probatur II. Probatur secundo, ex similitudine scientiarum, in quibus iuxta communem sententiam non multiplicatur habitus pro singulis conclusionibus eiusdem obiecti, quia nõ afferunt nouam rationem formalem, nisi solum materialem, cum ex eisdem principijs specificis deducantur, sed idem numero habitus ad nouas, ac superuenientes extenditur propter eandem rationem formalem omnium: ita autem contingere in relatione ostẽdo, nam omnes filij sunt eiusdem rationis specificæ, non solum vt homines, sed vt filij, ergo adquisita relatione paternitatis per productionem primi, non adquiritur noua per productionem aliorum, sed præhabita potest ad omnes se extendere.

Probatur III. Probatur tãdem, quia si multiplicatis eiusdẽ rationis terminis multiplicãtur relationes, in quolibet albo ponendæ erunt penè infinitę similitudines, totidemque dissimilitudines, in quolibet quanto penè infinitæ æqualitates, & inæqualitates, & in quolibet indiuiduo tot relationes specificæ identitatis, quot sunt indiuidua illius speciei, vt in quolibet homine tot relationes, quot homines, imo quot animalia etiam, atque indiuidua, etiam specierum insensibilium substantiæ, ad quæ refertur relationibus diuersitatis specificæ, sicut ad illa relationibus identitatis, quæ satis portentosa sunt, ideoque non admittenda, præsertim sine necessitate, cum possint hæc omnia per vnam, vel alteram relationem præstari.

Ad

Ad solutionem argumentorum notabile.

Nota. PRO Solutione autem argumentorum obseruandum est, de relatiuis plures terminos necessario postulantibus, vel (vt
177 proprius loquamur) plura eundem terminũ completum constituentia diuerso modo loquendum esse, ac de illis, quæ plures habent, non tamen necessario requisitos terminos, exemplum illorum est totum respectu partium plurium vere vnum completum terminũ integrantium, horum vero, pater plures habens filios, nam illa non ordinantur ad quemlibet in solidum, ita vt relationem quisque solus ponere possit, sed quasi partialiter, hæc vero ad singula in solidum ordinantur, cum quisq; per se relationẽ ponere valeat, imo & tollere, si ipse de medio auferatur: per se dicimus, nam per accidens contingit ex aliorum consortio, vt nec relationem ponat, neque auferre possit,
Exemplum gratia exempli, plures filij eiusdem patris sic se habent, vt quisque illorum sufficienter posset terminare relationem, & si solus esset, eam ablatus auferre, sed quia simul cum cæteris termi
178. nat, fit vt, dum ponitur, non ponat ipse relationem, quia positam reperit ab alio genito prius, sed neque ablatus eam auferat, cum alio, quocumque superstite perseuerare possit, inter omnes autem filios quodã veluti priuilegio gaudent, primus qui gignitur, & vltimus, qui perit viuente patre, quod ille ponit relationem quasi entitatiue, & substantialiter, cæteri vero non ponunt, sed positam extendunt de nouo, quemadmodum de actibus, seu conclusionib' eiusdem scientiæ dicebamus: vnde fit, vt proprietates relatiuorum tali relatiuo conueniant in ordine ad singulos terminos secundum eorum exigentiam: est enim simul natura, & cognitione cum filio primo genito secundum substantiam relationis, cum cæteris secundũ extensionem, quam relatio iam posita acquirit ex noua eorum generatione: primo etiam posito ponitur sed non nisi vltimo pereunte
179. perit: cuius ea est ratio, quia cum quisque valeat per se relationem ponere, & tollere, primo solo posito ponitur, & vltimo extincto extinguitur, cæteris vero pereuntibus solum perijt secundũ eam extentionem, quam ab eo accipiebat, itaq; via generationis à cunctis extenditur, via autem corruptionis omnibus præter vltimum pereuntibus solum perijt secundum extensionem, substantialiter vero eo solo extincto. Ex quibus etiam sequitur cognitionem talis relatiui simpliciter ab vno solo pendere, at secundũ quid ab vniuersis duplex est enim cognitio patris plures filios habentis, similis, vel æqualis, quæ ad plures terminos ordinantur, vna essentialis, vel substantialis, alia accidentalis, vel extensiua, & quidem illa ex vno dumtaxat termino, pendet quicunq; ille sit, nam cum quisq; in solidum terminare possit, quocunque cognito relatio substantialiter cognoscitur, accidentalis vero cognitio, seu extensiua, si perfecta sit futura, non habebitur nisi vniuersis cognitis, & in hoc magnum cernimus discrimen inter relatiuum, quod ad plura Nota.
necessario requisita terminatur, & aliud de quo loquimur, plures quidem terminos haben 180
te, non tamen necessario requisitos: quemadmodum quantum ad cæteras relatiuorum proprietates longe diuersa sunt: nam ad cognitionem illius substantialem non satis est vnum aliud ex multis agnoscere, vt ad cognitionem totius non satis est cognoscere vnam partem, sed necessarium est plures saltem cognoscere, at vero vt relatio paternitatis, & similitudinis essentialiter cognoscatur, sufficit vnum aliquẽ filium, vel vnum aliquod simile cognouisse: simili etiam modo relatio totius, nec ponitur nisi pluribus positis partibus, nec; extinguitur nisi pluribus extinctis, cum respectu vnius nõ possit saluari, nec nisi in ordine ad plures simul natura est, cum tamen valde diuerso modo se res habeat in relatiuo plures terminos non necessario requisitos habente: aliud etiã Discrimen
cernimus discrimen inter vtrumque, nam licet in eo conueniant, quod multi termini rationem vnius habent adæquate, valde adhuc in 181.
hoc differunt, quod plures partes sic vnum terminum totalem, & adæquatum constituũt, vt nulla per se possit terminare adæquate relationem totius, ac propterea omnibus modis inadæquati, ac partialis termini rationem quælibet habet: plures autem filij inadæquati termini appellantur per accidens, cum posset quisque adæquate terminare eandem relationem, si solus reperiretur, ex suppositione tamẽ quod sũt plures, inadæquate terminãt.

Ex quibus intelligitur eiusmodi relationes ad plures terminos in solidum terminatæ, licet sint secundum intensionem indiuisibiles, esse tamen diuisibiles secundum extensionem, non secus ac scientias, dum ad plures se extendunt

Nota. dant conclusiones, hoc tamen discrimen inuenio, quod per extensionem scientiæ pars aliqua materialis habitus producitur (vt de varietate eius loquentes adnotauimus) per extensionem vero relationis ad nouum terminum nihil intrinsecum ei accrescit, sed per solam denominationem extrinsecam extensio fit, cum noua terminatio solum sit noua denominatio realis quidem, sed absque dubio extrinseca, quia nihil nouus terminus in relatione præexistenti ponit, ex eo quod de nouo eam terminat.

Soluuntur fundamenta opinionis Scoti.

Ad argu. de proprietatibus. EX hac autem doctrina non solum fit notior Diu. Thom. sententia, quam sequimur: sed argumentum ex proprietatibus relatiuorum desumptum soluitur.

182. Ad I. Rationem resp. Ad primam autem rationem negamus genito nouo filio nouum respectum adquiri, in parente, sed antiquum ad nouum terminum extendi censemus, & cum dicis de nouo patrē respicere secundum filium, quem antea nō respiciebat, admittimus quidem, sed negamus ad eum nouo respectu ordinari, sed antiquo, de nouo tamen extenso: quemadmodum dum conclusio secunda adquiritur, intellectus de nouo ad illam ordinatur, de nouo item scientiā, non tamen per nouum habitum, sed per extensionem nouam antiqui, idque satis est, vt de nouo dicatur pater respectu illius: nec tamen bene hinc infertur nouam paternitatem esse adquisitam, nam & si pater simpliciter à reali relatione paternitatis dicatur, nouus pater à noua paternitate, vel certe à noua extensione paternitatis antiquæ sufficientis hominem generantem de nouo patrem, vel nouum patrem denominare, non secus ac dū secunda conclusio adquiritur, nouus sciens vel de nouo sciens vocatur homo, non tamen à nouo habitu, sed à noua extensione antiqui.

Ad confir. Ad confirmationem dicimus extincto vno filio aliquid amittere patrem, & quidem reale,
183. non tamen realem relationem, sed extensionē realem, quam habebat ad talem terminum: quemadmodum dum quispiam vnam conclusionem scientificam per obliuionem amittit, non quidem habitum, sed realem eius extensionem, quam respectu illius conclusionis quondam habuit.

Ad II. resp. Ad secundū admittenda sunt, quæ in antecedenti assumuntur, concedendum que talem relationem ad talem terminum ordinari, vt hæc paternitas ad hunc filium, hæc similitudo ad hoc simile, negandum tamen multiplicatis terminis singularibus eiusdem conditionis multiplicari relationes, quæ cum ex termino 184.
non accipiant vnitatem numericam, ex eius multiplicatione non multiplicantur, & cum vna relatio possit se extendere ad vniuersos terminos, non est cur multiplicentur plures.

Ad III. resp. Postremum argumentum soluimus admittentes relationem poni proximo fundamento & termino positis (quanquam hoc non semper necessarium putet Scotus cum quo inferius erit nobis de hac re specialis controuersia) multiplicatis autem eiusmodi fundamētis, vel fundandi rationibus (vt multiplicari censemus in qualibet noua filij generatione) non necessario relationes multiplicantur: cuius ea est ratio, quia licet generationes diuersæ possent per se loquendo, diuersas numero inducere relationes, vt vere inducunt in diuersis hominibus generantibus, & in vno, eodemque, qui primo filio extincto alium generat, per accidens 185.
tamen impeditur noua relationis consequutio eo superstite, noua generatione nouam dumtaxat extensionem antiquæ relationis inducente, vt in eodem exemplo scientiæ intelligimus, quilibet enim assensus conclusionis habitum scientiæ producere valet, & diuersi diuersos habitus gignunt in diuersis hominibus, atque etiam in eodem, si contingat antiquum habitum, vel obliuione, vel desuetudine amisisse, eo tamen perseuerante, quasi per accidens impeditur secundus assensus à generatione habitus, & solum operatur nouam extensionem antiqui.

Ad confir. Ad confirm. demum dicendum est, extincto primo filio nouam consurgere relationem per generationem secundi, quæ non consurgeret viuente, vnitate numerica subiecti eandem relationum simultaneam distinctionem impediente, itaque non eadem relatio 186.
consurgit per secundam generationem, quæ patrem ad extinctum filium quondam ordinabat, sed distincta numero, ac propterea non est necessarium admittere reditum eiusdem numeri accidentis, vt aliquis suspicari posset.

QVAESTIO NONA.

An necesse sit terminum relationis esse realem, vel ad ens in potentia, aut etiam ad non ens terminari aliquando possit.

Annumerātur conditiones requisitæ, vt relatio sit realis.

Tituli expositio. CONtrouersia hæc explicationem conditionum, vt relatio aliqua sit realis, & dicatur, exigit: requiruntur autem sex conditiones, vt colligitur ex doctrina D. Thom. opusc 48 tract 5 de prædicamēto ad aliquid ca. 2. videlicet ex parte subiecti, aut fundamēti tres, duæ ex parte relatiuorum, & ex parte termini vna.

I. Condit. Prima conditio ex parte subiecti est, vt relatio præsupponat aliquod reale fundamentū, quo medio inhæreat subiecto, nam talis est natura relationis, vt non nisi alio medio inhæ-
187. rere possit, vt inferius ostendemus, vnde si relatio realis est, aliquo præsupposito in subiecto inhærebit, relatio igitur non entis ad ens non potest esse realis, quia in non ente nihil reale præsupponit, defectu eiusdem cōditionis relationes, quæ appellātur secundę intentionis, nō sūt reales, vt relatio generis ad species, nam & si in operatione reali intellectus fundentur, nē pe comparatione generis ad speciē, vel speciei ad indiuidua, hæc, tamen non est in ipsismet naturis comparatis, neq; aliquid ponit in eis: quare subsequuta relatio eis non conuenit, nisi in quantum ab intellectu attribuitur, & idcirco rationis est, non realis.

II. Condit. Secunda conditio est, vt non solùm reale sit fundamentum, sed ratio fundandi, quæ à pluribus vocatur fundamentum proximum. Hæc non est ex omnium sententia: nam aliqui oppositum tenent, nempè relationes plures esse reales, quarum rationes fundandi, vel sunt entia rationis, vel certè non realia, quia nec in subiecto relationis, imo neq; in rebus, dum iā est relatio, consistunt: exemplo esse possunt relationes primi generis, quarum ratio fundandi est vnitas specifica non existens ante operationem intellectus: relationes item secūdi generis, quarum ratio fundandi est actio non permanens in agente, in quo est relatio, sed transiens ad passum, imo in ipso trāsitu de- 188
ficiens: & argumentum huius sententiæ potissimum est, quia ratio fundandi non dat esse relationi, sed conditio dumtaxat necessaria est vt consurgat.

Necessariam nihilominus esse conditionē, I. Argu. vt ratio fundandi sit realis, omnino teneo Moueor autem hac ratione: nam res in qua fundatur relatio, non est fundamentum, nisi vt stat sub tali ratione fundandi, vt substantia sub vnitate generica, vel specifica, sicque, de ceteris, si ergo talis ratio non sit realis, nec erit reale fundamentum sub ratione formali fundamenti.

Secundo, etiamsi solùm sit conditio, necessario debet esse realis: nam da oppositū quod II. Argu. sit ens rationis (vt in relationibus primi generis admittitur) sequitur euidenter non esse reales relationes, nam relatio realis, cū sit ordinatio vnius ad alterum ex propria natura, ab intellectu non dependet, sed ante operationem eius datur, at ens rationis pendet intrinsece ab intellectu, ante cuius operationem non datur, ergo neque dabitur ratio fundandi, quæ cum sit conditio prorsus necessaria ad fundandam relationem, non dabitur relatio realis, prius 189
quam intellectus operetur, quod naturæ eius aduersatur, satis est ergo esse conditionem necessariam fundandi relationem realem, vt necesse sit esse realem.

Tertia conditio est, vt fundamentum nō III. Cōditio. solum sit reale, sed realiter etiam in extremis distinctum, hanc posuit Diuus Thomas 1 part. quæst. 42. art. 1. defectu cuius æqualitatem, & similitudinem personarum diuinarum ait nō esse realem, sed rationis, quam conditionem etiamsi Scotus non admittat in 1 d stinction. 31. quęstione 1. & quodlibet. 6. admittit; tamen, imo necessario postulat natura relationis realis, vt ibidem Diu Thomas ostendit, quem se- 190
quitur iam præter Scotum vniuersa schola, nā extrema relationis, vt talia sunt relatiue opposita, ergo realiter distincta, quia nihil sibi realiter opponitur: sunt autem extrema relationis per fundamentum in vtroq; existens, vt duo corpora per albedinem sunt extrema similitudinis, & per quantitatem æqualitatis, necesse est ergo fundamentum esse realiter in vtroq; extremo distinctum, alioqui non erunt extrema vt talia realiter opposita, nec extrema realis relationis.

Ex parte vero relatiuorum prima conditio, & quarta in ordine est, vt sint eiusdem ordinis hoc est, vtrunque ad genus, & speciem limitatum, sin minus non erit mutua inter ipsa dependentia, nec proinde mutua relatio, defectu huius conditionis non est relatio realis Dei ad creaturam, nam cum alterius ordinis sit à creaturis Deus, non ordinatur ad illas realiter.

II. Condit. Secunda, vt extrema sint realiter distincta, quam conditionem, etsi quidam ex modernis non admittant dicentes, satis esse si distinguãtur formaliter ante operationem intellectus, at D. Thomas, & Scotus vbi supra, quos vniuersa schola sequitur, realem omnino tenẽt necessariam esse distinctionem extremorum propter realem oppositionem, quam intrinsecè claudit realis relatio: hac enim ratione probauit D. Thomas diuinas personas esse realiter distinctas, præsupposita ex fide Catholica processione vnius ab alia in vnitate essentiæ 1. p q. 28 art. 4 *Fides docet in diuinis personis esse relationes reales, statuens realiter esse Patrem filium, & Spiritum sanctum, sed relatio realis importat realem oppositionem extremorum, ergo realem eorundem distinctionem: vnde si diuinæ personæ realiter referuntur, & opponuntur, realiter distinguuntur;*
191. & huius ratio conuincens est, quia repugnat idem sibimet esse realiter oppositum, quæ igitur realiter sunt opposita, vt extrema relationis necesse est realiter esse distincta: eiusmodi autem conditio si de vera, ac propria distinctione reali accipienda est, ad mutuam relationem erit limitanda, vt certa sit ac necessaria, nam qui de non mutuis inter ens, & non ens versari tenent, aut inter ens reale, & rationis negabunt facile talem conditionem.

6. Condit. Postrema conditio ex parte termini designari solet, nempe vt sit realis, hæc tamen nõ est certa, sed de qua præsens controuersia instituitur: idem est enim quærere, an entis ad non
192. ens possit esse relatio realis, ac vtrum terminum relationis realis realem esse omnino oporteat.

Refertur opinio Gregorij Ariminensis affirmantis relationem entis in actu ad ens in potentia, vel ad non ens esse realem.

I. Sentent. affirmatiua A Ffirmatiuam partem tenuit Gregorius Ariminensis in 1 distinct. 28 quæst. 3. art. 1. quam non obscure videtur insinuasse Aristoteles 5 metaphysicæ capite 15 vbi inter relationes secundi generis eam refert qua motiuum ad mobile, productiuum ad productibile refertur, de quibus notum est, non necessario sibi inuicem coexistere, sed motiuum esse tale, quamuis mobile actu non sit in rerum natura, sed possibile sit censet igitur aliquã relationem realem intercedere inter ens in actu, & ens in potentia, quod his rationibus conuincitur. 193.

I. Ratio. Prima, satis est vt res aliqua ad aliam ordinetur relatione reali, reale fundamentum in se habere, cuius ratione ad aliam ordinetur, siue realis illa sit, actuque existens, siue in potentia, vel etiam ens rationis, nam à fundamento entitatem realem sumit relatio, non à termino, quemadmodum quæstione præcedenti definitum reliquimus, sed multa sunt eiusmodi ex propria natura ad non ens ordinata, ergo per realem relationem: talis est dialectica, cuius obiectum est ens rationis, & nihilominus ipsa ordine naturali, ac reali illud respicit, non secus ac scientia quælibet suum obiectum reale, ergo reali absque dubio relatione ad illud refertur.

II. Ratio. Secundo, inter causam realem, & effectum relatio realis versatur, sed causa finalis, dum actu officium causæ exercet, suumque effectum producit, non est ens in actu, sed in potentia, vt ostendit sanitas, cuius gratia mouetur infirmus ad potionem sumendam, ergo ens in actu, quale est effectus, relatione reali ordinatur ad ens in potentia: nempè ad propriam causam nondum actu existentem. Et confirmatur, quia totum refertur ad singulas partes integrantes realiter, quas tamen non actuales, sed potentiales esse docent plures. 194

III Ratio. Tertio, dum entia rationis quispiam intelligit, etiam impossibilia, vt hircoceruum, vel chimeram, realem proculdubio conceptum eorum format, à quo realiter repræsentantur: sed repræsentans ordinatur ad dem repræsentatam, per relationem realem: quin potius ipsa realis repræsentatio est relatio realis, hæc igitur sæpe numero ponenda est inter ens reale, & rationis, & longe melius inter ens in actu, & ens in potentia, seu inter ens, & non ens, vnde intelligitur non necessario postulare terminum realem.

Communis sententia opposita.

D Iuus Thomas tanquam o[illegible] tionem ad relationẽ realem necessariam posuit

semper realem terminum, præsertim in 1. distinctione. 24 quæstione 1. articul. 3. ad primum. distin. 26 quæstione 2. artic. 1. distinct.
195 30. artic. 3. ad 3. de veritate quæstion. 1. artic 5. ad 16. de potē.., quæst 3 artic. 1. ad 7. & artic. 3 ad 5. quæstione 7. articul. 11. 2. contra gentes capit 12. & 1. part. quæstio. 13. art 7. quem his duobus vltimis locis sequuntur Caietanus, & Ferrar. atque etiam Capreolus in 1. distinct. 31. quæstione 1. Magister Sotus quæstion. 1. huius prædicamenti Fonseca 5. metaphysi. capit. 15. quæst 1. sect. 2. tenet eam Scotus in 1. distinctione 3 quæstion. vnica, quam moderni fere omnes amplectuntur, vt communem in schola.

I. Ratio. Probaturque his rationibus, vera relatiua sunt, quorum totum suum esse est ad aliud, sed non ens, siue pro ente in potentia, siue pro ente iam non existente siue etiam pro ente rationis accipiatur, non habet esse reale simpliciter, ergo relationis realis non est capax, neque etiam poterit eam realiter terminare.

II. Ratio. Secundo, relatio realis est realis, & naturalis ordinatio vnius extremi ad aliud, sed non ens caret reali natura, per quam realiter ad aliud ordinari possit, ergo non est relatiuum reale, nec relationem realem alterius terminare potest, vt albedo actu existens, vel quantitas non potest realem habere commensurationē cum albedine, vel quātitate non existente, vel cum aliquo alio non ente, ergo neque poterit ad aliud ordinari per realem relationem, nam commensuratio eiusmodi realis extremorum, est ratio fundandi relationem realem.

Status controuersiæ, eiusq; difficultas ostenditur, & vltima sententia explicatur, & præfertur.

III. Sententia proponitur & quæstionis status. VT ad statum quæstionis perueniamus, duo statuenda sunt, quæ videntur ab vniuersis necessario admittenda. Primū
197 est, respectus reales secundum dici, ac transscendentales versari posse inter ens, & nō ens, aut inter ens reale, & rationis, quales sunt respectus accidentis ad subiectum, potentiæ, & habitus ad obiectum: quod duplici argumento satis efficaci probari potest, primo, quia e-
I. Argu. iusmodi respectus, vel inhærentiæ sunt, vel attingentiæ, aut vnionis alicuius absoluti cum re extrinseca, non quidem actu existente, sed saltem possibili, vt inhærētia accidētis transcēdentalem respectum vnionis claudit ad subiectum nō necessario existēs actu, cū possit eo extincto conseruari eadem inhærentia, ac proinde respectus idem, qui licet actu ei conueniat, modum aptitudinalis habere cernitur, & tunc patet entis ad nō ens dari respectū realē, respectus item scientiæ ad obiectum similis est, nam scientia non fertur in obiectum, neque illud attingit secundum actualem eius existentiam, sed secundum essentiam possibilem saltem existere, ergo nō requirit talis respectus, vt realis sit, quod obiectū sit ens actu, sed satis est esse ens in potentia, pariterq; de cæteris relationibus secundum dici sentiendum est.

Quod secundo probatur, quia similes respectus reales pertinent ad essentiam absolutorū, II. Argu.
tanquam intimum eorum complementum, vt suo loco vberius explicatur: sed absoluta non minus consistunt in rerum natura, siue actu sit illud, ad quod ordinantur, siue solum in potentia, siue ens reale sit, aut rationis, ergo neque minus consistent respectus isti reales, minorem satis efficaciter probant exempla prioris argumenti: nam in quantitate separata à substantia conseruatur eadem numero aptitudinalis inhærentia respectu substantiæ, cui inhærere apta est, atq; adeò idem respectus realis quo completur: ergo respectus isti non postulant realem terminum, actu ve in rebus consistentem, sed ad ens in potentia, aut rationis sufficienter terminantur, cuius hæc est ratio, quia non pendent in entitate reali à termino, sed ab eisdem causis, à quibus absolutū, cui essentiales sunt. 198

De solis igitur relationibus prædicamenti, ad aliquid, in dubium venire potest, an ens reale, actu ve existens in rebus, pro termino necessario postulent: & de mutuis relationibus nulla debet esse inter opinantes dissensio, nā cum ex parte vtriusque extremi sint reales, necesse quoque erit realia ea esse, actuque existentia: enim verò, cum relatio sit reale accidens, & hoc non possit inesse, nisi subiecto reali, & actu existenti, citra dubium esse videtur 199
relationem realem, nec in ente in potentia, aut in omnino non ente posse consistere, sicut neque quoduis aliud reale accidens, sed actualis inhærentia eius subiectum actu existens exposcit, quocirca, licet relatio prædicamentalis in quantum talis nō necessario postularet realem terminum, at in quantum mutuam correspondentiam cum altera importat, illum habere debet, alioqui nō poterit vnū extremū,

reci-

reciprocari cum altero, vt si daremus relationem similitudinis, vt talem, ad album in potentia terminari posse, hoc tamen ad album in actu cuius relationem terminaret, nequaquam posset realiter referri, vnde nec mutua relatio realis posset inter vtrumq; versari.

Præterea relatio realis est oppositio realis, ergo relatio realis mutua, erit mutua oppositio realis, sed realis oppositio postulat realia extrema actuq; existentia, eadem igitur postulabit mutua relatio realis, quare neque ad ens in potentia, neque ad ens rationis terminari poterit, si ergo sententia Gregorij de hac relatione mutua intelligatur, dum affirmat posse ad non ens terminari, nihil omnino probabilitatis habere censendum est.

200. Status igitur præsentis controuersiæ ad solas relationes reales nō mutuas reducitur, quales sunt, quę tertium genus huius prędicamenti constituunt, mensurabilis videlicet, & mensuræ, an realem terminum actu existentem necessario exposcant. De quibus nō solum Gregorius, sed, Paulus Soncinas 5. metaph quæst. 27. conclusione 4. tenuit sufficienter ad ens in potentia, aut rationis terminari, cui nō desunt moderni sectatores, nec efficacia argumenta, & in primis videtur colligi ex Aristotele capite præsenti, vbi adhuc in secundo genere relationum affirmat calefactiuum referri ad calefactibile, & agens in actu, ad passum in potentia, hac absque dubio de causa, quia relationes istæ nō mutuæ censentur, & tamen reales, cum in hoc prædicamento recenseantur, sensit ergo Aristoteles, entis ad non ens, vel ad ens in potentia dari realem relationem. — I. Ratio.

Secundo, nam potentiæ, & habitus reales versantur sæpè circa obiecta non actu existentia, sed possibilia, vt potentia intellectiua, & sensitiua ostendunt, quare obiecta intelligibilia, aut sensibilia potentiam, & non actum important, & tamen respectu illorum habent relationem realem mensurabilis, ergo de hac saltem sentiendum est, quod ad ens in potentia terminari sufficiat, & par est ratio de dialectica, cuius obiectum si ens rationis est, pro eius mensura constituetur, ad ipsumq; ordinabitur relatione mensurabilis.

II. Ratio. Tertiò, quia ex eo relatio est realis quod res vna ex propria natura proportionem, commensurationem, aut dependētiam habet cum altera, sed quædam sunt alijs proportionata, aut commensurata, non vt actu existentibus, sed vt ab existentia abstrahentibus, vt docent scientiæ omnes de rebus vniuersalibus differentes, ergo non referuntur ad terminum, vt actu existentem, sed vt in potentia, imo neque vt ad ens reale, sed vt ad id quod habet essentiam, & proprietates, aut re ipsa, aut per intellectum excogitatas, cum constet, vnam, aut alteram scientiam circa ens huius conditionis versari.

Quarto, in relationibus non mutuis vnum extremum dumtaxat ordinatur ex propria natura ad alterum, nequaquam aliud; sed vel absolutum est, vel relationis incapax, solum ergo exercet officium terminandi, sed officium terminandi non postulat entitatem actualem, imo nec realem, cum nihil reale in terminante absoluto ponat: sed solā denominationem extrinsecam, ergo nō est præcisè necessarium, quod terminus relationis realis sit ens actu, aut ens reale, sed ens in potentia, aut ens rationis, vel omnino non ens esse poterit, quodcunque enim horum talis denominationis extrinsecæ capax est. Adhæc realis repræsentatio imaginis, vel conceptus, importat realem respectum ad rem repræsentatam, sed non minus realiter repræsentat imago Cæsarem iam extinctum, quam dum in viuis numerabatur, ergo nec minus dabitur ex parte imaginis relatio realis repræsentationis termino non existente, quam dum actu existit: & conceptus non minus est realis de ente possibili, vel rationis, quam de existente, aut reali, ergo realis dabitur relatio ex parte illius ad vtrumque. — III. Ratio. — 201.

Totius controuersiæ decisio.

Communem sententiam sicut de sola relatione tertium prædicamentum constituente intelligunt Doctores vniuersi pro ea relati, ita de omni illa, siue mutua, aut non mutua sit, negant ad ens rationis, vel ad omnino non ens terminari, sed realem terminum ita postulare, vt si iste defuerit, in relationem rationis transire intelligatur, & hæc est imprimis expressa sententia D. Thomæ, vt superius retulimus, & videtur mihi magis doctrinæ Aristotelis, & naturæ harum relationum consentaneum, quod primo ostendi potest ex discrimine inter relationes transcendentales, ac secundum dici ex vna parte, & relationes tertij prædicamenti ex altera, quod illæ essentiales quidem respectus sunt absolutorum, quare nullum præsupponunt fundamentum ex cuius positione insurgant, sed essen- — Quæstionis resolutio. — 202. — Arist. conformior.

tiam eorum simpliciter complent, at relationes prædicamenti ad aliquid entibus absolutis accidunt, eisque superueniunt, & idcirco aliquod in eis fundamentũ præsupponunt, quod cõsequantur, vt relationes primi generis eandem, vel diuersam naturam extremorum, & secundum eam naturalem proportionem, aut commensurationem, seu dispositionem, quibus positis relatio identitatis, aut diuersitatis, similitudinis, vel dissimilitudinis, æqualitatis, aut inæqualitatis consurgit, relationes secundi generis potentiam reductam ad actum, per quam vnum procedit ab altero, realiterque ab eo dependet, relationes vero tertij generis, quas nomine mensuræ, ac mensurabilis designauit Aristoteles, commensurationem quandam non communem, sed specialem per modum adæquationis tanquam fundamentum præsupponunt, in quantum veritas scientiæ, perfectio eius, atque extensio, ad tot, vel plures conclusiones ab obiecto accipitur, ita vt ad plures non possit se extendere, quæ sub
203. obiecto non comprehendantur, quam commensurationem, præfata relatio mensurabilis ad mensuram cõsequitur, talis vero commensuratio, seu adæquatio, realis, & actualis esse debet in scientia, vt relationis realis, & actualis fundamentũ esse valeat, cum notũ sit relationem à fundamento accipere entitatem realem, sed realis, & actualis commensuratio nõ habetur, nisi cum ente reali, & actuali, quia conditionem extremorum sequitur, vtpote ab vtroque dependens, ergo ex consequenti relatio, quæ in ea fundatur, non nisi inter extrema realia, & actualia consurget, atque ita concluditur eiusmodi relationes quantumlibet non mutuas terminari non posse, nisi ad ens reale actuale, non ergo ad ens in potentia, non ad ens rationis, vel ad nõ ens, sed eo ipso quod tale fuerit obiectum, potentia, habitus, vel conceptus, relatio non realis, sed rationis erit.

Obiectio. At dices huiusmodi relationes non esse reales, nisi ex parte, vel habitus, neque esse relationes mensuræ, cum potius obiectum mensuræ rationem induat, sed mensurabilis, quod non actum, sed potentiam denotat, ergo ratione prioris satis erit, quòd obiectum sit ens rationis, aut non ens, cum non repugnet ens rationis terminare relationem realem, tametsi illius non sit capax, vt per eam referatur ad aliud, ex parte verò posterioris sufficiet ei pro termino ens in potentia, nam mensurabilitas solùm fundat relationem potentialem, atque adeò ex propria conditione potentialem terminum petit. 204.

Respondeo, quòd licet verum sit solùm ex parte scientiæ, aut potentiæ se tenere relationem realem, cæterum cum hæc sit naturalis, & realis ordinatio fundata etiam in naturali adæquatione, & commensuratione, ex propria conditione postulat realem terminum, cui adæquetur realiter scientia, & ad quod relatio naturaliter insurgens ex tali adæquatione terminetur. Secundo probatur, quia hoc est discrimen inter relationem huius prædicamenti ex vna parte, & relationẽ secundum dici, vel transcendentalem ex altera, quod hæc ex natura, & essentia vnius extremi habetur, illa verò ei planè accidit expositione fundamenti, & termini, cui realiter proportionatur, requiretur ergo positio realis, & actualis termini, sicut realis, & actualis positio fundamenti, vt relatio realis insurgat, & quolibet deficiente, aut solùm in potentia existente, deficiet relatio realis, & solũ inter talia extrema versabitur relatio rationis. Probatur tandem, quia si ad ens in potentia ordinaretur ens actu per relationem realem, infinitæ darentur relationes in re qualibet, cũ res in potentia ad quas ordinabitur, sint infinitæ, quod nullo modo admitti debet, quia relationes reales, entitates reales sunt, ergo si infinitæ actu admittantur, necesse erit entitates actu infinitas admittere, quod pro magno incõmodo ducunt omnes. Solutio.

Quod verò additur relationem mensurabilis, nõ actualem, sed potentialem esse, æquiuocationem patitur, ob quam verum apparet, tametsi seruata loquendi proprietate (vt par est) sit falsum: hac igitur distinctione facilè expedietur, nam mensurabilitas actuale quidpiam est, scientiæ, aut potentiæ conueniens, non secus, ac adæquatio, in qua fundatur, quamuis respectu actus, per quem attingunt obiectum, potentiam, seu aptitudinẽ importet, vnde relationẽ actualem fundat, quis enim dubitet, quamlibet potentiam, aut habitũ relatione reali actuali respicere obiectum, licet hęc relatio mensurabilitatis appelletur, & non mensurati, quia habitus quasi potentia est respectu actus, quo medio attingit obiectum, quemadmodũ risibilitas accidens est actu inhærens subiecto, & ex consequenti respectu quodam transcendentali in ipsamet actuali inhærentia incluso ad illud ordinatur, quæ tamen respectu actus ridendi considerata potentiæ po- Ad id quod additur. 205.

tiæ potius rationem habet. Ex quo iam patet, quo pacto relatio mensurabilitatis tanquam actualis, realem, & actualem terminum ex se postulet, quo deficiente solum erit relatio rationis respectu entis in potentia, aut entis rationis.

Hanc autem sententiam valdè consonam esse Aristotelicæ doctrinæ intelliget profecto, quisquis verba huius capitis perpenderit, duo enim de relatiuis asserit, primum, quod simul natura sint, secundum, quod simul sint cognitione, & ex vtroq; intulit vniuersa ferme schola, quod posita se possunt, & interempta se interimunt: vtramq; vero formaliter accipiendum est, hoc est, de relatiuis sub formali ratione relatiuorum, vt vera esse possint, & tunc ex eis elicitur entis in actu ad ens in potentia, vel ad non ens, non dari relationem realem huius prædicamenti: nam simultas naturæ ex parte mensurabilis requisita, & positio huius posita mensura, ac desitio ea sublata, non solum realem, sed actualem rationem, sicut relationis, & relatiui, sic etiam termini, cui quantum ad hæc tria comparatur, sonant.

Solutio argumentorum Sonzinatis.

Satisfit argumentis Sonzin. Ad primū. NEque argumenta pro Sonzinate facta conuincunt relationē realem non mutuam terminari posse ad ens in potentia, aut ad ens rationis. Primum namque hac distinctione explicabitur: in potentijs, & scientijs respectu obiectorum duplicem respectum

206. realem debemus considerare. Vnum quidem diminutum, aut incompletum, quo complectur essentia cuiusque, & vocatur secundum dici, alterum completum, & superuenientem, & vocatur relatio secundum esse, tertium genus prædicamenti, ad aliquid, constituens, differunt autem in multis: nam prior essentialis est, & cum absoluto completam potentiæ, aut habitus rationē constituit, vnde nec ex aliquo

207. fundamento consurgit, neq; speciali nomine relatiuo significatur, sed sub eodem absoluto scientiæ, aut potentiæ inuoluitur: quocirca sicut potentia, aut scientia nata est obiectum circa quod versatur attingere, siue obiectum sit ens reale habens esse à natura in potentia, aut in actu, siue ab ipsomet intellectu effectum, ita hoc idem respicit per talem respectū diminutum, qui cum essentialis sit, neq; scientiæ, aut potentię superueniens, sed vtramq; complens, quemadmodū nec fundamentum, ita nec terminum, quibus positis insurgat, postulat, sed iuxta conditionem potentiæ, aut scientiæ essentialem se habet, eam ad obiectum ordinans secundum modum, quo nata est illud respicere: & vt paucis naturam huius respectus complectamur, sicut entitas realis absoluta scientiæ aut potentiæ, nō dependet ab entitate reali obiecti, sed à subiecto, ac reali actu, per quē in eo generatur, accipit autem specificam rationem ab eo: pari ratione respectus ipse eis essentialis, vtpote intra rationem absolutam tanquam complementum eius clausus, nō dependet ab obiecto in sua reali entitate, sed ab eisdem subiecto, & actu, à quibus entitas absoluta scientiæ, eius tamen formalis ratio ab eo accipitur, ac propterea sicut scientia realis, aut potentia, circa ens in potentia, aut ens rationis versari potest, ita respectus ipse, quantumlibet realis, ad obiectū talis conditionis potest easdem ordinare: relatio vero completa in eadem scientia fundata diuersas longè habet conditiones, nam primo nō est scientiæ intrinseca, sed ei superueniens accidentaliter ex particulari commensuratione, & adæquatione ad obiectum, in qua fundatur, vnde neque nomine scientiæ significatur, sed distincto, ac sibi proprio, nempè mensurabilis respectu mensuræ, neq; consurgit nisi posito hoc fundamento, & termino, & hinc est, quod non terminatur ad obiectū sub ratione obiecti, sed præcisè sub ratione termini, qui vocatur mensura: vnde infertur, quod qualis fuerit mēsura talis erit adæquatio scientiæ ad illā, & talis mensurabilitas consurgens ex adæquatione. Si fuerit realis, & actualis, relatio cōsurgens realis erit, si verò solum habuerit esse reale in potentia, aut fuerit ens rationis, nō nisi relatio rationis, quia enti in potentia, aut enti rationis, non adæquatur naturaliter ens reale, sed solum secundum rationem, atque adeò ex tali adæquatione sola relatio rationis potest insurgere. 208.

Et hæc est potissima ratio ex discrimine inter vtramque relationem desumpta, ob quam prior realis esse potest inter ens, & non ens, inter ens actu, & ens in potentia, inter ens reale, & rationis: posterior verò, non nisi inter entia realia, actuque in rerum natura existentia, quod discrimen, quia non satis perceperunt plures, nescientes duplicem relationem præfatam in potentijs, habitibus, ac notitijs distinguere, sed vtramq; confundentes, pro eademq; accipientes, asseuerarunt inter ens in actu, & ens in potentia, ens rationis, vel omnino non ens, in- Ratio pro discrimine. 209.

ens, intercedere posse relationem prædicamentalem tertij generis: distinctio autem vtriusque respectus à nobis exposita veritatem communis sententiæ ostendit, & argumentum primum oppositæ sententiæ dissoluit, negandum est enim ad formam illius, quod realis sit relatio mensurabilitatis in scientia, aut potentia respectu non entis, aut entis rationis, quamuis realis sit respectus attingentiæ, quem vocamus secundum dici, & per quem ad illa tanquam ad obiecta terminantur.

Ad secundum. Secundum quoque argumentum de eodem respectu procedit, non de relatione secundum esse, tertium genus ad aliquid constituente: & si adhuc velis de hac illud accipere, nihil efficit, sed negandū est quod assumit, nempè potentias, & habitus realiter commensurari obiectis non existentibus, aut non habentibus realem entitatem, cum nihil sit naturaliter, aut realiter commensuratum nisi enti reali, cæteris vero solum secundum rationem, vnde ex priori dumtaxat adæquatione consurget relatio realis, & non nisi relatio rationis ex posteriori. 210.

Ad tertiū. Tertium argumentum non magnum negotium exhibet, admisso enim, quòd terminus relationis non mutuæ officium dumtaxat terminandi relationem alterius exercet, negandum est entitatem realem non postulare, nam esto solam denominationem extrinsecam ponat in eo actus terminandi, adæquatio tamen naturalis, ac realis mensurabilis ad ipsum, quæ fundamentum relationis realis est, suo iure postulat realem entitatem eius, cum nec enti rationis, nec reali potentiali aliquid possit naturaliter adæquari.

Diluuntur argumenta Gregorij.

Ad primū argumentū Greg. Svpersunt tandem tria alia argumenta, quibus sententia Gregorij roboratur diluenda: & primum obijciebat testimonium Aristotelis capite præsenti, vbi in secundo genere relationū collocauit eam, qua motiuum ad mobile, facturū ad faciendum, productiuum ad productibile, & omnino agens ad passum refertur, de qua constat non necessario inter actu existentia versari, sed omnes ferme eiusmodi relationes inter ens actu, & ens in potentia: cui respondendum est adhuc in his relationibus terminum esse realem, & actu existentem, nam relatio motiui, aut actiui, si realis est, non ad quodcunque mobile, 211.

aut passum terminatur, sed ad actu existens, licet actu non moueatur ab alio, aut ab eo patiatur, sed moueri, vel pati ab eo aptum sit. Vel secundo respondeo, hos respectus nō pertinere ad hoc prædicamentum, sed solum esse relationes secundū dici, quia actiuum, & motiuum absolutam virtutem agendi, & mouendi important, quos respectus isti consequuntur necessario, Aristotelem vero iuxta communem interpretum sententiam in recensendis relationibus, & relatiuis, eorumque exemplis designandis, non secus atque in definiendis, & explanandis eorum proprietatibus, sic se gessisse, vt promiscue attulerit omnia, quo rationem huius prædicamenti (ob debilissimā eius entitatem explicatu difficilem) notiorem redderet, idque præsertim fecisse credendum est in exponendo secundo genere earum relationum, quæ in actionibus, aut potentijs agendi fundantur: quot autem, & quæ ex relationibus huius generis in hoc prædicamento sedem habeant, ex vniuersalibus conditionibus superius à nobis propositis iudicandū est. Quod vero idem argumentum opposuit, satis esse reale fundamentum ad realem relationem, falsum vniuersaliter existimatur, nisi simul ponatur terminus, nam cum relatio fundetur in reali commensuratione vnius extremi cum altero, & vnum nō commensuretur alteri realiter, nisi reale sit, & actu existens, neque relatio consurgit, nisi reale, & actu existens ponatur. 212.

Ad secundum dicimus peculiare id esse causæ finali, vt secundum esse reale, quod habet in potentia, moueat agens ad productionem effectus, ei tamen vnitum per realem apprehensionem, defectu ergo actualis existentiæ non fundat relationem realem, imo etiam defectu realis distinctionis ab effectu, cum sepè contingat idem esse finem, & effectum, vt dum sanitatem infirmus obtinet, cuius gratia sumpsit potionem, eademmet sanitas, finis & effectus rationem habet: ad formam igitur argumenti negandum est, quòd inter causam, & effectum semper intercedat relatio realis, nisi vbi realis distinctio actualis, & positiua intercedit. Si autem quispiam in eo persistere vellet, quod finis ratione apprehensionis causat, ac propterea distinguitur semper ab effectu, nam sanitas reali apprehensione vestita, quo pacto finalis est causa, re ipsa distinguitur a semetipsa nuda, qua ratione effectus est, & realiter dici- Ad II. 213.

Nota. tet dicitur esse in intellectu, concedere debet, nec apprehensionem aliquid reale in sanitate ponere, nec per illam finalisare, sed per propriam entitatem, quam habet in causis: quare
214. nec per apprehensionem distinguetur realiter, tanquam finalis causa nec distinctione intrinseca, sed prorsus extrinseca: non ergo verum est, quod finalis causa, vt talis, actualem habeat existentiam, neque distinctionem realem ab effectu, vt possit esse fundamentum realis relationis, per quam ad effectum referatur, nec relationem realem effectus terminare, nam dum effectus iam est, cessat prorsus causalitas finis, & dependentia ab ipso.

Postremum argumentum soluitur facilè, quia respectus, quem repræsentatio imaginis, vel conceptus ab intrinseco claudit, non est relatio prædicamentalis, sed secundum dici, & propterea ex ipsamet entitate, & realitate imaginis pendet potius realitas eius, quam à re repræsentata, qua proinde non existente realis in imagine esse potest.

QVAESTIO DECIMA.

Fundeturne aliqua relatio prædicamentalis proximè in substantia.

Explicatur titulus quæstionis.

Tituli expositio. TRia esse designata ab Arist. 5. metaph. cap. 15. fundamenta relationis, numerum, vel vnitatem, actionem, & passionem, ac mensuram, in paruis dubijs statutum
215. reliquimus, nunc autem singula percurrere, ac ex professo examinare oportet singulis controuersijs.

Nota. 1. Et circa primum (vt ab eo initium sumamus) certum est relationem realem primi generis fundari in numero, vt duplũ, & subduplum ostendunt. Certum est etiam vnitatis nomine, non eam dumtaxat intelligi ab Aristotele, quæ principium numeri est, sed quamlibet conuenientiam essentialis perfectionis quarumlibet rerum, vt vniuersi expositores testantur, & verba ipsa Aristotelis à nobis superius recensita planè docent, & cum oppositorum eadem sit consideratio, ex consequenti sub nomine vnitatis clauditur quæcunque diuersitas essentialis.

Nota. 2. Tertio, certum est etiam apud omnes duplex esse fundamentum relationis in hoc primo genere, ac suo modo in cæteris: remotum, 216.
& proximum, remotum fundamentũ est res illa, vel essentia, in qua essentialis conuenientia reperitur, vt quantitas, vel qualitas: proximum est vnitas, vel conuenientia duorum extremorũ in eadem, & hæc vocatur etiam communi scholæ voce ratio fundandi, & merito quidem, quia non est id, quod fundat relationem, sed ratione cuius res illa, vel essentia, in qua reperitur, fundamentum est.

Quarto, inter omnes conuenit vnitatem in Nota. 4.
qualitate, & quantitate fundamentum esse relationis realis, æqualitatis, & similitudinis, & horum accidentium ratione easdem relationes reales conuenire substantiæ: nam propter eandem participationem albedinis dicuntur duo corpora similia, & propter participationem quantitatis eiusdem mensuræ dicuntur æqualia.

Cæterum, an quemadmodum eiusmodi ac- Nota. 5.
cidentia propter essentialem vnitatem, vel diuersitatem diuersa relationum genera proximè fundant, eodem pacto substantia proximũ sit fundamentum relationis prædicamentalis: ita vt verum sit non minus ad aliquid esse, quæ conueniunt in substantia, quam in qualitate, & quantitate, difficilem habet controuersiam.

Quam vt notiorem reddamus, obseruan- Vltimo obseruа.
dum est, triplicem esse vnitatem substantiæ, numericam, specificam, & genericam: numerica est, qua Petrus in se dicitur idem numero, id est, à se non distinctus, sed à quolibet 217.
alio, specifica est conuenientia essentialis duorum indiuiduorum eiusdem conditionis, vt Petri, & Ioannis in essentia hominis, generica duarum specierum in eodem genere, vt hominis, & leonis in natura animalis, & quidem de numerica vnitate ab vniuersis statuitur non esse fundamentũ relationis realis defectu realis distinctionis extremorum: nam dum idem, vel non diuersus numero à se appellatur Petrus, verum est ea solùm ratione, quia intellectus eum tanquam duo extrema numericæ identitatis apprehendit, eiusdem autem ad se ipsum non potest esse relatio realis. De vnitate igitur specifica, & generica dumtaxat dissensio esse potest, an identitas specifica duorum indiuiduorum, & generica duarum specierum, sit relatio realis huius prædicamenti ad primum genus referenda.

Refertur, & explicatur prima sententia.

1. Sentent. NEgant plures, quanquam non eadem via incedant, nam quidã nolunt eiusmodi vnitates reales esse relationes, sed rationis ab intellectu apprehendente extrema sub tali conuenientia, vel vnitate excogitatas.

Primũ fundamẽtum. Quibus fauet in primis illud, quod attingere cœpimus, nempè vnitatem genericam, & specificam, nec reales esse, nec extremis conuenire seclusa operatione intellectus, sed ab eo fieri per abstractionem à singularibus conditionibus, & cum fundamentum realis relationis debeat esse reale, ab eo siquidem realem entitatem accipit, eiusmodi relationes non erunt reales. 218.

Secundum fundamentum. Probatur secundò, quia relationes, quæ nõ minus conueniunt rebus, dum non existunt actu, quàm dum actu existunt, non sunt reales, sed tales sunt relationes, de quibus loquimur, ergo non sunt reales: probatur vtraq; pars antecedẽtis, maior quidem, quia illud, quod conuenit rei, dum non extat, non potest esse reale, ergo quod indifferenter ei conuenit, dũ actu existit, ac dum non est, nõ erit reale, cum abstrahat à reali eius existentia: minor verò clarius ostenditur, quia non minus sunt eiusdem speciei Petrus, & Ioannes mortui, quàm dum in viuis enumerabantur, nec minus erunt equus, & leo genere idem cunctis eius singularibus extinctis, quàm dum in eis actualem habebant existentiam, ergo huiusmodi relationes identitatis, non sunt reales, sed rationis. Hanc sententiam acerrimè defendit P. Fonseca 4. lib. metaph. cap. 2 quæst 7 sect. 8. & lib. 5. cap 15. quæst. 1. sect. 7. 219.

Refertur secunda opinio, quæ affirmat relationes identitatis specificæ, vel genericæ esse transcendentales.

Secunda sent. ALij verò alia incedentes via, reales esse relationes identitatis specificæ, atque genericæ admittunt, non tamen prædicamentales, sed transcendentales: hanc sententiam retulit Soncinas 5 metaph quæst. 91. cui subscripsit Mercatus quæstione vnica huius prædicamenti, vbi pro eius confirmatione duo affert, vnum, Aristotelem tria tantum fundamenta designasse, nempè quantitatem, actionem, & passionem, & qualitatem, siue mensuram, nulla mentione facta substantiæ, ergo censet relationem prædicamentalem in ea non fundari. 220

Prima confirmatio. Alterum, vnitatem, & distinctionem esse quasi passiones entis realis: vnde quemadmodum entitas realis transcendens est prædicatum, ad ordinem quæ proinde prædicamentalem non limitatur, pari ratione vnitas, & distinctio, & ex consequenti relationes identitatis, ac distinctionis realis, specificę, atq; genericæ in eisdẽ fundatæ transcendentales erunt. 2. Confirm.

Testimonium quoddã aliud est D Thom. 4. contra gent. cap. 14. vbi sic loquitur: *Relatio non solum præexigit esse substantiæ, sed esse aliorum accidentium, ex quibus causatur, sicut vnũ in quantitate causat æqualitatem, & vnum in qualitate similitudinem, &c.* Hoc est autem non proximè in substantia, sed in alio sibi accidenti superaddito fundari: negantem igitur partem tuetur D. Thom. 221.

Vera sententia præcedentibus opposita explicatur.

Vera sententia statuitur ex Arist. VErisimilior nihilominus sententia, & Aristotelis propria est, relationem prędicamentalem fundari proximè in substantia, nam 5. metaph. cap. 15. fundamentum relationũ primi generis designans, postquam relationes in numero fundatas recensuit, sic loquitur de his, quæ in vnitate fundantur. *Hæc itaque ad aliquid omnia secundum numerum dicuntur, & numeri passiones sunt, & adhuc æquale, simile, & idem secundum modum alium? Secundum vnum etenim omnia dicuntur, eadem enim sunt, quorum substantia vna, similia vero, quorum qualitas vna, æqualia autem, quorum quantitas vna, &c.* Quid expressius dici potuit, vt intelligamus vnitatem perfectionis horum trium prædicamentorum verum esse fundamentum relationum primi generis. Arist.

Diuus Thomas expressè eandem veritatem profitetur opusculo 48. tract. 5 de prædicamento ad aliquid cap 4 his verbis: *Nihil tamen obstat, quin relatio possit fundari immediate in substantia, nam in vno in substantia fundatur identitas, in vno in quantitate æqualitas, in vno in qualitate similitudo.* Et explicatius de relationibus identitatis loquens 1. parte quæst 28 art. 1 ad 2. docet identitatem numericam esse relationem rationis, genericam, & specificam, realem, & prædicamentalem. 222.

Tandẽ

Tenuerunt eandem sententiam ex antiquioribus interpretib' Aristotelis Auicen. 3 Metaphysicæ cap. 10. Albertus Magnus tractatu de prædicamento ad aliquid cap. 3. non longè à principio, ex discipulis verò D. Thomæ, Caietanus 1. part. quæst. 28. art. 1 ad secundum. Fer. 4. contra gentes cap. 1. Sorzin. 5 metaph. quæst. 31. Sotus quæst. 1. huius prædicamenti, hisque fulcitur rationibus.

Prima ratio.

Prima, specifica vnitas albedinis fundat relationem realem similitudinis, atque etiam specifica diuersitas albedinis, & nigredinis relationem dissimilitudinis, ergo specifica vni-
223. tas, substantiæ fundamentum erit relationis realis identitatis duorū indiuiduorum, & specifica diuersitas duarum specierum relationis diuersitatis, consequentia euidens est, quia non minus vnitas substantiæ realis est, quàm vnitas qualitatis, nec minùs extrema sub tali natura sunt realia, quibus & relatio ipsa identitatis conuenit seclusa operatione intellectus, ergo nō minus relatio realis est, quam fundat substantia, quàm similitudo, vel æqualitas, quas fundant qualitas, & quantitas. Concedit vniuersa, quę in antecedenti assumuntur, Fonseca, & minus bonam esse consequutionem ea solum de causa affirmat, quia similitudo, vel æqualitas non conueniunt nisi extremis actu existentibus, identitas verò, aut diuersitas specifica, vel generica æquè conueniunt rebus existentibus, & non existentibus, nam hominem, & equum specie differre dicimus, etiamsi nullum sit indiuiduum, in quo subsistant.

Solutio P. Fons.

Impugnatur.

Hoc autem vim argumenti non remittit, de relatione enim specificæ identitatis apertum videtur non conuenire, nisi singularibus actu existentibus: nam si non existant, non dicuntur esse eiusdem speciei reali identitate, cum non sint extrema realia, sed si quomodo dicuntur idem, non nisi in quantum ab intelle-
224. ctu apprehenduntur, ac si extrema realia identitatis essent, actuque existentia, quo etiam pacto similia, vel æqualia appellari possunt, si sub eadem albedine, aut quantitatis mensura apprehendantur, neque idem genere, vel diuersa specie dicuntur aliqua tanquam extrema realia, nisi in singularib' existant, sed in quantum à ratione apprehenduntur, ac si verè essent talia, nec enim esse reale habent species nisi in indiuiduis, aut genera nisi in speciebus, sed solùm obiectiuè concipi possunt (vt superius statutū est) quapropter nec appellari possunt eiusdem generis species nisi secundum quid, in quantum sub eodem prædicato superiori appræhendi possunt, quod non minus verum est in æqualitate, ac similitudine, imo nec in cęteris relationū generibus: nullo enim singulari albedinis, aut quantitatis existente, dicimus duo alba esse similia, dissimilia album & nigrum, æqualia item duo corpora eiusdem quantitatis, ac demum Patrem, & Filium esse ad aliquid: quæ quidem locutiones non absolutè, sed eatenus sunt veræ, quatenus conceptus harum relationum obijci intellectui possunt secundū prædicata essentialia eis conuenire apta, minimè tamen tanquam extrema realia. Duo igitur, quæ tanquam certa præsupponuntur, neganda sunt, nempè æquè conuenire identitatem genericam, & specificam 225.
existentibus, & non existentibus extremis, cum illis absoluta, ac reali conueniant appellatione, his verò non nisi obiectiua, & secundum rationem, atq; adeò non simpliciter, sed secundum quid, quo pacto cæteris relationum generibus conueniunt (vt ostendimus) ac propterea negandum est discrimen inter eiusmodi relationes, & cæteras aliorum generum, quantum ad modum, quo rebus existentibus, & non existentibus attribuuntur, atque ita constabit argumentum pro confirmatione nostræ sententię factum in suo robore permanere.

Aliud namque, quod ab autoribus secundæ opinionis respondetur, nempè reales, sed transcendentales esse relationes, quia in cunctis prædicamentis reperiuntur, fundamento rationis caret: nam & si in omnibus reperian- 226.
tur prædicamentis specifica, & generica vnitas, & diuersitas, specialis est nihilominus ratio, quæ proinde specialem, ac prædicamentalem relationem fundare potest, specialis etenim conuenientia est specifica vnitas, & quæ rebus determinatis conuenit, nempè indiuiduis eiusdem conditionis, generica verò speciebus diuersis, nec solùm determinatis rebus, sed sub conceptu, & ratione determinatis, nempè in quantum talem habere possunt conuenientiam, vnde sicut ratio fundandi nō est vniuersalis, vt prædicata entis, vel accidentis, ita relatio ex ea cōsurgens nō potest transcendentalis appellari, citra dubium est enim relationes generis, & speciei, si reales forent, ad prædicamentū etiā relationis esse referendas, quia speciales sunt, specialemq; rationem fundandi habent, quanquā res ipsæ, quę denominantur genera, & species, in cunctis prædica-

II. Solutio.

cunctis reperiantur. Ex quo intelligitur, subiecta harum relationum, aut etiam fundamenta in cunctis prædicamentis inueniri, relationes verò non nisi ad hoc prædicamentum spectare, quare transcendentales absque fundamento rationis appellantur.

II. Ratio. Quo supposito probatur secundo, Petrus in quantum idem cum Paulo in humanitate nihil absolutum importat, sed totum suum esse est ad Paulum ordinari, esse autem eundem quidpiam reale est, cum sit esse hominem, ergo realis est, & relatiua talis identitas, & simile fit argumentum de identitate generica, ac diuersitate specifica equi, & hominis.

III. Ratio. Postremo, æqualitas duorum corporum quantitatiua, quia realis est, fundat relationem realem, & prædicamentalem, sed æqualitas perfectionis essentialis duorum indiuiduorum eiusdem speciei non est minus realis,
217.
nec minus est ratio referendi vnũ ad alterum, ergo fundat relationẽ realem, quam per similitudinem vocamus æqualitatem, propriè verò identitatem specificam: proximè autem conuenire substantię constat, quia prius quam intelligatur substantia alicui accidenti affecta, intelligitur tantæ magnitudinis, vel perfectionis essentialis ex proprio genere, & differentia, ergo proximè fundat relationem realem duorum extremorum, quæ ab eadem dicuntur æqualis perfectionis.

Soluuntur argumenta aliarum opinionum.

Ad 1. partẽ opinionis respondetur. AD primum argumentum primæ opinionis, ex his quæ adnotata sunt q. 5. vniuersaliũ de vnitate formali respondendum est, vbi statutum est, efficacibusq; rationibus confirmatum, nullam vnitatem, siue positiuam, siue negatiuam dari ante operationem intellectus, per quam aliquid multis commune quoquo modo sit, sed naturam cum
218.
omnibus suis gradibus, ac prædicatis positiuis ac negatiuis esse singularem, ac diuisam per differentias numericas, & solàm dari vnitatem quandam virtualem, & quasi in fundamento remoto inter naturas singulares Petri, & Pauli, in quantũ ab eis abstrahibilis est eadem natura specifica, quod fundamentum nõ reperitur in indiuiduis diuersarum specierum, quibus non eadem prædicata quidditatiua, sed diuersa conuenire possunt, & par est ratio de speciebus in natura generica conuenire aptis.

Secundum argumentum eiusdem sententiæ soluimus nostram sententiam confirmantes. Ad II.

Secunda sententia planè falsum assumit, præsupponens nullam mentionem substantiæ fecisse Aristotelem, dum fundamentum relationum primi generis designauit, cum expresse docuerit, non solum vnitatem quantitatiuam fundare relationem, sed vnitatem perfectionis, quæ in albedine efficit similitudinem, in quantitate æqualitatem, identitatem verò, aut distinctionem in substantia. Ad I. II. sententiæ.

Ad secundum dicimus, vnitatem realem duplicem esse, vna est, quæ sequitur cuiuslibet rei entitatem, & hoc propter transcendentiam haud quaquam potest relationem prædicamentalem fundare, alia est vnitas peculiaris, ac determinata, quæ non sequitur ens, aut entitatem quamcunque, sed certam, ac determinatam, hoc est, completam, & talis est specifica duarum specierum, fundans relationes identitatis, & merito quidem, cum non sit transcendens, prædicamentalis relationis fundamentum esse valet, eademque est ratio dè diuersitate specifica, & distinctione reali, in quibus fundantur relationes diuersitatis, ac distinctionis, admittimus ergo vnitatem specificam, & genericam in cunctis reperiri prædicamentis. quanquam à principali denominationem substantialis suscipiat, nihilominus transcendens non vocatur propter determinatam eius rationem. Ad II.

Testimonium D.Thom. duobus modis exponitur. Primo à Ferr. in commentarijs illius, vbi substantiam ait fundare relationem media vnitate specifica, vel generica, quæ licet sit substantialis, modum quendam habet accidentis, in quantum quid superadditum extremis intelligitur, vt fundare possit relationem, vnde non solum de cæteris relationibus, in alijs accidentibus fundatis verum est, aliquo medio accidenti inesse substantiæ, sed etiam de ea, quæ in eadẽ substantia fundatur, quanquam diuersa ratione, nam illæ medio accidenti vero, ac proprio, hæc vero nõ nisi secundùm modum, vel similitudinem. Ad testimonium D. Thom. 219.

Nos verò aliam addimus solutionem hanc non spernentes, nempè à toto (vt aiunt) genere loqui D. Thom. ac si dicat, talis esse naturæ relationem, vt maiori ex parte alio accidenti indigeat: quo medio inhæreat substantiæ, cui non obstat aliquam esse relationem ei Alia solutio.

proximè

proxime inhærentem, quemadmodum in ea proximè fundatur.

QVAESTIO VNDECIMA.

An vna relatio realis possit esse fundamentum alterius.

Proponitur negatiua sententia Thomistarum.

Ratio dubitandi. Esque ratio dubitandi, quia si vnitas specifica substantię, atq; etiam genericæ fundat relationem, & pariter vnitas in quantitate, & qualitate, cum dentur etiam relationes eiusdem, ac diuersæ speciei, ac generis, non minus fundare poterunt relationes alias identitatis, ac diuersitatis. 231.

Ex opposita vero parte, si admittatur vnam relationē fundare alteram: statim sequitur processus quidā infinitus, cum codē modo secūda relatio fundare possit aliam, ac prima, pariterque de tertia videatur necessarium, sicque in infinitum procedatur.

Sententia negatiua. D. Thom. Negatiuam partem colligere licet ex verbis D. Thom. 1 p. qu. 42. artic. 1. ad 4. inferius referendis quibus docet planè vnam relationem non referri ad alteram per relationem aliam, ex quo deducitur, nec fundamentum alterius esse. Etenim si vna relatio esset fundamentum alterius, per aliam absque dubio relationem ordinatur, & non per se ipsam, cum relatio à suo fundamento ratione, vt minimum formali distinguatur, eandem partem sequuti sunt Ferrar. 4. lib. contra gentes, capit. 4. & expressius Paulus Sonz 5 metaph q. 29 ad primū.

I. argum. Habet autem pro se hæc argumenta. Primū, nam relatio ex propria conditione est ratio referendi vnum ad alterum, ergo per se ipsam, & non per aliud ordinabitur ad quodcunque ordinari potest, quemadmodum albedo ex propria conditione est ratio albi, & idcirco non potest per alteram albedinem albe fieri, sed si relatio fundaret relationem, ordinaretur per illam ad alteram, quemadmodum quodlibet aliud relationem fundans per eam refertur, ergo negandum omnino est relationem fundare alteram relationem. 232

II. argum. Secūdum, si relatio esset fundamentum relationis, non certe alterius, quam eius, quæ in vnitate fundatur, quam docuit Aristoteles primum genus huius prædicamenti constitue re, cum exploratum sit relationem non esse potentiam actiuam, aut passiuam, nec rem alteri commensurabilem, vt censeatur relationes aliorum generum fundare posse, sed nequit fundare relationem primi, ergo nullam: minor probatur dupliciter, primo, quia relatio primi generis est identitas, aut diuersitas specifica, seu generica, similitudo, aut dissimilitudo, æqualitas, aut inæqualitas: prima fundatur in substantia, secunda in qualitate, tertia in quantitate, ergo non habet locum relatio inter fundamenta huius generis. Secundo, relatio habet genus ex eo quod est ordinatio ad terminum, & speciem ex eo, quod est ordinatio ad talem terminum, ex quo etiam distinguitur à cæteris secundum speciem, ergo quælibet relatio ex eo, quod est ordinatio ad terminum, aut talem terminum, habet vnitatem aut distinctionem, quare non est eadem aut diuersa per alteram relationem, sed per semetipsam, & idcirco aliam relationem fundare nequit. 233.

Postremum, quia si vna relatio fundaret alteram, procedendum esset in infinitū in relationibus, hoc non est admittendum, cum ex eo fiat dari infinitas relationes actu, quę cum sint entia prædicamentalia dabitur infinitum actu in hisce rebus, sed probatur consecutio prima, nam si paternitas fundat aliam relationem, cū illa sit vera relatio, erit etiam alterius relationis fundamentum, non est enim potior ratio de prima, quam de secunda, eademque erit de tertia, & sic in infinitum. 234

Probatur affirmatiua sententia Scoti.

Partem vero asserentem, quod relatio sit fundamentum relationis, sequitur Scot. in. 2. dist 1. q 4 & 5. & in 4. d 6. 10. & cum eo Lichetus, & Mayronius eisdem locis. Antonius Andreas. 5. metaphysi. quæst. 13. & lib. de sex principijs. q. 10. Sententia affirmatiua Scoti. 235.

I. Fundam. Primum eius fundamentum accipitur ex Euclide. 5 Geometrię in principio, vbi definiens proportionalitatem, ait esse similitudinem duarum proportionum, quod verum esse non potest, nisi in proportione (quæ vera relatio est) similitudo fundetur: de qua etiā constat, quod sit relatio similitudinis ad primum genus hui⁹ prædicamenti pertinens, quare necesse est fateri vnam relationem esse fundamentum alterius.

II. Fund. Secundo probatur, non minus sunt similes duæ paternitates, quam duæ albedines eiusdem gradus intensionis, sed in his fundatur relatio similitudinis, ergo & in illis. Neque fit satis argumento, si dicatur primo, duas paternitates, cum sint essentialiter rationes referendi, non referri per alteram relationem sicut albedines, sed per se: quia & si rationes referendi sint patris ad filium, non tamen sunt rationes referendi vnum ad alterum in ratione similis, & cum hæc ratio similis in ipsismet reperiatur, non secus ac in duplici albedine, sequitur planè per relationem similitudinis à se distinctam (vt distinguitur relatio à fundamento) referri, quod est relationem fundare. Nec etiam fit satis secundò si dicatur, inter paternitates non esse propriè similitudinem, quę soli qualitati attribuitur, & ideò non fundare veram relationem, tum quia paternitates non minus sunt eiusdem essentiæ specificæ, quam albedines, ergo non sunt minus propriè similes, cum habeant essentiam eiusdem conditionis: & iam quod inter paternitates, non esset propria similitudo, negari tamen non potest, quod inter duas similitudines in albedine fundatas detur propria similitudo, atque adeò propria relatio, in eisdem relationibus similitudinis fundata, aç demum negari non potest duas paternitates esse eiusdem speciei, ac diuersæ à filiationibus, erunt igitur fundamentũ, si non similitudinis, saltem relationis realis idẽtitatis in vnitate specifica fundatæ.

Solutio I.

Solutio II.

216.

Postrema sententia media inter vtramq;.

Vltima sententia. medium tenet. Medium inter hæc extrema videntur ponere moderni quidam aientes relationem vnam non fundare alteram à se distinctam, esse tamẽ sui ipsius fundamentũ secundum rationem, quod vt explicent, dupliciter quamlibet relationem considerari posse præsupponunt. Primo, vt est id, quod alteram refertur, tãquam similis, vel eadem secundum speciem. Secundo in quantũ est ratio referendi seipsam vt similem, vel eandem, & sub consideratione priori, fundamentum esse affirmãt sui ipsius modo posteriori consideratæ, itaq; considerata, vt quod refertur, est fundamẽtum sui, vt rationis referendi semetipsa ad illam alterã Pro hac sententia referunt Caiet. 1 p. q. 42. artic. 1. quem tamen si consuluissent, nec verbum de hac re fecisse cernerent.

217.

Eorum autem fundamentum est, quia vna relatio verè refertur ad alteram eiusdem, vel diuersæ speciei, non tamen per alteram relationem, quia cum ipsa sit ratio referendi, non indiget alia relatione, per quam referatur, & rursus, sicut ipsa est eadem, vel diuersa ab altera, pari ratione se ipsa refertur ad illam, & non per aliam relationem sibi superadditã. Ex quibus habetur esse sui ipsius fundamentum, quia si per alteram relationẽ ordinaretur, eam absque dubio fundaret, cum ergo ordinetur seipsa vt ratione referẽdi, sequitur esse ipsius fundamẽtum diuerso modo consideratam, hoc est, in quantum est id, quod refertur & referẽdi ratio. & hunc sensum non esse oppositum doctrinæ D. Thom. arbitrantur, nam loco nuper memorato in solutione ad quartum solum negat vnã relationem esse fundamentum alterius à se distinctæ, non tamen esse sui ipsius fundamentum in quãtum diuersas rationes habet, eius quod refertur, & quo refertur, vt scholastico more loquamur.

Fundamentum.

218.

Illatio.

Refellitur sententia.

Quidquid de extremis fit, medium hoc à veritate, & relatiuorum natura alienum videtur, quod ita probo: relationes distinguuntur specie, quia sunt rationes referendi ad terminos specie diuersos, vt Paternitas, quia est ratio referendi ad filium, distinguitur specie à similitudine, quæ est ratio referendi ad simile, & ab identitate, quæ est referendi ad idem, repugnat ergo, quod eadem relatio sit ratio referendi ad terminos specie diuersos, sed paternitas est ratio referendi ad filium, ergo nequit esse ratio referendi ad simile, vel ad idem secundum speciem, comparata autem ad alteram paternitatem dicitur similis, aut eadem secundum speciem, ergo ad illam ordinatur realiter, non secus ac res quælibet ad alteram eiusdem speciei, sed non potest per semetipsam realiter ordinari, ergo ordinabitur absque dubio per alteram: probatur euidenter consecutio, quia ex se est ratio referendi ad filium, ergo non potest esse ratio referendi ad simile, vel idem, ad alteram autem paternitatem vno ex his modis ordinatur, ergo non est sibi ratio talis ordinationis, quia altera paternitas vt similis, vel eadem sibi specie distinguitur à filio vt filio, ergo non potest nisi per diuersas relationes ad vtrumq; terminum specie diuersum ordinari.

Hæc III. sentent. refellitur I.

219.

Secun-

II. Impugnatur. Secundo probatur, quia repugnat eandem speciem esse sub diuersis generibus, & non sub ordinatis, vt sub planta, & animali, aut in quantitate sub continua, & discreta, nam cum diuersorum generum diuersæ sint differẽtiæ, necesse est quod sub duplici genere constituatur per
240 duplicem differentiam, atque adeo sit duplex species saltem formaliter, sed primum & secũdum genus relationis sunt diuersa, & nõ subordinata, vt relationes, quæ fundantur in vnitate, & actione, & passione. ergo repugnat eandem relationem sub vtroque collocari: sed paternitas vt paternitas collocatur in secundo genere, vt eadem autem, vel diuersa, aut similis sub primo. ergo non potest esse sibi ratio essendi sub vtroque, sed per relationem alteram à se distinctam dicetur similis, vel eadem, ergo necesse est fateri, quod aliquo modo sit fundamentum alterius relationis.

III. impugnatur. Ad extremum, repugnat plane, quod eadẽ ratio, vel forma conueniat alicui essentialiter, & accidentaliter, vel quod eadem ratio sit alicui essentialis, & accidentalis, sed essentiale est paternitati, quod sit ratio referendi ad filium, & accidentale, quod sit similis alteri, ergo non potest per se referri ad alteram, vt similem, aut eandem, sed necesse est, referatur per alteram relationem distinctam: probatur minor, primo, quia hæc prædicatio paternitas est similis, vel eadem, formaliter pertinet ad quintum prędicabile, non secus atque ista, albedo est similis, vel substantia est eadem: probatur plane quia sicut formalis comparatio vnius ad alteram substantiam est extra genus substantiæ, & vere accidentaliter, vt comparatio hominis ad leo-
241 nem, & pariter comparatio vnius albedinis ad alteram est extra genus qualitatis, vnde istæ prædicationes formaliter sunt accidentales, substantia est eadem, vel albedo est similis, pari ratione comparatio formalis inter paternitates, & filiationes sub ratione similitudinis, vel identitatis est extra secundum genus relationis, ad quod pertinent essentialiter, est igitur eis accidentalis, accidit ergo paternitati, quod ad alteram comparetur, aut referatur, quare non per se refertur, sed per alteram.

Probatur secundo eadem minor, quia nihil essentiale detraheretur paternitati ex eo quod non esset possibilis altera, cui esset similis, vel eadem, ergo quod ad alteram vt talem refertur, non pertinet ad eius essentiam, sed extra illam est, sed esse rationem referendi ad filium, est sibi essentialis, ergo non potest ei essentialiter conuenire, quod si ratio referendi ad alteram, per se igitur non ordinabitur ad illam: vnde si admittitur, quod vna relatio ad alteram referatur, necesse est admittere, quod per alteram à se distinctam cuius fundamentum sit.

Resolutio quæstionis.

QVOD autem iudicium de vtroque extremo ferendum sit, quid ve in hac re sentiendum, hac distinctione præmissa explico. Ad decisionẽ quæstionis præmittitur distinctio.

Relatio duobus modis considerari potest, vno quidem per se, formaliter, & essentialiter, quo pacto est ratio referendi vnum extremũ ad alterum sibi oppositum: vt relatio paternitatis formaliter, & essentialiter accipitur, pro-
ut est ratio referendi Patrem ad Filium, alio 242
modo accipitur materialiter, & accidentaliter, in quantum cum altera relatione eiusdem rationis conuenit in essentia, vt vna paternitas cũ altera, vna similitudo cum altera: hanc autem considerationem materialem esse constat, quia non consideratur relatio, vt relatio, vt ratio referendi, sed vt id, quod alteri commensuratur, quam rationem exploratum est absolutis rebus esse communem, cum multa sint, quæ ad alias referuntur, per formalem autem rationem non conuenit relatio cum absolutis, sed ab eis separatur. Quod vero sit ratio accidentalis, conuincunt præiacta argumenta aduersus mediam sententiam: nam essentia relationis completur omnino ex eo, quod est esse rationem referendi vnum ad alterum, & ad summum, rationem etiam terminandi relationem eius, quod ergo ad aliam relationem cõparetur in ratione eiusdem, vel similis, accidentale est.

Iuxta sensum huius distinctionis duplici assertione possumus præsenti controuersiæ satis facere, & duas illas extremas opiniones ad concordiam reuocare. I. Assertio.

Assertio prior est, relatio formaliter considerata, hoc est, secundum essentialem ac præcisam rationem relationis, quæ est ratio
referendi ad aliud, nequit esse relationis fun- 243
damentum, vt paternitas in quantum est ratio referendi Patrem ad Filium, & Filiatio in quantum est ratio referendi Filium ad Patrem.

Hæc assertio (nisi ego fallor) euidens est primo, quia relatio sub tali consideratione tantum Probatur.

tum

244 tum habet esse rationem referendi, ergo non est id, quod refertur, quare nec fundat relationē, prior consecutio cū antecedenti necessaria est, sed probatur posterior, quia fundamētum relationis non est ratio referendi ad aliud, sed id quod per relationem, quam fundat, refertur vt albedo non est ratio referendi, sed quæ per relationem similitudinis in se fundatam refertur ad alteram albedinem eiusdem gradus, cū ergo relatio formaliter vt talis non referatur, sed sit ratio referendi, sequitur non posse hoc modo fundare relationem.

Probat.2. Secundo, relatio, vt est ratio referendi, non comparatur ad alteram relationem, nisi sibi oppositam, sed est realis comparatio, ac realis oppositio vnius extremi ad alterum, & ad sibi oppositam relationem tanquam ad rationem formalem terminandi, ergo vt talis non respicit alteram præter sibi oppositam, neque proinde ad aliam refertur, quare neque fundat relationem, nam fundamentum relationis per eam comparatur ad alterum, probatur antecedens (nam cætera per se patēt) primo, nam relatio non habet aliud, quam esse rationem referendi ad alterum, ergo vt talis non respicit aliud præter terminum, ad quem ordinat relatiuum, non ergo aliam relationem præter sibi oppositam, secundo, quia essentia peternitatis ita consistit in eo, quod est esse rationem referendi ad filium, vt licet nulla esset alia relatio possibilis, in eadem essentia permaneret, & quod de paternitate dicitur, de hac etiā paternitate dici potest, ergo relatio vt relatio non comparatur ad alteram, sed solum est comparatio vnius extremi ad aliud, quare vt talis nō refertur ad alterum, neque fundat proinde relationem, quam nulla res fundat, nisi vt ad alteram per eam comparetur.

245.

Probat.3. Et ex hac duplici ratione tertiam licebit hunc in modum colligere, relatio vt relatio solum habet respicere terminum, ad quem ordinat relatiuum, quod constituit, sed à relatione opposita se ipsa distinguitur, seipsa ei opponitur, & non per alteram relationem, ergo vt relatio non indiget alia relatione, per quam distinguatur, referatur, & opponatur, quod attēdens D. Thomas loco superiùs memorato expressis ferè verbis docuit vnam relationem nō fundare aliam, eam verò considerasse formaliter, vt relationem ostendunt planè verba illius, quæ ita habent, *vna relatio non refertur ad aliam per aliquam aliam relationem, cum enim dicimus, quod paternitas opponitur filiationi, oppositio non est relatio media inter paternitatem, & filiationem.* Ecce quo pacto relationem ad sibi oppositam comparat, & paternitatem accipit, vt est ratio referendi Patrem ad Filium, per seque opponi, ac distingui à filiatione docet, & non per aliam relationem: præfata igitur assertio nostra germanum sensum verborum Diu. Thomæ continet, propriamq; mētem eius aperit.

246

2. Assertio. Assertio posterior: relatio materialiter considerata in quantum cum altera sibi non opposita comparatur, vt eadem cum illa in specie, vel ab ea distincta, fundamentum relationis esse potest. Assertio hæc sic potest efficaciter probari: nam relatio cum cæteris prædicamentis id habet commune, quòd in ea reperiantur diuersa indiuidua eiusdem speciei, & diuersæ species eiusdem generis, sicut in substantia, quantitate, & qualitate, sed duo indiuidua eiusdem speciei, cuiuscunque sint prædicamenti ratione vnitatis specificę, quam habent, sunt fundamenta relationis primi generis, ergo duæ relationes eiusdem speciei: vt duæ paternitates, duæ filiationes ratione specificæ vnitatis erunt etiam fundamenta relationum eiusdem primi generis: probatur consequutio, nam paternitas, vt paternitas, nō ordinatur ad aliam paternitatem, sicut nec ordinatur ad relationem similitudinis, aut mensurabilitatis, nec per se his opponitur, sed solùm est ratio referendi patrem ad filium, solumque proinde ordinatur ad filiationem sibi oppositam, tanquam ad rationem terminandi, cum ergo sit eiusdem speciei cū altera paternitate, & diuersæ speciei à duabus reliquis: comparabitur ad illas accidentaliter, atq; adeò non se ipsa, sed altera relatione identitatis, aut diuersitatis ad primum genus referenda, cuius absque dubio fundamentum erit. Probatur 1. 247

Probat.2. Secūdo, relatio paternitatis formaliter atq; essentialiter cōsiderata spectat ad secundū genus relationū, vt autem eadem, vel diuersa ab altera non potest ad illud referri, sed ad primū, sub quo collocantur quæcunq; relationes vnitatis, vel diuersitatis, cum ergo hæc ratio sit ei accidentalis, non per semetipsam erit ei attribuenda, sed per alteram relationem ei superuenientem, eamque ad alteram relationem cum qua habet specificam vnitatem, quam necesse est in ea fundari, sed vnam relationem hoc modo fundare alteram non continet sensum formalem, aut essentialem, sed materialem, & accidentalem, quemadmodum materialis est 248

tamo

ratio substantiæ quantitatis, & qualitatis, actionis, & passionis, cæterorumque prædicamentorum esse relationum fundamenta, & vt talia reducuntur ad prædicamentum ad aliquid, nō ergo mirum est si relatio ipsa sub eadem ratione materiali, & accidentali, sibi cum cæteris prædicamentis communi, fundamentum relationis esse valeat, & ad hūc ferè sensum potest reuocari opinio Scoti: vtramque assertionem reperi apud patrem Frāciscum Suarez, tom. 2. suæ metaphysicæ disputat. 47. sect. 11.

Soluuntur argumenta vtriusque sententiæ extremæ.

Satisfit arg. Argumenta vtriusq; extremæ sententiæ ex ea parte, qua cōtendunt vnā relationem, vel nullo modo fundare aliā, vel formaliter etiam cōsideratā fundamētum esse posse, dissoluenda sunt: & testimonium Diu.

249 Thom. in fauorem prioris extremi oppositū, solum intendere vidimus, quod vna relatio in quantum alteri opposita, & vt ratio referendi vnum ad alterum, non sit fundamentum alterius relationis, quod non solum verum esse cēsemus, sed omnino necessarium, atq; adeò sententiam Diu. Thom. iuxta sensum ab eo intentum complexi sumus, qui non excludit relationem sub ratione materiali acceptam posse fundare alteram.

Ad I. argu. I. sent. Primum argumentum solum probat, quòd relatio se ipsa distinguatur ab opposita, ad quā per se secundùm rationem essentialem ordinatur, non tamen à cæteris sibi non oppositis, ad quas non per se, nec essentialiter comparatur, sed quadam ratione materiali, atque accidentali identitatis, aut diuersitatis specificæ, si-

250. bi cum cæteris prædicamentis communi, quare per alteram relationem eam denominantē diuersam, vel eandem in specie.

Ad II. argu. Resp. Sequenti etiam argumento damus relationem non posse fundare nisi relationem vnitatis, ac diuersitatis, ad primum genus referendam, sed quòd hanc non fundet negamus: nā licet à termino genus accipiat, & à tali termino speciem, & ideo per talem terminum sit eiusdem, vel diuersæ speciei cum cæteris relationibus, nihilominus ex eo quòd talem terminum respicit, non comparatur nisi ad talem relationem, quæ est ratio terminandi sibi opposita, ad cæteras verò cum quibus in specie conuenit, vel à quibus differt, non comparatur, vt ratio referendi, sed vt quod ad eas refertur, quare non per se ipsam (quæ tantum est ratio referendi ad terminum oppositum) ordinatur ad cæteras, sed per alteram relationem, sicut substantia, quantitas, vel qualitas, cum quibus communicat in vnitate, vel diuersitate specifica, talis namque comparatio accidentalis est, ac propterea per aliam relationem sibi accidentaliter aduenientem, etenim vna relatio, vt ad alteram refertur, per modū subiecti ad illam ordinati se habet, & ab altera relatione tanquam à forma accidentali sibi adueniente denominatur eadem formaliter, vel diuerse, non secus, ac substantia, quæ prout ad alteram eiusdem, vel diuersæ speciei ordinatur, accidentaliter denominatur à relatione: quod autem additur relationem secundùm se esse rationem referendi, atq; adeò non indigere altera relatione, sed per se ordinari, nulla addita re ad alteram, distinguendum est: nam si sit sibi opposita, per se ad illam ordinatur, sed ad sibi non oppositam, nequit esse per se ratio referendi, sed per alteram referri debet: sicut substantia in quantum eadem, vel diuersa non per se ordinatur ad alteram, sed per relationem, quam fundat: cuius ea est ratio discriminis, quia per se solum ordinatur ad sibi oppositam, accidentaliter vero ad quamcumque aliam, quare per aliam relationem sibi accidentalem, quam materialiter fundare potest ac debet, sicut quælibet res eadem, vel diuersa specie ab alijs. Ad id quod additur respond. 251.

Tertium eiusdem sententiæ argumentum duobus modis soluit idem P. Franciscus Suarez vbi supra, primo quidem admittendo processum in infinitum in relationibus, quē pro magno incommodo non ducit, cum minimæ sint entitatis, & sola ratione à fundamento distinctæ, qua propter licet infinitæ admittantur, non admittuntur entia infinita, nisi per intellectum distincta, quo pacto in partibus, atque indiuisibilibus continui necessario admittendæ sunt. Solutio hæc placuit modernis quibusdam, mihi vero nunquam placere potuit, quia probabilius est (vt mox ostendemus) relationem ex natura rei distingui à fundamento, quare si talis processus in infinitum admittatur in relationibus, admittendæ sunt infinitæ entitates completæ in rebus, imo infinities infinitæ, quod videtur ab- Ad III. arg. P. Suarez. resp. 1. 252

surdum, etiam si sola ratione distinguantur, nihilominus relatio species est prædicamentalis ex genere, & differentia composita, quare dabuntur saltem species actu infinitæ in rerum natura, quod non est admittendum, præsertim sine necessitate.

Solutio II. Secunda solutio, quam magis probat idem pater, & iam diu etiam à me excogitata, & probata fuit, ostendit non sequi talem processum
253. in infinitum, etiam si vna relatio materiali ratione considerata sit alterius fundamentum quia secunda non fundat alteram, sed in ea sistendum est, vt si exemplum proferamus in hac paternitate, quæ respectu alterius fundat relationem specificæ identitatis, hæc verò relatio identitatis fundata non fundat aliam identitatem, sed per se refertur ad quamlibet aliam relationem identitatis specificæ in qualibet paternitate fundatam, cum ei sit formaliter opposita, ac propterea non indiget alia relatione identitatis, per quam referatur, & ecce quo pacto cessat processus in infinitum.

Argumenta Scoti solutione non indigent, cum eis libenter demus, relationem materiali modo acceptam fundare aliam, nequaquam sub formali ratione relationis, quod neque argumenta probant, vt consideranti fa
254 cile constare poterit.

QVAESTIO DVODECIMA.

An relationes secundi generis in potentia, vel in actione fundentur.

Triplex relationis genus ex Arist. TRIPLICEM modum relationum in hoc genere recensuit Aristoteles 5. metaphysicæ capite 15. in principio, & fine capitis, quasdam, ait, fundari in actione præsenti. vt calefacientis, ad calefactum, & vniuersaliter agentis in actu, ad passum in actu, nonnullas in actione futura, vt cale-
255. factiuum, ad calefactibile, postremas in actione præterita, vt Pater, & Filius: ille enim, quia genuit, iste quia genitus est, dicuntur ad aliquid. Ex quibus primas non esse relationes secundum esse dicere superius cœpimus, quia absolutum actiuæ virtutis & actionem ipsam important simul cum quodam respectu, vt de scientia, & scibili adnotatum est, medias verò, Nota. relationes rationis potius, quam reales, cum sint entis in actu ad ens in potentia nec mireris relationes rationis simul cum realibus connumerasse Aristotelem, quòd non solum in his constat, sed in relationibus, quas in priuatione potentiæ fundari docet impossibilis, & inuisibilis, vt capite eodem. 15. non procul à fine legimus, iuuant enim non modicum ad melius percipiendam naturam relationum realium, ob maximam, quam habent cum eis, similitudinem, relationes item secundùm dici veris permixtas afferre voluit eandem ob causam, quia ex discrimine inter vtrasque inuento, notiores fiunt veræ relationes, solas igitur postremas, de quibus nemo veras esse dubitat, ad secundum genus huius prædicamenti retulit.

Cæterum non modica controuersia de his est inter Doctores, an in potētia actiua, & passiua fundentur, vel in actione, & passione, præteritis, vt paternitas in potentia generandi a- De quo sit cōtrouersia ctiua, filiatio in passiua, aut certè illa in actione præterita, hæc vero in prætdrita passio- 256 ne, quas concretis nominibus appellare consueuerunt, genuisse, & genitum esse.

Refertur opinio Scoti asserentis relationes secundi generis fundari in potentia.

PRima opinio tenet non actionem, sed potentiam esse harum relationum fundamentum, quam defendit Scotus 5 metap. I. Sent. Scoti. cap. 15 & in 4 d. st. 6. quæst 10. & d. 13 quæ 1. & videtur insinuata ab Arist. cap. 15 non lon- 257. gè à fine his verbis: *Eorum vero, quæ secundum potentiam, etiam secundum tempora iam dicuntur ad aliquid, &c.*

Sed probat Scotus duplici argumento: pri- I. Argum. mo, quia non ens non potest esse fundamentum, vel ratio fundandi relationem realem, at actio transiens iam præterita simpliciter est nō ens, ergo non potest esse fundamentum realis relationis.

Secundo, nulla relatio adeò est immutabi- II. Argum. lis, quin possit Deus secundum potentiam absolutam eam delere à fundamento, sed hunc modum immobilitatis habebit relatio secundi generis, si fundetur in actione præterita, nam cum iam præteritum transierit, non est aliqua potentia, qua fieri possit non fuisse eum, ergo, qui iam genuit, contradictionem inuo-

nuoluit non genuisse, adhæret fundaméto, modo simpliciter immutabili, ita vt ex termi permanentibus non possit deleri, quod creatis relationibus repugnat,

III. Argu. His duobus argumentis tertium adiungere placet, relatio triplicem habet conditionem cum suo fundamento comparata, primam, vt ei sic adhæreat, quod in eodem sit subiecta ad
258. aliud relato, & merito quidem, nam si relatiuum dicitur tale à relatione, quæ sibi ratione
I. Conditio relationis cū suo fundamento. fundamenti conuenit, consequens est, vt vtrūque in se habeat, sed actio generandi, cum sit ex transeuntibus, non permanet in generante, vbi est relatio, sed transit ad passum, ergo non potest esse fundamentum relationis

II. Secundum, vt sic à fundamento dependeat: quòd non possit vllo modo sine eo esse in rerū natura: accipit enim ab eo realem, quam habet entitatem, sed oppositum contingit, si actio prę terita sit fundamentum, transit enim permanē te, relatione ergo dabitur relatio sine suo fundamento.

III. Postrema conditio relationis ex multorum sententia (vt videbimus) ea est, vt à fundamento non sit distincta realiter, sed actio transit ad aliud subiectum reipsa distinctum ab agē te, in quo relatio permanet, ergo realiter distinguentur, vt generatio actiua à paternitate, at si sola potentia ponatur fundamentum, locum habent diuersæ opiniones de distinctione reali, & formali relationis à fundamento, non secus in hoc secundo, quam in duobus alijs generibus, ergo ita sentiendum est de fundamento harum relationum, vt non actionis, sed solius potentiæ actiuæ, & passiuæ ratio habeatur.

Refertur secunda opinio fundamentum in actione, & non in potentia collocans.

II. Sentent. opposita Scoti. Aliud extremum huic ex diametro oppositum sequitur Mag. Scotus. 5 phys. q 2 art. 2 conc 1. ad finem, nempe relationes has nō in potentia fundari, sed ratione,
259. & passione pręteritis.

Cui sententiæ occasionem non paruam præbent verba Aristot. 5. metap. cap. 15. circa finem, quæ sic habent: *Sic enim Pater quoque filij Pater dicitur, hoc enim fecit, at illud passum quid est, &c.*

I. Fundam. Sed probat Scotus primo, illud est fundamē tum relationis, quo posito relatio ipsa ponitur, etiam si cætera circunscribantur, & quo non posito, etiam si cuncta ponantur, non consurgit, sed eiusmodi est actio præterita, quæ statim ac ponitur infert relationem, si enim homo genuit hominem, illum esse Patrem, & hunc Filium necesse est, statue vero potentiā cum cæteris, & repugnabit profecto Patrem & Filium vocari, nisi actionem, & passionem posueris, has igitur solas fundare hoc genus relationum censendum est.

Secundo, relatio agentis in actu ad passum in actu, non fundatur in potentia, sed in actione præsenti, ergo nec relatio paternitatis fundabitur in potentia, sed in actione præterita: euidens est consecutio, cum de vtrisque eodē tenore verborum loquatur Arist. dicens, agens esse, quia agit, Patrem verò quia genuit, sed probatur antecedens, quia agens non denominatur tale vllo modo a potentia, quam habere potest, imo habet prius quam agens appelletur ab actione igitur est denominatio, atque adeo nomen agentis relatiuum ab eadem actione tanquam à fundamento sortitur, non à potentia. II. Fund. 260

Media sententia præfertur extremis.

Medium inter hæc extrema constituit Sonzinas. 5. metaphysicæ quæst. 15. ad 2. Sic ponens generatiuam potentiam esse fundamentum paternitatis, vt tamen non sit excludenda actio præterita, quam vocat rationem fundandi. Media sen-ten. verior Sonzin.

Et huic sententiæ libenter ego subscribo, quia germanum continet sensum Aristotelis, nam. 5 metaphysicæ cap 15. huius secundi generis relationem fundamentum designans, non nudam potentiam, sed quasi reductam ad actum per actionem esse vult, vt verba quæ sequuntur plane indicant. *Actiua vero, & passiua secundum actiuam, & passiuam potentiarum actiones, vt puta calefactiuum ad calefactibile, quoniam possunt, & rursus calefaciens ad id, quod calefacit, & secans ad id, quod secatur, vt agentia: eorum vero quæ secundum potentiā, etiam secundùm tempora iam dicuntur ad aliquid, veluti quod fecit, ad id quod factū est, & id quod facturum est, ad id quod faciendum est, sic enim Pater filij quoq; Pater dicitur, hoc enim facit, at illud passum quid est, &c.* Ecce quibus vniuersa hæc relatiua secundum potentiam, & actum dici ostendit, ita vt ambo ad relationes fundandas concurrant, potentia quidem tanquam fundamentum, actio 261

 tan-

tanquam id, quo medio fit in actu, atque adeò tanquàm ratio fundandi, non enim potentia
262 fundaret tales relationes, nisi ad actum reduceretur, & vere vt actu operans, seu in quantum ad actum reducta est, & non aliter fundamentum esse potest: & certè si hunc sensum permitterent extremæ illæ sententiæ, possent ad concordiam redigi, sed verba prioris apertè excludere volunt actionem, etiam tanquam rationē fundandi, quemadmodum verba posterioris potentiam excludūt à fundamento, ab alijs autē ratio fundandi vocatur proximum fundamentum, potētia verò quasi remotum, in quo sensu aiunt, similitudinis remotum esse albedinē, proximum verò vnitatem duarum albedinū, potentiam generandi remotum fundamentū, proximum verò genuisse. Quibus propterea non acquiesco, quia vnitas albedinis, actioque generandi non sunt ea, quæ fundant relationem, sed rationes quibus mediis qualitas ipsa, & potentia generandi fundamenta sunt, rationes ergo duntaxat fundamentorum sunt, non fundamenta.

Rationes huius sen. Hanc mediam sententiam efficaciter cōfirmant argumenta vtriusque extremi, prioris quidem in quantum conuincunt potentiam generandi esse fundamentum, posterioris vero, cum actionem sic esse necessariam ostendant, vt non nisi ea posita relatio consurgat,
263 hinc enim sequitur esse saltem rationem fundandi, cæterum vtraque soluere oportebit, in quantum potentiam, vel actionem excludere intendunt.

Dubium incidens circa potentiam, in qua fundari asserimus relationes huius generis.

Dubium. Prius tamē graue quoddam dubium se offert agitandum, atque soluendum, vt nostram sententiam ad exitum perducamus.

Potentia actiua duplex. Est enim potentia actiua duplex, formalis, & proxima, radicalis & quasi remota posterioris locum tenet forma substantialis agentis, quæ omnium operationū quasi radicale principium est, vt in viuentibus (de quibus principaliter hic loquimur) anima sensitiua, aut rationalis, vt Aristoteles docuit secundo libro de anima in principio: definiens animā, quòd
264 sit principium, quo mouemur, sentimus, & intelligimus, cæterum earundem operationum proximum principiū est accidēs quoddam superadditum substantiæ, quod potentiam naturalem vocamus in prædicamento qualitatis collocatum, talis est intellectus ad intelligendum, talis potentia generatiua ad generandum, cum enim cum substantia creata non sit per se, aut proximè operatiua, his accidentibus, seu virtutibus indiget ad proprias operationes eliciendas.

Est igitur dubium de qua potentia actiua sit intelligenda nostra sententia, dum dicimus esse fundamentum harum relationum, de radicali, & quasi remota, an verò de formali, & proxima. De quo sit dubium.

Extat enim pro vtraq; ratio dubitandi non leuis, pro illa quidem, nam si ponamus potentiam generandi formalem & proximā esse fundamentū relationis, statim sequitur quoddam inconueniens, nempe relationem permanere posse absq; fundamento, fieri enim potest naturaliter, vel saltem per potētiam Dei absolutam, vt potentiam generādi in patre, qui iā habet filium, deficiat, & nihilominus habens filium verè erit pater, durabitq; paternitas extincto fundamento, quod quam falsum sit, ostendit natura relationis entitatē realē à fundamēto accipiens, quo mediante, subiecto conuenit in eoq; inhæret: quod si ita est, quomodo potest intelligi, vt extincto fundamēto duret? Et rursus, si relatio à fundamento non distinguitur realiter (vt multorū fert probabilis sententia) quomodo poterit ab eo separari, cū etiam vicissim cōtingat relationem separari à fundamento termino deficiente: certū enim tunc argumentum deduci poterit ad probādum realiter esse distincta ex mutua separatione. Ratio dubitandi ex vna parte. 265

Ex alia verò parte nō est minor difficultas: nam si radicale principium, quod est forma substātialis, fundamentū ponatur relationis, illud in primis incōueniens sequitur, nēpè relationes secundi generis proximè fundari in substantia, quod à communi schola, & Aristotelis sensu valde alienum videtur: apud omnes enim tanquam res habetur certa in actione, vel actiua potentia fundari, & verba Aristotelis à nobis recensita idem profitentur, nulla penitus mentione facta de principio agendi radicali. Ratio alia dubij. 266

Moderni quidem radicale principiū, quod est forma substantialis, fundamentum esse sentiunt potius, quàm potentiā, quæ principium formale operationis est: quibus subscribunt aliqui, qui viua voce Aristot. interpretantur.

Præ-

Præfertur opinio, quæ constituit fundamentum paternitatis potentiã generatiuam.

Vera sent.

EGo verò hanc sententiam probare non possum, quia neque doctrinæ Aristotelis, nec D Thomæ, nec rationi consentanea
267 est, sed solum videtur excogitata ad argumentum eludendum de separatione generatiuæ potentiæ, à relatione paternitatis. Ex qua planè sequitur relationes has realiter distingui à fundamento, si potentia proxima agendi earum fundamentum ponatur, aduersus sententiam eorundem modernorum, qui eam excogitarunt.

Arist. sententia.

Et quidem de Aristotele luce clarius est in potentia formali, & proxima operandi fundasse has relationes, non in forma substantiali, cum tam expressis verbis protulerit in potentia actiua, & passiua generandi fundari, nomine enim generatiuæ potentiæ actiuæ, ac passiuæ, non potuit substantialem formam intelligere, cum hæc reperiatur in his hominibus, qui ea carent, neque vnquam Arist. vel alius quispiam philosophus animam appellauit generatiuam potentiam, ergo hæc sententia in doctrina Arist. non potest sustineri, sed duplici ratione satis efficaci probatur: priori, nam in homine, qui est pater, & filius, non est dubium distinctas esse relationes reales paternitatem, & filiationem, cum vna sequatur actionem generandi, qua producit filium, alia passiuam generationem, qua productus est ipse à patre, diuersis longè temporibus, à diuersisque principiis realiter distinctis depen-
268 dentes, atque vicissim inter se separabiles, cum possit esse pater, & non filius, atque etiam filius, & non pater, ergo habent fundamenta distincta realiter: quæ præsertim consecutio necessaria est apud aduersarios, qui tenent relationem non distingui realiter à fundamento, quo certè præsupposito, repugnat formam substantialem esse proximum vtriusque fundamentum, impossibile siquidem est res distinctas, & non oppositas cum eadem identificari realiter: designanda igitur erunt duo fundamenta distincta pro his relationibus, cum quibus identificentur realiter, quæ alia esse non possunt, quàm actiua, & passiua potentia, qua alium generat, & ab alio genitus est, eiusmodi ergo sunt fundamenta relationũ secundi generis, in quantum per actionem, & passionem reducuntur ad actum.

I. Ratio conclusionis.

II. Ratio.

Posteriori, relationes huius generis sunt originis, vel processionis vnius ab altero, sed proxima potentia, proximumque principium, ac fundamentum procedendi vnum ab alio, nõ est forma substantialis, sed potentia actiua, quæ proximè reducitur ad actum per rationem fundandi, forma vero remotum principium est, potentia igitur, proximum fundamentũ erit insurgentis relationis, at substantialis forma non nisi remotum.

Soluitur præcipua ratio dubitandi.

Ad præcipuam dubitandi rationem Resp.

SVperest argumentum illud soluere, de separatione potentiæ à relatione, eius autem solutionem (nisi ego fallor) inueniemus, si prius, quo nam modo relatio à suo fundamento realitatem accipiat, exposuerimus,
hinc enim constare poterit, quonam modo ab 269
ea dependeat, atque etiam sit ne ab eo separabilis.

Quomodo relatio à suo fundamento realitatem accipiat.

Fundamentum relationis in primis non est adeò materialiter accipiendum, quemadmodum fundamentum domus, vel parietis supra illud consurgentis, sed idcircò res aliqua fundare relationem dicitur, quia ea media in subiecto fit, aut consurgit, ex natura autem, & modo cuiuslibet relationis proprio colligendus est etiam modus dependentiæ illius à fundamento, id autem discriminis cernimus inter relationes secundi generis ex vna parte, & cæteras ex altera, quòd harum fundamentum modum habet formæ, constituentis in genere causæ formalis vtrunq; extremum in ea commensuratione, quàm naturaliter relatio consequitur, fundamentum autem relationis secundi generis non constituit extrema tanquam forma, sed tanquã principium actiuum, aut passiuum illius actionis, quam consequitur relatio: Vnde fit, vt alio modo relationes illæ à fundamento dependeant, ac istæ, nempè quasi à forma extremorum, super quam fundantur, cum tamen dependentia harũ relationum non sit, nisi tanquam à principio actiuo, vel passiuo, quo medio vnum extremum accipit esse ab alio per modum efficientis.

Exempla ad idem illustrandũ.

Exemplis fit res manifesta, similitudo fundatur in albedine, non tanquam in principio actiuo, vel passiuo productionis, sed tanquam in forma quadam, vtrunq; extremum constituente sub tali esse specifico, & graduali, ex cu-
ius vnitate in eis consurgit, & similis est ratio 270
de substantiali forma: & quantitate relationes

nes identitatis, & æqualitatis fundantibus, at paternitas non fundatur in potentia generatiua, tanquam in aliqua forma constituente extrema in ea vnitate, vel distinctione specifica, ex qua ipsa consurgit, sed tanquam in principio actiuo, quod reductum ad actum per actualem generationem virtus est producendi aliud extremum, & ex consequenti relationem ipsam in vtroque consurgentem, & hinc prouenit has proprio nomine appellari relationes originis, quia consequuntur extrema, non in quantum sunt talia, sed in quantum vnum originaliter procedit ab alio secundum esse substantiale, vel accidentale iuxta generationis conditionem: nec enim homo est genitus, quia homo, vel quia eiusdem speciei cum parente, & si reuera eiusdẽ sit speciei, sed quia originaliter procedit ab eo, illud igitur quod fuerit proximum principium huius processionis, vel originis, erit etiam proximum fundamentum relationis eam consequentis.

Corollaria superioris doctrinæ.

Illatum I. EX quibus infero primo, relationes huius generis à suo fundamento dependere, tanquam à medio efficienti, nõ formali,

271. itaq; media potentia generatiua fiunt, & ideò earum fundamentum est, sed immediate inhærent subiecto, quod denominant, fundamentum ergo medium est, quo fiunt, non quo inhærent, nam paternitas proximè inhæret substantiæ generantis, & filiatio substantiæ rei genitæ, & si media potentia generandi effectiue producatur, cum tamen fundamentũ aliarum relationum, quia forma extremorũ est, ex cuius vnitate in eis consurgunt, medium sit inhæsionis.

Illatum II. Secundo infero, relationes aliorum generum dependere à suis fundamentis in esse, atq; etiam in conseruari, nam cum eis mediantibus tanquam formis constituentibus extrema eisdem inhæreant, nec possunt esse extrema, vel permanere fundamentis sublatis, aut extinctis, at relationes originis (de quib⁹ loquimur) à fundamentis dependent non in esse, & conseruari, sed solùm in fieri.

Ratio eius. Cuius ea est ratio, quia fundamenta dicuntur ex eo solum, quod illis medijs tanquam actiuis principijs insurgant ad productionem vnius extremi, vt paternitas, & filiatio medijs actiua, & passiua potentijs, in quibus fundantur.

Confirm. Et confirmatur, quia relationes aliorum generum intrinsecè pendent, non solùm à fundamento, sed à ratione fundandi in esse, & conseruari, vt de his, quæ fundantur in vnitate substantiæ, qualitatis, vel quantitatis compertum est, à quibus fundamentis si auferas vnitatem, quæ est ratio fundandi, perit statim relatio, imo perit vtrumque extremum relationis, vel saltem alterum, at relationes secundi generis in fieri quidem pendent à ratione fundandi, nempè ab actione, minimè verò in esse, & conseruari, cum notũ sit transire ac perire actionem permanente relatione, hoc autẽ discrimen ex diuerso modo fundandi relationem oritur, ex quo etiam mirum nõ est oriri aliud ex parte fundamenti, videlicet vt in fieri ab eo dependeant, minimè in esse, & conseruari, nam fundamenta, & rationes fundandi similem modum essendi habeat. 272.

Vltimum illatum. Postremo infero, paternitatem conseruari posse in parẽte, extincta etiam, vel sublata potentia generatiua, quia à solo subiecto dependet in esse, & conseruari, à fundamento verò solùm in fieri, ac propterea licèt non fiat, vel consurgat nisi eo mediante, durare tamen potest, quamdiu durat subiectum termino permanente, à quo omnes relationes essentialiter pendent, vtpote ab eo speciem capientes (vt superius statutum reliquimus) & hæc est solutio argumenti, quod etsi in cæteris relationibus conuincat inseparabiles esse à suis fundamentis saltem naturaliter, minimè in his ob discrimen ex propria earũ natura designatum. 273. Arg. solutio quæ.

Quod verò ex nostra sententia sequatur has relationes distingui realiter à fundamentis, aut ex natura re, non solum non reputamus incommodum, sed ex eo potius corroborari censemus, quia vt quæstione propria ostendetur, probabilior longè est sententia, quæ relationes prædicamentales à fundamentis separat, quam ea, quæ separandas non esse arbitratur.

Diluuntur argumenta primæ, ac secundæ opinionis.

Argumentis primæ, & secundæ sententiæ. AD primum argumentum Scoti dicimus, ex eo testimonio Aristotelis confirmari potius nostram sententiam, cũ & vtrumque ad fundamentum harum relationum pertinere doceat, nempè potentiam, & satis factionem diuersis temporibus mensuratam. Ad primũ & quando obijcitur, non ens, nec fundamen- Scoti. tum

275. tum relationis esse posse, nec rationem fundandi, distinguendum est de non ente, si enim omnino deficiat ab entitate reali, existimo, nec rationem fundandi esse posse, si verò sit non ens, id est, aliquo tempore non existens, cũ tamen extiterit alio, non erit à ratione fundandi penitus excludẽdum, & similem habet rationem operatio, quam dicimus esse rationem fundandi relationem huius generis, fuit enim aliquando realis, dum ab agente progressa est, & ratione illius existentiæ actiuam eius potentiam reduxit ad actum, ex quo relationis fundamentũ esse potuit: & hoc peculiare est relationibus secundi generis, quæ cum non versentur inter extrema, vt in se sunt, sed vt vnũ ab alio procedit, ratio eas fundandi sic esse debet realis, vt tamen transiens sit, nõ permanens, vnde negandũ est actionem, vt rationem fundandi esse nõ ens, quia verè realis est, quantum oportet ad tale munus exercendum, licèt non sit quidpiam reale permanens sicut rationes fundandi aliarum relationum.

Ad secundum. Ad secundum argumentum admissa adhuc inseparabilitate relationis ab extremis (de qua vnum verbum faciemus quæstione citata) negandum est ex ea fieri, quod actio præterita non fuerit ratio fundandi relationem, quia etsi repugnet præteritum non fuisse, non repugnat præteritum agentis, vel actionis esse-ctum, post quam factum est desinire: vnde licet repugnet nõ genuisse hominem, postquam genuit, vel non fuisse genitum, postquam à generante processit, & ex consequenti non habuisse relationem paternitatis, & filiationis generans, & genitum, non videtur repugnare, quod postquam semel eas habuerunt, ab eis auferantur: nam ex ablatione non sequitur, quod præteritum non fuerit, sed solum nõ perseuerare effectum à causa productum, cum quo stat productum fuisse, vt si in eadem re exemplum proferamus: verum est hominem genuisse, & habuisse filium, ad quem per relationem referebatur, si tamen vtraque relatio paternitatis, & filiationis ab extremis separetur, nõ subinde fieret, quod generatio præterita actiua, & passiua nõ fuerint, aut quod relationes præfatas non fundauerint, sed solum quod modo non habeant easdem relationes, quas tunc habuerunt, quantumuis verò sit genuisse vnum, & alterum ab eo fuisse genitum, vel præterijsse generationem actiuam, & passiuam.

Ad III. Argum. Ad tertium dicimus, primam conditionem non conuenire cunctis relationibus, sed eis dumtaxat, quæ in esse rerum permanenti fundantur, quales sunt primi, & tertij generis, secundi verò in origine potius, ac processione vnius ab alio, quę cũ in creaturis fiat per actionem transeuntem in exteram materiam, ratio fundandi non potest in eodem, à quo egreditur, permanere, neque ex propria temporaneæ actionis imperfectione durare, sed quemadmodũ ad aliud transit, ita statim esse desinit, talis autem modus essendi, licet non possit esse fundamentum, ratio esse potest fundandi relationem talis conditionis, quanquam ratio fundandi cæteras in eodem relatiuo cum fundamento permaneat. 277

Ad vltimũ argum. Postremum argumentum conuincit quidem relationes huius generis non fundari in actione, sed in potentia, quod libenter nostra sententia admittit, esse tamẽ à fundamento penitus excludenda, ita vt non sit ei ratio fundandi relationem, negamus, nam & si primam, & vltimam conditionem habeat relatio cum fundamento comparata, nõ semper, nec necessario cum ratione fundandi, quæ aliquando iuxta eiusdẽ relationis, & fundamenti exigentiam, ab vno egreditur extremo, & transit ad aliud, ac propterea non est cum relatione coniuncta in vtroque extremo, nec rem esse ab eadem relatione distinctam repugnat. Secundam conditionẽ de inseparabilitate fundamenti à relatione iam vidimus his relationibus non conuenire, quemadmodum neque rationi fundandi conuenit. 278.

Soluuntur argumenta Soti.

Testimonium Aristotelis pro sententia Magistri Soti inductum vtrumque continet, potentiam, & actionem, atque adeò ex vtroque fundamentum perficitur, ex potentia quidem tanquam ex eo, quod fundat, ex actione tanquam ex eo, à quo reducitur in actum, vt fundamentum sit. 279.

Ad 1. arg. Ad formam primi argumenti minor neganda est, est enim aperte falsum, quòd posita actione, cæterisque exclusis consurgat relatio, nam si actionem ponis, potentia, à qua egreditur, nequaquam excludi potest, &, si per impossibile excluderetur, non esset vitalis ipsa actio, cum non procederet ab intrinseco principio, vnde neque substantiam viuentem produceret, nec vera generatio esset relationem paternitatis fundans.

Ad 2. arg. Ad secundum argumentum dicimus, agens sub

sub nomine agentis non esse verè relatiuum, sed secundùm dici, siquidem ab actione simul cum respectu ad passum denominatum: sed esto verum esset relatiuum, fundatur nihilominus eius relatio in potentia reducta ad actũ, ad quam potentiam actio ipsa denominans intrinsecum ordinem importat, itaque denominatio est à ratione fundandi cum fundamento coniuncta.

QVAESTIO DECIMATERTIA.

An relationes tertij generis sint prædicamentales, & non mutuæ, sub quibus omnes relationes non mutuæ comprehendantur?

Duo docet Arist. DVo de hoc genere relationum extremo docet Aristoteles 5. Metaphysicæ cap. 15. in titulo quæstionis contenta. Primum, veras esse, & prædicamentales. Secun-
280. dum, ex parte alterius extremi dumtaxat consistere, quod est non esse mutuas. Placet
Aristot. verba eius referre, quæ sic habent. *Quæcunque igitur secundum numerum, & potentiam ad aliquid dicuntur, cuncta sunt ad aliquid, eo quòd ipsum quod est alterius, dicitur ipsum, quod est, sed non eo quod aliud ad illud: mensurabile autem, & scibile, & intelligibile, eo quòd aliud ad illud dicitur.* Omnia autem esse à veritate aliena his argumentis conuincitur, in quibus illud obiter obseruandum iudico, quod Arist. relationem realem ponit ex parte mensuræ, cum dicat mensurabile, scibile, & intelligibile non referri, sed talia vocari ex eo, quod alia sint ad ipsa, haud dubie quin scientiæ, & potentiæ, quas proinde nomine mensuræ intelligi vult, cum tamen communis modus loquendi scholæ, mensuræ nomen obiectis tribuat, scientijs vero, atque potentijs relationem mensurabilis. Nihilominus vtrumque dici posse diuersa ratione sentio: nam si scientiam, & potentiam secundum adæquationem, & extensionem accipiantur, mensurabiles absque dubio sunt ab obiectis, & obiecta proinde dicuntur earum mensura, nam tantum, & non plus se ex-
Duplex consideratio scentiæ. tendunt potentia, & scientia, quanta est extensio suorum obiectorum, & ideò adæquatio scientiæ cum obiecto, ab hoc absque dubio accipitur: sed alia est consideratio scientiæ, in quantum certos nos reddit de natura, essentia, & passionibus obiecti, ex quo mensura eius vocari potest eo modo, quo vnitas dicitur mensura, quia per eam certi efficimur de 281.
quantitate rei, & Aristoteles quidem hisce verbis tenuit posteriorem considerationem, modus vero loquendi scholæ primum potius, tanquam vniuersaliorem, sed vterque in natura horum relatiuorum fundamentum habet.

Sententia negatiua suadetur ratione.

QVibus sic expositis pars negatiua, quod eiusmodi relationes non sint prædicamentales, suaderi potest primo: Relatiua quæcunque huius generis sunt simpliciter absoluta, ex consequenti vero quendam respectum important ad obiectum, vt de scientia, potentia, sensu, & intellectu apertum est ad prædicamentum qualitatis referendis, respectus igitur importari ad obiecta relationes erunt secundum dici. Prima ratio.

Neque sit satis, si dicatur ita esse, si sub his nominibus accipiantur, secus vero sub ratione mensurabilium, quo pacto nihil absolutũ denotant, sed totũ esse habent ad mensuram, etenim scientia, potentia, sensus, & intellectus vnũ dumtaxat respectum ad obiectum habent, quem nihil minus significant sub his nominibus, quam sub nomine mensurabilis, iste autem respectus est relatio secundùm dici, 282.
ergo siue hoc, vel illo significetur nomine, nõ est vera relatio, neque relatiua secundùm esse valebit constituere.

Secundò. Relatio secundum esse non potest esse de essentia absoluti, cum non constituat proprium prædicamentum ad aliquid, primo diuersum ab absolutis, & vnum prædicamentum non sit de essentia alterius, sed respectus, quem denotant scientia, & potentia, etiam sub nominibus mensurabilium significatæ, pertinet ad eorum essentiam, cuius specificatio accipitur per comparationem ad obiectum, ergo non est relatio secundum esse, vel prædicamentalis. II. Ratio.

Quod vero sint relationes mutuæ aduersus secundum assertum, ostendo duplici ratione. Priori quidem, nam scibile, visibile, & intelligibile dicuntur talia à propria natura reali, & denominatio est relatiua, ergo vt talia sunt ordinabuntur ad aliud, non nisi ad scientiam, visum & intellectum, ergo verè erunt relatiua, 283. Quod sint relationes mutuæ probatur.

tiua, & à relatione sibi inhærente dicentur talia atque adeò mutua relatione ex parte vtriusque extremi se teneate, & non à relatione mensurabilis, à qua non possunt denominari mensurata, cum vna forma denominans non tribuat nisi vnam denominationem.

Probat. 2. Ratio posterior. Obiectum est vera causa scientiæ, & actualis visionis, quas mediante specie à se impressa producit in visu, & intellectu, sed causa dicitur talis per veram relationẽ sibi inhærentem, quemadmodum effectus eius: vnde relationes causæ, & effectus in creaturis inter mutuas ab omnibus computantur, ergo mutuæ sunt relationes omnes huius generis, quidquid Aristoteles in oppositum asserere videatur.

Propter hæc argumenta diuersi diuerso modo sentiunt de relationib⁹ huius generis, quidam enim propter duo prima arbitrantur nõ esse prædicamentales, sed transcendentales.

284. Qui nullo modo audiendi sunt, cum à sententia Aristotelis expressa, omniumq; interpretum eius dissentiant, Aristoteles enim loco nuper memorato tanquam aliud relatiuorum genus enumerat mensurabile, & mensuram, sub quo potentiam, scientiam, & habitũ collocari vult: & schola vniuersa triplex relationum prædicamentalium genus agnoscit, primum in vnitate fundatum, secundũ in actione, & passione, tertium in mensura, cui fauet proculdubio ratio ipsa, nã scientia, potentia, & habitus sub nomine mensurabilis nihil absolutum important, sed totũ suum esse habent ad obiectũ tanquam ad mensuram, ergo nõ sunt relatiua transcendentalia, nec secundum dici, quorũ intrinseca conditio est absolutũ tanquã præcipuam rationem importare, respectũ vero ex consequenti, licet intrinsecè, quapropter

285. vel plura transcendunt prædicamenta, vel ad vnum determinatũ ex absolutis pertinent: neque id solum habent relatiua huius generis, quod proculdubio sufficeret ea in hoc prædicamento collocare, sed specialis est in eis ratio fundandi relationem distincta à cęteris, quare speciale genus huius prædicamẽti cõstituunt.

Pro resolutione quæstionis notabilia.

Nota pro solutione quæstionis. VT autem magis perspectam conditionem eorum habeamus, adnotandũ est, mensuram non esse in hac parte accipiendam pro ea, quæ sequitur naturam quan-

286. titatis, quæ cum sit absoluta quædam quantitatis proprietas, nõ potest formaliter pertinere ad prædicamentum *Ad Aliquid*, sed accipitur pro mensura perfectionis, atq; extensionis alicuius dependentis ab alio, in qua significatione obiectum est mensura scientiæ, potentiæ, & habitus, nam tantã habent eiusmodi, & non maiorem perfectionem, quanta est perfectio obiecti formalis earum, tantũ item, & non plus se extendunt quantum idem obiectum, vnde communis est scholæ vox mensuram suorũ obiectorum non excedere, nec extra illam vagari: hanc appellant nõnulli mensuram veritatis, nescio an ita propriè, nam veritas, quæ desumitur ex adæquatione conceptus ad rem intellectam, vel propositionis ad rem significatam, alterius longè rationis est, de qua adhuc sub iudice lis est, an sit relatio realis, vel rationis? neq; solum in scientia, sed in potentijs, & habitibus, in quibus nõ est talis modus veritatis, reperimus hanc acceptionem mensuræ, nam obiectum eorum mensura perfectionis est, ergo alia est longè diuersa significatio mensuræ perfectionis, atq; extensior mensura veritatis.

Sed duobus modis scientia, potentia, & habitus mensurabiles dicuntur: primo quidem quasi fundamentaliter, secundo formaliter, mensurabilitas fundamentalis non est aliud, quam naturalis quædam proportio, & commensuratio cum obiecto, quo pacto dicimus 287. intellectum naturalem habere proportionem cum intelligibili, nõ cum sensibili: visum cum visibili, non cum audibili, metaphysicam cum ente reali, non cum ente rationis, sicq; de cæteris: & hoc modo sumpta essentialis est scientijs, potentijs, & habitibus, fundans relationem huius generis, quã naturaliter consequitur denominatio mensurabilitatis formalis, nam ex tali proportione, & commẽsuratione essentiali oritur ordinatio realis ad obiectum, à qua tanquam à reali relatione formaliter denominantur mensurabiles, quemadmodum ex vnitate essentiali duorum indiuiduorũ tanquam ex fundamento oritur realis, & accidentalis ordinatio vnius ad aliud, quæ est relatio realis identitatis, à qua quodlibet dicitur idem comparatum ad alterum, itaq; talis mensurabilitas, vel commẽsuratio essentialis accidentalem, & relatiuam fundat.

Postremò obseruandum est illud, quod superius attingere cœpimus, habitũ, scientiam, & potentiam duobus modis accipi, vno, vt his nominibus significantur, quæ cum absoluta sint, Nota vltimo. 288.

sint, eas tanquam absolutas qualitates significant, & quasi ex consequenti importantes respectus ad obiectum, & hoc modo absque dubio non pertinent ad prædicamentum *Ad Aliquid*, sed ad qualitatem, ad quam respectus ipsi simul cum principali reducitur, alio modo si gnificantur nomine mensurabilis, & hoc modo nihil penitus absolutum, sed solam relationem designant, idcirco ad prædicamentū *Ad Aliquid*, pertinent, tertiumque illius genus constituunt, hæc distinctio desumpta est ex D. Thom. 1. part. quæst. 13 art. 7. ad 5. & 6. vbi tradens modum cognoscendi, & distinguendi vera relatiua ab his, quæ appellantur secundum dici, ait, ex nominum significatione distinguenda esse, nam si nomina relatiuorum imposita sint ad significandas ipsasmet habitudines, vel relationes, vera sint relatiua. Si vero ad significandas res absolutas, quas consequuntur quidam respectus, non sunt verè relatiua, sed secundum dici, vt mouens, motum, caput, & capitatum: & iuxta hanc doctrinam intelligitur, scientiam, habitum, & potentiam sub his nominibus ad significandas absolutas qualitates, quibus consequuntur respectus, imposita, relatiua esse secundum dici, at sub nomine mensurabilis ad solam habitudinem significandā imposito relatiua secundū esse: refert enim multū modus significandi ad intelligendum modū essendi rei significatæ: itaq; scientia, habitus, & potentia essentialem respectum secundū dici in primis important simul cū rationibus absolutis qualitatis, ad prædicamentū qualitatis, & species earum referendum, non ad prædicamentum *Ad Aliquid*, deinde relationem mensurabilitatis prædicamentalem accidentaliter ad tertium genus huius prædicamenti per se spectantem: & respectus prior significatur quasi ex cōsequenti simul cū qualitate nominib' proprijs scientiæ, habitus, & potentiæ, relatio vero huius prædicamenti, huiusque tertij generis significatur per se nomine mensurabilis.

Priora quatuor argumenta soluuntur.

Ad 1. arg. oppositum respondet. ET ex his soluuntur duo argumenta pro opposita sententia praiacta, nam licet idē sit respectus realis, vel diuersus, quem scientia, & potentia important sub his nominibus, ac sub nomine mensurabilis (quod

289. quæstione sequenti definietur) sub illis nominibus significatur tanquam quid incompletū non constituens per se speciem prędicamentalem, sed simul cum absoluto qualitatis, in quo clauditur, at sub nomine mensurabilis, vt quid completum per se constituens speciem prędicamentalem relationis, & hinc est scientiam, & potentiam sub his nominibus non constituere genus speciale relationis, benè tamen sub nomine mensurabilis.

Ad 2. arg. Ad secundum negandum est relationem mensurabilis pertinere ad essentiam scientiæ, habitus, vel potentiæ, nam mensurabilitas eis essentialis non est formalis, sed fundamentalis, quam consequuntur relatiua, à qua mensurabiles formaliter, atque accidentaliter denominantur: verum est igitur relationem prædicamentalem non pertinere ad essentiam absoluti, & falsum quod relationes huius generis in essentia absolutorum claudantur.

Circa II. assertum quid sit dicendum. Circa secundum assertum, nempè relationes huius generis esse nō mutuas, vidimus superius Caiet. 1. part quæst. 13. art. 7. asseuerantem vtrumque extremum verè ad aliud referri, vnum quidem per relationem in se existentem, aliud per relationem, qua aliud refertur ad ipsum, vt mensurabile refertur ad mensuram per sibi inhærentem relationem, mensura verò per relationem, qua idem mensurabile ad ipsammet refertur, vnde fit mutuas esse relationes apud Caietanum, nam si mutuo referuntur, mutua profecto erunt relatiua.

Quod non solum menti Aristotelis contradicit, sed cunctis eius expositoribus ex communi consensu statuentibus relationes huius generis in vno dumtaxat residere extremo: nempè in mensurabili, mensuram vero nō esse relatiuam, sed talem vocari, quia ad eam refertur mensurabile, cuius relationē terminat. Itaque ex eo solum, quod terminus realis est eius, quod ad se refertur, mensurabilis mensura eius dicitur. Hanc igitur sententiā quæst. 2. huius prædicamenti copiosè refutauimus, ac propterea tanquam falsam censemus esse omittendam, sententiæ Aristotelis (quam omnes recipiunt) adhærentes, iuxta quā omnes relationes huius ordinis non mutuas esse arbitramur. 290.

Cæterum, vt duo argumenta aduersus hanc conditionem opposita diluantur, obseruandū est, obiectum scientiæ, potentiæ, vel habitus tribus modis esse considerabile. Primo, secundum propriam naturam, vel essentialem conditionem. Secundo, in quantum motiuum est potentiæ per impressionem specierum, causatque 291.

ſatq; notitiam, aut ſcientiam ſui in ea. Poſtremò, in quantum terminat potentiam habitum, vel ſcientiam, hoc eſt, in quantum eſt id, circa quod verſantur, eiſque ſpeciem confert, & prima conſideratio quaſi fundamentum eſt cæterarum, nã ex propria obiecti natura procedit, vt ſit motiuum, vel cauſatiuum notitiæ, aut ſcientiæ, atque etiam vt circa illud eiuſmodi verſentur, prima item conſideratio abſoluta eſt, ſi quidem obiectum accipit vt res quædam eſt, non vt comparatum ad aliud: ſecunda ſemper eſt relatiua: tertia, ſolum eſt denominatio extrinſeca à relatione prouenicns eiuſdem menſurabilis, & menſuræ conueniens vt termino eiuſdem relationis.

Satisfit 1. argum. Et hæc distinctio ſoluit vtrumque argumentum, primum quidem, nam ſi obiectum ſcientiæ, vel potentiæ iuxta propriam conditionem accipiatur, ſcibile appellatur non appellatione formali, vel relatiua, aut terminatiua, ſed fundamentali, ex qua nõ comparatur ad ſcientiam, ſed talis naturæ eſſe dicitur, vt ad illã comparari valeat tanquã cauſa, vel tanquã terminus circa quem verſatur, negandũ eſt igitur relatiuum eſſe hoc modo conſideratum.

Soluitur II. Iuxta ſecundam conſiderationem habet quidem cum ſcientia mutuam relationem cauſæ, & effectus, nõ tamen huius generis, ſed ſecundi in actione fundatam, ad illud namq; genus referenda eſt quæcunque relatio cauſæ, & effectus: & hæc eſt ſolutio ſecundi argumenti, 292. quod nequaquam probat relationem aliquam huius ordinis eſſe mutuam, nam ſub tertia dumtaxat conſideratione, menſuræ rationem habet obiectum, quæ non eſt appellatio relatiua, ſed terminatiua realis relationis, niſi forte menſuram conſideres, in quantum ab intellectu accipitur tanquam extremum relationis, ad menſurabileque refertur, tunc enim relatiuum rationis eſt, conſideratio tamen realis nequaquam eſt relatiua, ſed relatio realis menſurabilis, & menſuræ in vno dumtaxat extremo reſidet: nempè in menſurabili, menſura verò talis dicitur, quia ad eam menſurabile refertur, hoc eſt, quia terminus realis eſt relationis illius Vnum poſſet ſupereſſe dubium circa aſſertum hoc: nempè an ita verũ ſit omnes relationes huius generis eſſe non mutuas, vt ſolum in eo nõ mutuæ reperiantur, vel etiam in alijs generibus reperiri poſſint, videtur enim Ariſt. ſub hoc genere claudere voluiſſe omnes non mutuas, cum aſſerat in alijs duobus ſemper relatiua talia dici, quia ad alia referantur, non quia alia ad ipſa, vt contingit in tertio genere, ex oppoſito vero videmus relationes creaturarum ad Deum vt creatorem, ac dominum, eſſe nõ mutuas, etiam in ſecundo genere, quia ex parte ſolius creaturæ ſunt reales, 293. Deum vero dominum, atq; creatorẽ vocari, non quod ipſe ad creaturas ordinetur, ſed quia creaturæ ordinantur ad ipſum, imo in creaturis relatio dexteritatis formaliter, & intrinſice reperitur in animali, in pariete vero, aut lapide ſola extrinſeca denominatione, & relationes iſtæ ad primum potius, quam ad ſecundũ genus relationum referuntur, ergo non in ſolo genere tertio repeiuntur non mutuæ.

Hoc tamen dubium diſtinctione ſoluendũ eſt, nam vel extrema ſunt eiuſdem ordinis, vel diuerſi, & ſi eiuſdem ordinis fuerint, ſemper habent mutuam relationem in primo, ac ſecundo genere, in tertio vero ſemper non mutuam: ſi vero ſint diuerſi ordinis, etiam in primo, aut ſecundo gènere habebunt nõ mutuas relationes, vt probat argumentum: nam licet relationes creaturarum ad Deum nõ prædicamentales, ſed tranſcendẽtales vocauerit Scotus in 2. d 4. & 5. ea fortaſſis ratione ductus, quod cunctis conueniant creaturis, & intra earum eſſentiam claudantur, melius tamen loquuntur Caiet. 1. p quæſt 45. art 3. & Ferrarienſis 4. lib. contra gentes cap. 14 prædicamẽtales eas appellantes, quia & ſi cunctis cõueniant creaturis, ſub ratione tamen ſpeciali, ac determinata, qua dependent à Deo, vnde ſpecialem habent rationem fundandi relationem dependentiæ diſtinctam ab alijs generibus relationum, nec ad eſſentiam creaturarũ ſpectant, ſed extra eam vagantur ſicut cætera accidentia: dependentia etenim earũ a Deo duplex eſt, ſubſtantialis, ſecundũ quam eſſe earum receptum eſt à Deo, & hæc præſupponitur relationi, quã accidentalem propterea vocamus, quia ex ſubſtantiali conſurgit, ex eo namq; quod creatura accipit eſſe à Deo, à quo proinde ſecundum idem eſſe dependet, ſequitur in ea relatio dependentiæ ad ipſum Deum, non ſecus, ac in 294. cæteris effectibus contingit, quę cum ita ſe habeant, merito inter prædicamentales enumerantur relationes iſtæ. Ariſt. verò de relationibus loquitur, quæ inter extrema eiuſdem ordinis verſantur, de quibus verũ eſt ſemper in 1. & 2. genere eſſe mutuas, & in tertio nõ mutuas, aut quia cæteras non cognouit, aut quia de his ſolis, quæ vt plurimum rebus conueniunt, ſermonem facere voluit.

Solutio dubij.

QVAESTIO DECI-maquarta.

Qualis nam distinctio ponenda sit inter relationem, & eius fundamentum, realisne, an rationis?

Nota pro quæst. statu. QVot, & quæ sint relationis fundamenta, operteret nunc exponere, nisi in superioribus iam essent à nobis explicata, vno tamen verbo ea repetam, vt status quæstionis clarius ostendatur: numerus, substantia, quantitas, & qualitas (vt verbis Aristotelis vtamur) sunt proxima fundamenta relationum primi generis, prout aliquam inter se
295. se vnitatem habent: potentia actiua, & passiua, vt reductæ ad actum per actionem, & passionem proximè fundant relationes secundi generis: potentiæ, & habitus, in quantū commensurantur obiectis, relationes tertij. Quærimus ergo, quo nam pacto relationes insurgentes, ab eis distinguantur, realinè distinctione, aut formali, vel tantum rationis: nempè à substantia identitas, à quantitate æqualitas, à qualitate similitudo, à potentia generatiua paternitas, & à scientia, aut potentia relatio mensurabilis: à fundamentis autem dicimus, & nō à subiectis, nam ab his omnes ferme relationes distinguuntur realiter, vt à re æquali, vel simili, æqualitas, & similitudo.

Varij sentiendi modi. Circa quam quæstionem varij adeò sunt, nō solum interpretes Aristotelis, sed etiam Theologi, vt si eorum sensus distinguere velis, tot fermè reperies, quot capita. Placet verò maioris distinctionis, prolixitatisq; euitandæ gratia ad celebriores referre vniuersas.

I. Sentent. Et prima quidem sola ratione separat relationem à fundamento, hoc est, beneficio intellectus, ante cuius operationē eandem prorsus entitatem esse adstruit, hæc fuit sententia Nominalium: quam expresserunt Ochamus, & Maior in 1. distinctione 3 quæst. 1. Gregorius Ariminensis dist inct. 28. quæst. 2. art. 1. Marsilius in 1. quæst. 32. art. 1. Herueus dist. 3. quæst. 1. eiusdem primi libri. Hos autem sequuti sunt pauci quidam ex familia D. Thomæ, vt Iauellus 5. Metaphysicæ quæstione 22. & Paulus Soncinas quæstione 28. huc pertinet sententia Durandi in 1. distinct. 3. quæstione 2. numero 17. asserentis nullam relationem prædicamentalem re distingui à suo fundamento: sed sola ratione, quanquam de quibusdam alijs, quæ extra tertium prædicamentum vagantur, distingui concedat: habet autem fundamentum in doctrina Aristotelis, ac D. Thomæ, atque etiam rationes pro se non infirmas.

Iauell. Durand. & alij.

296.

Et in primis efficaciter elici posse videtur ex eo, quod docuit Aristoteles 5. libro physicorū text. 11. & libro 11. metaphysicæ capite penultimo: relationi proprium esse inter accidentia realia, vt sine mutatione subiecti adquiri possit; vt si vno dumtaxat albo existente Romæ, aliud de nouo producatur Compluti, consurgit absque dubio relatio realis similitudinis in vtroque, & in illo quidem absque alia sui mutatione per solam mutationē huius, quod vsq; adeò verum est, vt non solum absq; mutatione subiecti, sed etiam fundamenti insurgat, cum constet non solum non mutari album illud ex noua productione huius, sed nec circa albedinem eius vllam mutationem fieri. Ex quo infertur, similitudinem ab eo adquisitam quantumcunque realem, non esse rem distinctam ab albedine: nam si res distincta foret, compararet proculdubio album nouam formam, nouamque entitatem, ac distinctam ab ea, quam habebat, sed comparatio nouæ formæ realis non fiat sine mutatione, vt cunctis est manifestum, quia aliter per eam se habebit subiectum, ac se habuit prius, ergo nequiret profecto relatio sine mutatione comparari, si entitas à fundamento distincta foret, ex sententia igitur Arist. illud statuentis videtur esse, quod non re, sed sola ratione à fundamento separetur, quod etiam D. Thomas videtur sensisse opusc. 48. tractat. 5. de prædicamento ad aliquid cap. 2. sic loquens *Cum autem dico, quòd similitudo Sortis habet albedinem eius, aut fundamentum, non est intelligendum, quod similitudo Sortis sit aliqua res in Sorte, alia ab ipsa albedine, sed solum est ipsa albedo, vt se habet ad albedinem Platonis, vt ad terminum.* Idemque asseruisse videtur 5. lib. Metaph. lectione 11. vbi de identitate generica, & specifica loquens duo statuit, vnū esse relationem realem, aliud non esse rem ab extremis distinctam.

Probat. 1. ex Arist.

297.

Illatio.

Probatur ex D. Thom.

298.

Prima autem ratio ex natura eiusdem relationis accipitur, quæ aliud nō est, quam vnum extremum ratione fundamenti sic se habere ad alterum, vt similitudo non est aliud, quàm hoc album ratione albedinis quandam habere cognationem cum altero, sed modus sic, vel aliter se habendi ad aliud non dicit rem distinctam.

Probatur 1. ratione.

distinctam, sed rationem formalem dumtaxat cognatio vero solam conuenientiam, vel correspondentiā in natura eiusdem fundamenti,
299 ergo nō erit relatio entitas ab eo distincta. Accedit illud, quod in materia distinctionis vnius rei ab altera afferri solet, non esse entitates multiplicandas sine vrgenti necessitate, vel ratione. Cōstabit autem in decursu huius cōtrouersiæ nullam talem afferri necessitatem pro oppositis sententijs realem distinctionem introducere conantibus, ergo non debet talis distinctio admitti.

Secundo, in casu nuper proposito de productione noui albi in loco valde distanti probatur, quia si relatio consurgens in isto res est distincta ab albedine, quam habebat, ergo per se, vel per accidens ab aliqua effectiua causa, non certe ab altera nisi ab ea, quæ produxit nouam albedinem in altero extremo, cum non supersit alia, ab ea vero produci impossibile est, cum repugnet naturaliter effectum realem producere in subiecto adeò remoto, ergo dabitur effectus sine causa, vel negandum est, quod relatio sit entitas distincta à fundamento. Accedit, quod siue ab hac, vel illa causa producatur talis relatio nouam, ac distinctam entitatem habens ab entitate fundamenti, quotiescunque vnum album producitur, vnum quantum, aut vnum indiuiduum cuiuslibet speciei, producerentur tot entitates reales distinctæ, quod producuntur relationes, eiusmodi autem penè infinitæ forent, cum haberet conuenientiam, commensurationem, identitatem, aut diuersitatem specificam cum penè infinitis rebus,
300 ergo multiplicari deberent in noua cuiuslibet rei productione penè infinitę entitates, quod omnem excedit fidem: vt ergo hoc, & similia fugiamus incommoda, non oportet ponere talem distinctionem realem relationis à fundamento.

Probatur 2.

Confirm.

Probatur tandem, nam separabilia esse oportet ea, quæ distinctam entitatem realem continent, sed permanente vtroque extremo, inquo inhæret fundamentum, repugnat prorsus relationem ab eo separari, vt permanentibus duobus albis separari ab eis similitudinem ergo neque putandum est relationem re distingui à suo fundamēto, probatur minor, quia nō est intelligibile, quod duo indiuidua sint eiusdem speciei, quin inter ea sit relatio specificæ identitatis, aut duo corpora eiusdem mensurę, quin sint æqualia, atque adeò quin inter ea versetur relatio æqualitatis.

Probat. 3.

Refertur sententia opposita tenens distingui vt duas res fundamentum, & eius relationem.

Opinio huic opposita relationem, & fundamentum distingui statuit reali distinctione, quæ inter duas res designari solet, vt inter quantitatem, & substantiam, aut inter duas qualitates, aut quæuis alia entia cōpleta. Hanc sequitur tota fermè D. Thomæ familia, Caietanus 1. part. quæstione 28 art. 2. Bañes ibidem. Capreolus in primo distinctione 3 quæstione 1. Ferrara 4. l contra gentes capite 14. & in eadem absque dubio est Magister Sotus quæstione 2 huius prædicamenti, nam licet ea impugnare prius videatur, in fine tandem quæstionis statuit prædicamenta omnia distingui ex natura rei, & citra operationē intellectus, neque diuersa debet reputari ea, quam sequitur P. Fonseca 5 lib Metaphysicæ cap 15 q 2. sect 1. affirmans relationem ex natura rei, & ante opus intellectus distingui à fūdamento, licet negare videatur distinctionem realē, quam intellectus non facit. Hac etiam referri debet sententia Scoti, in 2. distinctione 1. quæstione 5. & in 3. distinctione. 8 quæstione. 1. vbi omnes relationes defectibilem terminū habentes, re à fundamentis distinguendas docet, quia ab eis sunt separabiles, quæ vero indefectibilem terminum habent, vt relatio creaturæ ad creatorem indistinctas ponit, quia inseparabiles à fundamentis. Huc tandem pertinent moderni quidam solas relationes fundatas in substantia distinguentes, vel omnes certè præter eas, quas potentia fundat, quę videntur esse secundi generis. Pro hac sententia duplex ratio afferri solet.

II. Sent. opposita.

301

Prior est, quam tetigit Scotus de separatione relationis à fundamento, nam hoc permanente perit relatio pereunte termino, vt destructo vno albo cessat relatio similitudinis in altero, ergo separantur relatio, & fundamētum, sed realis separatio infert realem distinctionē, ergo hanc oportebit admittere inter relationem, & fundamentum. Quod enim huic argumento primo responderi solet, relationem in casu separationis non perire realiter, sed solum secundum rationem formalem, ac propterea hac sola à fundamento distingui, non videtur vllo modo satis facere propter tria, primum, quia si perijt formaliter relatio, ergo formali-

I. Illius fundamētum.

302

tas relationis, sed ratio formalis relationis nō est nihil, ergo aliquid, non rationis, cum extet ante opus intellectus, ergo reale: quare aliquid reale peribit permanente realitate fundamenti, & illud reale, quod ab hoc separatur, distinctum erit ab eo, non per intellectum, quia separatio talium entitatum ante operationē eius fit, & entitates reales non intellectus, sed ipsa rei natura separat, ergo reali distinctione. Secundum, quia formalitas relationis, quæ perijt, non per ijt quoad essentiam: Quia essentiæ
103. non pereunt, peribit igitur quantum ad existētiam, fateri ergo oportet, quod existentia relationis pereat permanente existentia fundamēti, ergo essentia, & existētia relationis alia est ab essentia, & existentia fundamenti ante operationem intellectus, quare distincta erit vtriusque entitas.

Tertium: quia aperte falsum est, quod dicitur, relationem non perire realiter, & entitatiuè, sed solum secundum rationem formalem, nam si ita esset, fieret procul dubio, vt termino pereunte permaneret realiter relatio, & tunc mortuo filio realiter esset pater, qui illum genuit, realiter simile albū permanēs altero per-
104 eunte, & realiter æquale quantum pērseuerans quæ falsa prorsus sunt, cum nullus vnquam talem denominationem eis cōcesserit, nec potius eam habere censeantur, quam dū nullum
Confirm. terminum habebant, ad quem ordinarētur. Adde, quod si relatio realiter permaneret non permanente extremo, realiter ordinaretur ad extinctum, sed non ordinari realiter constat, cū entis ad non ens non detur relatio realis secū dum communem sententiam, ergo falsa est solutio argumenti designata. Et minus videtur satisfacere, quod alij respondent, separationem non inferre distinctionem realem, nisi mutua sit, vel certè talis, vt vtrumque extremū ab altero seiunctum permaneat, nam per desitionem vnius, & permanentiam alterius separari solent ea, quæ sola ratione distinguuntur, vt motus, vel actio, quæ permanente termino euanescunt, & genus potest esse sine differentia, à qua nō ex natura rei, sed per intellectum distinguitur. Eiusmodi tamen exempla nihil efficiunt, nam licet in priori, vera, ac realis separatio contingat, nō est tamen certum, quod actio non sit res distincta à termino, sed valde
105 probabile oppositum, vt suo loco ostendetur, in posteriori vero non contingit realis separatio, quia genus, & differentia 1.ō sunt partes rei, sed diuersi conceptus obiectiui (quos vocant, eiusdem entitatis realis: vnde solus conceptus separatur, non res, & adhuc talis cōceptus differentiæ non separatur à genere, cum quo sit actu coniunctus permanente eodem genere, sed planè deficienti, nam dum differentia separatur, & species soluitur, sicut differentia perijt in tali specie quantum ad existentiam actualem (vt sic loquamur) genus quoque esse desinit eodem modo, licet abstractum maneat, aut cum alijs differentijs actu coniunctum in speciebus cæteris.

Secundum argumentum ita procedit. Relatio, & fundamentum simul, & semel patiuntur oppositas mutationes reales, sed eadē entitas non est capax earum, ergo necesse est distinctas habere entitates: probatur antecedēs, quia contingere solet, quod fundamentum remittatur, & simul relatio intensionem suscipiat, vt dum album intensius remittitur, & per remissionem assimilatur albo etiam remisso, remissionem patitur fundamentum, relatio verò augmentum suscipit, hæc perficitur, illud imperfectionem potius contrahit, quæ eidem entitati reali planè videatur repugnare. II. Funda. 106

Media sententia inter præfata extrema de modali distinctione.

Postrema sententia medium ponere videtur inter duas præcedentes, & secundam quodammodo temperare, nam distinctionem realem ponit inter relationem, & fundamentum, non tanquam inter duas res, vel duas entitates completas, sed tanquam inter rē & modum eius: vnde non realem omnino vocat, sed ex natura rei, aut modalem, arbitratur enim relationem esse modum quendā fundamenti, per quem sic se habere dicitur ad terminum, & sic rursus dependet à fundamento, vt nequeat vllo modo sine illo consistere, quod modorum proprium est, nō secus ac figura respectu quātitatis, aut sessio respectu sedentis, à quibus separari repugnat, ac tandem ex modo separationis elicitur modalem quoque distinctionem esse, non rerum, nam res distinctæ seiungi vicissim possunt, res autem, & modus minimè, quia licet res possit sine modo consistere, nequaquā modus sine re, quod in intensione patet respectu qualitatis, & in sessione respectu sedentis, sed ita se habent relatio, & fundamentum, vt separari valeant, non quidem separatione reciproca, ita vt sine fundamento

Sententia media proponitur. 107 Fundam.

mento ipsa permaneat, sicut potest hoc sine relatione consistere, & hæc etiam intima dependentia in esse ostendit planè relationem distingui non tanquam vnam rem completam, sed solum vt modum per distinctam entitatem modalem. Hanc sententiam sequuntur moderni non pauci ex his, qui viua voce Aristotelem interpretantur.

Quæstionis resolutio, iuxta mentem Diu. Thomæ.

Quæst. resolutio ex D. Thom.

Recensitis aliorum opinionibus cupiens eam eligere, quæ magis sit naturæ relationis consentanea, accuratius solito Diu. Thomam consului, si forte ex his, quæ de eadem relatione scripta reliquit, elici possit: quatuor autem de relatione creata, de qua sola controuersia procedit, eum expresse statuisse reperio, quod realiter subiecto inhæreat: quod aliud esse habeat non solum à substantia, sed à cæteris accidentibus, quibus mediis tanquam fundamentis ei inhæret, quod cum subiecto, cui inhæret, realem compositionem efficiat, ab eoque realem habeat dependentiam, ac tandem quod omnis relatio coniungatur alicui absoluto, & absolutum hoc alia res sit à relatione ipsa. Vt autem hæc certa esse intelligantur in doctrina Diu. Thomæ referre placet diuersa testimonia, quibus continentur. 4. igitur lib. contra gentes capite 14 non procul à fine hæc verba scribit: *In nobis relationes habent esse dependens, quia earum esse est aliud ab esse substantiæ, vnde habent proprium modum essendi secundum propriam rationem, sicut & in alijs accidentibus contingit, quia enim omnia accidentia sunt formæ quædam substantiæ superadditæ, & à principijs substantiæ causatæ, oportet quod eorum esse sit superadditum supra esse substantiæ, & ab ipso dependens, & tanto vniuscuiusque eorum esse est prius, vel posterius, quanto forma accidentalis secundum propriam rationem fuerit propinquior substantiæ, vel magis perfecta propter quod relatio substantiæ aduenient postremum, & imperfectissimum esse habet, postremum quidem, quia nō solum præexigit esse substantiæ, sed etiam aliorum accidentium, ex quibus causatur relatio: imperfectissimum autem, quia propria relationis ratio consistit in eo, quod est ad alterum, vnde esse eius proprium, quod substantiæ superaddit, non solum dependet ab esse substantiæ, sed esse alicuius exterioris, &c.*

308.

309.

In primo autem sententiarum libro, distinctio. 33. quæstio. 1. articul. 1 in fine corporis, discrimen cōstituens inter diuinas relationes, & creatas, ita ait: *In alijs autem relationibus realibus in creaturis existentibus est aliud esse relationis, & substantiæ, quæ refertur, & ideò dicuntur inesse, & secundum quod insunt, compositionem faciunt accidentis ad subiectum, quod non conuenit diuinis relationibus, &c.*

Et prima parte quæstione 28. artic. 2. ad secundum sic de relationibus loquitur: *Sicut in relationibus creatis in illo, quod dicitur relatiuè, non solum est inuenire respectum ad alterum sed etiam aliquid absolutum, ita in Deo sed tamen aliter, nam id quod inuenitur in creatura præter id, quod continetur sub significatione nominis relatiui, est alia res, in Deo autem non est alia res, sed vna, & eadem, &c.*

Hæc autē, quæ Diu. Thomas de relatione docet. non solum naturæ eius consonant, sed si eam paulo diligentius expendamus, necessario ei conueniunt, quod vt suo ordine id de singulis ostendamus, id tanquam certum præmittendum est, ex quo (nisi ego fallor) deducuntur cætera, realem relationem esse reale accidens esseq; formam realem intrinsece, & formaliter denominantem subiectum, sicut de quantitate, & qualitatibus notum est, & cum nequeat forma accidentalis denominare subiectum tale formaliter, nisi per realem inhærentiam in eo, certum quoque est, ac necessarium relationem realiter inhærere subiecto, eique proprium, atque intrinsecum effectum formalem tribuere, & rursus, cum inhærentia accidentis in subiecto non sit solum secundùm essentiam, & naturam, sed etiam secundùm esse, vel existentiam in eo, conuincitur planè relationem realiter inhærētem subiecto habere existentiam ab existentia, aut esse subiecti distinctam. Vlterius, cum ex accidenti inhærenti subiecto, ac subiecto ipso resultet vnum quidpiam reale, quod accidētale concretum vocāt, necesse est per veram compositionem accidentalem resultare, nam compositio nō est aliud, quàm vnum ex multis concurrētibus constitutio. ac tandem, cum hæc omnia conueniant relationi reali ex propria natura, necesse est ei conuenire ante opus intellectus: relationem namq; realem esse reale accidens naturale est ei, atque etiam esse completam naturam, cui primo conuenit realis essentia: realem autem essentiam comitatur necessario realis existentia, per quā habet esse extra causas, ac propterea ca-

Quædam inferuntur.

311.

310.

ex eadem existentia vocatur esse eius, & hoc esse: aut existentia actualis relationis imperfecta est, cum per illam nequeat extra causas esse aut fieri naturaliter, nisi in subiecto sustenetur per actualem inhærentiam in eo, ac propterea vocatur inexistentia, in quibus omnibus non admiscetur cognitio intellectus, alioqui ea circumscripta non haberet relatio essentiam, nec existentiam realem, nec realiter denominaret subiectum, eive inhæreret, quæ absurda planè sunt. Deinde, realis inhærentia accidentis in subiecto præsupponit absq; dubio existentiam actualem, aut esse actuale vtriusq; ex propria natura distinctum, alioqui inhærētia non esset realis, aut naturalis, nec subiecto, sed sibi ipsi diceretur relatio inhærere, siquidē inhærentia actualis per actualem existentiam eius, quod inhæret alteri, fit, eam vero sustētat subiectum per propriam. Denique coniunctio relationis cum subiecto realis, & naturalis est, & hæc eadem est realis, ac naturalis compositio concreti ex vnione resultantis, ergo etiam conuenit relationi ante operationem intellectus, alioqui nec realis coniunctio foret, nec realis compositio, quæ cum ita se habeant, necessario inferunt distinctionem relationis à fundamento non fieri ab intellectu, sed ex natura eiusdem relationis haberi, ac proinde ante opus intellectus, quo circa realem esse, vt secunda opinio Thomistarum tenet ex doctrina Diui Thomæ absque dubio deprompta, vt expressa eius testimonia ostendunt: quam propterea, vt cæteris longe probabiliorem eligimus: & ex tribus præsertim in natura relationis contentis, & discursu nostro elicitis sic probamus.

Ad inhærētiam præsupponitur existentia.

313.

vt vera eligitur hæc sentēt.

Probat I. 314

Primo quidem, nam relatio est accidens reale, ac realis forma accidentalis subiecto inhærens realiter, & ante opus intellectus, sed realis inhærentia importat distinctionem ex natura rei inter formam inhærentem, & subiectum, cum nihil possit sibi ipsi realiter inhærere, inhæret autem substantiæ, in qua fundatur, ergo realiter distinguitur à fundamento, quod est substantia. Nec solùm probat hoc argumentum de relatione fundata in substantia, sed etiam de cæteris: quia non solùm substantiæ inhæreret relatio ex natura rei, & ante opus intellectus, sed cęteris fundamentis, nam albedo commensurata alteri denominatur realiter & formaliter similis, ergo reali similitudine sibi inhærente, & pariter quantitas denominatur æqualis, ergo relatio inhærens distincta erit ex natura rei, & citra considerationem intellectus ab his, quibus inhæret, atque adeò reali distinctione.

Probatur secundo ex reali eadem inhærentia, ex qua planè deduximus relationem non solum habere distinctam essentiam, aut naturam realem a fundamento, cui inhæret, sed etiam distinctam existentiam actualem, atque adeò distinctum esse, vt expressit D. Thomas, & conuincit ratio: quia realis inhærentia per actualem existentiam relationis fit, quæ cum sit imperfecta, propriam naturam nequit perse sustentare, nisi adhærens alteri, perfectiorem existentiam habenti, adhæret autem fundamēto, vt vidimus, ergo habet non solum essentiā, & naturam ab eo distinctam, sed distinctum esse, entitas autem realis non est aliud ab esse, & essentia rei, ergo habet etiam distinctam entitatem à fundamento, quod est realiter esse ab eo distinctam.

Probat. II.

315.

Tertia ratio ex compositione, quam efficit relatio cum fundamento in quolibet eius genere procedit, nam ex vnione relationis cum eo per actualem inhærentiam facta, resultat vnum concretum reale, quod vocatur in primo genere relationis idem, æquale, aut simile, etiam si solam quantitatem, & qualitatem accipiamus proximè fundantem relationem: nam sicut substantia proximę fundans relationem identitatis, aut diuersitatis vocatur eadem, aut diuersa tanquam concretum relationis, pariter albedo dicitur similis, & quātitas æqualis, substantia verò tanquam subiectum remotum harum duarum relationum dumtaxat earum concretum appellatur: & eadem est ratio de mensurabili in tertio genere, eadem de causa, & effectu in secundo, realis autem compositio nequit esse nisi inter extrema componentia ex natura rei distincta, ergo relatio realiter componens cum fundamento erit res distincta ab eo. Verum enim vero, vbi componentium distinctio ab intellectu fit, realis esse nequit compositio, sed tantum rationis, quę non solum in creaturis, sed in Deo esse potest absq; vlla prorsus imperfectione, dum enim nos diuina imperfectè, & quasi per partes concipientes distinguimus, & ex eis vnum aliquod constare intelligimus, quid aliud facimus quam ea per modum compositionis accipere, & vt subsunt tali cognitioni quasi componentia, & composita vocare, ex quo tamen nihil compositionis, nihilve imperfectionis contrahunt, si quidem in se simplicissima, ac perfectissima sunt: constat

Probat. III.

Nota.

Nota.

Explicatur amplius.

stat id in personis diuinis, quas relatione, & essentia ratione nostra distinctis, & quasi ex his tanquam ex natura, & personalitate cõpositas concipimus, cum tamen in se nullam compositionem habeant: si ergo relatio creata sola ratione à fundamento distincta foret, non efficeret cum eo veram, ac realem compositionẽ concreti accidentalis, sed confictam per intellectum, quod planè falsum est, & rursus, si hoc ita esset, neque ex hac parte repugnaret in Deo
317. reperiri relationem creatam, cum D. Thomas in Deo non esse vllo modo admittendam doceat, quia eo ipso admittẽda foret vera, ac realis compositio, vt constat ex quæstione octaua de potentia articulo secundo in principio corporis, vbi ita ait. *Supposito quod relationes in diuinis sint, oportet dicere, quod sint essentia diuina, alias oporteret ponere compositionem in Deo,* Sequitur ergo per locum ab intrinseco ex doctrina D.Thomæ, relationem creatam non posse in aliquo reperiri sine vera, ac reali compositione, quam cum eo faciat, ac proinde sine reali distinctione ab eo, quia realis compositio ex realiter diuersis componentibus constare debet.

Refellitur solutio aliquorum.

His omnibus obuiam ire contendunt oppositum opinantes, dum aiunt relationem nõ inhærere substantiæ, alijsvè fundamentis, nec cum eisdem componere, sed solum per operationem intellectus, per quam à substãtia distinguitur, & ita dicunt re ipsa esse substantiam, & non formam inhærentem: esse vero accidens,
318. & inhærere subiecto solum per opus intellectus distinguẽtis duo extrema, vbi re vera vnũ tantum est. hæc tamen plane falsa sunt, & argumentum non soluunt, quod hac breuissima ratione conuincente ostendo. ante operationẽ intellectus datur pater, ergo datur paternitas, & rursus paternitas ante operationem intellectꝰ est accidẽs, cũ denominationẽ accidentalẽ subiecto tribuat, & ante opus intellectus est reale accidens, cum denominationem tribuat realem ergo ante operationem intellectus inheret subiecto, atque adeò realiter inhæret, sed realis inhærentia conuincit distinctam naturam, distinctum esse, conuincit etiam realem compositionem ergo conuincit realem distinctionem.

Probatur vltimo.

Probatur tandem ex nouo relationis aduentu, nam dum relatio similitudinis aduenit albo ex noua alterius productione, vel aliquid reale comparat, quod prius non habebat, vel nihil, secundum non admittes, nisi apertè negare velis esse realiter simile, cum prius non esset, 319
nam esse simile, vel æquale aliquid reale importat, cum sit denominatio intrinseca, & formalis, necessarium est ergo primum, quod aliquid reale comparet, atque ex consequenti entitatem realem, quam prius non habeat, distinctamque à fundamento. Argumentum hoc soluere contendunt in primis moderni quidam asserentes, dum vnum album fit simile per nouam productionem alterius, nihil nouum in eo fieri, sed solum in extremo de nouo producto: antiquum verò id solum nouum habere, quod nouum extremum connotat, quod prius non connotabat, & simile denominatur per propriam albedinem connotantem nouũ terminum. Itaque relationem similitudinis (aiunt) non esse aliud, quam albedinem vt cõnotantem terminum, ad quem refertur.

Refutatur eadem solutio.

Hæc tamen solutio non potest argumento satisfacere: quia alio albo de nouo producto, realiter, & formaliter antiquum fit simile, cũ prius non esset, ergo habet relationem realem similitudinis, quam prius non habebat, & tamen habebat eandem albedinem, quam habet 320
modo, ergo similitudo aliquid reale in eo est præter albedinem, probatur planè consecutio, quia noua denominatio realis, & formalis, atque adeò intrinseca nequit haberi nisi per nouam formã realem & intrinsecam de nouo cõparatam.

II. Solutio.

At dices albedo prius non erat similitudo, & modo est, quia tunc non connotabat terminum, & modo connotat. Contra hoc sic oppono, albedo prius non erat similitudo, quia non connotabat terminum, & nunc est similitudo

Rursus refutatur.

quia cum connotat, vel ergo noua connotatio termini est aliquid reale nouum in albedine antiqua, vel nihil, si nouam entitatem esse concesseris, habetur intentum, quòd noua entitas, ac distincta à fundamento sit relatio: si vero nihil reale nouum esse dixeris, nec potest stare, quod affirmas videlicet nouam denominationem realem, & formalem similis propter illã conferre albedinem, quam sine illa non conferebat: nam noua denominatio realis, & formalis sine aliquo nouo reali, & formali superueniente haberi non potest, & quidem realiter inhærenti in subiecto denominato: quia realis & formalis denominatio nequit tribui nisi à reali, & formali nouo, sicut neq; antiqua, nisi ab antiquo.

Aliorum solutio.

Alij verò nouum aliquid comparare album

du m fi. simile per productionem alterius, fatentur, non tamen distinctum à fundamento
321. nisi sola ratione, vel vt clarius explicetur (suū) non comparare nouam entitatem, sed nouā rationem formalem relatiuam, à qua nouam denominationem formalem suscipit. Cæterū, hoc solis verbis dicitur, re autem ipsa nihil est, quod sic ostendo, noua denominatio similis, quam aduenire concedis, realis absque dubio est, formalis, atque intrinseca, quæ nisi à forma inhærente tribui nequaquam potest, ergo si de nouo aduenit, necesse est, aliquid nouum inhærens subiecto aduenire, cum antiquum non sufficeret eam subiecto tribuere: quod vero nouum hoc adueniens citra opus intellectus sit distinctum ab albedine, hoc argumento conuincitur. Antiquum album fit simile per productionem noui seclusa operatione intellectus, à quo, etiam si non cognoscatur, nihil minus erit factū de nouo simile, ergo similitudo, quam de nouo ei aduenire concedis, independenter ab intellectu aduenit, quare distincta erit ab albedine citra opus intellectus, quod est realiter, vel ex natura rei distingui.

Relationē aduenire. fundamento probatur

Idem argumentum de aduentu relationis corroborari potest ex separatione eius à fundamento, cum videamus hoc album desinere esse simile alio albo extincto, amittit ergo relationem similitudinis, quam prius habebat, & ex consequenti separatur relatio à fundamēto, nēpe ab albedine permanente, quod efficax est argumentum ad probandam realem distinctionem, sicut efficax argumentum desumunt omnes ad probandum, quod substantia corporea distinguitur realiter à sua quantitate, ex eo quod fide tenemus separari ab ea in sacro Eu-
322. charistiæ mysterio.

Obiectio

Si verò quispiam obiecerit, differentiam separabilem esse à genere, vt rationale ab animali, à quo sola ratione distinguitur, ex qua separatione non probari realem distinctionem.

Solutio.

Respondeo argumentum separationis sic esse accipiendum, vt qualis fuerit separatio, talem inferat distinctionem, hoc est, si vnum ab altero citra opus intellectus separetur, quod est ex natura rei esse separabile, distinctum quoque ab eo sit ex natura rei. & citra opus intellectus: si vero non sit separabile, nisi interueniente intellectu, solam distinctionem rationis inferre censendum est, & ita se res habet in proposito nā relatio separatur à fundamento modo priori, etiam si nunquam circa eam, vel fundamentum operetur intellectus: differentia vero à genere non separatur, nisi supposita operatione intellectus, per quam vtrumque fit, nam citra illam nullum est genus, neque vlla differentia, neque ab illo proinde distinguitur hæc, quare talis separatio solam distinctionem rationis infert, cum tamen prior, vt pote ab intellectu non dependens, distinctionem planè ex natura rei inferat.

An distinctio relationis à fundamento realis vocari debeat, tanquam vnius rei ab altera, vel solum modalis, aut ex natura rei.

AN verò distinctio hæc relationis à fundamento vocanda sit realis, sicut ea, qua distinguitur vna res ab altera, vt qualitas à quantitate, vel solum distinguatur ab eo, sicut solet modus distingui à re, quæ distinctio non realis, sed ex natura rei appellari solet, de nomine ferè controuersiam esse arbitror: nam qui considerant relationem esse rem prædicamentalem, & in suis speciebus ex genere, & differentia compositam, pronunciant à fundamēto distingui, vt Capreolus, Ferr. & Caiet. qui vero id non negantes maximam dependentiam relationis à fundamento contemplantur, sine quo cōsistere nequit, etiam per potētiam Dei absolutam, quam dependentiam non vni rei comparatione alterius, sed modis dūtaxat rerum cōparatione conuenire cernimus, affirmant, nō tam reali, quam modali distinctione separari, atq; adeò distinctione ex natura rei: cui accedit, relationē ex propria cōditione id esse, quo fundamentum vnius extremi tali modo se habet ad alterum, quare non tanquam res altera ad idem fundamentum comparatur, sed tanquam modus eius. Et hic modus loquendi, quo iam moderni ferè omnes vtuntur, mihi magis placet, iuxta quē pronunciamus, relationem esse entitatem realem modalem, ab entitate fundamenti distinctam.

Dubium. 323.

Dubij resolutio.

Soluuntur argumenta primæ opinionis.

PRimum argumentum multis modis contendūt diluere moderni, nam primo quidam respondent relationē in antiquo extremo, dum nouum fit, produci quidem sine mutatione eius, imo sine vlla prorsus actione, qua ideò nō indiget, quia in antiquo fundamēto virtualiter continebatur, ita vt quamuis ex se erat

1. Respon.

324 erat pullulasset absq; dubio, si terminus adesset, quo proinde iam existente sine actione noua pullulat, atq; adeò sine mutatione eiusdem extremi, in quo incipit esse: gratia exempli, dũ primum album fit altero nondum existente, virtualiter fit relatio similitudinis, quæ statim pullularet, si terminus adesset, altero igitur producto albo, statim pullulat relatio absque noua actione, quia non intelligitur fieri per actionem, qua fit nouum album, sed virtute antiquæ, per quam primum fuit productum eadem similitudine, qua pullularet noua passio, si in antiquo subiecto fortè impedita fuisset.

Exemplũ.

Refellitur. Hæc tamẽ solutio vim argumẽti non remittit: nã siue virtute huius, aut illius actionis pullulet noua relatio, cum sit forma intrinseca ex natura rei distincta à fundamẽto, non videtur posse negari, quòd subiectũ nouam formam, nouãque entitatẽ sibi inhærẽtem habere incipiat, quã prius non habebat, aliter ergo se habebit nunc, ac prius, quod est realiter mutari.

II. aliorum solutio. Alij vero mutari negant, quia licet noua relatio sit entitas à fundamento distincta, non est tamen res noua, sed modus rei, mutatio autem adquisitio rei esse debet, & non solius modi: vnde quod solum modũ denuo comparat, non censetur mutari, & idcirco Aristoteles 325 considerans modalem entitatem relationis asseruit sine mutatione subiecti cõparari, quod non tollit, quin distincta realiter sit à fundamento distinctione modali. Sed hæc etiam solutio parum habet momẽti: nam *vbi* etiam inter modos computatur, & nihilominus per se terminat mutationem, ac verum motum successiuum, & subiectum quodcũque modalem entitatem comparans mutari dicitur, quia aliter se habet nunc, & prius, ergo licet relatio modalis entitas sit, nequibit profectò comparari sine mutatione subiecti aliter se habentis nunc, & prius, quam relationem adquiret.

Prætermissis ergo alijs solutionibus minoris momenti Respondeo, mutationem geminam esse, communem, & propriam, 326 communis mutatio id solum importat, quod est rem aliter se habere nunc, & prius, vtcunque id sit, vel vndecunque proueniat, in qua acceptione sumitur ab Aristotele 11 libro metaphysicæ 4. capite asserente, tot esse species mutationis, quot entis. Propria vero physica vocatur ab ipsamet natura rei procedens, si sit naturalis, vel ab extrinseco, si sit violenta, de qua loquitur Aristoteles 5. Libro physicorum eã distinguens in successiuam per se, quæ inter positiuos terminos latitudinem habẽtes versatur, & ad tria dumtaxat prædicamenta per se terminatur, quantitatem, qualitatem, & vbi, & in instantaneam per se, non inter positiuos terminos, sed inter priuatiuè oppositos, & talem esse generationem à priuatione ad formam procedentem, & hãc mutationem physicam, successiuam, aut instantaneam ad relationem posse terminari negat: propterea quod relatio sine tali mutatione adquiri contingit in vno extremo, & ideò non per se, sed omnino per accidẽs per solam mutationem physicam, vel motum alterius extremi, quod verissimum est, nec minus verum, ac necessarium quod sine mutatione communissima nullatenus adquiri possit de nouo. Si enim verum est apud Aristotelem 327 de mutatione sic accepta, tot esse eius species, quot sunt species entis, vna earum erit adquisitio relationis, si quidem relatio vna species, imò vnum genus entis est, & ecce quo pacto ex testimonio Aristotelis secundum germanum sensum exposito nihil aduersus nostram sentẽtiam elici potest.

Et licet D. Tho. videatur illis locis non admittere realem distinctionem inter relationẽ, & fundamentum, vltima tamen sentẽtia eius, quam alijs locis solidiorem, ac maturiorem doctrinã cõtinentibus aperte satis insinuauit, eã posuit, quibus absque dubio tãquam vltimis consilijs acquiescendum est.

Ad secundum non desunt, qui putent relationem in extremo distanti non produci à causa nouum album efficienti, sed ab ea, quæ fundamentum ei quondam impressit, in quo virtute iam continebatur, & præsente nouo extremo pullulauit, quod tamen admitti posset, si relatio per se sequeretur ex fundamẽto quondam producto. Cæterum, cum sit accidens eius, & per accidens cõsequatur, non video, qua ratione virtualiter in fundamento cõ ineri posset, aut à causa illud efficienti produci. Nec obstat quod ad positionem noui extremi necessario pullulet, nã & positio huius extrinsecum quidpiam est, & per accidens omnino se habet ad extremum antiquum: vnde simpliciter loquendo, relatio nunc insurgens effectus per accidens est in rerum natura, quanquam ex suppositione noui extrinseci producti sequatur per se. Ad II. arg. resp. 328

Dicendum igitur est, ab agente, quod nouũ edidit album, productam esse relationem in altero quantumlibet remoto, sed omnino per

 acci-

accidens, & ab extrinseco, propter correspondentiam, in quo nulla apparet repugnantia, nam quod agens naturale nequit agere aut effectum imprimere nisi in passum sibi propinquum, verum est solum de operatione per se, aut de effectu per se impresso, vel ab intrinseco principio agentis, aut passi, qualis non est re-
329. latio, cum nō tam virtute agētis, aut passi, quā correspondentiæ, quam habet effectus per se productus cum altero, oriatur in remoto extremo. Confirmatio eiusdem argumenti facile soluitur, nam cum relationes minimè sint entitates, atque etiam effectus per accidēs, nullum reputatur incommodum, quod in magno numero pullulēt ex productione noui extremi, quia & numeri in infinitum multiplicari possunt, & partes continui iuxta communem, ac veriorem sententiam actu sunt infinitæ. Cæterum, quia incompletæ entitates, & in vna entitate totius completa, quam componūt sunt comprehensæ, nullum censetur incommodum afferre.

An separabilis sit relatio ab extremis.

Circa solutionem vltimi argumenti controuersum est inter modernos, an posito fundamento mutuæ relationis in extremis eiusdem ordinis, ita necessario sequatur relatio, vt non possit vllo modo suspēdi: vel certè per absolutam Dei potentiam fluxus eius impediri, aut postquam iam fuit in extremis, ab eis separari, ita vt permaneant duo alba eiusdem intēsionis sine relatione similitudinis, aut generans, & genitum sine relatione paternitatis, & filiationis: & videtur posse separari præsupposita reali distinctione, quam tuemur, quia relatio insurgens non pertinet ad essentiam extremorum, etiam vt fundamētis relationis afficiuntur, nec enim ad essentiā generantis, & geniti etiam actu existētium pertinent paternitas, & filiatio, neque ad essentiam duorum alborum eiusdem gradus rela-

Ratio dubij pro separatione relationis a fundamēto.

330. tio similitudinis, cum in aperto sit hæc, & illa intelligi posse sine relationibus, sed naturaliter ac necessario sequuntur commēsurationem, vel fundamētum in vtroque positum eo modo, quo proprietas sequitur essentiam: quemadmodum ergo proprietas, quæ entitatem realem importat à subiecto distinctam, potest ab eo per diuinam potētiam separari, pari ratione poterit relatio, supposito, quod sit entitas realis à fundamēto distincta, separari ab extremis.

Simile.

Ex opposita vero parte tenent moderni plures, nec impediri posse fluxum relationis ab extremis fundamento proximo affectis, nec Probat. I.
postquam in eis producta est vllo modo separari, & primum probant, quia nequeunt extre- 331.
ma sic affecta sine relatione intelligi, vt quod duo corpora albedine in eodem gradu intensionis affecta similia non sint, intelligibile nō est, ergo nec erit possibile, quod ab eis non fluat relatio similitudinis, & par est ratio de cæteris relationibus cum suis fundamentis, atque extremis comparatis: quod vero postquā eis relatio inest separari ab eisdem nullo mo-
do valeat, ostendunt, quia relatio non est res, Probat. II.
sed modus extremorum sic se habentium in ordine ad aliud, at modus etiamsi ex natura rei distinguatur à re cuius est, nequit tamen si-
ne ea, vel separatus ab ea consistere, ergo nec 332.
relatio poterit ab extremis, quorum modus est separari, etiamsi ex natura rei ab eisdem ponatur distincta.

Ego vero mediam viam teneo, nempè fluxum relationis ab extremis etiam proximo fundamēto affectis impediri posse per potentiam Dei absolutam supposito quod ab eis ex natura rei sit distincta (vt superius docui) separari vero postquam in eis producta est, duobus modis excogitari potest. Primo, ita vt en-
titas relationis destruatur extremis sine illa 333.
permanētibus, secundo, ita vt non destruatur, sed ab eisdem separata conseruetur: & primū possibile reputo, postremum vero cōtradictionem implicare censeo.

Et duo illa priora de fluxu relationis, & distinctione eius postquam in extremis produ- Probat. prior.
cta est, hoc argumento ostendo: relatio est entitas completa, aut modalis distincta à funda-
mento, & consequenter ab extremis funda- Ratio.
mento affectis, & rursus est accidens eis superadditum, ergo sine illa non solum intelligi, sed consistere possunt: priorem partem antecedentis efficaciter probauimus in hac eadem quæstione, posterior vero ex se est manifesta, cum relatio distinctum prædicamentum constituat ab eo, in quo fundamenta collocantur, & ex vtraque euidenter infertur esse accidens superadditum extremis, etiam fundamento affectis, atque ex hoc tandem constat consecu-
tionis necessitas: etenim si relatio est entitas 334
realis distincta à fundamento, & genere, aut specie ab eo diuersa, plane sequitur sine illa posse fundamentum etiam in vtroque extremo existens intelligi, atque adeo sine illa esse.

Postre-

Posterior pars probatur nõ posse esse relationem sine extremis.

Postremum verò, quod relatio non possit sic ab extremis separari, vt separata ab eis consistat, sic probatur: intrinsecum est relationi referre vnum extremum alterum, non certè in potentia, vel aptitudine vt absq; fundamento nonnulli dixerunt existimantes relationem non semper actu referre, sed aptam semper esse ad referendum, cum tamen formalis eius atq; essentialis ratio esse ordinationem vnius
335. rei ad alteram, quod non aptitudinem, sed actum planè importat, ex quo deducitur intrinsecã habere dependentiã ab extremis, quæ actu referre debet, quare nequit ab eis separata consistere, sicut nec propria ratione essentiali carere, nihil enim separata ordinaret, nihil referret, ergo nec esset relatio.

Negandum est ergo (vt argumentum modernorum de fluxu nõ impediendo diluamus) extrema non posse intelligi fundamento affecta sine relatione, vt duo alba in eodem gradu sine similitudine: casu enim, quod fluxus relationis à Deo impediretur, intelligerentur similia, non formaliter, aut accidentaliter, sed
336. fundamentaliter tantum, ad formam ergo argumenti negandum est, extrema non posse intelligi sine similitudine formali, nam cum hęc sit superadditum accidens, & alterius prædicamenti, non potest esse de conceptu extremorum, at sine similitudine fundamentali intelligi nequeunt, sed hanc habebunt, etiam si formalis ab eis separetur, cum non sit aliud, quam fundamentum proximum in vtroque existens extremo.

QVAESTIO DECIMA-quinta.

An relationi conueniat habere contrarium.

Ratio dubitandi.

Circa contrarietatem contrarius sibi planè videtur Aristoteles, nam cum in prædicamento quantitatis designata proprietate, quod contrario careat, obiecisset ma-
337. gnum, & paruum quæ videntur opposita. Respondet, quod esto opposita sint, non vt quantitates, sed vt relationem important, hoc autem non est aliud, quam relationi aliquid esse contrarium admittere, quod expresse capite præsenti satis hisce verbis confirmat. *Inest autem, & contrarietas in his, quæ sunt ad aliquid.*

Arist. sic obijcit, & respondet.

Quod si quis velit non esse ab eo ex propria sententia, sed antiquorum prolata, consideret necesse est ea, quæ ex capite superiori attulimus, vbi ex propria loquebatur sententia.

Oppositam nihilominus partem *ad aliquid* contrario prorsus carere profitetur capite de quantitate, vbi de eisdem magno, & paruo sermonem protrahens, sic loquitur. *Siue aliquis ponat quanta esse hæc, siue non ponat, nihil est* 338.
in illis contrarium, quod enim non potest sumi per ipsum, sed ad alterum refertur, quo modo huic aliquid erit contrarium. Nec liberatur à contradictione Aristoteles, si dicamus his verbis non de contrarietate stricta loqui, sed laxiori, pro quacumque oppositione, nam si ità est, quomodo potest esse verum quod statim subiungit. *Non autem omnibus his, quæ sunt ad aliquid, insunt contraria, &c.* Cum exploratum sit qualemcunque oppositionem cunctis inesse relatiuis, in quorum essentia oppositio relatiua clauditur: veram item in relatiuis inesse contrarietatem testantur simile, & dissimile, quæ ex proprijs rationibus opponuntur, & quidem positiuis, nam dissimilitudo inter ea, quæ po- 339.
sitiuis afficiuntur qualitatibus reperitur, positiuorum autem oppositio, vel contraria est, vel relatiua, nam priuatiua, vel contradictoria nõ versantur inter positiua extrema, sed simile non opponitur dissimili oppositione relatiua, quæ inter extrema dumtaxat eiusdem relationis versatur, nempè inter relatiuum, & terminum, ad quem dirigitur, non inter diuersa relatiua, qualia sunt simile, & dissimile, ergo oppositio est verè contraria, & sic relatiuis erit aliquid contrarium, & quidem veris, & secundum esse vocatis, vt sunt simile, & dissimile: opponuntur quidem relatiuè (vt argumenti difficultatem aperiamus) album, & nigrum in quantum vnum ad aliud refertur sub ratione dissimilis, tanquam relatiuum, & terminus: opponuntur item in quantum album ad aliud album, nigrum verò ad album dirigitur, vel è diuerso, nigrum ad aliud nigrum, album verò ad nigrum, non vt extrema eiusdem relationis, quorum vnum refertur ad aliud, sed vt oppositis affecti relationibus similitudinis, & dissimilitudinis, oppositio igitur prior relatiua est, posterior non potest esse relatiua, vnde cum ex alia parte sit positiua, erit contraria, quam cum sola relatio constituat, sequitur contrarium verè, & propriè habere.

Vera sententia, & mens Arist.

De sententia Aristotelis dubitare non licet, cum ex propria loquutus sit in prædicamento quanti-

quantitatis affirmans ei, quod tale est, quia ad
340. alıud refertur nullum esse contrarium, capite autem præsenti ex aliena, Platonis videlicet, & aliorum Philosophorum sententia, qui talem definitionem tradiderunt, sub qua comprehenduntur qualitates contrarium habentes. Manifestam rem faciunt exempla huius proprietatis ab Aristotele producta de scientia, & ignorantia prauę quidem dispositionis, quæ error appellatur, de virtute item, & vitio, cōstat enim contrarietatē in his reperiri, quia qualitates sunt maximè distantes, ab eodemq; subiecto se se expellentes mutuo, non quia ad obiecta referuntur. Itaque Arist. vt illius definitionis insufficientiam proderet, hanc proprietatem relatiuis ab ea explicatis conuenire intulit, cum tamen longè absit à veris relatiuis, vnde statim subiecit, nō conuenire omnibus, exemplū in solis veris relatiuis designans

Exponit Arist. hisce verbis. *Non autem omnibus, quæ sunt ad aliquid insunt contraria, duplici enim nihil est contrarium, nec triplici, neque vlli talium.* In prædicamento autem quantitatis, dum asserit magnum, & paruum non esse talia ratione quantitatis, sed relationis, solum intendit contrarietatem à quantitate excludere, quod sufficiebat tunc ad soluendam obiectionē de magno,

Inter relatiua vera nulla est contrarietas. & paruo, nō relationi attribuere, cum ibidem tamen expressè statuat ex eo, quod vnum dicitur ad aliud, non posse habere contrarium.

Vera sententia statuitur, & satis fit opposita.

Probat à definitione. VEritas tamen indubitata esse debet, non esse inter vera relatiua propriam contrarietatem, quod duplici ratione ostendo.

Contraria sunt (vt capite præcedenti vidimus) quæ sub eodem genere posita mutuo se expellunt ab eodem subiecto, itaque contraria subiectum per se respiciunt, relatio verò
341. non respicit subiectū formaliter, licet verè in subiecto realiter inhæreat, sed terminum, ad quem dirigitur subiectum, vnde fit adhuc inter accidentia in abstracto significata, vt inter duas albedines reperiri similitudinem posse, & inter albedinem, & nigredinem, nō certè propter ordinem ad subiectum, sed ad terminos eiusdem, vel diuersæ rationis: contrarietatem verò non nisi ex comparatione ad idem subiectum, & hoc procul dubio est, quod Aristoteles in prædicamento quantitatis sibi voluit, dum asseruit, ex eo quod vnum ad aliud refertur, non habere contrarium.

Probatur II. Secundo, quia vt idem Aristoteles docuit quinto metaphysicæ cap 15 vnitas in substantia facit idem, diuersitas diuersum, in quantitate æquale, vel inæquale, in qualitate simile, vel dissimile, quemadmodum ergo specifica diuersitas in substantia fundat relationem diuersitatis, sic in qualitate relationem dissimilitudinis., itaque sola diuersitas specifica qualitatum constituere valet dissimilitudinem, siue contrariæ sint qualitates, vel solum diuersæ, idque experientia compertum est in coloribus diuersis minime tamen contrarijs, qui, & dissimiles esse dicuntur, & subiecta, in quibus inhærent, dissimilia efficiunt, vt de pallido, & viridi colore, multisq; alijs notum est.

Ad argumentum resp. Vnde ad formam argumenti dicimus, simile, & dissimile non esse opposita relatiua, vel contraria oppositione, sed solum diuersa in qualitate, quod si aliquando in qualitatibus 342.
contrarijs fundantur, per accidens contingit, non enim qualitates contrariæ ex ipsa ratione contrarietatis dissimilitudinis fundamenta sunt, sed sola diuersitas eas dissimiles efficit, ita vt verè essent dissimiles, etiam si non essent contrariæ, atque ex consequenti subiecta, quibus insunt. Vnde intelligitur simile, & dissimile nō esse cōtraria in quantū relatiua, nam, etsi contraria essent, in solis qualitatibus contrarijs inuenirētur: & certè in eodē simul subiecto essent contraria in summo gradu, cū album maximæ intensionis summā habeat cum albo eiusdē intensionis similitudinem, & cum nigro intensissimo summā dissimilitudinem. Nec tollitur inconueniens hoc si dicatur, respectu diuersorum, vel ratione diuersa contraria in summo gradu posse in eodē reperiri, nā contrarietas, cum subiectū respiciat, absoluta res est, & propterea vnum tantū subiectum respicere potest quodlibet contrarium, à quo vicissim se expellant, vnde ex propria conditione naturali contrariorum simul esse in eodem subiecto intensissimè repugnat.

Infertur contra P. Tolet. Ex quibus infertur, nec admittendum esse de veris relatiuis, quod cōtrarium habeant ratione fundamenti, vt P. Tol. in expositione textus admittit, nam licet aliquando contraria esse contingat diuersarū relationū fundamenta, vt similitudinis, & dissimilitudinis, per accidens contingit, & impertinens est omnino 343.
contrarietas ad rationē dissimilitudinis, cum ex sola extremorum diuersitate haberetur,

etiamsi

etiamsi contraria non essent, vnde fit, vt fundamentorum contrarietas nullo prorsus modo in relationem refundatur, quemadmodum non refunditur in relationem, substantialis, vel quantitatiua ratio fundamenti, ita vt ratione fundamenti dicamus relatiua esse substantias, vel quantitates, eiusmodi enim adeò
344 sunt respectu relationis materialia, vt extra rationem eius formalem prorsus sint, pari ergo ratione de contrarietate fundamentorũ censendum extra rationem relationis esse, ideò nullo modo in relationem ipsam redundare: quare melius loquuntur Albertus Magnus tractatu de prædicamento *Ad Aliquid*, Caietanus in expositione huius proprietatis, & expositores cęteri negantes vllo modo conuenire hanc proprietatem relatiuis.

QVAESTIO DECIMASEXTA.

An ea, quæ sunt ad aliquid, magis minusue suscipiant.

Ratio dubitandi I. GRauiorem dubitandi rationem habet, an proprietas hæc relationi conueniat (vt docere videtur Aristoteles) nam si verum est contrario carere (vt in præcedenti dubio constitutum est) incunctanter sequitur, non suscipere magis, & minus, nam ex maiori, vel minori admixtione contrarij procedit similis variatio, in quibuscunque repetitur.

II. Ratio. Secundo, magis, & minus sunt aduerbia intensionis, & remissionis: quemadmodum maius, & minus extensionis: relatio autem ex propria conditione non intenditur, vel remittitur, ergo nec magis, minusue suscipiet, minor ostenditur, quia remissio, vel intensio accidentis non fit nisi in ordine ad subiectum, in quantum magis de potentia eius educitur, relatio autem non respicit formaliter subiectum, etiamsi re ipsa in eo sit, sed terminum: ergo sub formali ratione relationis non est capax intensionis, vel remissionis, nec magis habebit, vel minus

Alberti sententia. Propter hæc Albertus Magnus tractatu de prædicamento *Ad Aliquid*, cap. 5 sentit, relatiua secundum dici posse suscipere magis, & minus, illa vero, quorum totum suum esse est
345 ad aliud se habere, nullo modo: placet verba Alberti referre, qui sic loquitur: *Hoc autem proprium non omnibus relatiuis conuenit, non enim relatiua suscipiunt magis, & minus, nisi ea solum, quæ secundum modum, & non secundum totum suum esse sunt relatiua*: Hæc ille, quarum exempla in æqualitate, & similitudine designat, quas vult relatiua esse secundum dici, quia aliquid absolutum ponunt, nempè quantitatem, & qualitatem, quam referunt ad aliud: quare totum esse similis, vel æqualis nõ est ad aliud, nec propterea secundum esse appellari debet.

Huius etiam sententiæ videtur esse D. Thom. 1. 2. quæstion. 82. art. 4. in corpore, vbi de peccato originali loquens, quod ex ordine ad peccatum primi parentis culpæ rationem habet, æquale esse in cunctis paruulis affirmat, & pro ratione affert, relationem non suscipere magis, & minus.

Opposit am partem statuit Aristoteles his verbis: *Videntur autem, & magis, & minus suscipere, simile enim, & dissimile magis, & minus dicitur, & æquale, & inæquale, cum vtrumque sit ad aliquid, &c.* Ex propria autẽ sententia prolata esse conuincunt præfata exempla similis, & dissimilis, & æqualis, de quibus singularis est, & falsa Alberti sententia, quod non sint relatiua secundum esse, cum talia ab vniuersa schola habeantur, & merito, cum nihil absolutum importent nisi pro fundamento, quod si id sufficeret, vt relatiua secundum dici appellentur, sequitur planè nullum relatiuum esse secundum esse, nam vniuersa fundantur in re aliqua absoluta, vt exemplaris inductio de patre, & filio, duplo, subduplo, eodem, & diuerso, mensurabili, & mensura conuincit. — Arist. sent. — 346.

Ac propterea aliorum interpretum turba distinctione quadam vtuntur, relationem accipientes ex parte rationis formalis, & fundamenti, & quidem sub priori consideratione negant penitus vllũ esse relatiuum, quod magis, minusue suscipiat propter rationes à nobis in principio positas, propter fundamentum verò, id habere plura docent, nec tamen id esse sic accipiendum, vt solum relationes suscipiant magis, & minus, quarũ fundamentis talis proprietas conuenit: nam quantitas non suscipit, & tamen æqualitas in illa fundata suscipere potest absq; dubio: & rursus in his fundamentis, quæ magis, & minus suscipiunt, vt sunt albedo, & nigredo, contingit relationẽ tunc intendi, quando fundamentum remittitur, vt si duo sint alba, vnum, vt quatuor, aliud vt tria. — Quorundã sententia. — 347.

vt tria, remissa in primo albedine vsq; ad tertium gradum intenditur similitudo, cum magis similia sint, dum in eodem gradu albedinem participant. Et simile exemplum produci potest de æquali, & inæquali, quapropter sic esse intelligendum docent, relationem magis, & minus suscipere ratione fundamenti, vt aliqua sit in eo variatio requisita, vt magis, & minus in relatione reperiatur, non tamen censent necessarium esse, vt fundamento similis

Caiet. sent. proprietas semper conueniat: sic sentit Caietanus, qui egregiè rem explicat, quem sequuntur Magister Sotus quæst. 2. huius prædicamenti P. Tolet. dubio 1. circa textus expositionem, & plerique alij.

Canteri sententia. At Doctor Canterus inter exponendã hanc proprietatem aliter sentit, nempè simile, & æquale duobus modis vsurpari, vel iuxta veritatem rei, & sic non suscipiunt magis, vel mi-

348. nus, nec ratione sui, nec fundamenti, quia in quadam indiuisibili commensuratione consistunt, æquale enim verè illud solum dicitur, quod in eadẽ mensura quantitatis cum alio, ad quod refertur, consistit, cuius signum est, quod quantumlibet minima parte ablata ab vno, vel altero extremo æqualitas soluitur: ac pari ratione similia ea dumtaxat sunt, quæ nõ solum in qualitate, sed in gradu illius indiuisibili conueniunt, adeò vt si altero existente albo, vt tria, aliud parum ab eodem gradu abfuerit, dissimilia potius sint. Secundo modo æquale, & simile accipiuntur iuxta vulgarem modum loquendi, qui parum pro nihil reputans, æqualia, vel similia appellat, quæ in gradu, vel quantitate æquali consistunt, vel certè parum ab ea distant, ergo conditione æqualitatis, vel similitudinis spectata dicendũ est ea, quæ sunt *Ad Aliquid*, non suscipere magis, vel minus vllo modo, sed dum dicimus aliqua esse magis, minusúe similia, vulgi opinionem sequimur, oppositum esse secundùm verita-

349. tem sentiendũ arbitrantes: vnde hanc, & præcedentem proprietatem non attulit Aristoteles, vt eam relationi ex propria mente attribueret, sed tanquam incommoda, vel absurda ex definitione antiquorum inferenda, nam cum naturæ eorum, quæ sunt *Ad Aliquid*, repugnet contrarietas, atque etiam graduum susceptio, multis tamen relatiuis ab ea comprehensis vtraque proprietas conuenit, his inquam, quæ verè sunt absoluta, aliqualem nihilominus respectum important, in quibus exempla primæ proprietatis produxit Aristoteles, secundæ vero in simili, & æquali, non iuxta propriam naturã ea accipiens, sed iuxta modum dicendi vulgarem.

Propriam sententiam confirmat: quia æquale, & simile consistunt in vnitate quantitatis, & qualitatis asserente Arist. 5. metaph. cap. 15. vnitas in substantia facit idem, in qualitate simile, in quantitate æquale, sed vnitas importat rationem indiuisibilem, ita vt excessum, vel defectum nullum patiatur, nam si parum vna res ab alia in quantitate, vel qualitate exceditur, vnitas earum soluitur, fundamentum relationis deficit, atque ex consequenti relatio perijt, perseuerare tamen adhuc vulgus credit, indiuisibilem modum vnitatis non attendens. Confirm.

Hunc modum dicendi nonnulli ex modernis sequuntur, cui ego libenter subscriberem, nisi duo aduersus illum haberem, quæ non solui facilè possunt: alterũ est, quia licet æqualitatis natura in indiuisibili posita sit, minimè tamen similitudo, quæ ex propria ipsius nominis significatione duorum conuenientiam in qualitate importat, non quidem indiuisibilem: sed iuxta eiusdem qualitatis naturam similitudinem habentem, ita vt quo maior fuerit conuenientia, eo perfectior similitudo futura sit, idque à rebus spiritualibus ducto argumento ostendi potest, in quibus iusti homines, ac Dei amici similes sunt, in amicitia Dei communicantes: item similis est eorum quisque Deo propter eiusdem iustitiæ participationem, & quo magis in eadem crescunt amicitia, magis Deo efficiuntur similes, vt de beatis testatur D. Ioan. 3 cap. in sua canonica dicens: *Nunc Filij Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus, cum enim apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est*: ex quibus manifestè elicitur magis, & minus suscipere similia, non solũ vulgari modo, sed iuxta propriam conditionem. Impugnatur ob duo. 350.

Quod etiam euidenter (mea quidem sententia) probatur secundo de inæquali & dissimili, nam etiamsi in indiuisibili consisterent similia, sicut æqualia, negari nulla ratione potest ex ipsa natura rei inæqualia, ac dissimilia esse altero eorum ab illa indiuisibili mensura deficiente, & magis dissimilia, quo magis deficit, etiamsi æqualia sint duo corpora eiusdẽ mensuræ, inæqualia erunt minima quadam parte ab altero ablata, & si maior auferatur, magis erunt inæqualia, similia item sunt, si in eodem gradu indiuisibili qualitatis conueniant, à quo si parum Impugnatur II. 351.

si parum discreparit alterum, dissimilia statim fiunt, & si magis discrepet, magis dissimilia: necesse est ergo de dissimili saltem, & inæquali fateri, quod magis, minusue suscipiant.

Confirm. Et confirmatur: quia certum est quantitatem, & qualitatem esse in infinitum diuisibiles: illam secundum partes extensionis, hanc secundum gradualem intensionem, quæro ergo ab autoribus vltimæ sententiæ, an deficere ab illo gradu, vel mensura indiuisibili, in qua fundantur æqualitas, & similitudo, consistat etiam in indiuisibili, vel non, si enim affirmatiuè respondeant, statim infero duo indiuisibilia esse immediate: nam si gradus ille indiuisibilis est, & infra illum immediatè est alius etiam indiuisibilis, in quo dissimilitudo fundatur, duo erunt sibi proxima indiuisibilia: si vero respondeant id, quod necessario dicendum est, nempè qualitatem, vel quantitatem eo gradu inferiorem esse diuisibilem: nō erit designabilis proxima pars, ad quam decli-
352. nans alterum extremum fiat inæquale, vel dissimile, nam signata quacunque diuisibilis est, atque adeò vna eius medietas proximior altera, & sic de illa vsque in infinitum: planè ergo sequitur latitudinem habere id, quod est, ab indiuisibili mensura æqualitatem, vel similitudinem fundante deficere, & cum ex defectu fiant res inæquales, aut dissimiles, non minus efficaciter infertur latitudinem habere relationes ipsas inæqualitatis, ac dissimilitudinis, quæ cum sint relationes secundum esse, non poterit omnino negari veras relationes magis, minusue suscipere.

Prædicta est Caiet. sententia. Et ita sentiendum est cum communi sententia Caietani, & aliorum, quæ absque dubio est Aristotelis, vt verba textus iam à nobis recensita conuincunt, distinguit autem Caietanus illud, quod est magis, vel minus suscipere in physicum, & logicum: & physicum appellat, quod ex contrarijs admixtione per motum physicum facta procedit, logicum vero non aliud esse dicit, quam cum his aduerbijs magis, & minus prædicari similia, & æqualia. Verumtamen cum logicæ prædicationes in ipsa rerum natura fundentur, si magis, & minus in prædicatione suscipiunt, re ipsa eadem suscipere necesse est, oportebit igitur explicare, qualis nā sit realis ista latitudo, in qua fundantur prædicationes, nam si realis est, physicam mox esse necessariam videtur.

Distinctionem aliam adhibendam censemus, vt rem conficiamus. Magis, & minus bifariam accipitur, communi quadam, atq; impropria ratione, quo pacto quibuscunque ferè rebus adaptatur, in quantum variabiles sunt secundum aliquam perfectionem maiorem sui generis, vel ordinis, vt vnum corpus magis esse propinquum alteri, vel minus dicimus, in quantum magis, vel minus ab eo distat secundum locum, inter substantias vnā esse magis perfectam, vel minus altera, in quantum ad perfectissimam sui ordinis appropinquat, magis, vel minus perfectam esse actionē iuxta maiorem perfectionem principij, à quo procedit, & termini, in quem dirigitur: & in moralibus iuxta maiorem perfectionem obiecti, vel circumstantiarum: & iuxta hanc vniuersalem acceptionem magis, & minus dicuntur similia, quæ in pluribus conueniunt, vel certè plus in vno aliquo, minus vero similia, si in paucioribus, aut minus in eodem, magis item inæqualia, quo magis secundum quantitatem distant. Alia est acceptio propria *Magis & minus*, pro maiori, vèl minori intensione graduali alicuius formæ à diuersis participatæ, vel ab eodē diuersis temporibus, & eiusmodi susceptio graduum ex maiori, vel minori contrariorum permixtione procedit, non quorumcunque, sed actiuorum, quę circa eandem subiecti partem permiscentur, nam intensio, & remissio circa eandem partem subiecti fit, à qua contraria ipsa paulatim se se expellunt, & secundum hanc acceptionem solis qualitatibus conuenit. Primis quidem, vt calori, frigori, humori, ac siccitati, per se primo, secundis vero, vt albedini, nigredini, & cæteris, ratione primarum, ex quarum admixtione fiunt, quemadmodum solis qualitatibus conuenit habere contrarium.

Adhibetur distinctio.

353.

Explicatur propria sententia.

I. Assertio propriæ sententiæ. QVibus expositis, his tribus assertionibus explicatur nostra sententia.

Prima est, si magis, & minus propriè accipiantur pro graduum susceptione, nō conuenit eis, quæ sunt *Ad Aliquid*, neque ratione sui, nec ratione fundamenti: si quidē contrario carent, ex cuius admixtione procedit. 354.

II. Assert. Secunda assertio: magis, & minus non pro vera graduum susceptione accepta, sed pro quacunq; variatione alicuius maioris, vel minoris perfectionis, vndecunque procedentis, veris relatiuis possunt attribui, non quidē tan-

quam proprietas, sed vt communis denominatio accidentalis.

Probatur. Probatur hæc vltima pars, quia nec omni relationi conuenit, vt ostendunt duplum, subduplum, pater, filius & similia, neque eis solis, sed multis alijs diuersorum prædicamentorum rebus, vt diuersis exemplis probauimus, quapropter ad communem accidentalem denominationem refertur.

III. Assert. Postrema assertio. Adhuc isto modo accepta *magis, & minus*, non conueniunt his, quæ sunt. *Ad Aliquid*, ratione sui præcisè, sed ex variatione aliqua fundamenti, itaq; non suscipit magis, & minus relatio, quia eadem suscipiat fundamentum, vt bene Caietanus, cum oppositum semper contingat, sed quia aliquo modo variatur, aut secundum veram intensionem, vel etiam remissionem, interdũ verò secundũ extensionem, vel quolibet alio modo.

355.

Satisfit argumentis oppositis. Argumenta autem in principio posita procedunt de *Magis, & minus* pro vera susceptione graduali, quo pacto admittimus eis solis esse attribuenda, in quibus vera est contrarietas, qua relatiua carent, & ita simili graduum susceptione carere censendum est. Alia vero impropria eorundem aduerbiorum acceptio eis conuenit comparatione quidem terminorũ, non tamen sine aliqua variatione fundamenti, nam similis modus suscipiendi magis, & minus ex varijs causis prouenire solet.

CAPVT OCTAVVM.

Continens prædicamentum qualitatis.

TEXTVS ARIST.

QValitatem vero dico, secundum quam quales quidã esse dicuntur, est autẽ qualitas, eorum, quæ multipliciter dicuntur, &c.

TEXTVS EXPOSITIO.

1. Totius capitis diuisio. *QVinq; præstantur ab Aristotele de qualitate capite præsenti, vt sensus literæ dilucidior fiat: qualitas sub nomine abstracto definitur: species eius recensentur, sigillatimq; explicantur: eadem deinde qualitas sub concreto nomine, qualis, describitur: quarto loco proprietates eius designantur: ac postremo dubium quoddam distinctionem qualitatis à prædicamento ad aliquid postulans proponitur, & dissoluitur.*

Primo igitur qualitatem, ait Aristoteles, esse secundum quam denominamur quales: talis est albedo, à qua albus, quispiam dicitur, etenim si interroges, quale est corpus, albedine, vel nigredine designatum, aptissimè respondemus dicentes, esse album, nigrum, alióue colore affectum. Expositio definitionis.

Qualitas de his est, quæ multipliciter dicuntur, ait Aristoteles, non quidem æquiuoce, vt de cane dicere solemus, sed nec analogice, vt de ente protulit idẽ Aristoteles quarto metaphysicæ, textu secundo, sed tanquam genus, cui multæ sunt species, de quibus secundum quandam inæqualitatem differentiarum idcirco dicitur, quia propter inæqualem earum perfectionem, secundum maiorem, vel minorem participatur, & hinc procedit multiplicitas cuiusq; generis respectu specierum, vniuocationem eius non tollens, cum à cunctis sit eius natura abstrahibilis simpliciter, vt in animali, vel colore cernimus, ob hanc igitur inæqualitatem multiplicem esse qualitatẽ protulit Aristoteles, quanquam verum sit genus cum suis speciebus comparata. Ex quibus prima est habitus, & dispositio, subalterna quidem, sub qua multi habitus specie diuersi, multa item dispositiones cõtinentur, & quia subalternæ etiam sunt species reliquæ, modo genera, modo species ab Aristotele vocantur, vt benè adnotarunt Ammonius, & Simplicius in commentarijs huius capitis: exempla dispositionis vult esse Aristoteles calorem, & frigiditatẽ, habitus vero scientias, atq; virtutes, vt est philosophia, aut dialectica, temperantia, atque fortitudo. Explanatio 1 speciei.

Sed discrimen inter habitum, & dispositionem designat statim, vt facilius propria vtriusq; ratio percipiatur: habitum, ait, esse qualitatem difficile mobilem, vel separabilem à subiecto, in quo semel inhæserit, dispositionem

4. *tionem verò facilè mobilem: scientiæ, & virtutes habitus propterea vocantur, quia diuturnæ sunt qualitates, nā etiamsi mediocriter quispiam scientiam aliquam comparauerit, non facilè ab ea remouebitur, nisi aliqua forte magni momenti causa intercedente, vt grauis aliqua infirmitate, vel alia simili: dispositiones verò facilius dimouentur, vt calor, frigiditas, sanitas, aut ægritudo, quanquam raro eiusmodi contingat ob temporis diuturnitatem penè immobiliter inhærere, & quasi in naturam conuerti, vt in nonnullis infirmitatibus cernimus, quæ sic in subiecto radicantur, vt difficile, vel quasi impossibile sit ab eo separari, talis est ethica confirmata, dum in Physicam transit. Comparat statim Aristoteles cum dispositione habitum, atq; habitū quemlibet quandā dispositionem esse, nam habentem habitum benè dispositū esse dicimus circa illam materiam, in qua habitus versatur, vt circa materiam temperantiæ, dum quispiam habitum huius virtutis comparauit: non tamen quæcunq; dispositio, imo nulla habitus iure appellari potest: qua comparatione iuxta communem interpretum sententiam non obscure innuit Aristoteles duplicem acceptionem dispositionis, communem quidem, & specialem: posteriori modo sumpta ab habitu distinguitur, priori verò commune quid est vtriq;, an verò tanquam genus diuersis speciebus, vel alio modo, non est nunc definiendum.*

II. Genus qualitatis. *Secundum genus qualitatis est potentia, vel impotentia, secundum quam naturalem habent quidam inclinationem, seu aptitudinem ad aliquem actum, vel exercitium, alij verò ex opposito inepti sunt, vt pugillatores, & cursores dicuntur nōnulli, quia aptitudine naturali præditi sunt ad facilè exercendos tales actus, sanatiui item, vel salubres, quia contrarijs fortiter resistunt, ita vt nō facilè infirmitatibus subijciantur, alij verò insalubres, quia facilè à contrarijs patiuntur, & ferè semper aliqua detinentur infirmitate, ac propterea valetudinarij vocātur: ad naturalem item potentiam refertur durū fortiter sectioni resistens, molle ad impotentiam, quia facilè cedit: videri autē alicui*

5. *posset naturalem potentiam cū dispositione coincidere, quia non apparet aliud esse naturalem potentiam ad aliquem actū exercendum, quam benè esse dispositum in ordine ad illum, vt ad cursum vel luctam, & hoc idem habet per potentiam, ideò Aristoteles separat vtrumq; dicens aptitudinem ad tales actus, quæ vocatur potentia, quasi naturalem esse inclinationem, aut vim, non dispositionem, quibus verbis innuit dispositione esse quasi acquisitam aptitudinem.*

Exemplū. *Manifesta fit res in eodem exemplo cursus, vel luctæ, est enim duplex aptitudo ad eiusmodi actus exercendos, vna per actus* 6 *ipsos comparata (aptior enim quisq; fit, quo frequentiorem habet eorum vsum) quæ præter aptitudo naturæ insita his potius, quā in alijs robore, dexteritate naturali membrorumq; agilitate præditis ad eosdem actus exercendos: prior igitur per actus comparata, dispositio appellatur, posterior verò, quam natura dedit, naturalis potentia.*

III Species qualitatis. *Tertia species qualitatis est passio, & passibilis qualitas, cuiusmodi sunt dulcedo, amaritudo, & similes: albedo item, & nigredo, frigiditas, & calor, de quibus vtrumq; ostendit Aristoteles, & quod qualitates sint, & quod passibiles, vel passiones: primū quidem ex superius tradita definitione qualitatis: qualitas est qua quales esse dicimur, sed mel vocatur dulce à sibi inhærēte dulcedine, corpus album ab albedine, sicq; res se habet in cæteris huiusmodi, ergo verè sunt qualitates.*

Secundum verò difficilius est, quod idcirco 7. *pluribus verbis, atq; exemplis explicat Aristoteles, nos verò eius mentem aperiemus adnotantes: passibile à passione dictum quatuor modis esse considerabile: tribus quidem primis sub ratione causæ triplicis generis, materialis, formalis, & efficientis, postremo sub ratione effectus.*

Primo modo dicitur passibile. *Primo dicitur passibile secundum genus causæ materialis subiectum, quod patitur, vt lignum, in quantum combustibile, hoc est, in quantum calorem recipere potest, cuius receptio passio propriè dicitur, cū illud ad corruptionem disponat.*

Secundo, passibile aliquid appellamus *in genere*

in genere causæ formalis, si sit forma, cuius receptio propriè dicitur passio, vt calor, & frigus dicuntur hoc modo passibiles, quia passio est eorum receptio in subiecto, vel subiectum eosdem recipiens proprio modo pati dicitur.

Tertio, in genere causæ efficientis illud dicitur passibile, quod effectiuè causat passionem, vt calor in igne existens passibilis vocatur, in quantum causatiuus est passionis in 8. *ligno, etenim, dum illud comburens calefacit, effectiue causat in eo passionem, nempè receptionem caloris à se producti, atq; in eodem ligno recepti.*

Postremo dicitur aliquid passibile non tanquam causa passionis, sed tanquam effectus ex ea subsecutus, talis est albedo in cera causata ex nimio calore solis, & nigredo etiam in homine. Sed duobus adhuc modis causari contingit ex passione aliquid, permanenti 9. *quidem, seu durabili, vel cito transeunte, iuxta primum modū causatur albedo in cera ex assiduo calore solis, & iuxta secundum candor, aut rubor in ferro ex calefactione ignis cito transeunte: ex his quatuor modis passibilis notum est primum non conuenire qualitati, cum non sit subiectum, quod ex receptione alterius qualitatis patiatur, sed soli substantiæ quadrare potest: nec secundus modus vniuersaliter conuenit qualitatibus in ea receptis, vel inhærentibus, quia multa sunt ex quarū receptione, vel inhæsione, vel nihil pati dicitur, vel certè non propriè, nam* 10. *vel naturaliter sunt in eo congenita, vel per receptionem earum non disponitur ad corruptionem, sed perficitur: prior cōditio cernitur in dulcedine mellis, ex cuius inhæsione nihil patitur, posterior in luce, quæ absq; aliqua passione propria fit in aere, vtpote ipsum ad corruptionem minimè disponens: supersunt tertius, & quartus modus passibilis, iuxta quos hæc tertia species passionis, & passibilis qualitatis constituitur: nam passibiles qualitates appellantur, quæ aliquam passionem efficiunt in sensum, vt sapor in gustum, & primæ qualitates circa sensum tactus, nempè calor, frigiditas cum cæteris, vel quæ sunt effectus alicuius passionis, inter qualitates vero, quæ sunt effectus passionis, id est, discriminis, quod si permanentes sint, subiectum simpliciter afficiunt, vel qualificant, seu denominant, & ideò denominationem qualitatis absolutæ locutione suscipiunt, ac* 11. *propterea vocantur qualitates passibiles si verò sint cito transeuntes, non afficiunt subiectum simpliciter, sed in quodam transitu: non attingunt absolutam rationem qualitatis, & hac de causa non vocantur qualitates passibiles sed passiones, ostendunt præfatum discrimen naturalis rubor, quem quispiam ab ipso ortu congenitum habet, & qui ex verecundia in facie ostenditur: nam à primo rubens appellatur, nequaquam à postremo, sed potius ruborem passus, vnde fit, vt ille passibilis qualitas, hic vero passio dumtaxat appelletur: & vt paucis nobis discrimen inter passionem, & passibilem qualitatem ostendat Aristoteles, ait, qualitatem ex passione procedentē naturali, vel ab extrinseco illatā, si in subiecto radicata perseueret,* 12. *appellari passibilem qualitatem, si vero continuo transeat, non nisi passionem, & tota ratio discriminis est diuersus modus afficiendi subiectum, nempè sub conditione permanenti, vel mox transeunti: hinc namq; procedit absoluta denominatio qualitatis passibilis, vel non nisi cum addito diminuente, breuis enim transitus eam denegare facit à dignitate qualitatis, demittitq; ad infimam conditionem passionis, vtriusque autem exempla non solum in qualitatibus corporis, sed in passionibus animæ designat: nam iracundos vocamus eos, quibus à natiuitate inest passio iræ: quos vero motus iræ subito rapit, non nisi iram passos: vnde ira pertinet ad passibilem qualitatem, motus eius mox transiens potius ad passionem: & hæc est gemina tertiæ huius speciei expositio, ex qua sensus Aristotelis liquet, & etiam exempla ab eo designata manifesta fiunt.*

Vltimum genus qualitatis est forma, & IIII. Species. *figura: quod verbis non nihil diuersis continetur in vtraq; translatione Boetij, & Argyropili: Boetius enim sic transtulit:* Quartum verò genus qualitatis est forma, &

circa

circa aliquid constans figura. *Quæ verba duplicē sensum habere posse docuit Caietan. primum, ita vt participium, constans figurā determinet: & tunc circa aliquid constans figura idem sonat, ac si diceretur figura constans circa aliquid, quia figura suis constat terminis circa substantiam, postremum, ita vt non figuram, sed verbum, aliquid, determinet: ac si dicatur figura circa aliquam rē constantem, vel solidam ad distinctionem liquidæ, nam id est discriminis inter rem liquidam, vt aquam, & solidam, vt lignum, vel lapidem, quod hæc propriam habet figuram, nequaquam illa, sed figura aliena terminatur, dolij videlicet, seu alterius vasis, vt igitur innueret Aristoteles se de propria rei figura loqui verba illa adiecit* circa aliquid constans figura.

Versio Argyrophili. *Argyropilus vero simplicius, clariusque eadem verba ex græco sic vertit:* Quartum qualitatis genus est figura, & ea quæ circa vnumquodque est forma. *Quæ difficultatem penitus tollunt, & nihil mysterij in verbis alterius translationis quærendum esse ostendunt, sed accipienda esse in sensu priori, ita vt non aliud, quam formam, vel figuram cuiusque rei explicare velint absque aliqua distinctione rei liquidæ, vel solidæ, quæ ad præsens institutum impertinēs est: exempla huius speciei apponit Aristoteles in rectitudine, & curuitate, quibus addere possumus sphæricum, & planum, cathedram, statuam, &c. An vero figura, & forma nominibus eadem, vel diuersa qualitas intelligatur, & quid vna quæque sit speciale petit dubium postea discutiendum.*

14\.

Dubium.

Interim aliud circa hanc speciem postremam excitat Aristoteles de raro, & denso, æspero & leni an qualitates sint sub ea reposita, apparet enim quādam figuræ, vel formæ similitudinem habere: cui re melius considerata respondetur non esse qualitates, nec proinde ad hoc prædicamentum pertinere, sed quandam partium positionem importare, nā densum non est aliud, quam partes sibimet propinquas habens, rarum vero magis inter se se distantes: asperum, cuius quædam partes eminentes sunt, aliæ humiles, lene, cuius omnes sunt quasi æqualiter posita.

15\.

Definita qualitate in abstracto, eiusque speciebus recensitis, atque explicatis, definit eandem in concreto sub nomine qualis, quod ea de causa fecisse censendum est, quia accidentia magis nobis innotescunt subiectis, quibus insunt cognitis, concretum autem qualitatis formam significans, subiectum cōnotat, ideò non parum confert eius explicatio ad melius intelligendam eiusdem qualitatis, ac specierum eius naturam. Qualia igitur, ait, esse, quæ secundum hæc denominatiue dicuntur, vel quomodolibet aliter ab his: quam definitionem sic esse explicandam censemus. Definitio qualitatis in cōcreto. 16.

Duobus modis contigit aliquid tale dici ab aliqua forma, re, & nomine, aliquando re tantum, nequaquam nomine re, & nomine dicitur, quando forma significatur nomine denominatiuo: vt enim in antepradicamentis vidimus, denominatiua sunt, quæ ab aliquo appellationem habet, à quo solo casu differunt, vt albus ab albedine, in quibus denominatio fit à forma eodem modo significata, atque adeò suo modo ab vtroque, sed re sola fieri contingit ex duplici defectu, vel quia non est impositum nomen ad significandam formam denominantem, vel certe si impositum sit, non conuenit cum nomine denominatiuo, ob priorem defectum cursor, aut pugillator re sola denominantur à potentia, vel aptitudine exercendi eiusmodi actus, cui nō est proprium nomen impositum, non enim dicitur pugillator quispiam, vel cursor ab actu sed à potentia in secunda specie qualitatis posita, vt eam exponentes docuimus: ob defectum posteriorem à virtute non dicitur virtuosus, sed studiosus (vt inter explicandam descriptionem denominatiuorum loco citato adnotauimus) satis est ergo vno ex his modis aliquid à qualitate denominari, vt quale sit, ac dicatur, ac propterea Aristoteles I. verbo definitionis, nempe: qualia sunt, quæ secundum hæc denominatiuè dicuntur: *primum modum sumendi ab aliquo appellationem indicare voluit: vltima vero,* vel quomodolibet aliter ab ijs *modum posteriorem, quo re sola subiectum denominatur quale à forma: siue id ex vno, siue ex alio de-* Nota. 17.

fectu proueniat, qualificatio enim, quam for- 18. ma accidentalis huius prædicamenti cõfert subiecto, non tam in significatione eisdem nominis posita est, quam in vera, ac reali inhæsione, à qua realis denominatio procedit.

Proprietates qualitatis.

Naturam qualitatis (siue in abstracto, vel in concreto accipiatur) sequuntur tres proprietates, quarum prima est habere contrarium, calor frigori contrarius est, & iustitia contrariè iniustitiæ opponitur: album itē in concretis contrarium est nigro, nec tamen hanc proprietatem vniuersis conuenire qualitatibus, ait Aristoteles, nam rubro, vel pallido, cæterisq; coloribus medijs nihil prorsus contrarium est.

Illatio Arist.

Infert ex hac proprietate Aristoteles, vniuersaliter verum esse, si vnum contrario- 19 rum quale est, alterum quale etiam esse oportere, ita vt necesse non sit alia prædicamenta ad illud inueniendum percurrere, sed intra idem prædicamentum qualitatis quærendum esse: quod crediderim in natura contrariorum fundari, vt ex propria eorum definitione euidenter colligitur: contraria sunt, quæ sub eodem genere posita maximè distant, & ab eodem subiecto mutuo se se expellunt, si ergo vnum sit sub genere qualitatis, alterum sub eodem esse oportebit.

Vnde infero corollarium hoc, non esse inter proprietates qualitatis connumerandum, vt voluit Caietanus in eius expositione præter omnium expositorum sententiam affirmans quatuor esse proprietates qualitatis, cum tres duntaxat vniuersi ponant, & si argumentum constitutum efficaciter probat in ipsa contrarietatis natura fundari, necessa- 20 ria erit consecutio in quibuscunque contrarijs, si vnum ad tale spectat prædicamentum, sub eodem collocari alterum, vt si de prædicamento, vbi, sermo sit, necessario elicitur sub eo genere collocari infimum vbi, eo ipso, quod supremum, cui contrarie opponitur, ibidem collocatur: vnde non erit proprium simpliciter qualitati, sed cunctis contrarijs commune: veruntamen quia perfecta contrarietas in solo prædicamento qualitatis reperitur: idcirco Aristoteles singulare etiam in genere qualitatis esse merito affirmat sub eo collocari vtrumque contrarium, si vnum eorum in eo fuerit positum.

II. Proprietas.

Secũda proprietas est magis minusue suscipere, hoc est, cum his aduerbijs magis, & minus de subiecto prædicari qualitatem, quam prima euidenter infert: etenim intensio, & remissio formæ, ex quibus procedit, vt cum e- 21. isdem aduerbijs enunciabilis sit, ex maiori, vel minori admixtione contrarij oritur, intensior siquidem in subiecto calor est, dum pauciores gradus frigiditatis secum habet, remissior, dum plures: vnde fit intensibiles esse, & remissibiles cunctas formas habentes contrarium atq; adeò cum aduerbijs magis, & minus enunciari de subiectis, sed neq; hāc proprietatem cunctis conuenire qualitatibus vult Aristoteles, cum multas inuenianius magis, minusque nequaquam suscipientes, vt in figuris est exploratum, neque enim vnus circulus, vel vnus triangulus, magis circulus, vel triangulus est, quam alter, sed videtur quasi in indiuisibili consistere harum figurarum ratio: propterea intulit Aristote- 22. les ex his duobus, nempe habere contrarium, & suscipere magis, & minus, neutrum esse proprium simpliciter qualitati, hoc est, non esse ei quarto modo proprium sed primo, vel secundo, quod est esse proprium secundum quid, vt homini bipedem, vel dialecticum esse.

III. Proprietas.

Vltimum duntaxat proprium est, qualitati simpliciter, nempè secundum eam res dici similes: nec enim quidpiam aliud præter qualitatem similitudinem constituit: simi- 23. lia facit albedo duo corpora, & dissimile constituit vnum cum alio comparatum, in quo nigredo, vel alius color reperitur: & quanquam duo corpora in quantitate, vel re alterius prædicamenti communicent, non dicuntur propriè similia, nec dissimilia, etiāsi diuersorum prædicamentorum accidentibus afficiantur.

Dubium.

Mouet tandem dubium Aristoteles in extrema parte capitis ex discursu totius literæ ortum, in qua multa sunt enumerata, quasi huius prædicamenti propria, quæ etiam in prædicamento ad aliquid collocata fuere, 24. cuiusmodi sunt habitus, & dispositiones, ad aliquid enim esse scientiā statutum est, & secundum

cundum potentiam actiuam secundam speciem qualitatis constituentē plura esse aliquid, vt actiuum, & passiuum, agens, & patiens, patrem, & filium, quod certe videtur magnam prædicamentorum confusionem parere.

III. Solutio *Cui duplicem solutionem adhibet: prior est, habitus, & dispositiones duplice considerationem habere genericam, & specificam, genericam sub nomine scietiæ, specificam verò sub determinatis nominibus dialectica, & philosophiæ, & quidem si primo modo considerentur, ad aliquid dicuntur, minimè verò sub postremo: etenim scientia ad scibile dicitur: dialectica absolutam qualitatem denotat, non relatā ad aliud, & tantundem de*
25 *potentijs censendum est: nunc igitur ad prædicamentum ad aliquid pertinere, ait, si in genere considerentur, quo pacto ibidem collocata fuere: species vero scientiarū collocantur in hoc prædicamento, quas vocat singulares, vt eas ab vniuersali, aut generica consideratione separet: hanc eandem doctrinam expressit. 4. lib. top. ca. 3. loco 49. hisce verbis:* Si species ad aliquid, & genus vt in duplici, & multiplici, vtrumq; enim ad aliquid, si autem genus ad aliquid, non necessario, & species, nam disciplina ad aliquid, grammatica autem non &c. *Iuxta quam non sunt eadem qualia, & ad aliquid, sed diuersa, vnde nec sequitur aliqua prædicamentorum confusio.*

II. Solutio. *Secunda solutio admittit eosdem habitus, & dispositiones, quemadmodum plura alia ad diuersa prædicamenta pertinere sub diuersis rationibus formalibus, quod stare posse intelligendum est, cum prædicamenta non semper sint res diuersæ, semper tamen formales rationes diuersas importent, itaque scientia in quantum importat habitum certum,*
26 *atq; euidentem per demonstrationem adquisitum, primam speciem qualitatis constituit, sed in quantum obiectum respicit, ad prædicamentum ad aliquid refertur: & satis est eiusmodi rationes formales distinguere, vt prædicamenta ipsa non censeantur confundi.*

PRIMVM NOTABILE.

De acceptionibus diuersis qualitatis.

CVM qualitas sit intrinsecum accidēs, & ab intrinseco inhæreat substantiæ, iure ei conceditur locus ante sex vltima prædicamenta, quæ magna ex parte adiacentia quædam sunt, & quasi substantiam circumstant, peculiaris vero ac determinata consideratio qualitatis multiplex est iuxta numerum specierum eius, subalternarum quidem, quas quaternario comprehendit Aristoteles, nam atomæ pene innumerabiles sunt: eius igitur sic sumptæ acceptiones non inuestigamus modo, sed generales prius, vt ex earū enumeratione veniamus ad propriam, secundum quam supremum genus huius prædicamenti constituit.

Tres igitur sunt generales acceptiones qualitatis, quantum colligi potest ex his, quæ docet Aristoteles, cap. præsenti & 5. metap. cap. 14. quas sic explicamus. Qualitas importat determinationem, & quasi modificationem substantiæ, & ideo prima acceptio qualitatis est pro quocunque determinante, ac modificante, & quia in compositione specifica differentia essentialis determinat naturā generis, se habet comparatione eius, tanquā quædam qualitas: vnde dictum à Porphyrio prædicari in quale non simpliciter, sed in quale quid, cum vere sit substantia, vnde hæc acceptio, quam primo loco enumerat Arist. 5. metap. c. 14 non solum accidentibus, sed etiā substantijs conuenit. Tres acceptiones qualitatis. I. Acceptio. 27

Secundo modo accipitur pro forma quacumque accidentali, quæ iuxta suum modū essendi modificat, vel determinat substantiam, secundum quam acceptionem relatio, quantitas, cæteraqúe sex vltima prædicamenta dicuntur quodammodo qualitates. II. Acceptio. 28

Postremo accipitur pro forma non solum secun- III. Acceptio.

secundum communem rationem accidentalem determinata, sed propriè, hoc est vt tali modo se habeat substantia per formam sibi inhærentem, à qua simpliciter, & propriè nō extensa, non relata ad aliud denominetur, sed qualis: & ex his tribus acceptionibus prima quidem secundum esse remotissima est à conditione veræ qualitatis, cum re ipsa veræ substantiæ conueniat ratione alicuius similitudinis cum vera qualitate: secunda propinquior est ei, rerum ad quas extenditur natura spectata, cum forma accidentalis esse habeat accidentale inhærens in substantia, at
29 secundum modum determinationis communissima est eius ratio, quemadmodum esse accidentale commune est nouem prædicamentis. Postrema acceptio secundum rem, & modum determinationis proprissima est, cum sit specialis forma accidentalis, specialem modū habentis determinandi, ac modificandi substantiam, atq; adeò specialem modum enunciandi de illa in quale, vnde iuxta hanc acceptionem constituit qualitas supremum genus huius prædicamenti in quatuor illas species ab Aristotele recensitas diuisum, duæ autem acceptiones reliquæ quandam habent similitudinem cum ea.

SECVNDVM NOTABILE.

Rationem reddens, ob quam de qualitate, & quali inscribatur prædicamentum.

De inscriptione.

QVanquam simplicē titulum huius prædicamenti de qualitate esse legendum nonnulli arbitrentur, vt Alexand. &
30 Simplicius in expositione textus, quemadmodum de substātia, quātitate, vel ad aliquid, duplicatum vero de qualitate, & quali vitio scriptorum positum esse: communis tamē consensus cæterorum interpretum duplicatū legit, sic D. Augustin. in libro categoriarum cap. 22. Diu. Thom. opuscul. 48. tractat. de qualitate. Boetius, Ammonius, & moderni omnes post ipsos in commentarijs huius capitis, nec id casu factum esse ab Aristotele intelligunt, sed natura eiusdem prædicamenti postulante, quod ex eo licebit colligere, quia solam qualitatem inter omnia prædicamenta vtroque modo definire voluit Aristoteles in concreto, & in abstracto, ergo non mirum est prædicamentum de qualitate, & quali inscripsisse, cuius & si diuersæ à diuersis rationes reddantur, eadem mihi videtur esse pro duplicata definitione, & descriptione adhibenda, qualitas abstracta à subiecto non subditur sensibus sed à solo intellectu ea abstrahente cognoscibilis est, at in quantum subiecto inhæret, per sensus cognoscitur: vniuersa autem nostra cognitio originem trahit à sensibus: vnde fit, vt per subiectum nobis innotescat: idque confirmari potest, quia qualitas non solum corporeas sed spirituales comprehendit, quæ sensibus nequaquam subijciūtur, 31
& ideò per corporeas, à nobis cognoscuntur, & propterea vtrasque nobis notas facit corpus, cui corporales inhærent, & quod concreto nomine connotatur, oportuit igitur qualitatem vtroq; modo describere, in concreto, & in abstracto, vt plenè posset à nobis percipi, quod in ea singulare est, cum cætera accidentia, vtpote magis materialia, faciliusque à nobis cognoscibilia hac duplicata descriptione non egeant. Hanc doctrinam erui ex D. Tho. loco nuper memorato, estque Aristoteli valde consentanea, & hæc eadem fuit ratio geminatæ inscriptionis concreti, & abstracti nominis.

TERTIVM NOTABILE.

Definitionem qualitatis explicans.

SVbstantiæ, quæ qualitatibus affici possunt in triplici sunt differentia, quædam pure spirituales, vt angeli, quædam omnino corporeæ, vt cætera homine inferiores, alia inter spirituales, & corporeas media, partim spiritualis, & partim corporea, vt homo 32
& in spiritualibus solum spirituales inhærēt qualitates, præditi namque sunt intellectu, & voluntate angeli, vt potentijs ad intelligendum, & amandum, & in intellectu concrea-

Definitio qualitatis.

creatas habent quasdam species ab initio suæ cõditionis, quibus cuncta intelligunt, habitus item scientiarum infusos gratiam denique, & virtutes supernaturales, quæ omnia vere sunt qualitates. & 2. species corpora vero homine inferiora solis qualitatibus corporalibus afficiuntur, vt potentijs naturalibus, quibus proprias possint operationes perficere, at homo spirituales, sicut angelus, habet, & corporeas vti cætera corpora: qualitates namque corporeæ sunt omnes potentiæ sensitiuæ, tam exteriores, quam interiores, spiri-
13 *tuales vero intellectus, & voluntas, ac cætera: vnde fit, vt solus ipse sit quasi adæquatum subiectum qualitatũ cuiuslibet generis, ac propterea si definienda erat qualitas per subiectũ, vt notior nobis fieret, non certè per aliud, quam per hominem, cum non esset aliud adæquatum, in quo cuncta reperirentur, & hac de causa Aristoteles eam definiens non dixit, qualitatem esse, qua corpora dicuntur qualia, aut etiam spiritus sed secundum quã nos homines quales esse dicimur.*

QVARTVM NOTABILE.

Circa secundum genus naturalis potentiæ, & impotentiæ.

Quibus principijs egeat natura rationalis ad operationẽ

DVOBVS indiget principijs natura præsertim rationalis omnium perfectissima ad propriam operationem perficiendam, vno quidem, vt eam quomodocun-
34 *que eliciat, vel vt aiunt, ad simpliciter operandum: alio vero ad bene operandum: quæ distinctio alijs solet explicari verbis, nempè ad substantiam operationis, & ad modum: nec enim absoluta potest esse operatio, nisi debito modo fiat: vnum principium est potentia, aliud habitus, requiritur illa ad operandum simpliciter, iste vero vt bene fiat, limitata est enim virtus substantiæ creatæ ad operandum: quemadmodum eius essentia limitatam habet perfectionem, ac propterea si omni esset accidenti destituta, non posset aliquã elicere operationem, indiget ergo quibusdam superadditis accidentibus tanquam virtutibus ad operandum potentia, vt simpliciter potens sit, habitu, vt modo debito possit & quidem potentia ab ipsa natura est ei concessa, quemadmodum naturale est operari; habitũ vero per operationes media potentia elicitas sibi comparat. Itaque in principio imperfectas elicit operationes, vt pote actu nondum modificatas, sed repetitio horum actuum quandam in ipsamet naturali potentia facilitatem generat, qua eo tandem peruenit natura, vt perfecta per habitum bene operetur. Exemplo nobis esse potest homo, cui ad intelligendum præbuit natura intellectum, vt eius lumine illustratus rem possit per propriam causam cognoscere: quod est, eam scire, per frequentem tamen vsum eorũ* 318
actuum sibi comparat facilitatem, quam habitum scientiæ vocamus, quia facilè, promptè, & cum delectatione id præstat. Itaque intellectus est naturalis potentia, adquisita vero facilitas habitus. Iste cõstituit primum genus qualitatis cum dispositione: naturalis vero potentia simul cum impotentia secũdum.

QVAESTIO PRIMA.

Sitne qualitas supremum genus huius prædicamenti in quatuor veras species diuisum.

Referuntur duæ opiniones vtrumque negantes.

Videtur negare Arist.

DVO protulit Aristoteles de qualitate, eiusque speciebus, quibus videtur in partem negatiuam inclinare: vnum in ipso statim capitis exordio dicens: *Est autem qualitas eorum, quæ multipliciter dicuntur*: alterũ 1.
post omnium specierum enumerationem non multum à medio, vbi sic loquitur: *Fortasse quidẽ igitur alius quispiam modus apparuerit qualitati, sed fere, qui maximè dicuntur, hi sunt*

I. Opinio Simplicij.

Ex primo autem occasionem accepit Simplicius in commentarijs huius capitis opinandi, qualitatem in communi vniuocam non esse respectu particularium, sed analogam, atque adeò non esse genus: quam sententiã Scotus in sua logica cap præsenti. quæ 36. alia via

tanquam probabilem tuetur, occasione accepta ex secundo, ait enim qualitatem non diuidi in quatuor hæc membra, tanquã genus in suas species, sed tanquam res in diuersos modos accidentales: id nãq; indicauit Arist. dicens alios fortasse modos qualitatis reperiri præter numeratos, sed hos esse præcipuos: & qui in ore omnium versantur: eandem sententiã repetit. in. 4. d. 6. q 10 post mediu m § sed tunc est dubiũ.

Fundamentum Scoti. Vt autem eam confirmet, tanquam certum fundamentum præsupponit discrimen inter speciem, & modum, quod species addit essentialem differentiam super illud, cuius est species, at modus solam rationem accidentalem, vt de intensione, & remissione respectu eiusdem qualitatis constat.

I. Argum. Ex hoc igitur discrimine arguit primo, modi isti distinguentes qualitates iuxta illa quatuor membra conferunt quidẽ qualitati diuersam habitudinem ad subiectum, nempe esse à natura, vel ex adquisitione, esse permanentem, vel transeuntem, esse causam, vel effectũ passionis, eiusmodi autem habitudines accidẽtales sunt, imo quasi denominationes quędam extrinsecæ, extrinsecum est enim qualitati esse causam, vel effectum passionis, parum vel multum durare in subiecto, eiusdem namque speciei sunt rubor ex verecundia procedens, & ex alia causa diuturna, ergo diuersi sunt modi accidentales, non species.

II. Argum. Secundo, vni, eidemq; qualitati essentialiter inuariatæ conueniunt fere omnes isti modi, ergo non sunt differentiæ essentiales, sed accidentales, antecedens verum esse probatur in calore, qui cito transiens erit dispositio, si diuturnus, habitus, in quantum virtus est naturalis ignis ad calefaciendum potentia naturalis, causans demum passionem in sensum tactus, vel in quantum per calefactionem productus, passibilis qualitas: ex quibus tamen luce clariꝰ constat essentiam eiꝰ non esse variatam

Confirm. Et confirmatur, quia vna species non est in alia tanquam in subiecto, sed habitus, & dispositiones primam speciem constituentes inhærent potentijs constituentibus secundam, ergo non distingnũtur essentialiter.

Postremũ argum. Postremo: diuisio generis in species debet fieri per differentias oppositas, & quæ licet sint plures, ad duas referri valeant, quia vera oppositio inter duo reperitur extrema: sed in his quatuor modis nulla inuenitur oppositio, nec via, qua ad duo membra possint reduci, ergo non sunt verè species, nec qualitas eorum genus.

II. Opinio. Ex ijsdem etiam verbis Aristotelis idem Simplicius, qui negat qualitatem esse genus, & Boetius in expositionibus huius capitis colligunt plura esse eius membra præter ista quatuor, quod his argumentis confirmari potest.

I. Argum. Pulchritudo numeratur inter qualitates corporeas, nec tamen est aliqua istarum quatuor, maxime autem esset figura, aut forma, à qua tamen valde diuersa est, nam quarta species non suscipit magis, & minus, sed in indiuisibili consistit: vt docet Aristoteles in explicatione huius proprietatis, at pulchritudo intensionem habet, cum notum sit quosdam esse alijs pulchriores, ergo non est sub quarta specie sed aliam pro eà oportebit addere.

II. Argum. Secundo: species sensibiles in corporalibus, & intelligibiles in spiritualibus non sunt habitus, vel dispositiones, cum nec à natura insint, nec per liberas comparentur actiones, sed naturali modo imprimantur ab obiectis: & rursus, nec dentur ad bene, vel male operandum, sed ad operandum simpliciter: nec sunt potentiæ naturales, quia eas præsupponunt, in eisq; tanquam in proprijs subiectis recipiuntur: vt sensibiles in sensu, intelligibiles in intellectu: quod vero non sint passiones, vel passibiles qualitates, formæ vel figuræ, ex proprijs conditionibꝰ horum specierum adeo est manifestum, vt probatione non egeat. Verbum item mentale per intellectionem productum vera qualitas est, & si sub aliqua esset specie, maxime sub dispositione, cum sit cito transiens cum ipsamet operatione intellectus, vel etiam sub passione, quæ eandem conditionem habere videtur: sed in his non esse certum est, quia non disponit ad benè esse, cum sit terminus operationis, esse iam bene constitutum præsupponens, neque ad bene operari, quia non superest alia operatio præter eam, quam terminat, ad quam disponere possit, intellectio etiam vltima operatio, ac perfectissima hominis est, sed nec est effectus alicuius verę passionis, vt passio possit appellari, nam intellectio non est vere passio, sed perfectio intellectiuæ potentiæ.

Postremũ argum. Postremo, lux solis est vera qualitas, & si in aliqua specie esset collocanda, maximè in tertia qualitatis passibilis, ad quam non videtur pertinere, quia non est terminus alicuius motus proprie dicti, sed illuminationis, quæ cum contrario careat, non est vere motus sed quædam mutatio perfectiua ex propria conditione instantanea.

Ass-

Affirmatiua sententia, & vera explicatur.

Vera sent. Hæc tamen nihil obstat, quo minus tenendum sit qualitatem verum esse genus huius prædicamenti supremum, in quatuor veras species sufficienter ab Ari. diuisum. Primum, non est minus certum apud Aristotelem, & vniuersam scholam, quam esse prædicamentum qualitatis, etenim prædicamenta supremo quodam genere in intermedia diuiso vsque ad species atomas, & indiuidua constant: ergo si prædicamentum qualitatis ponendum est, vnum erit designandum supremum genus eius: quædam item intermedia in quæ proximè tanquam in subalternas diuidatur species, & istæ rursus, cum sint genera in species atomas, vsque ad indiuidua: sed non est aliud genus supremum excogitabile præter qualitatem, vel quale, ergo qualitas absque dubio verum genus est in eiusmodi inferiora tanquam in veras species diuisum, vt verba Arist. testantur modo genera, modo species eas vocantis, nec excogitabiles sunt aliæ propriæ illud diuidentes.

I. Argum.

9.

II. Argum. Secundo: communis conceptus qualitatis ab his abstractus prædicatur de cunctis quidditatiue, quis enim negare poterit quidditatiuas esse similes prædicationes, habitus est qualitas, naturalis potentia est est qualitas, erit igitur genus, vel species respectu illarum, cum sit natura completa, non species, quia non habet gen' se superius, ergo verum genus. Item ea, de quibus quidditatiue enunciatur, distinguuntur essentialiter, nam potentia naturalis valde diuersa est ab habitu, à forma, & figura, & istæ à passione, & à passibili qualitate, ergo verè se habet tanquam genus, cuius propriæ sunt species. Hæc igitur sententia tanquam certa veritas statuenda est, ab vniuersisq; amplectenda, opposita vero ab scholis tanquam singularis, & falsa releganda. Miror profecto Scotum virũ alias doctissimum, eam tanquam probabilem admisisse. Quod vero nec plures sint, nec pauciores cõmunis est consensus omniũ interpretum Arist. præter Simplicium, & Boetiũ, idq; satis efficaciter probant diuersi modi colligendi has quatuor species à diuersis excogiti: nam Simplicius, quẽ retulit D. Tho. 12. q. 49 art. 2. ex vna parte, & Ammonius in cõ. hui' capitis ex alia, diuersis vijs sufficientiam huius numeri ostẽdere nituntur, sed quia non tã ex propria qualitatis natura, quã ex quibusdã extrinsecis procedunt, consulto à nobis omittuntur. Potissimum modum attulit D. Thom. vbi supra, quẽ valde probamus, procedit autem sic.

10.

11.

Approbatur. Conditio intrinseca qualitatis est, esse determinatiuam substantiæ, nam quemadmodum actus essentialis, qui est essentialis differentia determinans potentiam essentialem, vocatur qualitas substantialis, ac propterea dicitur prædicari in quale quid. vt bene Porphyr. cap. de differentia, pari ratione actus, vel modus determinans potentiam substantiæ secundum esse accidentale, vocatur qualitas absque vllo addito, & hæc est qualitas supremum genus huius prędicamenti: modus autem iste, vel accipitur in ordine ad naturã subiecti, quam disponit, vt bene, vel male se habeat in se, & cum hæc sit prima consideratio subiecti, quemadmodũ in re quacumq; primum est quod pertinet ad naturam eius, prima species qualitatis est habitus, & dispositio sic afficiens substantiam: secunda cõsideratio subiecti est, in quantũ est principium operationis, cũ vnum quodque sit propter suam operationem, vt docet Arist. 1. lib. de cœlo, & mũdo text 17. & ideò modus secundus qualitatis est afficere substantiam tãquam principium operationis, & hæc est, secunda species qualitatis, naturalis potentiæ: à substantia autem hoc principio operandi naturali perfecta statim procedit motus, in quo cernuntur actio, & passio, cum ab agente prodiẽs in passo recipiatur, qualitas igitur per motum adquisita tertiam conficit speciem, nam si diuturna sit, dicitur qualitas passibilis, & nata est causare passionem in sensu, vt de calore per calefactionem producto constat, si vero mox transeat, dicitur passio: cuius exempla sunt rubor ex verecundia in facie apparens, atque etiam pallor ex timore. 12.

13.

Postremum locum tenet cõsideratio subiecti secundum quãtitatem, quam sequitur quartus modus qualitatis ex terminatione quantitatis resultans figuræ nomine vocatus sub consideratione mathematica, hoc est, abstracto à materia sensibili, forma vero in ordine ad corpus naturale, vel sensibile. Ecce quatuor considerationes substantiæ, ad quas tanquam ad quædam capita referuntur cæteræ: & secundum eas quatuor modos qualitatis eandem afficientis: ad quos etiam facile reducũtur quicunque alij excogitabiles, & cum sint diuersi ex propria, essentialiq; conditione, constituũt quatuor species qualitatis, vniuersales quidem, sub quibus plures atomæ continentur, quas proinde genera intermedia appellat Ari- 14.

Aristoteles, ad quæ supremum genus qualitatis per differentias essentiales diuisum deriuatur: vnde nec aliqua ab hoc numero detrahi iure potest, nec aliam addere necesse est.

Partis negatiuæ fundamentis respondetur.

Ad Arist. VERba autem Aristotelis, quibus dubitare videtur, an sint plures, difficultate carent, cum sæpenumero quasi dubitans loquatur, non tam dubitare intendens, quam

15. modestiæ gratia propriam sententiam verbis dubijs temperare, quod vero. 5. metaph. c. 13. de qualitate, primam. 3. & 4. speciem dumtaxat posuerit, naturalem potentiam, & impotentiam omittens, idcirco factum est, quia proprio, ac distincto capite pro eis constituto nempe. 12. eiusdem libri, vtriusq; naturam ex professo explicatam relinqueret.

Nec ex alijs verbis eiusdem occasio fuit merito accipienda (vt argumenta soluere incipiamus) asserendi qualitatem respectu inferiorum analogam esse, nam multis modis qualitatem dici, diuersitatem specierum ostendit: quę cum sint inæqualis perfectionis, quandā multiplicitatē inęqualitatis in genere, quod diuidunt, efficiunt: hæc tamen vniuocam eius rationem non lædit, cum sit natura quędam ab eis abstracta, easq; solum in potentia claudens, quemadmodum animal hominem, equum, & leonem, & quodcunq; genus differentias, per quas in species diuiditur: itaq; multiplicitas hæc in genere quocunq; reperta genericam rationem à qualitate non aufert.

2. Resp. Secundo (vt sensum magis literalem teneamus) multis modis qualitatem dici affirmat Aristoteles, quia cum propria, atq; intrinseca conditio qualitatis sit esse modum substantiæ,

17. plures eius species propriè appellantur plures modi, accidētales quidē respectu substātiæ, sed inter sese essentialiter sub qualitate distincti: vndè licet in alijs rebus, vel prædicamentis diuersi sint modi ab speciebus, minimè tamen in qualitate: in quo deceptus deprehenditur Scotus, qui modus qualitatis secundùm cōmunem acceptionem modorum considerans, accidentales appellauit nolēs esse veras species, verè quidem sunt modi diuersi substātiæ, quā accidentali ratione afficiunt, & determinant: sed cum hæc essentialis eorum ratio sit, communis quidē in genere, distincta tamen essentialiter in particulari species diuersas constituit, nec enim existimandum est rationes esse incompletas, eò quòd sint modi substantiæ, nam cuncta accidentia comparata ad substantiam aliquid eius dicuntur, nempe mensuræ, vel extensiones, aut respectus, ac propterea entia incompleta videri possēt: cęterùm in se verè sunt cōpletæ naturæ ex genere, & differentia 18.

cōpositæ, quanquam non perfectæ vt substantia. Alia est ratio longe diuersa de quibusdam modis adeò imperfectis, quorū conditio purè modalis est, & nullo modo in se completa, vt de intēsione, & remissione qualitatis, ac de extensione quantitatis, ac de similibus norū est: quibus repugnat specifica ratio: hos igitur debuisset Scotus à qualitate distinguere, quā ratione alia valdè perfectiori modum substantię appellamus: & tunc intelligeret non repugnare in accidentibus esse modum substantiæ, & 19.

quid in se completum, atq; specificum: vndè licet respectu substantiæ non possint esse differentiæ essentiales, benè tamen respectu naturæ communis à cunctis abstractæ, nempè qualitatis, quam supremum genus huius prædicamenti ponimus.

Primum argumentū Scoti tangit differentias harum specierum, ex quibus nonnullas cognoscimus, ignoramus alias, & pro his ponuntur quædam rationes accidentales, quę non distinguunt species, sed sunt signa distinctionis, veram autem differentiam in secunda specie cognoscimus, nempe esse virtutem, qua substantia aliqua potest elicere operationem, vel Ad I. Scoti resp.

quidpiam aliud efficere, nam potentia per 20.

comparationem ad proprium actum, & obiectum specificatur, fortè etiam propria differentia tertiæ speciei est, non quidem per motum produci, vel passionem causare, sed talis esse naturæ, vt per motum sit producibilis, vel causatiua passionis: ac demum non est à ratione alienum (vt mox videbimus) propriam differentiam habitus esse difficile à subiecto dimoueri, hoc est, talis esse conditionis, vt difficile mobilis sit, itaque omnes istæ species proprias differentias essentiales habent, quibus separantur, quanquam nō omnes agnoscamus, idcircò ad formam argumenti negandum est solis accidentalibus distingui.

Ad II resp. Secundum argumentum soluit bene Scotus ipse quæstione illa. 36. huius prædicamenti dicens, præcise accipiendas esse singulas species, vt essentialiter distinguantur, nempe sub tali conditione illius generis, vt calor sub ratione qualitatis cito transeuntis erit in prima specie, vt autem virtus naturalis ignis ad calofacien-

faciendum, naturalis potentia. 4. demum in quantum gradualem habet latitudinem, cuius ratione per motum est producibilis, vel passionem in sensu efficere potest qualitas passibilis: cui solutioni si illud addideris, eandem rem habentem rationes formales diuersas spectare posse ad diuersas species, quod Aristoteles nō obscurè docet in calce huius capitis, nō solum ad diuersas species, sed ad diuersa prædicamenta referri posse statuens, intelliges plures species qualitatis in eadem re sub ratione formali diuersa consideratæ inueniri, quā re vera habet, licet nō semper à nobis cognoscatur, qui consideratione, vel ratione accidentali vtimur loco essentialis.

Ad cōfirm. Confirmatio huius argumenti difficultate caret, cum potentia non sit subiectum principale habitus, vel dispositionis, sed proximum, quo medio inhærent substantiæ, quo pacto nō repugnat accidens vnius speciei, imo vnius ge-
22. neris esse subiectum alterius, nam quantitas cunctorum accidentium corporalium subiectum est.

Ad vltimū. Ad vltimum dicendum est non esse necessarium veram oppositionem intercedere inter differentias eiusdem generis, sed satis est esse oppositas, hoc est; incompossibiles, & quæ ad duas quasi priuatiuè oppositas referantur: res
23. est notissima in differentijs substantialibus, inter quas vera oppositio haud quaquam versari potest. Sume tibi differentiam equi, hominis, & leonis, & dicito quam aliam oppositionem habeant præter incompossibilitatem, quæ non est aliud, ac sic diuersas esse, vt eidem speciei conuenire repugnet: reducuntur autem ad duas quasi priuatiuè oppositas, nempè ad rationale, & irrationale, ita vt hæc secunda omnes præter primam complectatur, nō quod sit vna aliqua eis communis, nam cum sit priuatio, non potest esse vera differentia, sed quia sub vniuersali priuatione rationalitatis omnes compræhendens earū loco designatur, vt quodam simplici vocabulo capiantur: eandem oppositionem inuenimus in differentijs harum specierum, quæ si præcisè accipiantur, incompossibilitatem habent, cum non possint eidem rei sub eadem ratione formali conue-
24. nire, neque eidem speciei plures: ad duas autem priuatiuè, vel contradictoriè oppositas reduci valent: vt si dicamus qualitatem vnam esse subiectum afficientem in ordine ad propriam naturam, aliam non in ordine ad propriam naturam, sed ad quidpiam aliud extra naturā constitutum, sub qua tres species præter primam continentur.

Ad 1. 2. ordinis. Argumentis secundi ordinis, quibus numerus specierum impugnatur, sic occurrendum est, vt pulchritudinem (de qua procedit primum) ad primam speciem referamus cum Arist. 7 Physic. text. 17. & D. Thom. 1. 2. q. 50 art. 1. est enim habitus afficiens subiectum, vt benè se habeat secundum propriam natu-
ram: sicut sanitas, hæc enim ex debita humorum proportione resultat, pulchritudo verò ex conuenienti membrorum coaptatione: qualitates autem primæ speciei intensionem, & remissionem benè suscipiunt: vnde negandum est ad quartam speciem pertinere, vt argumentum præsupponit. 25.

Reijcitur opinio aliquorum. Singulare est igitur in hac parte illud, quod de sanitate, & pulchritudine quidam afferunt moderni, non solùm ab hac specie, sed à toto prædicamento qualitatis eas excludentes, quod non esse qualitates simplices, sed compositas ex diuersis partibus sentiant: hoc tamen in doctrina Aristotelis sustineri non potest, cum expressè sanitatem, & ægritudinem qualitates esse primæ speciei constituat: friuola est enim horum expositio nō veritatis, sed exempli gratia allatas esse ab Aristotele eiusmodi qualitates ad explicandam primam speciem.

Ad 2. respond. Species autem sensibiles, vel intelligibiles ad habitum, vel dispositionē pertinent, cū disponant subiectum, vt benè se habeat in ordine ad operationem, & si à quibusdam ponantur
in secunda specie, quia virtutes sunt effectiuè cum potentia concurrentes ad operationem, quod etiam probabile existimamus: sic etiam suo modo sentiendum est de verbo mentali, cum vltimā conferat dispositionem per modum actus ad obiectum percipiendum, quod in eo tanquam in specie expressa repræsentatur: quamuis ergo non disponat ad futuram operationem, disponit tamen ad finem præsentis, quem eo mediante intellectus conse- 26.
quitur, & sic appellari potest non dispositio antecedens, sed comitans, vel consequens. 27.

Ad 3. respond. De luce tandem sentiendum est, ad secundam speciem in primis pertinere, cū sit virtus solis, & naturalis eius potentia ad producendum calorem, aliosque inferiores effectus in corpora, reducitur quoque ad tertiam speciem ex ea parte, qua propriam quandam passionem causat in sensu.

QVAESTIO SECVNDA.

Distinguantur ne specie habitus, & dispositio, vel modo tantum accidentali.

Solum distingui accidentaliter probatur autoritate Aristotelis, & ratione.

PRopriam huius speciei conditionem explanans Aristoteles, tria de habitu, & dispositione docet. Primum, vnam, eandemq; speciem esse his verbis. *Vna quidem igitur species qualitatis habitus, & dispositio*: Secundum, dispositionem prædicari de habitu, minimè habitum de dispositione *Sunt autem*, inquit, *habitus, & dispositiones, dispositiones verò non necesse est habitus, esse, &c.* Tertium, dispositionem tempore procedenti fieri habitum, si nimis in subiecto radicetur. *Dispositiones verò dicuntur, quæ sunt facilè mobilia, vt ægritudo, & sanitas, & quæcunque alia eiusmodi, nisi aliqua illarum contingit per temporis longitudinem congenita, & immobilis, vel difficilè mobilis existens, quem iam quispiam, vt habitum voces, &c.* Hæc Aristoteles, quę non obscure ostendunt, ipsum sentire nō specifica distinctione, sed sola accidentali separari, nam quo pacto diuersæ esse possunt species, si vna, eademque vocantur, si vna de alia prædicatur, si vna in aliam potest transire, profecto vniuersa hæc accidentalem dumtaxat differentiam permittunt, vt tria hęc argumenta videntur conuincere.

18\. (beside "quit, habitus")

I. Argum. Primum, habitus, & dispositio distinguuntur, quia ille difficilè mobilis est à subiecto, hæc facilè, sed eiusmodi non sunt differentiæ essentiales, ergo nō efficiunt specificam distinctionem, probatur minor, magis vel minus radicari in subiecto, procedit ex actuum multiplicatione, vel ex temporis diuturnitate, aut ex vtroque, sed hæc sunt extra essentiam habitus, & dispositionis, ergo accidentalis est radicatio in subiecto: ex hac autem procedit difficilis separatio, & ex opposito facilis, igitur accidentales sunt differentiæ, quod hoc exemplum corroborat, calor febrilis tempore procedente sic radicatur, vt quasi in naturam videatur conuersus, nec tamen ex hoc naturam, vel speciem mutauit, ergo eiusmodi radicatio, vel separatio difficilis non distinguit essentialiter habitum à dispositione.

Secundò: virtus moralis inchoata est dispositio, dum per primum, vel secundum actum adquiri incipit, fit autem habitus, dum iam intensa ac radicata est in subiecto per continuam repetitionem actuum, & tamen non est distincta essentialiter secundum hunc, & priorem statum, cum versetur circa idē obiectum, à quo speciem capit, ergo repugnat in his habitum à dispositione specie distingui: ad hæc, virtutes amittuntur per actus contrarios vitiorum, vnde cum primū verum est quempiam comparasse habitū intemperantiæ, verum erit habitum, quē habebat temperātiæ amisisse, sed vitia adquiruntur facilè propter vehementem naturæ corruptę inclinationem, ergo virtutes facilè amittuntur: non sunt ergo difficile mobiles à subiecto, cū tamē sint veri habitus: vnde neq; differentia hæc ad essentiam habitus spectare potest: idē facilius ostenditur in habitib⁹ supernaturalibus gratiæ, & charitatis, & aliarum virtutū infusarum eos comitantium, qui per vnū actum peccati mortalis amittuntur. II. Probat. 21.

Postremo: non minus habet rationem habitus error, quam scientia: cum opposita constituantur sub eodem genere, sed error etiam habitualis facilè mobilis est à subiecto ex propria conditione cum principijs malè intellectis quæ vnica demonstratione destruuntur, ergo nō pertinet ad essentiam habitus separatio difficilis. Idem argumentum fit de fide humana, vel opinione, quæ vnico experientiæ, vel demonstrationis actu euanescunt: quantumlibet subiecto firmiter adhæreant ex nimia radicatione. Tertio. 22.

Hanc partem tenuerunt ex antiquis Aristotelis interpretibus non pauci: Albert. Magnus tractatu de prædicamento qualitatis cap. 3. referens antiquos philosophos, qui idcirco vnico, ac simplici nomine applicationis habitum, & dispositionem assignauerunt, quasi atoma vtriusq; essentia in applicatione ad actum benè, vel male eliciendum consistat, vel in applicatione ad naturā, vt bene, vel male se habeat: & verè tenuerunt hanc sententiam Porphyrius, Boëtius, & Ammonius in commentarijs huius capitis hanc speciem explicantes, quos ibidē sequuntur Louanienses, Titelmannus: Villalpandus, in eandē mihi videtur inclinasse Scotus in controuersis huius cap quæst. 9 §. ad secundum quæstionem dicendum: & hi omnes ex præiactis argumentis, vel similibus eliciunt dispositionem, & habitum se habere tanquam colorē intensum, & remissum, nam ille Autores prædictæ opinionis. 23.

ille ratione inter... nis nimis in subiecto radicatur: hic verò facilè dimouetur, vel sicut
54. homo in statu pueritiæ, & iam virili constitutus, ac demũ, vt quidpiam perfectũ, & imperfectum, quæ nunquã possunt specie differre.

Opinio Habitum, & dispositionem distingui essentialiter affirmans probabilior iudicatur.

OPpositam sententiam distinguentem habitũ à dispositione essentialiter, tanquam vnum genus subalternũ ab alio tenet D. Thom. 12. quæst. 49. art. 2. ad 3 quem sequitur vniuersa eius schola Iauellus, & Caietan. in commentarijs huius cap. Magist Sot. quæst. vnica eiusdem: ex modernis verò D. Canter. in huius speciei expositione D. Tolet. quæst. 1. D. Fonseca 5 metaph cap. 14. quæst. 2. sect. 1 & 2 & Doct. Franciscus Suarez. Tom. 2 suæ metaph. disp. 42. sect. 6. num. 6 quam nos vt probabiliorẽ, & magis doctrinæ Arist. consentaneam sequimur.

Fundamentum D. Thom. Vnicum huius sententiæ fundamentum attulit D. Thom vbi supra, nempè facile, & difficile dimoueri à subiecto duobus modis considerari; vno, ex propria natura, & conditione
55. habitus, vel dispositionis: alio, ex parte subiecti, ex multiplicatione actuum, temporisq; diuturnitate, & quidem in prima acceptione essentiales sunt differentiæ: quia ea, quæ conueniunt alicui ex intrinsecis suæ naturæ principijs essentialia sunt, esse autem aliquid facile, vel difficile mobile ex propria natura, non est aliud, quam habere causas, vel principia stabilia, quorum ratione aptum est firmiter adhærere subiecto abstractis, vel cessantibus quibuscunq; alijs, tales sunt habitus virtutũ, scientiarum, & artium, quæ ex principijs necessarijs habentur, & de scientijs res est notissima, nam causæ illius sunt lumen naturale intellectus, habitus principiorũ, demonstratio constans præmissis, & consecutione necessarijs: habitus etiam virtutũ firmissimas habent cau-
56. sas, cum sint rationi, & naturæ hominis valde conformes: quibus si coniungamus obiectum (quod est bonum secundum rationem) maximam eis firmitatem præstant: dispositio vero leues, vel infirmas causas ex se habet, & quæ facilè possunt à contrarijs superari: vnde ipsa facilè potest à subiecto dimoueri ex propria natura, & conditione.

Exemplo nobis esse possunt calor in alieno subiecto impressus, ægritudo, & sanitas: fides humana, vel opinio inchoata, & similes, quæ sic inhærens subiecto, illudque disponunt, vt facilè sint ab eo separabiles ex propria natura: & ideò propriè appellantur dispositiones, hoc est ergo discrimen inter habitum, & dispositionem ex propria vtriusq; ratione inuentum à D. Thom. ratione cuius essentialiter distingui docet.

Secundo modo considerantur facile, & difficile mobile, in quantum procedunt ex alijs II. Confid.
57. causis enumeratis, nempè ex actuum repetitione, ex conditione particulari subiecti, vel diuturnitate temporis, quas extra naturam, & essentiam habitus, & dispositionis esse dubitat nemo: idcirco à cunctis appellantur differentiæ accidentales, à Caietano vero indiuiduales, vt eas à prioribus quas specificas appellat, distingueret: in quibus vnum est consideratione dignum: valdeq; ne necessarium ad intelligendum statum præsentis quæstionis, in quo cernitur discrimen inter primam, & secundam sententiam: nam facilè, & difficile mobile, ex his causis considerata, quędam accidentia sunt ad perfectionem habitus, & dispositionis pertinentia, vtpote vtriusque naturæ valde consentanea: etenim si habitus ex propria natura difficile mobilis est à subiecto, tunc habebit perfectionem, & quasi statum suæ naturæ debitum, quando sic actu inhæreat subiecto, vt difficile ab eo possit separari: quam perfectionem assequitur aliqua ex illis causis, vel omnibus simul concurrentibus, nam vel radicatur per repetitionem actuum, vel quia ex propria conditione subiecti, temporisq; diuturnitate fortius adheret subiecto: dispositio vero ex op-
58. posito tunc habebit statum propriè naturæ debitum, quando sic actu adhæret subiecto, vt facilè ab eo separari possit: cæterum, quia eiusmodi status, vel modus perfectio accidentalis est, & quasi à causis extrinsecis procedens, vel certè accidentalibus, variari potest vsq; adeò, vt non solũ habitus, & dispositio eis careant,
59. sed vt habitus habeat statum, vel modum dispositionis, atque è diuerso dispositio statum, modumue habitus: exemplum primi accipere possumus in scientia, vel virtute inchoata, in quibus deficiunt omnes istæ causæ firmitatis, & ideò ex hac parte facile possunt à subiecto separari, modumque, seu statũ dispositionis habere dicuntur: exemplũ verò dispositionis in calore febrili, qui ob particularem subiecti dispositionem, temporisque diuturnitatem

nitatem, firmam adeò inhæsionem habere in subiecto solet, vt non solum difficile, sed impossibile sit per naturam ab eo dimoueri, cum sit quasi in naturam conuersus: at quamuis facilè, & difficilè mobile ex his causis acciden-
40. talibus considerata varientur: sed in quantum conuenire ex propria natura considerantur, inuariabilia sunt: vnde fit, vt quanquam habitus possit habere modum, vel statum dispositionis, quia actualem inhæsionem infirmam habet, semper tamen ex propria natura difficilè mobilis est, quia causas habet suæ firmitatis permanentes, vt de eisdem habitibus scientiarum, & virtutum inchoatis constat, qui & si actualem inhæsionem infirmam habeant debita sibi intensione deficiente, ex propria tamen conditione difficilè separari possunt, cum adhuc accidentalibus causis deficientibus extent naturales propriæ firmitatis. Dispositio autem, & si ex eisdem accidentalibus causis firmiter adhæreat, vt calor febrilis, eius tamen natura spectata facilè mobilis est, cum infirmas habeat causas.

Autoribus autem prioris sententiæ solas accidentales causas considerantes, atque ex par-
41. te earum differentias habitus, & dispositionis, posuerunt accidẽtales esse, & verè ita est, quod facilè & difficilè mobile ex hac parte accidentales sunt rationes pertinentes ad modum, vel statum, non ad essentiam.

D. Thom. sententia. At D. Thom. naturam habitus, & dispositionis diligentius expendens inuenit alias differentias priores, atque intrinsecas, vel certè intrinsecas nobis incognitas designãtes, nempè aliud facilè, & difficile mobile (vt sic liceat loqui) magis intimum, ratione cuius essentialiter differre posuit, non negans accidentalem differentiam.

Ostenditur etiam esse Arist. Ecce tibi quasi digito ostensum, quam sit probabilior sententia D. Thom. sed attende nunc, quam sit magis Aristotelicæ doctrinæ conformis: volens distinguere Aristoteles habitum à dispositione in principio huius capitis sic loquitur: *Differt autem habitus à dispositione, quod permanentior, & diuturnior est, tales vero sunt scientiæ, & virtutes: scientia enim videtur esse permanentium, & diuturnorum, vt si quis,*
44. *vel mediocriter sumat scientiam, nisi grandis permutatio facta sit, vel ab ægritudine, vel ab aliquo eiusmodi, &c.* Quibus verbis scientiam imperfecte adquisitam appellat habitum, quia difficile mobilem à subiecto, considerans absque dubio eam tanquam habentem ex propria natura causas suæ firmitatis, nam ex parte intensionis satis constat non esse in eo statu difficilè mobilem: & paucis interpositis loquens de dispositione, ait, ex propria conditione esse facilè mobilem a subiecto, nisi per temporis longitudinem difficilis fiat: tunc enim quasi habitus vocari poterit, quasi dicat, modum, vel statum habitus adquirere, non tamen esse essentialiter habitum, sed dispositionem ob debilem modum inhærendi naturalem.

Sed videtur repugnantiam continere doctrina hæc dicet aliquis: nam si alicui conuenit aliquod prædicatum essentialiter, sic ei repu- **Obiectio.**
gnat oppositum, vt neque per se, neque per accidens possit conuenire, cuius infinita penè 45.
exempla afferre possumus: per se homo est animal rationale, per se est viuens, vel substantia, & idcirco repugnant ei prędicata opposita, ita vt nullo modo conueniant: sed habitui conuenit esse difficile mobilem, ergo neque accidentaliter potest ei conuenire, vt facilè à subiecto separetur, vel si dum incipit adquiri, facilè potest separari, nõ erit habitus, sed dispositio, & modo simili, dum dispositio nimis in subiecto radicatur, transibit in naturam habitus, cum non possit habere conditionem suæ naturæ oppositam, & sic non erit distinctio essentialis inter has duas qualitates.

Respondetur obiectioni. Respondetur, verum esse illud, quod in argumento assumitur, repugnare omnino alicui prædicatum oppositũ ei, quod per se conuenit. Cæterum in proposito non sunt prædicata opposita, esse difficilè mobilem habitum ex propria natura, facilè autem separabilem ratione imperfecti status, quia ex diuersis causis procedunt, & diuersa ratione ei conueniunt. Primum quidem ex intrinsecis principijs suæ naturæ, aliud verò ex alijs causis, quasi extrinsecis, & accidentalibus: prædicata opposita sunt facilè, & difficilè mobile ex propria natura, & ideò nõ potest vtrũq; habitui, vel dispositioni conuenire, & ex hoc distinguuntur essentialiter, sed in quantum ex diuersis procedunt causis diuersa sunt, non opposita, ac propterea non repugnat simul attribui posse eidem habitui, vel eidem dispositioni.

Argumenta prioris sententiæ expediuntur.

Ad testimonia Arist. exponenda obseruãdũ. VT testimonia Aristotelis iuxta propriam eius mentem exponamus, obseruandum est, dispositionem huius prædicamenti

d camenti propriam duobus modis co nsiderari, in genere, vel in specie: in genere accipitur prout dicit qualitatem disponentem subiectū: vt benè se habeat in ordine ad propriam naturam, vel operationem, quę si difficile mobilis fuerit ex propria natura, erit habitus; si

45. verò facilè mobilis specialis dispositio ab habitu distincta, pro qua accipitur specialiter, itaque in genere considerata prædicatur de dispositione speciali, & de habitu, ex hac enim distinctione elicitur sensus primi, & secundi testimonij, vna enim species vocantur habitus, & dispositio propter essentialem conuenientiam, quam habent sub proximo genere dispositionis vniuersaliter sumptæ quam subalternā speciem vocare possumus: quam conuenientiam, non habent aliæ species.

Ad 2. resp. In secundo autem testimonio omnem habitum esse dispositionem docet Aristoteles sumpta dispositione in genere, in quo sensu locutus est 5 Metaph. cap 20 sic habitum definiens, habitus dicitur dispositio secundum

46. quā benè vel malè disponitur dispositum, aut secundū se, aut ad aliud, si verò dispositio specialiter accipiatur, non potest de habitu prædicari, cum sit species disparata.

Ad 3. testimonium. Tertium testimonium, si diligenter expendatur, potius fauet nostræ sententiæ, nō enim dicit dispositionem nimis radicatam fieri habitum, sed quasi habitum existimari: quasi dicat, modum, vel similitudinem habitus asse qui, nequaquam essentiam, vel naturam: cum hæc sit valde diuersa à natura eiusdem dispositionis: vnde nunquam concedendū est dispositionem fieri habitum: sed quæ simpliciter est dispositio in habitualem dispositionē transire, si nimis in subiecto radicetur.

Ad 1 arg. Primum argumentū soluit adnotata doctrina, procedit namque de facilè, & difficile mobili ex causis accidentalibus procedenti: quo

47. pacto admittimus esse accidentalem differentiam habitus, & dispositionis: si tamen accipiatur in quantum conuenit ex propria natura essentialis differentia est, vel certè proprietas quędam indicans essentialem differentiam incognitam: per quam specie distingui censemus: de calore verò febrili diuersa est ratio, nam cum ex accidentali causa fiat difficile separabilis, & ab intrinseco habeat dimoueri facilè posse, essentialiter est dispositio habens modum essendi habitus similem.

Ad 2. resp. Ad secundam rationem dicendum est, inchoatam scientiam, & virtutem esse habitum essentialiter: cum ex propria natura sit difficilè mobilis, non tamen habere modum vel statum habitus, sed dispositionis, quousq; per repetitionem actuum in subiecto radicata fuerit, vnde habitus tunc appellatur à natura, dispositio à modo: & cum dicitur facilè à subiecto posse separari, distinguendum est: nam spe- 48.
ctata eius natura semper est falsum: considerata verò conditione subiecti admitti potest: habet enim virtus quælibet in subiecto validissimum contrarium, nempè inclinationem appetitus vehementem in vitium oppositum, idcircò facilè à subiecto separatur, quousq; per repetitionem actuum fortius adhæserit passione superata, itaque eiusdem speciei sunt virtus inchoata, & perfecta, cum vtraq; sit idem habitus, sed non semper habet statum, vel modum habitus, quem attendens communis modus loquendi, potius, quàm nudam essentiam, virtutem inchoatam non appellat habitum, sed dispositionem, quousque fuerit intensione 49.
perfecta, & tunc negandum omnino est facilè posse à subiecto dimoueri: nam & si vitia facilè adquirantur nō tamen ab homine studioso, qui eisdem actibus, quibus sibi comparauit virtutes, passiones contrarias superauit: rationiq; perfectè subiecit, à quib⁹ proinde sic rursus vinci, vt virtutes excludantur, difficilè est: facilius eadē solutio accommodatur alijs virtutibus infusis in vna charitate cōiunctis, quæ cum ea simul adquiruntur, simulq; per vnum actū tantū mortalis peccati ei ex diametro oppositū amittuntur, facilè quidem, nō ex parte ipsarum, quæ verè ex propria conditione difficilè mobiles sunt, sed ob subiecti imbecillitatem, ac prauitatem ad peccandum, quòd ideò essentialem habitus rationem non tollit.

Ad vltimum respondemus, errorem esse Ad 3 resp.
contrarium scientiæ, & vitiū virtuti: & secundum contrariorū legem collocari debent sub eodem genere proximo, vel remoto iuxta cuiusque naturam, vel conditionem, & cum diuersa valde sit erroris, & scientiæ, sub diuerso 50.
genere proximè ponuntur, nam dispositio in communi sumpta sub alternum genus est in specialem dispositionem, & habitū diuisum, tanquam in diuersas species etiam subalternas, sed minus communes: sub habitu igitur collocantur virtutes, & scientiæ, sub dispositione vitia, atque errores tanquam facile mobiles ex propria natura: sicque fit satis contrariorum legi, dum vtraque sub genere dispositionis posita cernuntur, nec infertur, hæc vti

illa esse habitus: quod autem de fide humana, & opinione additur, facilem habet ex adnotata doctrina solutionem: etenim, dum nimis in subiecto radicantur, vocari habitus possunt secundum modum: si verò secundum essentialem spectentur conditionem, dispositiones sunt, cum ex proprijs principijs sint à subiecto separabiles.

QVAESTIO TERTIA.

An potentia naturalis, & impotentia sint diuersæ species qualitatis: sicq́; sentiendum sit de passione, & passibili qualitate, forma, & figura.

Referuntur affirmatiua sententia, & negatiua.

51. NOn est minor dissensio inter expositores circa distinctionē cæterarū specierum, ac fuit circa habitum, & dispositionem: præsertim circa naturalem potentiam, & impotentiam: vt ab his debito ordine incipiamus.

I. Opinio. Soti. Docet igitur M. Sot. quæst. vnica huius prędicamenti inter soluendā confirmationem 3. argum. principalis, duas esse species subalternas distinctas, non secus ac dispositionem, & habitum: cuius sententiam sequuntur ex modernis non pauci.

Videturq; à mente Arist. non aliena, qui dū rationē huius speciei explicaret, distingui ait potentiam & impotentiam, quia illa est ad facilè agendum, hæc verò ad nihil patiendum,
52. quod verè est distingui tanquā actiuam, & passiuam potentiam: sed eiusmodi distinguuntur non solum specie, sed genere, quemadmodum agere, & pati, à quibus speciem capiunt, ergo specifica erit distinctio potentiæ, & impotentiæ naturalis.

I. Ratio. Fauet etiam ratio: naturalis potentia, & impotentia opponuntur contrariè, vel priuatiuè, sed extrema horū oppositionū distincta vt minimum in specie esse oportet, & de contrarijs
53. quidē constat ex eorū definitione, sunt namq; ea, quæ sub eodem genere posita maximè distant: maxima autem distantia sub eodem genere specificam distinctionem infert: de oppositis verò priuatiuè clarius, nam priuatio, & illius habitus diuersissima sunt: nec possibile est candē sui ipsius essentialiter esse priuationem.

II. Ratio. Secundo: naturalis potentia ad aliquid agendum, vel alicui resistendum est inclinatio ad actum, vel resistentiam, exemplum primi: potest esse grauitas lapidis, per quā inclinatur ad motū deorsum: secundi verò durities eiusdem apta ad resistendū diuisioni: at naturalis impotentia est repugnantia potius ad actum exercendum, vel ineptitudo ad resistendum: primū patet in his, qui inepti sunt ad cursum, vel luctam, qui idcircò impotentes appellantur ad exercitium eorundē actuum: secundū verò in mollitie aquæ, vel rei alterius ad resistendum impotentis: repugnantia autem essentialiter est ab inclinatione diuersa, ergo hoc modo distinguuntur potentia, & impotentia.

Secunda opinio opposita P. Fonsecæ. Oppositum sentit Doct. noster Fonseca 5. Metaphysic. cap. 14. section. 3 quæst. 2. solo accidenti eiusmodi separari cuius duplex est fundamentum.

Prim. fundamētum. Primum, quia naturalis potentia appellatur ab Aristotele capite præsenti, qua facilè quæq; res agit, aut resistit, impotentia autem, seu imbecillitas naturalis, qua ægrè, seu difficilè: facilè autem, seu difficilè aliquid agere, aut alicui resistere: perspicuè cernuntur ad eandem potentiam specie pertinere: vt facilè, aut ægrè videre: quis enim dicere audeat facultatem videndi, aut audiendi pueri, & senis differre specie, cum solo sint vigore, & imbecillitate diuersæ: quis præterea facultatem hominis sani, qua facilè morbis resistit, & imbecillitatem valetudinarij, qua ægrè, & cum difficultate, essentialiter separabit.

Secundum. Secundum, quia facultates naturales suis operationibus distinguuntur: ita vt si operationes non differant specie, nec ipsæ facultates specie differre censeantur, facilè autem, vel difficilè aliquid agere ad eundem actum pertinent, solo facilitatis modo (sine dubio accidentali) distincto, & similis est ratio de resistentia, ergo facultates, quæ naturalis potentia, & impotentia vocantur, solo accidēti maioris, vel minoris perfectionis separantur. 54.

Quomodo inter se, & ab habitu, & dispositione differant potentia, & impotentia.

Nota. DVo sunt circa hanc speciem à nobis expedienda: primum, quo pacto à prima specie habitus, & dispositionis sint distinctæ:

distincta: hoc enim non satis explicatum reperio apud interpretes Aristotelis. Secundum, quo pacto inter se se distinguantur naturalis potentia, & impotentia.

In vno conueniunt 1. & 2. species qualitatis. Circa primum, naturalis potentia, & impotentia conueniunt cum habitu, & dispositione in vno: differunt in duobus: conueniunt quidem, quod vtrumque genus est qualitas determinans substantiam ad operationem: etenim natura creata eam ex se habet limitationem, vt non sit sufficiens ad exercendas operationes sibi conuenientes, ac propterea indiget quibusdã virtutibus sic eam modificantibus,
59. vt efficiant ad operandum potentem, & eiusmodi sunt potentiæ, & habitus, qui non minus ad operandum, quàm potentiæ ordinantur, nam etsi quædã sint dispositiones, vel habitus disponentes naturam, vt benè se habeat in suo esse, adhuc istæ ordinantur ad operandum, vt benè adnotauit D Thom. 1. 2. quæst. 49. art. 3 ad tertium, exemplum in sanitate constituens, quæ disponit proximè naturam, & cum natura sit principium operationis, ex consequenti, & quasi remotè ad operationem ordinatur, vt Aristoteles docet 10. lib. de historia animalium cap. 1. vbi tunc, ait, sanum dici hominem, vel membrum aliquod, quando potest facere operationem sani: itaque tam habitus, & dispositio, quàm naturalis potentia, & impotentia sunt virtutes operatiuæ.

Differunt. Sed differunt primo, quia istæ ordinantur ad operandum simpliciter: habitus verò, & dispositiones ad benè, vel malè operandum, exempli gratia, rusticus habet principium cognoscendi, nempè intellectũ, sapiens verò benè, ordinateq; per habitum scientiæ, vel artis.

Secundò differunt potentia, & impotentia
60. ex vna parte, à dispositione, & habitu ex altera: quod illæ sunt à natura ipsa concessæ, & nullo modo per actus nostros conquisitæ: at dispositio, & habitus abstrahunt ab adquisito, & naturali, si vniuersaliter accipiantur: & in particulari maiori ex parte adquiruntur nostris actibus. Huc accedit, naturalem potentiam esse magis intimam substantiæ: plerumque enim propria passio illius est, vel modum certè propriæ passionis habet, plerumque etiam v talis est, vt in cunctis viuentibus: habitus verò & dispositio, vtraque carent conditione, & dignitate.

Quæ omnia his exemplis ostendi possunt: nam sanitatem, & ægritudinem, pulchritudinem, ac deformitatem inter habitus, vel dispositiones connumerat Arist. constat autem esse naturales, ergo hęc species à naturali, & acquisito abstrahit. Grauitas, & leuitas proprietates item sunt corporum, quæ mouentur deorsum, intellectus, & voluntas potentiæ vitales.

Quantum autem pertinet ad distinctionem naturalis potentiæ, & impotentiæ inter se, statuenda sunt in primis ea, quæ ab vniuersis acceptantur: & est primum impotentiam non accipi ab Aristotele hac in parte pro pura negatione, vel priuatione potentiæ, sed absque dubio pro qualitate positiua, innata ad aliquid difficilè agendum, vel resistendum, aut quod idem est ad facilè patiendum, vel resistendum contrarijs, vel nociuis: ægre resistere contra- 61.
rijs dicitur illud, quod facilè ea admittens patitur suam destructionem, vt quod molle est, diuisioni, per quam corrumpitur, facilè cedit, quod est parum resistere: & debilis complexionis homo facilè admittit ea, quæ suæ saluti nocent, proindeque ægre dicitur resistere. Itaque quemadmodum potentia naturalis positiua qualitas est ad agendũ facilè, & resistendum fortiter, sic etiam impotentia suo modo positiua qualitas est ad difficilè agendũ, ægreque resistendum: & huius ratio euidens est, quia impotentia ponitur species qualitatis ab Aristotele, sed quælibet species positiua est, nam negatio, vel priuatio non est species, sed speciem tollit, ergo non est accipienda, tanquam pura negatio, vel priuatio, quanquam aliquid negationis, vel priuationis admixtum claudat, ratione cuius potentia imperfectior est.

Præsuppositum secundum. Certum est secundo, & verbis Aristotelis expressum, non accipi impotentiam in ordine ad resistendum, sed etiam ad aliquid difficilè agendum: etenim ingenij hebetudo impotentia naturalis est, & non ad resistendum, sed ad difficilè intelligendum, ad vtrumque igitur 62.
vtraque à natura conceditur, nempè ad agendum, & resistendum facilè, & difficilè, quod his verbis docuit Aristoteles: *Pugilatores, vel cursores dicuntur, non quod sint dispositi aliquo modo, sed quod habeant potentiam naturalem, vel impotentiam aliquid facilè faciendi.*

Præsupponitur III. Tertio indubitatum est distinctas esse species naturalem potentiam, & impotentiam, dum ad diuersos actus ordinantur, vel ad agendum vna, ad resistendum altera, vt hebetudo ingenij ad ægre intelligendum ordinata, specie distinguitur à potentia visiua ordinata 63.
ad vi-

ad videndum, quemadmodum audire specie distinguitur ab actu intelligendi, quod adeò necessarium est, sicut vnam potentiam naturalem distingui specie ab alia, dum ad diuersos ordinantur actus, vel certè ad agendum, & resistendum: distincta species est potentia visiua ab auditiua sub potentia naturali, quia diuersi sunt actus intelligere, & videre.

Distincta item potentia nutritiua à duritie, per quam fortiter ferrū diuisioni resistit. Cæterum, hoc nec distinctionem ponit, nec tollit inter naturalem potentiam, & impotentiam: stare enim potest eiusdem esse speciei in communi, & tamen specie distingui particulares potentias, & impotentias, ad diuersa ordinatas: quis enim dubitat potentias in eadem specie subalterna potentiæ naturalis à cunctis abstracta essentialiter conuenire, & tamen in particulari diuersas esse species atomas diuersarum potentiarum, quæ diuersos actus respiciunt. Sic igitur de potentia, & impotentia sentiendum est: & ex hoc deprænditur deceptio plurium modernorum, qui idcirco existimarunt diuersa esse genera, vel species,
46. quia dum ad diuersos ordinantur actus, vel ad agendum vna, ad resistendum alia, diuersæ sunt.

Negatiua sententia præfertur, idemq; fertur iudicium de reliquis speciebus.

HIc est ergo status quæstionis, in hoc difficultas posita est, an naturalis potentia, & impotentia ad eundem actū ordinatæ, vel ad eandem resistentiam specie distinguuntur.

Prima oppositio affirmat. 2. negat quā sequimur.

Prior sententia distingui affirmat, negat posterior, solam differentiam accidentalem inter vtramque ponens, & hæc mihi videtur magis cum ratione, menteq; Aristotelis coniuncta, nam imbecillitas ad agendum, vel resistendū solum ponit quandam imperfectio-
65. nem in ea facultate, quæ vocatur impotentia, hæc autem non facit distinctionem essentialem in his facultatibus, quæ ad eundem actum ordinantur, à quo speciem capiunt, ergo non sunt distinctæ species: quod perspicue intelligemus, si rē altius perpendentes, principium, originemque à quo vtraque procedit, intelligamus, quam benè attulit Magnus Albertus in nostram sententiam propendens tractatu de prædicamento qualitatis cap. 4. de naturali potentia, & impotentia, vbi facultatem naturalem ad agendum, vel resistendum sequi docet constitutionem naturæ, quam duobus modis ex coniunctione formæ cum materia coalescere contingit: vno, dum forma perfectè informat materiam, hoc est, quasi eam perfectè comprehendens, vel ad se terminans, vel sibi perfectè subdens, quod ex eo proueni- Nota.
re intelligendum est, quia in ipsamet informatione perfectè resistit contrarijs alterationibus bonum informationis statū impedientibus, & tunc prodit virtus naturalis perfecta ad agendum, vel resistendum quæ vocatur naturalis potentia, nec est aliud, quam vigor, seu valor formæ supra materiam ad agendum ea, quæ sunt secundum naturam sine impedi- 67.
mento: in materia enim nulla est virtus ad agendum, sed ad propriam imperfectionem virtutem agendi imbecillem reddit, & quo magis prædominatur, eo imbecilliorem esse contingit. Secundo, materiam coniungi formę imperfectè in ipsamet informatione, & constitutione naturæ contrarijs dispositionibus ex parte materię se tenētibus: impedimentumq; ne perfectè fiat informatio præstantibus, & tunc prædominatur formæ, quasi ab ea non perfectè compræhensa, ex quo virtus eiusdem naturæ diminuitur ad operationes naturales præstandas: & potentiæ ad easdem operationes eidem naturæ concessæ imbecilliores prodeunt, & eiusmodi facultates ad agendum, & resistendum infirmæ, vocantur impotentiæ, & si ita se res habet, facilè intelligimus easdem facultates ad eosdem actus eliciendos, vel ad resistendum contrarijs fortiores esse in vno, imbecilliores in alio, ex robore, vel fragilitate naturæ, ac propterea solum distingui tanquam perfectum, & imperfectum circa eundem actum, & obiectum quod est sola differentia accidentali separari.

Diluuntur argumenta opposita.

NEque oppositum vllo modo indicant verba Aristotelis pro priori sententia opposita, quibus vnum dumtaxat officium impotentiæ naturalis explicuit, nempè debilem resistentiam, statim explicaturus aliud, nempè debilem actionem, quæ, si cum eisdem officijs potentiæ naturalis facilè, fortiterque præstitis conferantur, videbimus solum differre has facultates, tanquam perfectum,

Ad Arist. Respond.

68.

fectum, & imperfectum in eadem specie.

Ad I. argu. resp. Ad primam rationem dicendum est, quandam oppositionem imperfectam habere magis ad priuatiuam, quam ad contrariam declinantem, qua opponuntur in quibuscunque rerum generibus, illud quod perfectum est, & aliud cui sibi debita perfectio deest, non quidē
69. omni ex parte, quia tunc esset pura priuatio, & oppositio purè priuatiua, sed ita vt aliquid ei retineat, ratione cuius eandem speciem quanquam imperfectè participet, eiusmodi igitur oppositio tanquam imperfecta non variat extremorum speciem, aut naturam.

Ad II. resp. Secundū argumentum ex adnotatis in corpore quaestionis soluitur: etenim impotentia naturalis non est omnimoda repugnantia ad agendum, vel resistendum, sed difficultas, vel imbecillitas maxima, cui nonnihil habilitatis coniungitur, ratione cuius positiue ordinatur ad eundem actum, vel resistentiam, & propterea ad eandem speciem cum potentia naturali spectat, etsi imperfecto modo à se participata.

Et haec de potentia naturali, & impotentia.

Quonam pacto differant passio & passibilis qualitas.

DISTINCTIO specifica passionis à passibili qualitate suos habet patronos, quibus non deficit fundamentum nam qui considerauerit verba Aristotelis tantum discrimen inter vtramque designantia, vt à passione non denominari subiectum simpliciter quale, sed solum à passibili qualitate profiteantur, dicet absque dubio plus quam specie distingui, cum id non admittatur nisi in analogatis: & rursus, qui fundamento D. Tho. persuasus tenuit habitum, & dispositionem esse distincta genera qualitatis, quia ille ex propria natura difficile mobilis est à subiecto, haec facile, non dubitabit tantundem affirmare de passione, & passibili qualitate, cum videat Aristotelem eodem prorsus modo eas separantē, nam passio (ait) cito transit, passibilis qualitas diu permanet, & id quidem propter ordinem ad proprias causas stabiles, vel infirmas.

Exemplū. exemplum esse potest in pallore ex metus passione contracto, & ex diuturnis causis congenito, ille namque ex propria conditione facile transit, is diu, multumque permanet, nec po-
71. test vllo modo transire in passibilem qualitatem, cum repugnet causam illius permanere. quod argumento videtur esse proculdubio nō infirmo, ex propria natura differre à pallore permanente atque adeò vniuersaliter loquendo passionem à passibili qualitate, nam quae solo accidenti durationis, vel permanentiae separantur, sic se habent, vt vnum possit transire in naturam alterius, quia non est alia sed eadē diuerso affecta accidenti, quibus permoti non nulli ex modernis interpretibus non minus esse duo genera distincta tenent passionem, & passibilem qualitatem, quam habitum, & dispositionem, idque probabile iudicat Magist. Sotus quaest. vnica huius praedicamenti inter soluendum confirmationem quarti argumenti.

Ipse tamen tanquam probabiliorem sustinet partem oppositam, sola distinctione accidentali eas separantem, quam etiam tuetur P. Fonseca 5. metap. cap. 14. q. 2. sect. 3. & nos tanquam magis consentaneam naturae huius speciei libenter amplectimur: cuius ea est intrinseca conditio, vt sit causa, vel effectus passionis, quod vero statim transeuntis, vel permanentis, accidētarium est: qua propter cum hoc solum separet passionem à passibili qualitate, non potest differentiam essentialem constituere: rubor vel pallor ad hanc pertinet speciē, quoniam effectus est passionis, quod vero passionis à natiuitate insitae, vel nunc contingentis, mox que transeuntis, eandem rationem nō variat nisi ab extrinseco: haec tamen variatio sufficit, vt diuersis nominibus significarentur, quam diuersitatem attendens communis modus loquendi potius, quam rei essentiam, vnā vocat qualitatem, passibilem aliam, non qualitatem, sed passionem, cum tamen spectata vtriusque natura vtraque sit vera qualitas constituens tertiam speciem à caeteris distinctam, vnde fit: vt diuersus modus denominandi nō constituat distinctionem in substantia rei: nec proinde analogiam, sed in modo essendi accidentali, & à posteriori quidem, non tam constituens, quam ostendens, & iste est germanus sensus verborum Aristotelis. II. Opinio & verior. 72. 73.

Ad II. resp. 74. De habitu vero, & dispositione (vt argumento fiat satis) diuersa est ratio, cum habitus sit difficile mobilis id exigente propria natura & conditione, ordineque ad naturales causas, quod ex ipsa nominis propria significatione elicitur, etenim habitus, vt docet Aristoteles. 5. metap. c. 20. text. 25. habere aliquid dicimur, nisi quae permanenter possidemus, dispositio facile

facile mobilis est ex eadem propria conditione, & significatione. Tertia autem species qualitatis solum petit talem naturam, vt causitiua sit passionis, vel per passionem producibilis, quod vero passio sit transiens, vel permanens, accidentarium est, ac propterea non duplicem speciem, sed eandem secundum diuersa accidētia constituit.

Distinctio formæ, & figuræ.

75. Formam demum, & figuram non desunt, qui specie distingui velint dicentes, figuram solam terminationem quantitatis importare à materia sensibili proinde abstrahentem, at formam addere ordinem ad materiam sensibilem, conferreque speciem artificiatis, vel eam in naturalibus ostendere, vt forma statuę, forma hominis vel equi. Cæterum diuersæ dumtaxat sunt considerationes eiusdem rei magis, vel minus à materia abstrahentis, quæ rationem formalem non variant, nisi accidentalem, in quantum vna accidit alteri, ac propterea accidentali ratione distinguuntur: quēadmodum si lineam accipias, in quantum abstrahit, à materia sensibili, quo pacto à Geometria consideratur, vel vt respiciens materiam sensibilem, & visualis appellatur, perspectiuæque obiectum est, diuersæ sunt considerationes eius, quarum vna accidit, vt ostendit eiusmodi accidentalis prædicatio: linea est visualis: accidentalis est ergo extensio figuræ ad res sensibiles artificiales, vel naturales, ratione cuius appellationem formæ sortitur, vnde non efficit speciem qualitatis distinctā. Quod hoc exemplo facile intelligi potest: nam idem ho-

76. mo iuxta diuersas considerationes ad diuersas scientias spectare potest, vt ad naturalem, in quantum corpore, & anima constat, ad metaphysicam vt genere, & differentia, sed nō proinde considerationes istæ sufficiunt, vt diuersas species in prædicamento substantiæ constituat.

QVAESTIO QVARTA.

An passio, & passibilis qualitas sint veræ species qualitatis, & sub passione collocentur animæ passiones, sub passibili vero qualitate omnia obiecta externorū sensuum, vt talia.

NON facilè intelligitur, quid nomine passionis in hoc tertio genere intelligat Aristoteles, neque item quo pacto à passibili qualitate separetur: vt igitur notum fiat vtrumque adnotandum est passionem quatuor modis accipi.

IV. modis accipitur passio.

I. Acceptio passionis.

Primo, pro quacumq; receptione, siue alicuius nociui, & discōuenientis, siue conuenientis, ac perficientis, in qua acceptione passio dicitur non solum receptio caloris in ligno, vel manu, per quam ad corruptionem disponuntur, sed receptio speciei visibilis in visu, vel intelligibilis intellectu, quibus eiusmodi potentiæ perficiuntur in ordine ad operationes vidēdi, & intelligendi. 77.

II. Acceptio passionis.

Secundo accipitur pro sola receptione contrariæ qualitatis, vel disconuenientis, quam passionem propriæ appellamus: si quidem pati propriè dicitur illud, quod aliquid recipit, per quod ad corruptionem disponitur.

III. Acceptio passionis.

Tertio, pro aliqua operatione animæ sensitiuæ, cum aliqua transmutatione, vel passione corporali facta: quo pacto ira, gaudium, dolor & tristitia passiones dicuntur, quia ex propria conditione habent fieri cum aliqua alteratione, vel passione corporali, vt calefactione, infrigidatione, vel alia simili, vnde factum est eiusmodi passiones duobus modis definiri, quasi materiali explicatione, dum pro alteratione præcedenti accipiuntur: & formali, aut finali, dum pro actione ipsius appetitus, vt iram primo definiunt, quod sit ascensio sanguinis circa cor: secundo quod sit appetitus vindictæ, ex his autem tribus modis communissimus est primus: secundus proprius: tertius vtriusq; rationem participat, cum ex parte sit actio quędam appetitus sensitiui ipsum perficiens, ex parte vero passionem propriam, seu receptionem disconuenientis, cum qua fit, contineat, & quo plus de ea claudit, maiorem habet rationem passionis.

IV. Acceptio passionis.

Vltimo demum passio appellatur qualitas illa, quæ effectus passionis est: tertio modo sūptæ, vt rubor ex verecundia, pallor ex timore contractus, in qua acceptione est tertia species qualitatis, distinguitur autem à passibili qualitate (vt textum Aristotelis exponentes indicare cæpimus) quia non solum effectus passionis est, sed modum illius habet citò transeuntis: at passibilis qualitas, quanquam effectus 78. sit passionis, modum eius non habet, sed in sub-

subiecto permanet, hoc autem discrimen modus loquendi manifestat, nam cum passio statim transeat à qualitate simpliciter tali degenerare videtur, ac propterea non denominat subiectum simpliciter tale, quemadmodum qualitas passibilis, non enim pallidum,
79. vel rubeum vocamus, qui eiusmodi colores ex metu contraxit, aut verecundia, sed ruborem, vel pallorem passum: si vero contingat in aliquo esse ex permanenti causa, talis absolutè dicitur ab ea, tanquam à passibili qualitate: rubeus enim dicitur, qui ab ipsa natiuitate eum habet colorem: radix autem, & origo huius distinctionis est diuersitas passionum, à quibus qualitates istæ causantur: est enim duplex passio, vna statim transiens, vt rubor ex verecundia, ex quo causatur rubedo: alia permanens, qualis censetur reciproca illa quatuor qualitatum, ex quibus corpus mixtum fit: hæc enim semper durat etenim per actionem & passionem mutuam quatuor qualitatum disponitur materia corporis mixti ad recipiendam formam substantialem, per cuius receptionem mixtum generatur: & absque dubio per eandem conseruatur, & cum notum sit ex eadem resultare secundas qualitates, vt colores, odores, sapores, ac cæteras, in eisdem mixtis corporibus, sit permanentes esse iuxta permanentiam passionis, à qua fiunt. Ecce tibi rationem à priori, ob quam quædam sunt qualitates cito transeuntes, aliæ permanentes, & illæ passiones, istæ passibiles qualitates appellantur: qua passiones ipsæ etiam sunt duplices cito transeuntes, & permanentes, à quibus causantur, effectus namque proportionantur causis.

Dubij ratio an passio sit species.

His expositis tria proponit discutienda titulus quæstionis, primum est, an passio sit vera species qualitatis: occasionem præbuit Aristoteles non leuem existimandi passionem nō esse veram speciem qualitatis, dicens ab ea nō dici hominem simpliciter qualem, sed sub tantam quandam mutationem passum, vt dum quis
80. ruborem ex verecundia contrahit in facie, vel pallorem ex metu, non denominatur rubeus simpliciter, sed pallorem, vel ruborem passus, cum verò in quo inhærent, ex passione diuturna, vel à natiuitate simpliciter denomināt: ex hoc enim discrimine statim infertur passionem non esse qualitatem simpliciter, & proinde nec veram eius speciem, nam qualitas (vt definit Aristoteles) est, à qua denominamur quales, sed à passione non denominamur quales simpliciter, ergo non est simpliciter qualitas sed secundum quid.

Confirm.

Cui si adiungas, genus de cunctis speciebus simpliciter prædicari, dices de passione non tanquam genus, sed vt quoddam analogum dici, ac propterea non esse speciem qualitatis veram.

Duo sunt consideranda in pass.

Duo considerare oportet in passione (vt dubium soluatur) entitatem, atq; essentiam eius, & modum inhærendi, quemadmodum in albedine, quā in solis dentibus habet Æthyops: & quidē considerata essentia notum est non minus esse completam, & absolutam in albedine hac, quàm si totum corpus afficeret, nam quod ad plures, vel pauciores partes subiecti accidens extendatur, non pertinet ad eius essentiam, sed modus quidā est accidētarius inhærendi secundum extensionem perfectior. Cæterùm, quia communis modus concipiendi, & denominandi corpus album eiusmodi extensionem postulat, non denominatur simpliciter corpus album, nisi totum penè albedine afficiatur, itaq; essētia albedinis, eiusq; species simpliciter in vtraq; inuenitur, quāquam 81.
modus denominandi valdè sit diuersus: sic igitur statuendum est de passione, & passibili qualitate, vt de rubore permanēti, & cito transeunte: spectata enim ruboris essentia species simpliciter in vtroque reperitur, cum simpliciter vterque sit color rubeus, discrimen autem consistit in modo inhærēdi permanenti, vel transeunti, qui ad quādam pertinet, quasi extēsionem temporis accidentalem: veruntamen quia communis modus denominādi hāc includit permanentiam in subiecto, non dicimur tales à passione, sed à passibili qualitate: modus igitur denominandi analogiam sapit, essentia verò vniuocam constituit rationem, ex quibus soluuntur rationes dubitandi. An verò specifica sit differentia inter vtramq;, suo loco definietur.

Ex his soluuntur rationes dubitandi.

An passiones animæ ponantur in hac specie.

Secundum circa passionem discussione dignum est, an passiones animæ pertineant ad hanc speciem.

Passiones autem animæ sunt ira, amentia, mētis alienatio, & similes, quia si diuturnæ sint, & quasi naturales, simpliciter iracundum hominem, & ab Aristotele vocantur passibiles, qualitates, si verò mox transeant, vt dum quis in iram rapitur, non denominant simpliciter iracundum, sed iram passum, & idcircò passio- 14.

nes

nes dicuntur, non passibiles qualitates: nihilominus quod neque ad hanc speciem, imo neque ad hoc prædicamentum spectent, probari potest.

I. ratio ex Arist. Primo, quia capite sequenti de actione, & passione inter actiones, & passiones eius prædicamenti his verbis recensentur: *Recipit autem agere, & pati cõtrarietatem, & magis, & minus, delectari enim contrarium est ei, quod est contristari, est etiam magis, & minus tristari.*

Confirmatur ratio. Et ratio idem cõfirmatur nam ira, gaudium, tristitia, & similes, actiones sunt appetitus sensitiui, & ab aliqua eius parte nempe irascibili, & concupiscibili eliciuntur, ergo vt prodeunt ab his potentijs pertinent ad prædicamentum actionis, vt autẽ in eisdem tanquàm actiones immanentes recipiuntur, ad prædicamentum passionis: quam igitur rationem qualitatis in eis inuenire potuit Aristoteles, vt ad tertiam
83 speciem qualitatis referret: nullam profectò, nisi solum nomen actionis, quod procul dubio equiuocum est respectu harum passionum, & effectuum ipsarum, effectus enim, vt rubor ex verecundia procedens, & pallor ex metu, passiones dicuntur huius speciei: si verò pro causa, nempe pro actione appetitus accipiatur, multum à qualitate differt, cum sit actio de prædicamento actionis.

Quorundam modernorum sententia refertur, & reijcitur.

Recentiorũ opinio. MOderni quidam tenent eiusmodi passiones per se ipsas non spectare ad hãc speciem qualitatis, sed per qualitates adiunctas, quæ sensibus patent, & per quas
84. cognoscuntur, vt ira per ardorem, metus per rigorem.

Impugnatur. Hæc tamen solutio non potest verbis, aut menti Aristotelis satis facere, cum iram, amẽtiam, cæterasque passiones ad hanc speciem pertinere affirmet secundum proprias denominationes: quales enim, ait, dicuntur homines ab eis, vt amentes, iracundi, &c. & rursus si à natiuitate sint, vel alio modo diuturnę, ait esse passibiles qualitates, cum tamen non sit tũc alia qualitas sensibilis nobis nota, per quã cognoscantur, vt si quispiam amens sit à natiuitate, vel iracundus, nullam ex hoc sensibilem qualitatem ostendit, per quam amentia cognoscatur, sed solum verbis, & signis eam cognoscimus.

Vera solutio dubij ex mente Diu. Thomæ.

VT igitur dubium melius soluamus ad notandum est ex Diu. Thom. 1. 2. quæst. 22. art. 1. & 3 id esse discriminis inter operationes appetitus intellectiui, qui dicitur voluntas, & sensitiui, quod illæ non procedunt à toto aliquo cõiuncto, sed ab anima media voluntate, istæ verò à toto coniuncto, non secus ac actus exteriorum sensuum: prouenit autem discrimen hoc ex natura potẽtiarum, nam voluntas non est potentia in organo corporali residens, sed spiritualis, & quæ absque coniunctione ad organum operatur, at sensitiuus appetitus actus est organi corporalis, sicut potentia visiua, vndè quandò operatur voluntas, non operatur proximè totum aliquod corporeum, sed nuda animæ potentia, & quia anima, cuius potentia est voluntas informans corpus, totum constituit hominem, operatio voluntatis totius hominis est, at dum operatur appetitus sensitiuus, totum quid corporeum operatur, cui operatio, tanquàm proximo principio conuenit: quemadmodum, dum operatur potentia visiua, oculus operatur, qui est compositus ex parte illa corporis potentia sensitiua in ea residẽte: Vndè fit, vt actus appetitus sensitiui tanquam totius coniuncti cum transmutatione corporali fiant, actus autem voluntatis tanquam spirituales, minimè, & quo vehementiores sunt actus appetitus, eo maiorem commotionem corporis excitant: eiusmodi autem corporalis transmutatio, vel disconueniens est naturali cõplexioni corporis, vel si aliquando conueniens sit, aliquem habet excessum, vel defectum, ratione cuius non nihil disconuenientia importat: ideo semper dicitur verè, & propriè passio tendens vel disponens aliquo modo ad corruptionem, & ab hac passione vocãtur actus appetitus sensitiui passiones, nimirum, quia semper habent coniunctam passionem corporalem, quam excitãt: itaq; in motu irę duo sunt, & actus irascibilis, quæ pars est appetitus sensitiui, & transmutatio corporalis, videlicet ascensio sanguinis circa cor, & in verecundia est etiam actus appetitus, & transmutatio corporalis, per quam rubor in facie producitur, & sic in cæteris animæ passionibus: & cum omnis motus vel actio sit via in terminum per ipsam productum, quælibet harum actionum proprium,

Nota ex D. Thom.

85.

86.

Cur dicantur passiones.

priū habet terminū, & quidē terminus transmutationis corporalis sensu percipitur, & rubor in facie per rubefactiones (vt sic liceat loqui ad designandam corporalem actionem)
87. terminus verò actionis appetitus non percipitur sensu, quemadmodum neq; actio ipsa, irā enim, nisi aliqua alteratione corporis ostendatur, vel certè verbis, aut signis, nō agnoscimus, sed cum sit actio corporea, absque dubio habet proprium terminum nomine eiusdem actionis significatum, vt ostendunt operationes volūtatis, & similes: dum enim voluntas rem aliquam amore prosequitur, actio ipsa amandi suum habet terminum in eadem voluntate productum, nempe amorem actualem, quemadmodum actio intellectus verbum mentale, sed eodem nomine significamus actionem, & terminum, nempè amoris actualis, ita ergo de actibus appetitus intelligendum est, amorem
88. sensitiuum iræ, & gaudij motus suos habere in nominatos terminos, quos eisdem nominibus, ac actus ipsos nominamus, nempè actualem amorem, actualem iram, & gaudium, & rursus quemadmodum amor actualis per actū voluntatis productus, & verbum mentale per actum intellectus, sunt qualitates, cum tamen dilectio, & intellectio sint actiones, pari ratione de actibus appetitus sentiendum est, eos esse quasdam actiones huius potentiæ sensitiuæ, terminos verò productos in eadem potentia qualitates, quas passiones vocamus nomen operationis termino eius accommodātes, quod intelligendum est de passione cito transeunti: nam si ex passione diuturna, vel naturali procedant, dicuntur passibiles qualitates, vt contingit in amentia diuturna, vel à natiuitate contracta. Hæc autem ita se habere conuincit hoc argumentum: passio, & passibilis qualitas dicuntur tales, quia sunt effectus passionis cito transeuntis, vel diu permanentis, sed prædictæ qualitates terminantes passiones, vt irā, gaudium, fiunt per operationes appetitus, quæ verè dicuntur passiones, in quantum fiunt cum passione corporea, ergo si cito transeant, passiones vocabuntur, si diu permaneāt, passibiles qualitates.

Resp ad argum. & cōfirmationē. Hæc autem doctrina dubio proposito & argumentis satisfacit: nam dum Aristoteles passiones animæ in hac tertia specie qualitatis collocat, pro terminis accipit diuturnis, vel cito transeuntibus: pro ipsis verò actibus appetitus in prædicamento actionis, & passionis collocandas docet: non est igitur in doctrina eius sano modo intellecta vlla contradictio, nec argumentum quidpiam aliud conuincit.

An obiecta omnium sensuum exteriorum, vt talia, sint passibiles qualitates.

Explicans Aristoteles, quid sit qualitas passibilis, ait, duob' modis dici, vel quia causa passionis est, vel effectus: causæ passionis sunt obiecta sensuum externorum, cum sint causa sensationum, quas passiones vocamus: nam sentire est quoddam pati, vt idem 89. docuit Aristoteles 2. libro de anima text. 51. effectus passionis est rubor ex verecundia cōtractus, sed quoddam constituit discrimen inter obiecta gustus, & tactus ex vna parte, & colores ad visum pertinentes ex alia, quod tangibile, & gustabile dicuntur passibiles qualitates, quia nata sunt causare passionem in sensu, hoc est, actiones gustandi, & tangendi: colores verò nō propiereà appellari passibiles qualitates vult, sed quia ex vera, ac propria passione procedūt, vt rubor, & pallor, dum ex diuturna passione oriuntur. verba Aristotelis sunt: *Passibiles qualitates dicuntur, dulcedo enim passionem quandam secundum gustum efficit, & calor secundum tactum, albedo autem, & nigredo, & cæteri colores non eodem modo his quæ dicti sunt, passibiles qualitates dicūtur, sed eò, quod ipsæ ab aliqua passione innascantur, &c.* Hoc autē discrimē plane falsum videtur, nam vel sufficit esse causā passionis in sensu, vt aliquid dicatur qualitas passibilis, vel non: si primum admittas, cū colores sint obiecta visus, causentq; visionem media speciei visibilis impressione in potentia visiua, sequitur non minus hac de causa vocari passibiles qualitates, quàm obiecta gustus, & tactus. Si verò sufficere neges, statim sequitur neq; obiecta gustus, & tact' ideò appellari passibiles qualitates: ex vtraq; igitur parte falsum erit assignatū discrimen, tum præsertim, quod de sono, qui est obiectum auditus, & de odorabili nulla fit mentio, cum tamen non minus causatiua sint passionis in sensu, quā prædicta, atq; adeò non minus sint passibiles qualitates. 90. Ratio dubij.

Sentiūt quidā moderni verū esse de coloribus, sicut de obiectis aliorum sensuum esse passibiles qualitates, quia causant passionem in sensū sed quia in obiecto gustus, & tactus notior est eiusmodi passio causata, in visu verò minus nota, ideò de illis docuit esse passibiles qualitates, quia causant passionem: pro coloribus verò aliam potius rationem tradidit nobis notiorem, nempè quia per veram producuntur Quorundā opinio. 91.

 passio-

passionem: itaq; cum vtraq; ratio in omnibus concurrat, pro illis rationem causæ, pro his vero rationem effectus cunctis notas tradidit & hoc ideò, quia non intendit hoc loco essentiam harum specierum inuestigare, sed nominum duntaxat significationem, vt intelligamus, quare etiam colores dicantur passibiles qualitates. Sat igitur fuit aliqualem rationem pro singulis reddere, cæteris, quæ afferri possent, prætermissis.

Impugnatur. Hæc tamen solutio friuola est, nec proposito dubio satisfacit, cum Aristoteles expressis verbis doceat colores non esse passibiles qualitates, quia causant passionem in sensum, sed quia sunt effectus passionis: falsum igitur est communem esse rationem cunctis sensuum obiectis esse passibiles qualitates, quia causant passionem in sensum.

Nota ad intelligendũ Arist. Vt igitur discrimen positum ab Aristotele inter obiecta gustus, & tactus, ex vna parte, & colores ex alia intelligamus, dubiumq; plenè soluamus: paucis explicare oportebit modum, quo obiecta exteriorum sensuum eorundem organa immutent, ac sensationem efficiant.
93. est autẽ longè diuersus in tribus sensib⁹, nempe odoratus, gustus, & tactus, à visu, & auditu, nã odorabile, gustabile, & tangibile, ex propria conditione mouent sensum cum reali alterati one organi, nempe humectatione, & calefactione, vel alia simili: cuius ea est ratio: quia vel sunt primæ qualitates, vel maxima ex parte earum permixtionem continent, idq; vsq; adeò certum est, vt adhuc sit in opinione positum saltẽ de tangibili, & gustabili: an moueant sensum per impressionem specierum intentionalium, vel per solam alterationem realem: nã
94. cùm supra organũ posita sentiantur, nõ videntur speciebus indigere, vt præsentia fiant, atq; adeò vt simul cum potentia (cui absq; medio vniuntur) organo eius realiter inhærẽtia sensationẽ efficiant, vnde fit, vt vel ipsimet sensatio ab eis causata sit verè, & propriè passio, vel certè simul cũ vera passione fiat, quod satis est, vt propriè dicatur passio, quemadmodũ de passionib⁹ animæ adnotatũ est: visibile autẽ & audibile ex propria cõditione nõ immutãt organa horũ sensuũ cũ aliqua trãsmutatione corporali, vel alteratione (nisi fortè per accidens quando vehementia sensibilis lædit sensum, & tunc quidem, vel ratione alicuius primæ qualitatis, vel propter nimiam lucis abundantiam) sed per impressionem specierum intentionalium sensationem efficiũt, impressio autem, vel receptio harum specierum in organo cum intentionalis sit, nec ad corruptionem disponat, sed potius ad perfectionẽ non est verè, & propriè passio, sed nec sensatio ipsa, quæ maximè sensum perficit. Vnde sequitur obiecta visus, & auditus non esse causatiua veræ passionis, sed cuiusdam receptionis similitudinem passionis tenentis, in quantum receptio quælibet passio solet appellari: ac proinde non esse propriè passibiles qualitates per comparationem ad sensum, nam qualitates huius speciei dicuntur passibiles, quia sunt causa, vel effectus passionum: qualis igitur fuerit passio, quam efficiunt, talem modũ passibilis qualitatis habebunt, sed in ordine ad sensum non sunt causæ passionis propriè dictæ: ergo nec propriè dicuntur passibiles qualitates, in quantum sunt obiecta sensuum: & propterea Aristoteles, cum obiecta gustus & tactus connumerasset inter passibiles qualitates in ordine ad sensum, colores exclusit dices nõ ideo pertinere proprie ad hanc speciem, quia passionem in sensu causant, sed quia effectus sunt alicuius passionis propriè dictæ: oriuntur enim ex vera passione, vt de pallore, & rubore constat, diuturna quidem vel cito transeunti, & si primam sortiantur conditionem, verè dicuntur passibiles qualitates, si postremam, non nisi passiones: de sono vero existimo non esse verè, & proprie passibilẽ qualitatem, quia nec propriam causat passionem in sensu, nec effectus passionis est, & idcirco eum prætermisisse Aristotelem credendum est.

Atque ex his fit in primis manifestum discrimen ab Aristotele constitutum inter obiecta gustus, & tactus ex vna parte, & colores ex alia, simulque constat merito non esse inter passibiles qualitates connumeratos, in quantum sunt obiecta sensuum, & hæc est plena solutio dubij. Conclusio. 97.

Si autem obijciat quispiam, obiecta gustus, & tactus esse etiam effectus passionis, cum per veram alterationem producantur, nempe calefactionem, & frigefactionem erunt igitur sic accepta passibiles qualitates, quemadmodum colores.

Respondetur ita esse, quod vtraque ratio causæ, & effectus concurrit in eis, sed quia nobilior est ratio causæ, ob eã potius appellãtur ab Aristotele passibiles qualitates: colores vero propter secundã duntaxat, nomẽ passibilis qualitatis merentur, quia prima propriè carẽt, Respond. 98.

quod

quod si aliquando ab Aristotele, vel Diu. Tho. lux, & colores appellantur passibiles qualitates, quia immutant sensum, impropriè, & per quandã reductionem intelligendum est.

QVAESTIO VLTIMA.

Quid nam per formam, & figuram intelligat Aristoteles.

MVltiplex significatio formæ dubiam rem fecit, accipitur enim primo pro pulchritudine, & venustate rei, vt
I. Acceptio formæ. Porphyrius docuit ca. de specie in principio, iuxta quam acceptionem proloquium illud commune prodijt *prima seu priami species digna est imperio*: eandem videntur continere verba,
99. Psal. 44. *Speciosus forma præ filijs hominum*, de Christo Domino ad literam prolata.

II. Acceptio. Secundò accipitur forma primo pro substã
III. tiali speciem conferente, in qua acceptione dicimus, rationalem animã esse formam hominis. Tertiò capitur pro exteriori figura rerum non solum naturalium, sed artificialiũ, in qua significatione quidquid artificiosum est in ca-
100 thedra, vel statua appellare consueuimus formam artificialem, à qua in genere artificiali constituitur, exteriorem etiam figuram hominis, equi, leonis appellamus formam: iuxta has igitur acceptiones diuerso modo loquuntur interpretes Aristotelis de forma, volentes eam aliquo modo à figura distinguere, nam vocum diuersitas aliqualem videtur distinctionem indicare.

Ammonius in commentarijs huius capitis per figuram intelligit eam, quæ in rebus vitæ expertibus reperitur, formam verò animatorum esse vult, vt hominis, leonis, &c. sed quid intersit inter harum figuras, vt hæc appelletur potius forma, quam illa, non video: absque ratione igitur distinguuntur, & pro libito posterior appellatur forma.

Variæ sententiæ referuntur.

Quid Boetius, & Simplicius figuram intelligant. PROPTEREA Boëtius, & Simplicius ibidem, formam intelligunt appellari ab Aristotele pulchritudinem rei, quæ ex debita partiũ coaptatione, ac distinctione resultat, per figuram vero eam, quæ resultat ex sola quãtitate, vt triangularem, quadrangu-
larem, &c. hoc tamen planè aduersatur doctrinæ Aristotelis, qui pulchritudinem habitum 101
vocat in prima specie collocatum (vt superius vidimus)

Idcirco Albert. Magnus tracta. de prædicamento qualitatis. ca. 8 figuram respectu solius quantitatis dici existimat, quia non videtur esse aliud, quam terminatio quantitatis: anguli namque, quibus quantitas terminatur secundum talem terminationis modum, talem constituunt figuram, quæ si ex tribus resultet angulis, diuersa est ab ea, quæ resultat ex quatuor formam vero ex duplici ordine ad substantialem appellari talem, oritur namq; ab ea: quod constat, quia res diuersarum specierum diuersas habent figuras, idque nõ aliunde euenire 102
potest nisi ex diuersitate formæ substantialis constituẽtis, ac distinguẽtis species Habet præterea forma huius speciei similitudinem cum substantiali in eo, quod quemadmodum hæc est quidam actus substantialiter continens totam perfectionem speciei, quam cõstituit, modo simili forma qualificãs designat totam perfectionem eiusdem, & ideò quasi modo accidentali eam continere dicitur.

Sententia Diu. Thomæ præfertur cæteris.

PLacet præ omnibus sententia Diu. Tho. 7. physicorum lect. 7 circa medium: quã his verbis explicat: *Considerandum est, quod forma, & figura in hoc ab inuicem differunt, quod figura importat terminationem quantitatis:* Placet opinio D. Tho.
est enim figura, quæ termino, vel terminis compre- 103
henditur forma vero dicitur, quæ dat esse specificũ artificiato, nam forma artificiatorum sunt accidentia Hanc sententiam sequũtur iam ferè omnes moderni illud addentes, quòd planè sentit D. Thom. nempè formam importare ordinem ad compositum artificiale: cum tamen figura nuda sit terminatio quantitatis, cuius signum est, quod figura in mathematicis quantitatibus reperitur ab omni materia sensibili abstrahentibus, vt planè docet Arist 5. metaphysi. c. 14. immobilia mathematica, hoc est, à motu abstrahentia figuras vocans, forma vero non reperitur in his, sed corpus sensibile respicit naturale, vel artificiale.

Ego vero duo alia addenda esse circa figuram censeo, primum, quod cum in communi modo loquendi appellatur terminus, vel terminatio quãtitatis, duobus modis intelligi potest, primo de termino proprio, atque intrinse- I. Addendum est. 104

eo quantitatis, in quo sensu non est verum, nã quælibet species quantitatis capax figuræ suũ habet proprium terminum, cum ea in prædicamento quantitatis collocatum, vt linea terminatur punctis, superficies lineis, corpus superficiebus, ergo figura non est terminus intrinsecus quantitatis: alius est terminus accidentalis, atque extrinsecus, necessario tamen consequens intrinsecam terminationem, imo ex tali consecutione terminus nominatus & eiusmodi est figura respectu quantitatis, ex quantitate terminata suo proprio termino resultans, nam tres anguli constituentes figurã triangularem, lineas punctis terminatas præsupponunt, & in hoc sensu accipitur communis modus loquendi, & certè ad æquiuocationem tollendam sic potius loquendum nobis esse dixerim, figuram resultare ex terminatione quantitatis, quam esse terminum quantitatis, iam cum terminus quantitatis vt talis nõ habeat speciem propriam, sed incompletum quid sit ad speciem quantitatis, quam terminat reductum, figura vero proprium habeat prædicamentum à quantitate diuersum, in eoque speciem propriam tanquam quid completum, talis modus loquendi vel confusionem parit, vel certè alienus est à veritate.

105.

Secundo addendum est, figuram non solũ in quantitate continua, sed discreta reperiri, vt expressum est apud Aristotelem 5. metaph. cap. 14. de qualitate hisce verbis: *Alio modo vt immobilia mathematica veluti numeri, quales quidam sunt, vt qui compositi, & non solum, quia ad vnum sunt, sed hi quorum imitatio superficies, & solidum hi autem sunt, qui quoties quanti, aut quoties quanti quoties, & omnino, quod in substantia præter quantum existit, &c.*

II. Addendum.

106.

Quod vt intelligamus, obseruandum est ex doctrina Diu. Thom. 5. metaphysi. lect. 16 numeros esse duplices, simplices, & compositos: simplex vocatur numerus, qui ex vnitatibus solum componitur, vt binarius, ternarius: cõpositus verò, qui ex multis numeris, vt senarius ex duobus ternarijs: nouenarius ex tribus, &c, & quidem simplex nullam habet qualitatem, sed solam substantiam numeri ad prędicamẽtum quantitatis pertinentem: compositus vero præter quantitatem habet qualitatem ex ipso modo compositionis resultantem: quemadmodũ enim in superficie triangulus est figura plana tribus lineis clausa, & in corpore cubus est figura corporalis, qua corpus est vndecunque quadratum: ita nouenarius dicitur numerus triangularis, superficialis, æquilitaterus, quia constat ex ter tribus, sic namque se habẽt tres ternarij, sicut tria latera trianguli: itaque numerus ipse in prædicamẽto quãtitatis collocatur, quemadmodum lineæ trianguli, illa tamen compositio triangularis figuram quandam huius speciei constituit, non secus ac cõpositio triangulorum in quantitate continua. Et hic est sensus verborum Aristotelis satis difficilium.

Nota.

107.

Ex quo pulchra quædam explicatio elicitur aliorum verborum, quæ statim sequuntur, solentque ad aliud propositum afferri ab his, qui germanum sensum ignorant, sic autem habent: *Substantia autem cuiusque est, quod semel. vt puta ipsorum sex, non quibis, vel ter sed qui semel, sex enim semel sex sunt:* Ac si apertius diceret Aristoteles, sex non sunt bis tria, vel nouem ter tria, sex enim, vel noné sub his simplicibus nominibus simplices important numeros prædicamenti quantitatis, at dum compositionis nominibus eos significamus, bis tria appellantes senarium, & ter tria nouenarium, non tamen substantiam numerorum significamus ad prædicamentum quantitatis spectantem, quam figuram huius speciei: quemadmodum dum dicimus triangulum tribus angulis constare: acute igitur Aristoteles protulit sex non esse bis tria, nec nouem ter tria, quia sex & nouem denotant solum numeri quantitatem discretam, sex, vel tria figuram.

Explicatur Arist.

108

CAPVT NONVM.

De prædicamento actionis, & passionis.

PAuca admodum de sex vltimis prædicamentis tradidit Arist. duplici de causa, priori quidẽ, quia philosophicũ, ac metaphysicũ negotium est de natura eorũ differere posteriori verò, quia minoris entitatis sunt, & quorum in dialectica non est frequens vsus Nos vero licet à philosophicis controuersijs hæc in parte abstinendum esse censeamus, nõ nulla tamen afferemus, quæ ad intelligendam eorum naturam, genera, species, proprietates, conditionesque prædicamentales pertinent: vt ex his prædicatorum copiam ad componẽdas propositiones, syllogismosq; extruendos, eruere possimus.

Intentum exponitur.

Adi

Quatuor tractantur de actione, & passione. Ad prædicamenta igitur actionis, & passionis explicanda venio, de quibus late agit Arist. 3. physic. à principio: in præsentiarum verò quatuor declaranda sunt, ex quibus eorum natura intelligetur. Primum, quid nomine actionis, & passionis significetur, quotúe modis vocabula hæc accipiantur: secundum, quid actio, & passio sint? Tertium, quot genera, & species, quælibet habeat, ex quibus prædicamentalis coordinatio fiat, ac tandē quartum, quot habeant proprietates.

Quid nomine actionis, & passionis significetur.

I. De varijs earum acceptionibus. Circa primum præter generalem, nimisque impropriam acceptionem, qua accipitur actio grammaticali modo pro significato cuiuslibet verbi actiui (siue propriè sit actio, vel secus) tres alias reperio in doctrina Arist. magis proprias, quibus varijs in locis vsus est:
2. nam primo actionem accipit pro solo actu, seu actione libera à nostra voluntate elicita, vt 2. lib. magn. moral. cap 12. post medium, quales sunt studiosi, vel vitiosi actus. Secunda acceptio vniuersalior est, pro qualibet actione immanente libera, vel naturali, sub qua comprehenduntur non solum actiones intellectus, volūtatis, & appetitus sensitiui, sed etiam actiones sensuum internorum, & externorum, vt visiones, auditiones, &c. Et actionem hoc modo sumptam distinguit Arist. ab effectione, quæ est actio transiens: in hoc enim actio transiens ab immanente differt, quod hæc in agente, à quo elicitur, manet; illa vero in extrinsecum transit: tales sunt calefactiones, infrigidationes, & plures aliæ, quas effectionis nomine ideò vocat Arist. quia aliquis effectus in extrinseca materia per eas efficitur, vt calor in aqua, frigiditas in ligno: ille quidē ab igne per calefactionem, hæc ab aqua per infrigidationem. Hac acceptione actionis vsus est Arist. 6. lib. ethic. cap. 4. per totum.
Vera actionis, & passionis acceptio. Postrema demum acceptio (licet propria) vniuersalissima est, nempè pro operatione cuiuslibet agentis, siue libera, siue necessaria, immanens, vel transiens: quam sine dubio habet
3. Arist. cap. præsenti, exempla proferens tā in actionibus immanentibus, quales sunt dolor, & tristitia: quàm transeuntibus, quales sunt calefactiones, & infrigidationes. Et in hac significatione supremum genus prædicamenti actionis est actio, & prædicamenti passionis est passio.

Actiones immanentes esse veras actiones probatur. Ex quo illud obiter inferre licet, certum esse in doctrina Arist. nō solùm actiones & passiones transeuntes, sed etiā immanentes propriè, ac per se ad hoc prædicamentum spectare: licet à quibusdam, adhuc ex familia D. Thomæ, ab hoc prædicamento excludantur, & in prædicamento qualitatis collocentur: quod præter expressum Arist. testimonium his rationibus conuincitur. 4.
Actiones immanentes, quales sunt vitales, tam intellectus, quàm voluntatis, procedunt ab his potentijs animæ concessis ad agendum, ergo sunt veræ actiones, & nō qualitates, licet termini per eas producti (verbum scilicet intellectus, & amor voluntatis) qualitates sint, propriè ergo ad hoc, & non ad qualitatis prædicamentum spectant.

II. Ratio. Secundò, si qualitates essent, per actionem aliquam veram producerentur, cum contingat nunc extare in natura rerum, cum antea non essent, sed nulla est in homine actio ab intellectu, & voluntate præter illas elicita, per quam producantur, ergo veræ sunt absque dubio actiones, & non qualitates, per seq; pertinent ad hoc prædicamentum. Id obiter adnotare volui, vt genera, & species horū prædicamentorum intelligi valeant, quanquam disputatio hæc philosophica sit, & ideo in proprio loco ex professo discutienda.

Quid nam Actio, & Passio sint.

Gilberti sententia. Circa secundum Gilbertus Porretanus (quem propterea sex principiorum autorem vocant, quia libellum quendam de hisce sex vltimis prædicamentis edidit, doctrinæ Aristotelis hoc loco à bibliopolis insertum, & quasi Aristotelicæ breuitati supplementum) hic, inquam, autor actionem, quæ supremū genus huius prædicamenti est, hisce verbis definit cap. 2. eiusdem libelli. *Actio est secundum quam, in id quod subijcitur, agere dicimur.* Quam definitionem reijciunt moderni quidam vt imperfectam, quia non per intrinsecam rationem actionis datur, sed per resultantem denominationem agentis: deinde vt diminutam, quia non comprehendit omnem actionem, sed eam duntaxat, quæ circa subiectum fit, ipsumq; præsupponit, præter quam ex at creatio, quæ cum sit productio rei ex nihilo, nullum præsupponit subiectum.

Reijcitur. Mihi tamen non videtur reijcienda, quia nec certum est creationem esse verā actionem, cum multi teneant (inter quos enumero D. Thomam)

Thomam) relationem potius dependentiæ esse creaturæ ex nihilo productæ ad Deum: & consequenter nō erit certum veram actionem dati, quæ subiectum non præsupponat, circa quod agens operetur: definitiones vero, cum sint scientiarum principia, ea solum, quæ certa sunt explicare debent, nō vero quæ in opinione sunt posita. Et licet hoc certum foret, non esset reijcienda definitio vt diminuta, quia Gilbertus tantum actiones ab agentibus creatis procedentes explicare intendit, de quibus notum est circa subiectum esse. Si vero aliæ sint actiones, quæ circa subiectum non versantur (quod vt dixi incertum est) vniuersalior erit assignanda definitio, quæ talis esse poterit. *Actio est, qua media vt via effectus recipit esse ab agente.* Sic enim omnes actiones comprehendit: & hoc modo sine dubio intellecta est à Gilberto definitio, dum ait actionem esse *secundum quam in id, quod subijcitur, agere dicimur*, quasi dicat esse viam, à qua agens imprimens effectum subiecto, tale denominatur: vnde licet denominationem tantū exprimat, virtute continet emanationem, ac dependentiam effectus à causa. Passio itē iuxta hos modos definiendi actionē est definienda, erit igitur, *Via, à qua subiectū dicitur pati per impressionem effectus ab agente.* Vel si vniuersalior futura est, passio erit *via, qua media effectus recipit esse ab agente.*

Actionis definitio.

7.

Passionis definitio.

Quædam illationis.

Ex his definitionibus intelligitur primo actionem, & passionem non esse factas, vel (vt aiunt) in facto esse, sed habere potius modum imperfectum viæ, & fieri, comparatione termini, seu effectus, in quem ordinantur: vnde ex hac parte imperfectæ sunt. Secundò, intelligitur necessariam habere cōnexionem, nam si agens imprimit effectum subiecto, necesse est hoc recipere impressionem ab illo, etsi agens per actionem influit in effectum, necesse est effectum recipere esse ab illo, & illud est actio, hoc verò passio. Eiusmodi autem connexio ex parte actionis quasi à priori esse intelligitur, & ex parte passionis à posteriori, nam prius intelligimus actionem, vel effectū emanare ab agente, quàm in passo recipi; vel prius intelligimus agens influere in effectum, quam hunc recipere esse ab eo: eiusmodi autē prioritas nec realis est, nec ex natura rei, sed solum per nostrum intellectum, quia eadem res sunt actio, & passio: idem enim est agens influere in effectum, & hunc recipere esse ab illo, idem quoq; agens imprimere effectum subiecto, & hoc recipere impressionem ab illo, nos verò

8.

Nota.

9.

rationes has distinguentes actionem vt priorem, concipimus, quia si forent distinctæ, re ipsa esset actio prior, passio posterior. Vnde licet sola distinctione rationis distingui cēseantur, habent absque dubio fundamentum in re ipsa, nam via inter agens, & effectum, seu subiectum media, licet vna res sit, fundamentum præbet intellectui distinguendi duplicē rationem in ea, egressionis videlicet, & receptionis, vel actiui influxus, & receptionis eius, & vtramque rationem habet ante opus intellectus, non tamen actu distinctam nisi per ipsum accipientē quamlibet vnico, ac distincto conceptu. Quare eiusmodi distinctio rationis inter actionem, & passionē vocatur rationis ratiocinatæ, & in prædicabilibus exposuimus, & sufficiens est distinguere prædicamenta, quæ non oportet distinctione reali, aut ex natura rei separari, vt cap. 4. prædicamentorū ostendimus, sed satis est ab intellectu, præsupposito in re fundamento.

Qualis sit distinctio inter actionē, & passionem.

Eiusmodi autem rationes vniuersales actionis, & passionis distinctos modos accidētium primo diuersos continent, quibus nihil commune vniuocum dari potest, sicut nec nouem prædicamentis accidentium, vt suo loco stabilitum est; rationibusque corroboratum hoc loco applicandis, sed non repetendis.

Quæ genera, & species habeant Actio, Passio.

Circa tertium prima diuisione diuiditur actio in eam, quæ circa præsuppositum subiectum versatur, quales sunt generationes rerū, quæ circa præsuppositā materiam fiunt, ex qua vel educitur forma, vel saltem in eam inducitur vt in generatione hominis accidit, cuius anima rationalis non educitur de potentia materię, sed facta per creationē inducitur in materiam. Alia est actio, per quā res fit nullo præsupposito subiecto, quæ dicitur creatio, qualis est ea, per quā fit eadē anima rationalis. Cæterum, cū dubia adhuc res sit, an creatio sit vera actio media inter Deum, & creaturam factam, nō est certum, an in hæc membra diuidatur supremū genus huius prædicamenti, sed supposito quòd vera actio sit, vtrumque erit genus subalternū actionis. Quod rursus diuidi potest in actionem substantialem (hoc est terminatā ad substantiam) præsupponentem subiectum, & accidentalem: atq; etiam in creationem terminatā ad substantiam, & in eam, per quā accidens extra subiectū creari potest.

10. Prima actionis diuisio.

Et rursus

Et rursus quodlibet horum membrorum habebit suas species iuxta res diuersas, ad quas vtrumque genus actionis terminari potest.

Secunda diuisio. 11. Secunda diuisio erit in immanentem, & transeuntem, quarum quælibet habebit etiam diuersas species secundũ diuersitatem terminorum, qui per eas fiunt.

Tertia, & vltima diuisio. Tertio diuidi potest in substantialem, & accidentalem: & substantialis rursus in eam, quę ad totalem substantiam terminatur, & in eam, per quam nõ nisi partialis fit, illa dicitur generatio, hæc verò nutritio, seu aggeneratio. Diuidi tandem posset actio in successiuam, & instantaneam: successiua est, quæ fit in tempore, instantanea autem in momento temporis, nisi valde dubiũ esset, an essentialis sit hæc diuisio, & longè probabilius accidentalem esse, & ideò non generis in species, sed subiecti cuiusdam in diuersa accidentia: quia actio vt actio non videtur esse per se successiua, sed solùm vt cum motu, seu mutatione coniungitur, à quo non est distincta realiter: quare vt successiua nõ videtur per se spectare ad hoc prædicamentum, sed solùm ad prædicamentum termini, sicut motus, vnde nec talis diuisio actionis species huius prædicamenti multiplicabit.

Dubium incidens soluitur, & proprietates actionis, & passionis statuuntur.

Dubium. Posset dubitare quispiam hac in parte, quomodo fieri possit, vt motus cum quo identificatur sæpè actio, & passio, non sit
13. res prædicamentalis, & tamen actio, & passio constituant per se prædicamenta. Cui respon-
Soluitur. deo, non pertinere ad dialecticum institutum hoc discutere, neque eius rationem reddere, sed ad 3. lib physic. referendum est, vbi id à nobis ex professo agitatur: satis sit nunc vniuersaliter nosse actionem, & passionem ratio-
14. ne ratiocinata distingui à motu, & vtramque ex propria ratione esse ens completum, & prędicamentale, licet imperfectum, motum verò omnibus modis incompletum, quem vt talem à prædicamento depulit Arist. & ad postprædicamenta relegauit.

Proprietates actionis quatuor solent enumerari, ex quibus duas tetigit Arist. in litera his verbis: *Recipit autem agere, & pati contrarietatem, & magis, & minus:* quę tamen nec omni actioni conueniunt, sed eis solum, quę versantur circa qualitates contrarium habentes, simulque intensionem, & remissionem suscipientes, vt sunt calor, & frigus, nec adhuc conueniunt actionibus ad has qualitates terminatis ratione sui, sed ratione earundem qualitatum.

Duas alias attulit Gilbertus, proprium esse actionis asserens: *Semper esse cum motu, aut mutatione*, de qua etiam multi asserunt non omni actioni conuenire, sed eis dumtaxat, quæ subiectum præsupponunt, circa quod versantur, creationem autem nõ esse cum motu, vel mutatione, quia nullum pręsupponit subiectum, quod per eam mutetur. Sed iam diximus rem hanc in opinione esse positam. Gilbertus. Vera proprietas. 15.

Postrema tandem proprietas actionis est, inferre passionem, & huius ab illa inferri: quam proprietatem nemo dubitat, quin quarto modo eis conueniat, cum nulla possit esse actio, quæ passionem non inferat, nec passio, quæ non sit ab actione illata: hæc igitur est potissima inter proprietates actionis, & passionis.

Quæ adnotata sunt de actione, tam circa acceptiones, & definitionem, quam circa diuisiones generum in species, ex quibus ordinatio prædicamentalis coalescit, & tandem circa proprietates, eodem prorsus modo de passione sunt accipienda.

CAPVT DECIMVM.

De cæteris prædicamentis.

PRAEDICAMENtum Quando.

Statuitur definitio Quando, cum varijs expositionibus.

Qvartum caput est prædicamentũ *Quando*, in libro sex principiorum: vbi sic illud descripsit Gilbertus. *Quando est, quod ex adiacentia temporis relinquitur*, quid autem sit, quod ex adiacentia temporis relinquitur, difficile intelligitur: & consequenter vix explicari potest, in quonam posita sit formalis ratio huius prædicamenti. Definitio quando. 1.

D. Thomas opusc. 48. tractatu de sex vltimis prædicamentis cap 1 & 2 de prædicamento *Quando* triplicem eius explicationem diuersorum interpretum attulit. Prima est, tempus duobus D. Thom. I. Expositio. 2.

duobus modis considerari, vno in quantum in se est mensura successiua, & continua, alio in quantũ applicatur ad mensurandam substantiam, eiusque motum, vel operationem, ex qua applicatione procedit, vt ab eo mensurata denominentur, non quidem denominatione formali, & intrinseca, quia tempus non inhæret eis, sed solũ extrinseca: quo pacto substantia dicitur fuisse, esse, aut futura esse, actio itẽ hesterna, vel hodierna. Hoc est igitur, quod ex adiacentia temporis relinquitur in rebus temporis subiectis, nempè ab eo sic denominari tanquam ab adiacente, vel circunstante: & hoc idem est prædicamentum Quando, prior vero consideratio temporis constituit ipsum in prædicamento quantitatis.

II. Expositio. Explicatio secunda non multum ab hac differt, considerat enim tempus, vt mensura continua est in se, & successiua, quæ est propria eius conditio: & rursus in quantum res temporales mensurat, ex qua mensuratione respectus quidam in eo resultat ad mensurata, & respectus iste est id, quod relinquitur ex adiacentia temporis, id est ex eo, quod tempus mensurans adiacere dicitur, estque id, quod vocatur prædicamentum Quando.

III. Expositio. Tertia demum explicatio id, quod ex tempore relinquitur, nõ tam accipit ex parte temporis mensurantis, quam rerum, quæ mensurantur, in quibus illud resultat, tempori subditæ dicantur, hæc est enim propria conditio rerum temporalium, vt nec suum esse totum simul habeant, nec operationem, sed in vtroque successiua habeant incrementa, ac decrementa, vt cõstat in homine paulatim crescente, & in operationibus eius, quæ, si successiuæ sint, vnam partem post aliam habebunt, & si in instanti fiant, perfectiores erunt in iuuentute, quam in pueritia, quemadmodum esse substantiale perfectius est, vel minus perfectũ iuxta horum statuum diuersitatem.

Adhuc explicatur. Ecce quo pacto tam substantia, quam operationes eius tempori subduntur, & accommodantur, & iuxta diuersitatẽ partium eius, quarum vna succedit alteri, patiuntur varietatem. Hoc igitur in eis ex tempore mensurante relinquitur, quod est tempori subdi, & iuxta conditionem eius varietatem pati, vt quemadmodum tempus habet partem futuram non dum existentem, partem iam præteritam, & præsentem ratione instantis vtramque copulantis, sic substantia dicitur nondum esse futura, vel præterijsse iam, aut actualem habere existentiam, ratione cuius dicitur esse simpliciter. Actio item hesterna, vel hodierna appellatur præsens, præterita, vel futura. Et (vt vno verbo expositionem hanc comprehendamus) id, quod ex tempore relinquitur, & prædicamentum Quando constituit, non est tempus, sed esse in tempore, contineri tempore, mensurari tempore, accommodari tempori, & pati varietatem eius, isthæc enim omnia eundem conceptum supremum generis eius exprimunt. Hanc expositionem sequi videtur Card. Tolet. inter explicandam naturam, & eius proprietates. P. Tolet.

5.

Statuitur recentiorum sententia.

I. Expositio exploditur. Moderniis verò duæ priores expositiones non placent, & merito quidem, nam quæ primo loco numeratur, in sola denominatione extrinseca, quam tempus rebus ei subiectis tribuit, formalem rationem huius prædicamenti ponit, nihil ei intrinsecum tribuens, quod eisdem rebus inhæreat, id autem incommodum videtur, secus enim sola denominatio extrinseca reale prædicamentum constitueret, quod est coordinatio ex generibus per differentias contractis ad constitutionem specierum coalescens. Quæ igitur, obsecro, genera, quæ species, ac differentiæ reales in sola denominatione extrinseca admitti possunt? Nulla profecto: cum hæc in aliqua intrinseca entitate fundari debeant. Et rursus, si sola denominatio extrinseca prædicamentum constituit, innumera erunt prædicamenta multiplicanda, cum tot sint, ac tam diuersæ extrinsecæ denominationes.

Item II. expositio. Sed neque eis placet altera, quæ nihil absolutum prædicamento Quando concedit, sed in sola relatione temporis ad res ei subiectas illud constituit. Quæ relatio non videtur in primis esse realis, nam ex eo, quod tempus sit actualis mensura rerũ temporalium, nihil reale in eo remanet, sed sola relatione rationis ad res mensuratas referri potest: & iam quod realis foret, nequiret profecto prædicamentum per se sola ipsa constituere distinctum à prædicamento *Ad Aliquid*, sed in eo collocaretur, & ita coincideret prædicamentum hoc cum illo, & non esset ab eo distinctum. 6.

Quid de tertia expositione sentiendum sit.

III. Expositio videtur conformis menti Arist. Qvid autem de tertia expositione sentiendum sit, ego quidem duo in ea reperio: primum, quod nõ longè sit à mente Arist.

te Arist. nam 4. lib. physic text. 114. in fine, & text. 115 in principio, explicans quid sit motus, & rem quamlibet esse in tempore, sic loquitur. *Motum in tempore esse, & mensurari tempore, & ipsum, & esse ipsius manifestum est, quod & alijs hoc est ipsum in tempore esse, mensurari ipsorum esse à tempore, &c.* Et text. 117. *Necesse est ea omnia, quæ sunt in tempore, à tempore contineri, & pati aliquid à tempore, sicut & dicere consueuimus, quod tabescit tempus, & senescunt omnia in tempore, & obliuiscuntur propter tempus.* Hæc Aristoteles.

Reijcitur. Fauet igitur illi expositioni testimonium hoc, sed nec docet in eo Aristoteles, hoc quod est esse in tempore rationem prædicamenti Quando continere, nec quidpiam esse reale intrinsecum in rebus ipsis. Et quanquam non esset fortasse à veritate alienum existimare, id quod est tempori subditas esse res, modũ realem in eis esse ex tempore ipso, eiusúe adiacentia relictum, difficilè tamen id in hac sententia reperitur, quod tempus dumtaxat ex creatis durationib' in hoc prædicamento collocat, & prædicamentum ipsum nõ esse aliud, quam id, quod ex temporis adiacentia relinquitur: quo supposito non videtur posse genera, & species distinguere, ex quorũ coordinatione sub genere supremo prædicamentũ coalescat. Nam id quod excogitari posset, nempè diuersa eius genera efficere, hoc quod est esse in præsenti, in præterito, atque futuro, & diuersas species, id quod est tunc fuisse nunc esse, & tunc fore, sola imaginatione comprehendi potest: nam si tempus præsens, præteritum, & futurum nõ distinguuntur specie, imo nec numero, sed partes sunt eiusdem temporis, quo nam modo genere, vel specie distincta poterunt in his partibus temporis esse?

Dices vero, tempora ipsa non esse specie diuersa, sed diuersum modum se habendi in rebus ipsis relinqui, quæ tempori subduntur: quia diuerso modo se habet res temporalis ad tempus præsens, & ad præteritum, ac futurum, ex his autem diuersis modis benè possunt imperfecta quædam genera, & species distingui.

Obiectio. Hæc tamen distinctionis ratio adhuc est insufficiens propter duo: primum, quia si *Quando* est sic esse rem tempori subditam, vt variationes eius patiatur, cum tempus non varietur, nisi secundum differentias præsentis, præteriti, & futuri, sequitur planè rem non esse in tempore, si respectu vnius dumtaxat, aut

9. Soluitur. alterius differentiæ accipiatur, sed respectu omnium, in quibus variatio reperitur, & non in vna dumtaxat: at species quælibet debet integram rationem generis continere, ergo non constituetur species aliqua ex eo solum, quod res sit subdita vni differentiæ temporis, quare nec ex eo habebit specificam distinctionem ab eo, quod est esse in altera differentia, vt modus essendi hominis in differentia præteriti temporis nequit specie differre ab eo, quod habet in tempore futuro.

Postremum, quia respectu præteriti, vel futuri temporis non habebit res modum realem essendi, cum notũ sit nihil reale esse in re aliqua ex eo quod fuerit, neq; ex eo quod futura sit, cum nondũ habeat realem existentiam: solum in virtute suæ causæ aliquid reale esse potest, quod ad rem non pertinet, ergo nec possunt distingui genera, vel species reales ex modis essendi in præterito, vel futuro.

Alij dicendi modi proponuntur.

Tria considerantur in Quando. 10. PRopterea recentiores ipsi asserunt in hoc prædicamento, sicut in cæteris, tria esse consideranda, videlicet formã denominantem, subiectum denominatum, & effectũ formalem, ratione cuius denominatur à forma: vt in qualitate albedo est forma, subiectũ corpus, esse albi effectus formalis, quem & confert: & ratione cuius denominatur album. Formam igitur huius prædicamenti asseruit esse durationem, motum, vel rem aliam durantem subiectum, effectum vero, ratione cuius denominatur ab eadẽ duratione, durare in esse, & idcirco illius concretum erit durans.

Æternitas, & tempus excluduntur ab hoc prædicamento. Sed qui hunc dicendi modum tenent, diuisi sunt: nam quidam eorum non solum æternitatem, sed etiam tempus ab hoc prædicamento excludunt, quod cum sit species quantitatis, nequit in alio prædicamento per se collocari, neque enim habere potest diuersam rationem formalem ab ea, quę est successiuæ durationis continuæ, atque extensæ secundum partes priores, & posteriores, secundum quam denominat rem durantẽ successiue. Æternitate igitur, & tempore exclusis supremum genus huius prædicamenti asserunt esse *Durans indiuisibiliter*, quod tanquam in species subalternas diuiditur in æuum, quod est duratio Angelorum, & in durationem aliam indiuisibilem substantijs inferioribus congruentem, sub quibus generibus aliæ sunt inferiores species.

Prædicta opinio est cōtra Arist. Hæc tamen sententia doctrinæ Aristotelis planè aduersatur, cunctis eius interpretibus,& efficaci rationi. Probatur primum, quia Aristoteles vbicumq; de *Quando* loquitur, aut per
11. tempus, aut per ordinem ad tempus illud explicat, præsertim cap. 4. prædicam. vbi cum decem enumeraret prædicamenta, & ad prædicamentum *Quando* peruenisset, sic locutus est, *Quando autem, vt heri, superiori anno, &c.* Et eodem modo loquuntur omnes interpretes hoc prædicamentum elucidantes, quare nullum referre oportebit. Sed ratio demum efficaciter id conuincit: nam *Quando* significat vel durationem, vel rem durantem, & propterea æuum collocant in hoc prædicamento, quia duratio est, & pari ratione indiuisibilem durationem substantiarum aliarum, sed tempus est vera duratio, ergo nequit ab hoc prædicamento excludi, vel si excluditur, omnis certè alia duratio creata excludenda est, cum satis sit per se euidens nihil referre ad rationem *Quando*, quod duratio rerum momentanea sit, vel successiua, indiuisibilis, vel habens partes.

Vltimus dicendi modus statuitur.

Aliorum opinio. ALij verò omnem durationem creatam pro forma, seu abstracto huius prædicamenti assignant, ita vt supremum eius genus in abstracto sit, concretum vero, durans, à duratione diuisibili, vel indiuisibili, successiua, vel momentanea abstrahens, quod diuiditur in id,quod durat per æuum, ac per tempus, atque etiam per durationem instantaneam,& indiuisibilem, æuo inferiorem tanquam in diuersa genera subalterna, quæ sub se habent alias species.

Ratio. Fundamentum huius sententiæ est, quia sicut Angelus secundum substantiam, & cætera accidentia spiritualia,pertinet vniuoce ad prędicamenta substantiæ, & qualitatis cum substantia corporea, eiusque accidentibus, pari ratione secundum durationem: ad hoc ergo spectabit prædicamentum,sub quo durationes collocantur. Huic nos aliud addere possumus: nam duratio Angelica est accidens reale, creatum, atque finitum, non secus ac cæteræ durationes creaturarum, ergo habet genus, & differentiam, pertinetque ad aliquod prædicamentum, non ad quantitatem, cum sit indiuisibilis, atque spiritualis, ergo ad prædica-
12. mentum *Quando*, quia non est aliud præter hoc, in quo possint durationes collocari, & per se quidem, cum sit vera, & realis duratio, tempore perfectior.

Duo proponuntur aduersus hanc sententiam,& præfertur cæteris.

DVo habet hic modus dicendi aduersus se difficilia: primum est,quia æuum,& quæuis alia duratio creata apud ipsos, & plures alios non distinguitur ab existentia eius plus, quàm distingui solet conseruatio rei ab eius creatione: creatio enim est noua productio rei ex nihilo, conseruatio verò nō alia actio, sed quasi continuatio eiusdem: pariter ergo de duratione aiunt esse existentiam rei vt continuatam, & non accidens superadditum, quod certè non videtur cohærere posse cum eo, quod dicitur,esse formam huius prædicamenti, & non extrinsecam, sed intrinsece, & formaliter constituentem concretum eius per effectum formalem, & eius ratione per formalē denominationem. Probatur hoc argumento. Prædicamentum hoc est accidens reale, intrinsecum,& ideò inhęrens,& forma, seu abstractum eius est duratio, ergo hęc est accidentalis forma inhærens rei duranti, eamq; formaliter denominans denominatione accidentali, ergo distinguitur realiter ab ea, & ex consequenti ab eius existentia, sola ratione ab ea distincta. Durationē non distingui à re durante. 13.

Non latuit difficultas hæc Patronus illius: Responde- cui respondent, necessarium nō esse, formam tur. prædicamenti accidentis esse reale accidens, aut realiter inhærere, sed satis esse, quòd à nobis apprehendatur vt talis, & ita apprehenditur a nobis duratio Angelica, v. g. per modū 14. formæ accidentalis inhærentis, ac denominantis Angelum durantem, licet verè non sit accidens, sed ipsamet eius existentia, vt continuata, aut permanens: quod satis est, vt genera, species, & differentias in prædicamento accidentali habere possit. Eiusmodi autem apprehensio fundatur in modo se habendi eiusdem durationis respectu essentiæ, atque existentiæ Angelicæ, extra quarum rationem est nostro modo intelligendi: cum notum sit posse nos Angelum existentem intelligere non intellecta duratione eius, habet igitur modum accidentis respectu vtriusque, licet verum accidens non sit. Modus autem hic se habendi accidentalis fundamentum præbet eam concipiendi, ac si verum esset accidens, eique tribuendi

buendi genus, species, & differentias in prædicamento accidentali: neque enim oportet prædicamenta realiter distingui, sed sola ratione distincta esse possunt. Vnde licèt duratio substātiarū sola ratione ab eis sit distincta, potest distinctum prædicamentum constituere, & sic distinctum efficit prædicamentum *Quando* à prædicamento substantiæ.

Reijcitur responsum. Cæterùm solutio hæc difficultatem non tollit propter duo: primum, quia prædicamenta realia sunt, licèt non semper realiter distincta, ergo prædicamenta accidentium sunt modi reales accidentales, qui quamuis ante opus intellectus non sint distincti, necesse tamen est ante illud extare in rerum natura, alioquin si non extant, ab eo efficientur, eruntque proinde non entia realia, sed rationis. Aliud itaq; est intellectum efficere distinctionem inter duo prædicamenta, aliud modos ipsos prædicamentales efficere, & primum verum est, secundum autem planè falsum, quia cum sint modi entis realis in eos diuisi, necesse est reales esse, atque adeò ab intellectu non effici, sed ante opus eius extare, quanquam ab eo efficiatur aliquando distinctio eorum, quod hoc exemplo fit manifestum. Actio, & passio, quamuis sola ratione distinguantur, & ideò citra opus intellectus non sint duo, sed necesse est in natura rerum extare, vt prædicamenta realia possint constituere, & verè extant, cum nullo adhuc intellectu operante sit egressio ab agente, & receptio eiusdem in passo.

Duratio distinguitur à re durante. Ex quibus infero, quòd cum prædicamentum *Quando* sit reale, & accidentale, abstractū, seu forma eius realis, & accidentalis esse debet, alioquin si à substantia non distinguatur nisi per intellectum, non erit verus modus realis entis, sed ad similitudinem eius confictus ab intellectu: ex quo efficaciter sequitur in ratione modi accidentalis non esse entitatem realem, sed rationis, nec posse prædicamentum reale accidentis constituere.

Quoduis prædicamentū accidentis à substantia distinguitur. Secundò, licet prædicamenta omnia non sit necessarium realiter distingui, arbitror tamen omnino necessarium esse omnia prædicamenta accidentium debere esse distincta à substantia, quia ante opus intellectus cōsistunt omnia, ergo sunt vera accidentia prius, quàm apprehendantur, vel non, si dixeris non esse, sequitur planè verè esse substantiam, & postmodum fieri ab intellectu accidentia, quare non erunt accidentia vera, & realia, sed conficta, & verè entia rationis sub modo accidentium, & si citra opus intellectus substantia sunt, per se erunt, quare nunquam habebunt veram, ac realem inhærentiam, sed confictam.

Si verò dixeris citra opus intellectum esse accidentia: inhærebunt planè substantiæ, erunt igitur realiter ab ea distincta, quia nihil sibi vere, ac realiter inhærere potest, sed inter inhærens, & id, in quo inhæret, necessaria est realis distinctio. Ex quibus efficaciter sequitur durationem substantiæ realiter ab ea distingui, si per se constituit prædicamentum accidentis, vel si non distinguitur, non posse illud constituere. Consecutionem sic probo: nam citra opus intellectus consistit Angelus, atque etiam æuum, quod est duratio eius, vel ergo prius, quàm ab intellectu æuum agnoscatur, est entitas realis accidentalis, vel substantialis, si substantialis sit, nunquam erit verum accidens, sed confictum, & proinde non reale, sed rationis, quare nec poterit constituere prædicamentum accidentis, quod modus verè accidentalis esse debet.

Ratio efficax. Si secundo dixeris, prius quàm cognoscatur esse entitatem accidentalem, inhærebit realiter substantiæ, eritque ex natura rei ab ea distincta, quod patet esse necessarium ad prædicamentum accidentis constituendum. His adde, quòd iuxta communē omnium sententiam licèt sufficiat modus se habendi accidentali similis, vt aliquid, quod verè est substantia, dicatur accidens prædicabile, non tamen vt dicatur accidens prædicamentale: alioquin omnes differentiæ substantiales, quæ comparatione generis modum habent accidentali similem, collocabuntur in prædicamento qualitatis, vel in alio simili, quod absurdum esse, quis non videat?

Autoris sententia. Censeo igitur propter hæc, quæ difficilem solutionem, vel certè nullam habent, sustineri non posse hunc modum dicendi, quòd durationes substantiarū per se ponantur in hoc prædicamento, nisi dicatur vera accidentia earum esse ex natura rei ab eis distincta, quod ego probabilius longè esse arbitror, vt 4 lib. Physic. de tempore agens copiosus ostendam: hoc autem admisso cessat prorsus difficultas.

Dubium de tempore, an pertineat ad hoc prædicamentum.

 Superest

De tempore. 18. Svperest dubium examinandum de tempore, non enim videtur posse per se pertinere ad hoc prædicamentum, cum per se spectet ad prædicamentum quantitatis: cessat verò hoc apud modernos aliquos, quos tempus, vt quantum per accidens, à prædicamento Quantitatis excludere vidimus. Sed vrget certè apud nos, qui verā speciem Quantitatis continuæ esse admisimus. Haber autem (nisi ego fallor) acutam satis solutionem, quia in tempore duplicem rationem formalem per intellectum distinctam inuenimus: prior est successiuæ durationis, atque continuæ abstrahentis absque dubio ab extensione, aut diuisibilitate intrinseca, & per se, quod apertè probatur. Quia siue per se sit extensa, & diuisibilis, vel per accidens, eodem modo prorsus se habet ratio durationis, & plures sunt, qui tempus inter quanta per accidens enumerant, & nihilominus asserunt durationem esse successiuam, atque continuam. Item, motum admittunt omnes esse successiuum, atq; continuum, & pauci sunt inter quanta per se eum recensentes, ex quibus patet diuersam esse rationem successiuæ, & continuæ durationis in tempore ab extensione per se, quapropter licet hanc ei tribuamus, distincta ratio formalis in eo erit à ratione durationis, quanquam separari nequeant ob realem identitatem, intellectus verò propter extensionem per se ad prædicamentum quantitatis tempus refert, & propter durationem ab ea abstrahentem ad prædicamentū *Quando*: nam denominatio extensi, & durantis, quas his rationibus tribuit, diuersæ sunt, & his prædicamentis propriæ. Et ecce quomodo cessat difficultas proposita, cum ex superioribus constet, & communi iam sententia statutū sit, eandem rem sub rationibus diuersis, quas intellectus in ea separat præsupposito fundamento, posse in diuersis prædicamentis collocari. Etsi adhuc vrgeas: tempus nō habere aliam extensionem, nisi successiuæ durationis, per quàm pertinet ad prædicamentū quantitatis, ergo per eandē nequit in hoc prædicamento collocari. Respondeo durationem eius, vt successiuam, & abstrahentē ab extensione per se, & per accidens, in hoc predicamento collocari, at sub ratione extensionis à se & per se, quæ ratio non importatur in priori, ad prædicamentum quantitatis pertinere.

Ratio dubitandi soluitur. 19.

IIII. Sētentiæ postponuntur vltimæ. Præfatam igitur sententiam ab his difficultatibus expeditam necessario tenendam iudicamus, quia ex alijs nulla videtur sustineri posse: tres etenim priores ex solo tempore nequeunt genera, & species distinguere, nec proinde prædicamentalem ordinationem ex eis formare: quarta verò idem tempus excludens falsitatis planè conuincitur. Superest postrema, quæ æternitatem ad hoc prędicamentum non admittens propter eius infinitatem, & immensitatem, quam prædicamenti limitibus compræhendi vllo modo repugnat (licet Albert. Magnus, tract. 4. de prædicamento *Quando*, cap. 1. & 2. oppositū sentire videatur) omnem durationem aliam creatam, corpoream & spiritualem, successiuam, & permanentem, seu momentaneam sub eo claudi tenet: & supremum genus in abstracto durationem à cunctis abstrahentem, & in concreto durans, cunctis rebus creatis durantibus commune pro supremo genere ponit, ipsumque, tanquam in subalterna genera, partitur in rem durantem per æuum, per durationem indiuisibilem inferiorem angelica, & per tempus: & rursus æuum in species alias, ex quibus coordinatio prædicamentalis resultat Hanc, inquam, sententiam quasi à sufficienti diuisione necessario tenendam iudicamus: nā licet *Quando* à tempore nobis notissimo originē duxerit, denominationemq; susceperit, vniuersalis tamen eius ratio omnes durationes creatas complectitur, nec est aliud prędicamentum, in quo possint per se collocari, & quamuis Aristoteles de solo tempore eandem ob causam mentionem fecerit, vbi de *Quando* loquitur, omnes tamē compræhendere voluit: tantundemq; de Gilberto intelligi potest, tametsi *Quando* per tempus quasi inadæquate definierit: adęquate enim accepto pro vniuersali duratione creata, siue pro durante in concreto, benè potest ei accommodari eius definitio, si dicamus: *Quando* esse id, quod ex adiacentia durationis relinquitur: nā ex adiacentia durationis relinquitur denominatio durantis vt sic, quod est supremū genus huius prædicamenti in concreto. 21.

Explicat. Arist. & Gilb. 22.

Assignantur proprietates huius prædicamenti.

Duæ proprietates Quando. TRes proprietates huic prędicamento tribuit Gilbertus, duas communes cū multis alijs, videlicet non habere contrarium, neque magis, minusúe suscipere: non enim contraria sunt in æuo, atque in tempore *esse & fuisse*, quæ sunt temporis differentiæ, & licet essentialiter esse possit vna duratio perfe- 23.

perfectior altera, vt æuum tempore perfectius est, & extensiue duratio vna maior altera, sed non dicitur magis duratio, sicut neque vna substantia magis substantia, quam altera, licet sit perfectior essentialiter: nam magis, & minus gradus sunt intensiuę perfectionis intra eandē essentiam contenti, vt magis, vel minus esse calidum vel album, quæ locum non habent in his.

Vltima proprietas. Vltima proprietas est prædicamentiū *Quando*, his dumtaxat conuenire, quæ incipiunt esse vel certe nota sunt incipere esse, quāquam per potentiam Dei absolutam forte fieri possint ab æterno, quod non solum de æuo Angelorum, sed etiam de tempore nostro nonnulli admittunt. Sed nec proprietas hæc videtur conuenire quarto modo, sed multis alijs esse communem, quorum naturæ etiam congruit incipere esse. Habebit igitur prædicamentum hoc aliquam aliam proprietatem, quæ cum eo dicatur ad conuertentiam, sed nobis incognitam.

PRAEDICAMENTVM Vbi.

Assignatur definitio, & essentia huius Prædicamenti.

BREVISSIMIS quibusdam verbis naturam reliquorum prædicamentorum tetigit Aristoteles vltimo cap. nos vero singula percurrem⁹, quatuor illa, quæ de actione, & passione tradidimus, breui oratione explicantes.

Quid sit Vbi. *Vbi* non multis, sed vno modo accipitur pro reali præsentia, quia aliquid dicitur esse præsens loco extrinsece, vel certè spatio loci, nam etsi in vacuo constituatur corpus, veram habebit, ac realem præsentiam, & verum *Vbi*:
1. quod ex eo fit manifestum, quia *Vbi*, est proprius terminus motus localis, sed motus localis fieri potest per vacuum, licet non naturaliter, quia vacuum non dabitur seruato ordine naturali corporum, benè tamen per diuinam potentiam, in quo conueniunt omnes, at verus motus verum habebit terminum, ergo verum *Vbi*: quod propterea necesse est dari in vacuo, non secus, atque in loco.

Definitur à Gilberto capit. 5. eodem fere modo, quo definita fuit actio, per denominationem extrinsecam, quam corpus contentum recepit à loco circumscribente, dum ait: *Vbi esse circumscriptionem corporis à circumscriptione loci prouenientem*, vnde duplici de causa à modernis reijcitur, quia non explicat præsentiam localem, in qua consistit formalis ratio *Vbi*, sed solam denominationem extrinsecam à loco prouenietem: & ideò imperfecta ab eis talis definitio vocatur, atque etiam diminuta, quia iam quod explicaret præsentiam, nō certe omnem, sed eam dumtaxat, quam respectu circumscribentis loci habet corpus, præterquā extant aliæ, nempe præsentia realis, quam habet corpus in vacuo positum, quam sine loco circumscribēte habet vltima Sphæra: Ac tandem, quam habent Angeli vbicumque sint, qui non circumscribuntur loco. Omnes itaq; præsentiæ istæ veram habent rationem *Vbi*, & cum non explicentur per definitionem Gilberti, diminuta censenda erit. Gilb. definitio. 2 Reijcitur ab aliquibus.

Si tamen duo considerentur circa eandem definitionem, non vt vitiosam eam excludemus. Primum denominationem extrinsecam ex circumscriptione loci, necessario præsupponere, imò includere præsentiam realem conscripti corporis, cum euidens sit circumscribi non posse, neque intrinsece à circumscriptione denominari, nisi præsens sit. Quanquam ergo non expresserit præsentiam, satis eam insinuauit, quod sufficere videtur, vt breuitatis causa verbum eam exprimens omitti potuerit. Defenditur 3.

Præterea illud solum *vbi* explicare voluit Gilbertus, quod corpora habent secundum naturalem ordinem vniuersi, ex quo facile posset intelligi alia, quę super naturaliter habere possunt. De sphæra, quam putauit Aristot esse vltimam, non est certum, an circumscribatur ab alio corpore superiori, vel secus: nec de *vbi* Angelorum, an vniuoce conueniat cum *vbi* corporum, & in hoc prædicamento sit cum illo collocandum: quare non fuit necessarium incerta hæc in definitione comprehendere. Satisfit obiectis. 4

Si tamen velimus vniuersaliorem, magisq; perspicuam definitionem tradere, sic definiemus *Vbi* iuxta ea, quæ intio huius capit. docuimus. *Vbi est realis præsentia, quā habet res in loco extrinseco, vel in spatio loci:* per quam à cæteris prædicamētis distingui patet, per hāc enim præsentiam localem res commensuratur loco, vel spatio, ita vt tota toti correspondeat, & sin-

singulæ partes partibus etiam singulis: vel certè, si indiuisibilis sit, tota toti correspōdeat, & tota etiam singulis partibus, quam correspondentiam nullum aliud prædicamentum habet.

Quædam statuuntur ad notitiam huius prædicamenti.

Probatur 1. *vbi* esse quid reale.

EX hac definitione intelliguntur quatuor quæ huic prædicamento attribuenda sūt. Primum, esse aliquid reale, cum impossibile sit rem esse præsentem in loco, eiq; commensuratam, & tali modo accommodatam, nisi per aliquid reale. Accedit, *Vbi* esse propriū terminum motus localis, motus autem realis realem quoque terminum habere debet.

Secundo esse quid inhærens locato.

Infertur secundo, ex dictis, nempè *vbi* non solum esse quid reale, sed etiam intrinsecum, & inhærens rei in loco existenti, quia motus localis in eadem re, quæ mouetur, esse dicitur per realem inhærentiam, in eadem igitur inhærere terminum, ad quem comparandū mouetur, necesse est, si ergo terminus eius est *vbi*, in eodem inhęrebit mobili, ideò aliquid reale intrinsecum in eo erit.

6.

Tertio esse distinctum à mobili.

Elicitur tertio, *vbi* ex natura rei esse distinctū à re, in qua est: quod plane cōuincit noua eius adquisitio, nouaq; eius separatio à mobili absque vlla distinctione intellectus, quo etiam nō operante verum est rem, quæ mouetur, comparare nouum *vbi*, & dum rursus moueri incipit illud omittere, & adquirere aliud, separatur ergo realiter ab ipsa re, realis autem separatio, & adquisitio distinctionem ex natura rei infert: à mobili vero distinctum esse dicimus ex natura rei, hoc est, non solum à substantia, sed etiam à Quantitate, vtrūque enim probat argumētum.

Esse quid absolutum.

Habet denique *vbi* quòd sit accidens absolutum, non tamen purè absolutum, sed importans etiam relationem *secundum dici* ad locum seu spatium, quod ex eodem principio probatur: nam *vbi* est terminus per se motus localis,

7.

sed relatio nequit per se terminare motum, vt Arist. 5 Physic. lib. testis est, & ratio ipsa docet, cum sæpe relatio adquiratur sine subiecti mutatione, ergo *vbi* non est sola relatio, sed aliquid absolutum simpliciter. Quod vero respectum quoque ad locum extrinsecum importet, notum est, cum ei sit commensuratum, & accomodatum corpus per *vbi*, intrinsecamq; ad ipsum habeat correspondentiam.

Diuiditur vbi *in varias species, & illius proprietates assignantur.*

Diuiditur *Vbi* in circūscrip. & definitiuum.

VBi diuiditur posset in circumscriptiuum, ac definitiuum: circumscriptiuū vocāt præsentiam eius quod totum est in toto spacio, & singulæ partes in singulis etiam partibus: & hoc soli Quantitati per se conuenit, cæteris verò ratione illius. *vbi* definitiuū est realis præsentia eius, quod absq; extensione præsens esse dicitur loco extrinseco, vel spacio, tale est *vbi* Angelorum, & aliarum rerum à Quantitate. An verò substantia, & cætera accidentia corporea habeant *vbi* distinctum à Quantitate, ita vt quælibet habeat *vbi* propriū distinctum ab *vbi* alterius, modo non disputamus 4. lib. Physic. disputatur: sed neque an *vbi* corporum diuidatur in *vbi* sursum, & deorsū, tanquam genus in diuersas species: satis sit posse præfatas species *vbi*, sub quibus aliæ etiam excogitari à Philosophis solent, quæ consulto ad illum vsque locum omittuntur. 8.

Vbi proprietates.

Proprietates *vbi* sunt à Gilberto, & aliis designatæ, nec habere contrarium, nec suscipere magis, & minus, quas patet non conuenire ei quarto modo, sed sibi cum substantia, & alijs prædicamentis esse communes: sed dum non habere contrariū audis, de propriissima contrarietate intelligendum esse censeas: nam de impropria nō est verum. Propriissima contrarietas solum est inter formas maxime distantes sub eodem genere, ac se se mutuo expellentes circa idem subiectum, vt calor: & frigus, impropria vero circa quæcunque maximè distantia, & hæc reperitur, inter *vbi* sursum, & deorsum, nequaquam illa, ex cuius negatione plane sequitur, *vbi* nec intensionis esse, nec remissionis capax. Alij addunt his duabus duas, alias, nempe *vbi* esse immobile, & corruptibile: sed vtraque communis sibi est cum alijs: prior cū loco, qui est etiam apud Arist. immobilis: posterior cum multis alijs. Fortasse erit proprietas quarto modo ei conueniens, esse comparabile per motum localem, vel dicendum est nullam esse nobis notam proprietatem quarto modo ei conuenientem. 9. 10.

PRAEDICAMENTVM Situs.

Variæ acceptiones Situs *proponuntur.*

SITVS

Diuersę acceptiones situs.

SITUS generalem quandam in primis habet significationem, denotat enim locum, in quo domus, turris, vel arbor sita est: & acceptio hæc nimis est materialis, quare iuxta eam non constituit speciale prædicamentum. Secundam acceptionem magis specialem ei alij attribuunt, pro quadam relatione ordinis in loco, vt esse sursum, aut deorsum priorem, posterioremue habere locum, sed hæc (vt ego opinor) non vocatur *situs*, sed tale *vbi*, diuersum, aut oppositum alijs. Secundam igitur acceptionem eius tetigit vno verbo Aristoteles 5 Met. cap. 19 inquiens: *Dispositio dicitur ordo partes habentis, aut secundum locum, &c.* quod vniuersi interpretes de *situ* intelligunt, prout speciale prædicamentum constituunt: & ita sentiēdum est, sicq; explicandum prædicamenti *situs Est dispositio partium in loco secundū quam aliquis sedere, stare, vel iacere dicitur.*

Definitio situs.

Sed difficile est rationem hanc a cæteris prædicamentis distinguere, vsque adeò vt moderni quidam sentiant, *situm* non esse distinctum prædicamentum a cæteris, sed, vel cum *vbi* coincidere, vel si aliquid ab eo distinctum importat, relationem esse in prędicamento *ad aliquid* collocādam, sic sentire videtur P. Fons. 5. metaph capit. 7 quæstio. 2. sect. 4. inquiens: & si populari sensu *situs* ab *vbi* distinguatur, tamen si res ad philosophorum normam exigatur, non esse re vera distinctum à prædicamento *vbi*. Quæ sententia his argumentis probatur. Primo, *situs* solum importat præsentiam localē cum speciali ordine propinquitatis, aut distantiæ partium sed præsentia localis pertinet ad *vbi*, ordo partium ad prędicamētum relationis, ergo nequit *situs* ab his duobus prædicamētis distingui. Secūdo, quia *situs* nihil aliud importare potest prętet talem modum essendi in loco, ergo nec distingui a prædicamēto vbi: antecedens notum est, sed cōsecutio probatur: quia esse quale, vel quātum, & esse tali modo quale, vel quantum, in eodem sunt prædicamento, ergo etiam esse in loco, & esse tali modo in loco ad idem prædicamentum *vbi* pertinebunt.

1. Ratio.

2. Ratio.

Quomodo Situs speciale, & ab alijs distinctū Prædicamentum constituat.

HÆC tamen non compellunt à sententia Aristotelis, & communi discedere, quæ *situm* inter decem genera enumerat, illud a relatione, & *vbi*, cæterisq; distinguens. Sed in quonam eius ratio ponēda sit, vt distinctum merito censeatur, non eodē modo explicant omnes, qui illud à reliquis separant, sed valde diuerso. Quidam enim in sola denominatione extrinseca rationem *situs* positam esse censent, sicut & omnium sex posteriorū prædicamētorum. Hæc tamen sententia planè falsa est, quia *situs* (vt Arist. docuit) est positio partium in loco, non alterius, quàm eiusdem rei, quæ dicitur habere *situm*, ergo nō est denominatio extrinseca proueniens ab altero sed talis modus se habendi in loco eiusdē corporis vel rei in eo situatæ. Secundo, quia *situm* habere, hoc est, sedere, vel stare, non est denominatio extrinseca ab aëre, nec à sede aliqua, aliove corpore, quod sedens contingat, nam seclulo quocumq; alio corpore extrinseco eūdem habebit situm corpus, si eandem positionem partium habeat, euidēs igitur signum est à partibus eiusdem corporis sic se habentibus denominationem prouenire, & consequenter non ab aliquo extrinseco.

1 Sentent. Reijcitur.

Alij relationem esse censent prædicamentum *situs*, non distinguentes, de quo genere relationis loquantur, & videntur habere Aristotelem in prædicamento *ad aliquid*, vbi *situm* inter res illius prædicamenti recensuit, exemplumque protulit cubationis, stationis, ac sessionis, & 5 Meta. cap 19. *situm* videtur definisse quod sit *ordo habentis partes secundum locum*, quibus verbis nihil præter relationem designauit. Displicet tamen sententia hæc, nam si sola relatio est *situs*, vel est relatio prædicamentalis, vel transcendentalis, aut secundum dici, si primum dederis, nō poteris prædicamentum *situs* à prædicamento *ad aliquid* separare, de cæteris verò relationibus certum est per se non constituere speciale prædicamentum, & præterea inferius probabitur, absolutū quid importare.

2. Sentent.

Reijcitur.

In quo consistat ratio huius prædicamenti statuitur.

COmmunis ferè sententia est expositorum Aristotelis hoc in loco, & 5. Meta. cap. 19 situm videlicet quid absolutum importare, quod in hunc modum explicatur. *vbi* solum importat esse in loco, aut spacio loci, ita vt neq; in genere, neq; in speciebus specialem dispositionem partium addat, quam tamen addit *situs*, & eam formaliter importat: quod exemplo stantis, vel sedētis potest hunc in modum explicari. etenim qui sedet, nō solū in lo-

Cōmunis sentent.

eo, aut spacio præsens dicitur, quanquam hoc necessario præsupponat, formaliter tamen importat modum denominantem rem, ita dispositam in se dispositione quadam resultante ex locali coordinatione partium, quam constat diuersam habere ab eo, quod stat, vel iacet. Hunc autem modum non cognoscimus nisi per respectum, quem inter se se habent partes rei in loco existentis. Iste etiam modus intelligitur ex eo, quod *vbi* non solum corporibus, sed spiritualibus conuenit, nequaquam *situs*, qui, si positio partium in loco est, nequit indiuisibilibus, quæ partibus carent, conuenire.

Quædam corollaria inferuntur.

Situs non distinguitur realiter ab *vbi*.

EX quibus infero primo, *situm* non distingui ex natura rei à prædicamento *vbi*, sed solum ratione ratiocinata habente in re fundamentum: cuius ea est ratio, quia præter localem commensurationem, vel coaptationẽ non importat *situs* aliam entitatem, sed rationem dumtaxat, quam nos concipimus in ea, specialis dispositionis partium. Vnde nequit *situs* ab *vbi* separari, sed necesse est, corpus, quod habet *vbi*, *situm* quoque habere, & dum hoc amittit, necesse est etiã aliquo modo *vbi* amittere. Quod adeò verum est, vt sicut corpus in vacuo existens verum habet *vbi*: imò idem prorsus habere potest, quod habebat in loco, pari ratione eundem habebit *situm*, vt si Deus auferat aërem, à quo sedens circumscribitur, non minus propriè sedens perseuerabit, ergo eundem quoque *situm* habebit, quem non necessario dependere à loco, sicut neque vbi necessario pendet, manifestum est.

Secundò infero, situm absolutum quidpiã importare cum respectu secundum dici, non secus, ac de *vbi* diximus, quãquam non desint ex modernis, qui modum pure absolutum importare velint. Sed nostra sententia est communis, & probatur hac ratione. *Situs* essentialiter importat dispositionem partium in loco, ita vt ex ordine, quem partes habent inter se resultet totum talem habere dispositionem in loco, ergo in tali dispositione totius in loco essentialiter clauditur respectus partium inter se se, & respectus etiam totius ad locum, seu ad spacium loci. Quare repugnat rationem huius prædicamenti esse pure absolutam.

Nota.

Sed ne existimes ob id esse pure relatiuum, sed vti de *vbi* diximus esse modum rei taliter se habentis, hoc est, realiter præsentis in loco, seu spacio, quem modum absolutum quid importare necesse est, explicatum à nobis, & intellectum per respectum, quem claudit intrinsece, pari ratione de *situ* censendum est, modũ importare absolutum rei taliter se habentis in loco secundum talem partium dispositionem, quam partes eius habent, quem modum absolutum explicare non possumus, nec intelligere nisi per respectum extrinsecum, quem simul cum absoluto importat.

Satisfit argumentis oppositis.

Ad I. argu. respon.

AD primum negamus, quòd *situs* solum importet præsentiam localem cum tali respectu propinquitatis, ac distantiæ partium, sed addit præter hoc talem dispositionem, non in sola propinquitate partium, vel distantia consistentem, sed in tali dispositione, ac modo se habendi partium inter se, qui modus claudit quidem illum respectum, sed non est solus respectus, sed absolutum quid per respectum intelligendum, & explicãdum, sicut de *vbi* concedũt ipsi modum absolutum importare per respectum ad locum intellectũ. Quod vero distinctam habeat rationem formalem ab *vbi*, constat, quia *vbi* nec in genere, neque in specie claudit illam specialem dispositionem corporis ex dispositione partium speciali, quam habet, & à qua denominatur corpus sedens, stans, vel iacens, ergo nec vllo modo pertinet ad rationem *vbi*, sed ab eo per intellectum differt, quod satis est ad aliud prædicamentum constituendum.

Ad II.

Secundum argumentum hæc distinctio diluit. *esse*, & *tali modo esse* dupliciter contingit se habere, primo, ita vt talis modus essendi intra eandem rationem formalem eiusdem esse comprehendatur, & tunc nequit diuersum prædicamentum constituere specialis ille modus, sed ad idem reducitur, in quo collocatur *esse*, cui coniungitur, & ita se res habet in exemplis ab argumento positis, nam tali modo esse quantum, hoc est, tantæ magnitudinis, vel extensionis, sub eadem ratione formali quantitatis comprehenditur, & solum addit rationem quandam perfectionis accidentalis. Alio modo sic se habere contingit, vt talis modus se habendi extra rationem formalem *talis esse* sit, & tunc aliud potest prædicamentum constituere, siue re ipsa, siue ratione tantum ab alio fuerit distinctum, vt in eodem exemplo constat, nam esse quantum, vel esse tali modo quãtum.

tum, quod alteri sit æquale, non pertinet ad idem prædicamentum, & similiter esse album, & tali modo album, quod alteri sit simile: & vt in absolutis exemplum proferamus, esse quantum, & tali modo quantum, qui modus ex partium dispositione, quam inter sese habent, & sine ordine ad locum, diuersa efficit prædicamenta quantitatis, & qualitatis: cum notum sit, figuram ex tali dispositione partium resultantem ad prædicamentum qualitatis pertinere, quia modus ille extra species, & genus quãtitatis est, pari ergo ratione *situs*, qui talem dispositionem corporis in loco importat ex tali partiũ dispositione resultantem non clausam intra genus, neq; species prædicamenti *Vbi* ali aliud distinctum efficere poterit.

Ad Arist. resp. Testimonia vero Aristotelis in fauorem aliorum, qui purum relationem *situm* esse putant, à nobis opposita, nihil aduersus communem sententiam, quam tuemur, efficiunt: imo
10. potius primum ei fauet: quia in prædicamento *ad aliquid*, *situm*, & alia absoluta *ad aliquiid* esse asseruit Aristoteles iuxta antiquorum sententiam, quorum definitio comprehendit omnia, quæ quouis modo respectum important, ex quibus plura eis opposuit aliorum prædicamentorum respectum importantia secundum dici, quæ in prædicamento *ad aliquid* forent collocãda, si definitio illa esset admittẽda: quæ ideo vitiosam esse censendam intulit, cum Categorias plures cum prædicamento *ad aliquid* confundat. Inter res autem absolutas aliorum prædicamentorum respectum secundum dici claudentes, quas in eum finem enumerauit, fuit *situs*, vnde potius ex eo deducitur efficax argumentum, quo probatur ex mente Arist. non purum respectum, sed absolutum simul cum eo importare.

Fauet communi opinioni.

Expositio dipositionis. Definitio etiam dispositionis, quam alio loco designauit Aristoteles, conuenit quidem prædicamento *situs*, at non includit solũ respectum, sed modum quoq; absolutum, in eo, quod dicitur esse ordinem habentis partes secũ
11. dum locum, cuius talis est sensus, dispositio est modus rei taliter se habentis secundum partes in loco, vel secundum potentiam, aut aliquid tale. Constat autem de alijs generibus dispositionum eadem definitione comprehensis, non purum respectum, sed modũ absolutũ importare, licet dicantur esse *ordinem habentis partes*, ergo pari modo *situs* absolutum quidpiam simul cum respectu importare poterit, etiam si eisdem verbis definiatur.

De constitutione, & proprietatibus huius prædicamenti.

Genera, & species huius prædicamenti colligũt Alb. Magnus lib. de sex principijs tract. *de positione*. cap. 1. & D. Thom. opusc. 48. cap. 2 asserentes post supremum genus esse, æque, vel non æque esse positum, seu recte, aut reflexe, sub quibus continentur sedere, stare, iacere, cubare, & ex his coordinationẽ 12.
resultare.

Situs proprietates. Proprietates vero duas ei attribuunt, Alb. quidem cap. 3. 4. & 5. D. Thom. cap. 3. nẽpe contrario carere, & magis, minusue nõ suscipere, quæ communes sunt & *vbi*, & alijs prædicamentis. Gilbertus addidit tertiam, quæ est proxime assistere substantiæ, quanquam, & hæc potius videatur attribuenda prædicamẽto *vbi*, immediatius assistenti nostro modo intelligẽdi, cum prius intelligamus corpus esse in loco, quam talem in eo habere dispositionem, sed cum eadem entitas sint duo hæc prædicamenta, vtrique reipsa conuenit proximè assistere substantiæ modo iam explicato. Assistere au- 13.
tem substãtiæ idem videtur apud Gilb. significare: ac nõ verè, vel nõ propriè inhærere ei, sed quasi ab extrinseco ei adesse, quod sic debet intelligi, vt verum sit *situm* non inhærere tanquã perfectum accidens, quod rem vocamus, qualia sunt quantitas, perfecta qualitas, &c. sed tãquam modum, & ab extrinseco dependentem si vero Gilbertus velit, sic esse *situm* assistentem substantiæ, vt nullo modo inhæreat, falsam reputamus sententiã eius: in discursu huius cap. à nobis refutatam.

Prædicamentum Habere.

Vltimum est prædicamentum *habitus*, vel *habere*, sic à Gilberto definitum: *Habitus est corporum, & eorum, quæ circa corpus sunt, adiacentia*, pro cuius descriptionis expositione obseruandum est ex doctrina Aristotelis 5 Metap. cap. 20. text. 25 & D. Thom. opusc. 48. tractatu de sex vltimis prædicamentis cap. 3. multas esse acceptiones huius, quod est *habere*, ex quibus præcipuæ sunt, quæ sequũtur, quas enumerare operæ pretium est, vt propriam huius prædicamenti eliciamus: habere in primis aliquid dicitur, ita vt inter haben-

Defin. habere. 1.

Nota ex doctrina Arist.

tem, & rem, quam habet, non sit respectus realis, sed solius rationis, Vt homo dicitur habere substantiam, pedem, vel manum: habere quātitatem, vel qualitatem, cætera vè accidentia,
2. quæ ei inhærent, & eiusmodi acceptio generalis est, nec distinctam habet rationem a propria eius, quod habet, & eorum, quę habentur, nam habere substantiam pedes, & manus non est aliud, quam esse hominem ex his constitutum partibus, habere quantitatem esse quantum, habere albedinem esse album, & sic de cęteris, vnde non constituit eiusmodi habendi modus prædicamentum ab eisdem rebus diuersum.

II. Acceptio. Alio modo dicitur quispiā habere aliquid respectu reali intercedente inter habentem & habitum, ita vt non sit aliud *habere*, quā illud respicere, quo pacto pater dicitur habere filiū & è conuerso filius patrem, & quemadmodū
3. habere solum respectum importat sic non est ratio ab eo distincta, sed ad idem prædicamentum relationis pertinet habere patrem vel filium, ac ordinari ad illum.

III. Acceptio. Quædam tertio dicuntur *habere aliquid*, respectu quidem intercedente, non tamen ea ratione, vt habere sit idem, quod respicere, sed ei quod habetur, proportionari, commensurari, vel adaptari: ita vt *habere* modū absolutū im-
4. portet eius, ꝙ aliud habere dicitur cum quodā respectu transcendentali ad illud, quod habetur, non tanquam ad terminum sed tanquam ad aliquid, cui habens adaptatur, & secundum modum eius diuersum sic *habere* diuersum est: & iuxta hanc acceptionem res dicitur habere durationem, aut in ea esse, habere locum, vel esse ab eo contentum, habere positionem, vel situm, habere denique vestem, vel arma, à quibus vestita, vel armata vocatur. Itaque iuxta diuersum modum habendi, diuersumque respectum ad rem, quæ habetur, distinctum prædicamentum constituitur. habere durationem vel in ea esse appellatur *quando*, quo verbo modus essendi in tempore importatur, habere locum, *vbi*, habere in loco positionem partium, *situs*: esse autem vesti accommodatum specialem modum denotat, à cæteris distinctum, ideò speciale prædicamentum cōstituit, quod *habitus* idcirco vocatur, cum tamen prædicta speciales habeant appellationes: quia
5. quanquam in eo conueniant habere locum, vel durationem, situm, vestem, vel arma, quod res oēs, quæ habentur extrinsecæ sunt corpori habēti, nihilominus ratio habendi quasi generalis est in cæteris, ac præter illam aliā habēt specialē, ideò specialē appellationē sortiuntur ea deductam, at vero specialis modus accommodationis respectu vestium talis est, vt non aliam appellationem ab habitu, vel habere mereatur: ratio huius discriminis est, quia & si vestes, & arma sint extrinseca, pertinent tamē ad ornatum corporis, quod sic eis se se accomodat, vt ratione accomodationis proprissimè ea habere dicatur, quia speciali modo à cæteris (vt pote) multis non communi.

Et iuxta hunc modum specialem intelligēda est præfata descriptio, *habitus est corporum, & eorum, quæ circa corpus versantur, adiacentia*: etenim si iuxta tertiam acceptionem generali modo consideratum accipiatur, *vbi, & quādo*, & positioni conuenire inueniemus, nam & *vbi* dicetur habitus corporum, vel eorum, quæ sunt circa corpus adiacentia, circa corpus enim est locus, illudq; circunscribens modum adiacentis habet: verum tamen, quia non sic habetur, vt in se contenta sit, ad eius ornatum pertinens, non propriè de eo accipi potest nec de *situ, vel quando*, sed solum de corpore, & eis, quæ circa corpus sic sunt adiacentia: vt planè insinuat Gilbertus verbis statim sequentibus, quæ sic habent: *secundum quam hoc quidem habere, illa vero dicuntur haberi*, in plurali vero corporum esse dicitur, & eorum, quæ circa corpus sunt adiacentia: quia speciali quodam titulo ex pluribus actu, & necessario coniunctis resultat adiacentia, quæ appellatur habitus, nisi enim vestes, vel arma actu sint in corpore, non dicuntur haberi ab eo, quod in cæteris non reperitur, nam & *vbi* reperitur sine actuali circūscriptione loci, & *situs*, vel positio, sic que de cęteris. Accedit etiam, sæpè requiri plura esse, quæ habentur, vt *habitus* consingat, nec enim solum clypeo, vel sola hasta, vel lorica armatꝰ dicitur homo, sed pluribus indiget armis vt simpliciter talis dicatur, sed nec vestitus dicitur simpliciter, nisi pluribus concurrentibus, quibus diuersæ partes corporis ornantur. Quæ acceptio sit huius prædicamenti.

6.

7.

Nota.

Supremum genus huius prædicamenti in abstracto non habet commune nomen, sed vocari potest *ratio habitus, vel eius quod est habere*, in concreto vero *habere*, vel *habitus*. Inter media genera, in quæ tanquam in subalternas species, proximè diuiditur, sunt vestitum esse, armatum esse: eiusmodi diuiduntur in alias species atomas, quales sunt, tunicam esse, loricatum esse, indiuidua verò Petrum, vel Ioannem esse Supremum genus, & species habere.

8.

esse calceatum vel loricatum.

I. Proprietas habere. Proprietates huius sunt tres, prima, magis, minusue suscipere, nam eques armatior pedite dicitur, magis item calceatus dicitur, qui calceamentis, & caligis ornatur, quam qui

9. solis calceamentis, nec tamen cunctis conuenit generibus, vel speciebus huius prædicamēti, nam non dicitur magis aliquis vestitus, vel magis loricatus, quam alter, vnde commune potius accidens reputatur respectu habitus magis, minusúe suscipere, quam proprium, cum neque omnibus conueniat, nec solis eius speciebus: imo adhuc hoc modo non dicitur habere, magis minusúe suscipere nisi modo quodam improprio, vt bene adnotauit Diu. Tho. opusculo 48. tractatu de sex vltimis prædicamentis cap. 3. quo magis tale illud solemus appellare, quod à pluribus formis eiusdem conditionis denominatur, quam aliud, vt ignem plura ligna simul calefacientem magis calefacere solemus dicere, quam alium, quam qui vnum tantum calefacit, sed quia excessus iste ad extensionem potius, quam ad intensionem pertinet impropriè ab eo dicitur vnum magis tale, quam aliud, nihilominus, quia nulla alteri ex sex vltimis prædicamentis extrinsece denominantibus attribui potest nisi prædicamento *habere*, propterea Gilbertus ei attribuit hanc proprietatem, quam constat habere posse, licet contrario careat, vt in secunda proprietate dicitur.

II. Proprietas. Secunda proprietas est non habere contrarium, quæ cunctis speciebus conuenit, non solis, cum alijs sit prædicamentis communis, esse enim vestitum, & armatum, esse item calcea-

10. tum, & loricatum non sunt opposita, etiamsi diuersa sint, tanquam species eiusdem generis sicque de cæteris censendum est.

Vltima proprietas soli habitui communis est in pluribus consistere: vt enim indicare cæpimus inter sex vltima prædicamenta, quę extrinseca appellantur, solus habitus plurium adiacentiam importat, quorum vnum actu in alio existere necesse est, nisi enim corpus sit vestibus, & armis adaptatum, & vestes, vel arma modo simili, ei adaptentur, in eoque sint, non dicetur vestitus, vel armatus, quod in alijs non reputatur necessarium, cum & *vbi*, & *situs*, respectu vnius tantum loci cōpleta sint, vnde in vno solo esse possunt.

(∴)

AN HABERE, VEL HABITUS, SIT ALIQUIS MODUS INTRINSECUS INHÆRENS SUBIECTO.

I. Sentent. non esse prædicam. DIFFICILE est hoc (vt vidimus) in alijs prædicamentis, sed in hoc vere difficillimum, quanto minus entitatis habere videtur. Quare moderni quidā ab hac difficultate se expediunt, negantes esse speciale prædicamentum, quia nihil videtur homini 11.
intrinsecum accrescere ex eo, quod vestitus, vel armatus sit modo, cum prius nudus, aut inermis esset: vestis enim ei non inhæret, cum Ratio corū.
sit substantia: neque ex eo quod ipsum circumstat, quidquam ei inhærens imprimit, sed extrinsecum ornatū habere dicimus, quod prius non habebat: vnde denominatio ipsa vestiti, vel armati extrinseca iudicatur. Sola autem denominatio extrinseca nequit speciale prædicamentum constituere, nam prædicamenta (vt iam sæpe tetigimus) vel naturę rerum sunt vel modi certè entis realis inhærentis subiecto si de accidentalibus sit sermo: extrinseca autē denominatio nulli inhæret, quare non est accidens reale, nec modus eius, non ergo valet prædicamentum constituere.

Impugnatur. Hic tamen modus dicendi à cæteris reijcitur, & merito quidem, quia de numero prædicamētorum denario, quē posuit Arist. & 12
receperūt cū vniuersa Peripateticorū schola multi ex sanctis Patribus, nō licet, vel vnum demere: inuenerūt namq; in his adhuc vltimis generibus speciales quasdā rationes, specialesq; modos accidentis realis (licet lubricæ satis, & nullius fere momenti) ex quibus genera quędam, & species, coordinationesque prædicamentales debiles coalescūt, quare & nos omni conatu ea tueri etiam debemus. Facilius esset quædam ex eis tollere, fateor quidem, sed nō subinde verius, nā veritatis defensio difficilior esse solet.

II. Sentent. esse denominationē extrinsecam. Propterea ex modernis alij, admittentes habere esse speciale prædicamentum esse, tenent nihil intrinsecum, vel inhærēs importare, sed in sola denominatione extrinseca à vestibus, vel armis consistere Quod vt ostendant: quatuor esse in singulis cōsideranda præsupponūt, nempè formam: subiectum formæ: effectum, 13
quem ei forma tribuit, denominationemque

iuxta conditionem eius, & concretum ex forma, & ex subiecto resultans, vt in qualitate albedo est forma, corpus subiectum effectus, formalis *esse albi*, & concretum est *album*. In proposito vero forma, vestes, vel arma, à quibus homo denominatur vestitus, aut armatus, subiectum est corpus, effectus nō est alius præter *vestitum*, vel *armatum*, & concretum est *vestitum*, vel *armatum*, ex his autem quatuor certū est vestem, vel arma nō esse formam accidentalem, sed ad prædicamentum substātiæ pertinere, corpus etiam, quod subiectum est, ad substantiam pertinet, effectus autē, quē ei vestes imprimūt, nullus est, sed solam denominationē extrinsecā ei conferunt, quare vestitum esse nihil intrinsecum importat, & ita denominatio formalis intrinseca nō est, sed potius extrinseca, & consequenter vestitum esse nihil intrinsecum, vel inhærens importabit, neque prędicamentum *Habere*. — I. Ratio.

II. Ratio. Secundo probant, quia in corpore, quod induitur, præcise ex adiacētia vestis nulla res, vel modus realis pullulat, nisi forte relatio propinquitatis, aut cōtactus, vel similis, de qua cōstat ad hoc prædicamētum nō pertinere, vnde fit, 14. hominē absq; intrinseca sui mutatione vestibus, indui, & spoliari per extrinsecā solū vestiū adiacentiam, ergo *habere* nihil intrinsecum, vel inhærens importat. Neq; si quispiam velit aliquid intrinsecum ei attribuere, excogitari potest, quid nam illud sit? quare sine fundamēto ei attribuetur.

Vera sententia statuitur, & probatur.

Vera sent. Magis tamen oppositam probo, quam ex definitione Gilb. iam relata eliciūt expositores alij, videlicet modum aliquem pullulare in corpore vestito, vel armato ex vestium, vel armorum adiacentia, vnde aliquid intrinsecum importare prædicamentū hoc, & non solam denominationē extrinsecā. Sed quid nam modus iste sit explicare, *hoc opus hic labor est*. Tamen, si Arist. consulamus, maximum apud ipsum reperiemus huiusce rei fūdamentū: nā 5. met. c. 20. hæc de *habere*, quod hoc prædicamentum constituit, scribit. *Habitus autem dicitur vno modo tanquā quidā habentis, & habiti actus, ficut actio quædā, aut motus: nā cum hoc quidem efficit, illud verò fit, est media effectio, ita & habentis vestē, & vestis habitæ est medius habitus hūc itaq; habitū, quòd non cōtingit habere manifestum est, ad infinita. n. progrederetur, si habiti* — 15. — Probatur ex Arist. — 16.

esset habitū habere: quib⁹ duo expresse docet: primū, inter vestē, & vestitū nomine aliquid esse mediū eo pacto, quo inter agēs & effectum aliquid est mediū, quod actionē vocamus, & medium hoc vocat actū habēdi, seu habitionē (vt ita loqui liceat ad hæc explicād.) secundū, eiusmodi actum medium docet, nō haberi alio habitu, ne in infinitum procedatur, sed se ipso haberi, cū sit ratio habendi vestem, vel arma. Et ex priori hoc argumentum colligo.

Inter vestē, & hominem vestitum est aliquid medium, ergo, vel reale, vel rationis: non rationis, tum quia datur ante opus intellectus sicut datur vestitū esse, tum quia hoc mediū æquiparat Arist. actioni inter agens, & effectum mediæ, hæc autem est medium reale, ergo & illud, sed hoc reale, ait, non esse vestem, neque hominem, ergo aliquid præter hæc, non substantiale, vt ex se patet, ergo accidentale & in homine quidem, qui vestem habere dicitur: erit igitur aliquid sibi inhærens ex adiacentia vestium relictum, vt Gilbertus docuit. — I. argum.

Ex posteriori verò efficax aliud elicitur argumentū, idē confirmans: nam si de illo, quod mediū est inter vestem, & hominem, affirmat Arist. non medio alio haberi, sed se ipso, cū sit ratio habēdi aliud, sed quod habetur, & seipso habetur, aliquid reale est, & intrinsecū: nā denominatio extrinseca, cū nihil sit in re denominata, non dicitur haberi se ipsa, nec medio alio. Et certe si extrinseca tantum denominatio esset actus habendi vestem, nihil incommodi foret, quòd media alia denominatione extrinseca haberetur, & in infinitum procederetur. in his enim, quæ nihil sunt in rebus denominatis, quid refert in infinitū abire? & in infinitum multiplicari? nisi ergo Aristo. sentiret aliquid reale intrinsecum esse, non esset solicitus, an se ipsa haberetur, vel media alia, neque an in infinitum esset abeundum? — II. Argum. — 97.

Nonnulla ex prædicta sententia colliguntur.

Ex his constat *Habere*, vel *habitum*, seu *actum habendi* aliquid reale intrinsecum esse præter vestem, & hominem, à quo dicitur homo formaliter habere vestem speciali denominatione huius prędicamēti, sicut à ratione formali *vbi* corpus *vbicatum*, vel habere *vbi*: formali denominatione denominari diximus, nam à veste extrinseca solùm denominatur, & propria huius prædicamenti: nam homo idem vestem possidens, quanquā ea nō sit in- — Aliquot inferuntur.

fit induius dicetur vestem habere communi tantum denominatione, sicut dicitur habere pecunias.

Egregius Arist. locus ad id confirmandũ. 18. Quid autem hoc reale, & intrinsecum sit, in quo positam esse rationem formalem huius prædicamenti asserimus, ex doctrina eiusdem Arist. 3. lib. de partibus animalium cap. 1. eliciendum est, vbi docet naturam cunctis animalibus contulisse vestes, quibus tegantur, & arma, quibus se defendant ab alijs, & offendere ea valeant, cum opus fuerit. Quibusdam namq; pilos pro vestimento cōtulit, corium, vel corticem alijs, vel quid simile: quibusdam item dentes pro armis, alijs cornua, vel vngues, solum hominem nudum protulit: ei tamen intellectũ tribuens, cuius lumine ductus propria industria posset vestes, & arma sibi comparare, ac de cunctis rebus externis ea conficere.

Primum illatũ nota. 19. Ex quibus duo licet colligere valde notanda, in quibus à cæteris animantibus differt homo. Primum est, quòd aliorum vestes, & arma sunt partes integrantes suorum corporum, vnde non propriè ea habere dicuntur, sed communi tantum ratione, sicut dicuntur habere pedes, & manus, aliasq; partes corporis: vestes verò, & arma solius hominis sunt quædam alia corpora sibi extrinseca, eique proinde adiacere dicuntur. Ex quo etiam fit, vt propriè ea habere dicatur, & speciali ratione denominetur vestitus, & armatus, eique propriè conuenit prædicamentum *Habitus* cum suis speciebus: vestimus quidem simias, armamus equos, sed neque vestita illa dicitur, nec armatus iste, nisi per quandam similitudinem, & analogiam ad hominem, quare per reductionem dumtaxat pertinent similes denominationes ad hoc prædicamentum.

II. Illatum notatu dignum. Deinde oritur aliud discrimen, nempè vestium, & armorum loco, quæ homini natura non contulit, dedisse ei naturalem aptitudinem, & accommodationem ad illa eadem induenda, ratione cuius se se ei speciali ratione accommodat: & ratione huius aptitudinis, & 20. accommodationis specialem ei ornatum, & quasi naturalem vestes, & arma conferunt, cęteris verò animalibus, nec talem dedit aptitudinem, & accommodationem, quare nec vestes, nec arma eundem ornatum tribuunt, sed quasi artificiatum, & quodammodo similem iuxta maiorem, vel minorem similitudinem, quam habent cum homine. Dum ergo homo nudus est solum habet aptitudinem: & quasi aptitudinalem accommodationem ad vestes, & arma, at dum eis induitur in actum prodit potentia illa, non qui sit actio, aut passio, sed modus certè actualis, & realis accommodationis actioni, & passioni similis, in quantum vestes, & arma dicuntur vestire & armare hominem, & homo ipse vestiri & armari, vestitusque, & armatus esse: & modus iste actualis *habitus*, seu *habitio* vocatur, quem planè posuit Aristoteles medium inter vestem, & hominem, & de quo dixit, *Quod non habetur medio alio*, Ne in modis, & entitatibus realibus procederetur in infinitum.

In hoc demum modo posita est ratio formalis huius prędicamenti, à qua formaliter denominatur homo vestitus, & armatus, à veste verò, & armis extrinseca tantum denominatione. Modus proprius huius prædicamenti traditur.

21. Hic demum modus absolutus est, homini inhærens, claudens nihilominus respectũ quendam secundum dici ad vestes, & arma. De quo locutus videtur Gilbertus, dum asseruit habitum esse corporum, & eorum, quæ circa corpus sunt, adiacentiam: hoc enim peculiare habent sex vltima prædicamenta, quod non nisi medijs extrinsecis adiacentibus possunt rebus conuenire, nec modi reales, atque intrinseci, quos verè important, nisi eis medijs pullulant. Vnde prouenit, vt extrinsecas denominationes claudant, ad quas attendens D. Thom. & alij, asseruerunt esse denominationes extrinsecas, non tamen ita putas, aut solas intelligentes, quin modos reales, & intrinsecos importent, secus enim nequirent Prædicamenta constituere.

Impugnatur secunda sententia, & argumentis oppositis fit satis.

Probatur non esse denominationem extrinsecam *Habere*. Secundum igitur opinionem sic impugnare possumus. Denominatio extrinseca nihil est in re denominante, vt in vestibus, & armis notum est, quibus nihil accrescit ex eo, quod eis homo induatur, in re verò denominata nihil ponit, quare in Deo, cui nihil reale nouum aduenire potest, admittuntur denominationes extrinsecæ de nouo ei aduenientes, ob quas neque in genere, neque in prædicamento collocari admittimus. Ergo tales denominationes nequeunt fundare verum genus, veramque differentiam, aut compositionem veræ speciei, ac proinde nec sufficere possunt ad prædicamentum constituendum. 22.

Confirmatur. Et certè, si denominationes sufficerent, innumera penè forent prædicamenta multiplicanda iuxta multitudinem harum denominationum: vt probat secundum argumentum.
23. Nam ens reale, quod diuiditur in decem prædicamenta, veram realem entitatem importat, sub qua fundantur gradus generici, differentiales, atque specifici, ex quibus prædicamentalis ordinatio coalescit, ergo prædicamentum quodlibet verã entitatem realem importare necesse est, à qua si excludatur, nihil re ipsa vera erit, sed extrinseca denominatio non est vera entitas realis, cum nihil in re denominãte, vel denominata ponat, & verè Deo, sicut creaturis adueniat de nouo, ergo nec prædicamentũ poterit sola constituere: quare si prædicamentũ hoc verũ est, necesse est *Habitum*, vel *Habere*, præter denominationẽ extrinsecam, quã vestes, & arma conferunt, aliquem modũ realem, & intrinsecum inhærentẽ importare.

Nec argumenta primæ, & secundæ opinionis oppositũ probant: in quibus tria aduersus nostram opponuntur eodem modo diluenda.
24. Primum est, vestes, vel arma nihil reale imprimere homini, sed vestiri posse absq; sui mutatione, vestibusq; spoliari: secundum, nihil reale pullulare in corpore ex eo, quod vestibus, vel armis circundetur præter relationem propinquitatis, vel contactus, vnde *vestitum esse* sola denominatio extrinseca est. Postremum, nullam dari formam, à qua denominetur vestitum, vel armatũ preter vestes, & arma. Quæ omnia neganda sunt, asserendumq; realem modũ actualis accommodationis ad vestes, & arma pullulare, dũ homo eis induitur: nam aptitudo realis, & naturalis, quam ei natura contulit, quasi in actum exit per vestium, & armorũ coaptationẽm: nec mirum hoc est, cum ex eo solum, quod homo sedeat, vel stet, aut alia ratione se habeat sedendo, vel stando, aliquem modum realem, & intrinsecum comparet constituentem prædicamentum *situs*, similem ergo comparare dicimus actualis accommodationis per motum localem, quo sibi vestes, vel arma accommodat, quasi ex consequenti productum per motum localem intercedentem, & distinctũ quidem à reali præsentia, vel *vbi*, ratione saltẽ ratiocinata, quod satis est, vt distinctum efficiat prædicamentum. Ab hoc ergo denominatur habens, ab hoc vestitus, vel armatus intrinsece, & formaliter, à vestibus verò, vel armis solum denominatione extrinseca. Vnde intrinsecum est etiam suo modo concretum huius prædicamenti, à forma inhærenti denominatum.

QVAESTIO VNICA.

SEX VLTIMIS GENERIBUS COMMUNIS.

An aliquid formaliter inhærens importent, vel solam denominationem extrinsecam?

Quædam de singulis hisce generibus in propriis locis ad eorum naturam commodius explicandam tradere coacti sumus, nunc verò vniuersaliter discutiendum est, in quo nam eorum rationes consistant, videlicet in sola denominatione extrinseca, vel aliquid potius intrinsecum, seu inhærens importent, & an hoc sit absolutum, vel respectiuum, aut quasi ex vtroque mixtum? & vt verum fatear, confuse admodum loquuntur de vtroque interpretes Aristotelis, ita vt vix possit discerni, quid quisque sentiat, placet tamen ad quatuor sententias referre eorum placita, duas quidem extremas, ac duas medias, exclusa in primis singulari eorum sententia, quam retulit P. Fonseca 5. metaph. cap. 7. quæst. 3. qui tenuerunt sola quatuor prima esse propriè prædicamenta, reliqua verò sex quasdam potius ex eis complicationes, atque hac de causa Aristotelem genera eorum, atque species perfunctorie distinxisse: patet enim quam sit expresse eidem Aristoteli contraria, qui cap. prædicamentorum vltimo actionem, & passionem cum cæteris quatuor tanquam vera prædicamenta enumerauit, quod & fecerat cap. de complexis, atque incomplexis, proximè ante prædicamentum substantiæ posito, sed quia nimis sunt imperfecta, neque eorum est adeò frequens in schola vsus, perfunctorie genus, atque species eorum recensuit. Intentum quæstionis. 1. 2.

Tractatur opinio Scoti de relationibus extrinsecis aduenientibus, & in illis cõstituens horum sex prædicamentorum essentiam.

Primum igitur extremum tenuit Scotus in 3. dist. 1. & quæst. 1. in 4 dist. 13. quæst. 1. & quod- Scoti sententia.

3 & quodlibet 11. quæst. 4. quibus locis primum excogitauit quandam distinctionem relationum, nam alias esse ait intrinsecus aduenientes, quæ positis fundamento, & extremis, necessario insurgunt, quales sunt relationes paternitatis, & filiationis, qualitatis, & similitudinis: quasdam alias extrinsecus aduenientes, quæ extremis adhuc, & fundamento existentibus non necessario sequuntur, ac propterea ab extrinseco potius, quā ex natura extremorū prouenuint, eiusmodi sunt relationes vnionis inter materiam, & formam, & inter locatum, & locum, cum constans sit materiam, & formā existere in rerū natura, locum item, & locatum, nec tamen oriri relationem vnionis, vel locationis, seu continentiæ, sed separata adhuc esse, vt dum anima rationalis à corpore separatur, & locatū tali loco quodam circumscriptum, alio longè diuerso nunc continetur conseruato priori, tales igitur relationes importare ait sex prædicamenta vltima, in quibus eorum ratio constituitur.

Fundamentum eius. Potissimum autem eius fundamentum hoc est. Petrum, gratia exempli, esse in loco, vel habere *vbi* (eadem est enim de cæteris prædicamentis ratio) nec est Petrus ipse, nec locus eum
4 circumstans, sed relatio eius ad locum, nihil enim per motum localem acquisitum reperimus præter hanc relationem, in ea igitur sola ponenda est formalis ratio prædicamenti *vbi*, & sic de reliquis prædicamentis: erit itaque prædicamentum *Quando* relatio corporis ad tempus, in quo esse dicitur, *situs* relatio corporis secundū partes ad locum: prædicamentum actionis relatio ad principium à quo egreditur: passionis ad illud idem, in quantum formam in passum imprimit. habere demum relatio corporis ad vestes, vel arma, quib⁹ vestitum, vel armatum denominatur, separari autem eiusmodi sex principia à prædicamento
5 *ad aliquid*; sufficienter putat Scotus relationū diuersitate, nam prædicamentum illud constituitur relatione intrinsecus adueniente, hæc verò relationibus extrinsecus aduenientibus valde diuersis.

Ad hoc pertinet extremum opinio Capreoli, & Sonzinatis asserentium hæc vltima genera esse puras relationes, vel respectus, licet distinctionem relationū Scoticam minimè admittant, verba enim Capreoli in 2. distinct. 2. quæst. 1. in solutione ad 1. argum. secundi ordinis contra secundam conclusionem sic habent. *Sed plenius consideranti apparet, quod nec vbi, nec quando, nec situs, nec habitus sint quid absolutum præcisè, nec absolutum simul cum respectu, vel sub respectu, sed potius dicant quosdam puros respectus, seu habitudines, seu comparationes rerum absolutarum ad locum, vel tempus, vel ad res exterius adiacentes, vel applicatas, quod mihi apparet pro nunc, &c.* Et Sonzinas 5. metaph. quæst. 6. in solutione ad 4. sic loquitur: *Ad 4. dicitur quod falsum assumitur, nō enim dico, quod vbi sit relatio locati ad locum, vel loci ad locatum, vel vtrumque simul, sed dico, quod est respectus fundatus super relatione locati ad locum, in ipso autem loco non est aliquis respectus realis huic correspondens.* Idemque de cæteris prædicamentis secundum proportionem sentit. 6.

Impugnatur sententia Scoti.

Extremum hoc tribus de causis à medio veritatis recedit. Prima quidem, quia tales esse relationes, quales Scotus ponit planè repugnat. Secunda, quia etiamsi darentur, non est possibile in eis consistere tria ex his prædicamentis. Postrema, iam quod consisteret à prædicamento *Ad aliquid* haud quaquā possent distingui. Primam causam ostendo: impossibile est aliquam esse relationem, quæ posito fundamento, & extremis non consurgat, ergo absque fundamento confinguntur à Scoto: probatur antecedens euidenti quadam inductione in exemplis ab eodem productis, materia & forma sunt extrema relationis, quam appellamus vnionē fundatam absque dubio in actione, qua mediante vniuntur, vt in generatione, vel quapiam alia, sed posita hac actione naturaliter sequitur relatio, erit igitur intrinsecus adueniens. Probo iterum, posita actione, quā vnitionem appellant, naturaliter ponitur eius terminus, cum actionem sine termino *Ad quem*, ex quo propriam capit speciem, dari repugnet, sed terminus vnitionis est res cōstituta ex vnitis partibus, vel partes ipsæ vnitæ, ad quem naturaliter sequitur relatio vnionis inter easdem partes, non est enim intelligibile partes esse vnitas, vel constituentes totum, quin referantur relatione vnionis, ergo repugnat nō sequi talem relationem positis fundamentō, & extremis. Et idem fit argumentū in vnione personali Verbi Diuini, cum sacra Christi humanitate, in qua exemplū desumit Scotus: persona enim Verbi Diuini æterna, & humanitate ex tempore condita positis simul cū actione diuina, per quam vniuntur.

Reijcitur sententia Scoti. 7. Impugnatur. I. Confirm. I. 8. Confir. II. 9.

vniuntur, quam iure vocant vnitionem, statim sequitur relatio realis vnionis ex parte humanitatis, quam Diuinum Verbum terminat.

Conf. III. Etsi propriam conditionẽ *vbi* consideres, tantundẽ reperies, nam relatio locati ad locum, vel loci ad locatum, seu etiam vtraque (si reales esse ambas ponit Scotus) fundatur in approximatione, aut commensuratione locati ad locum, vel circumscriptione loci ad locatum, qua simul cum extremis posita planè est impossibile non oriri relationem, & modo simili posito quocumque alio, quod harum relationum fundamentum vocetur, ergo nulla est talis relatio, quæ his positis nõ oriatur, vel quæ extrinsecus adueniens merito appellanda sit. Hoc argumentum quasi digito ostendit (in

Obserua. ea quidem sententia) Scoti deceptionem, nam

10. cum duæ res non sint relationis extrema, nisi vt stant sub fundamento, à quo relatio procedit, non est intelligibile simul cum eo poni, quin relatio oriatur, ipse verò in exemplis designatis nuda extrema dumtaxat ponit, quibus non adiungit verũ relationis fundamentum, sic autem positis mirum non est, si desit relatio, quemadmodum duobus positis hominibus, nisi ponas processionem vnius ab alio, quam vocamus generationem, quæ verè est ratio fundandi relationem paternitatis, & filiationis, non erit ponenda relatio, quia nec extrema sunt relationis, nisi in quantum vnus homo ab alio procedit.

Sed ostendamus iam secundam falsitatis causam de prædicamentis actionis, & passionis, ac deinde de prædicamento *vbi*. Actio, & passio apud Arist. 3 lib. physicorũ sunt idem motus, qui vt ab agente egressus est actio, vt in passo receptus passio, motus autem nõ est formaliter relatio, sed absolutum quid, probatur euidenter, quia est quoddam fieri rei absolutæ, vt qualitatis, vel quantitatis est itẽ fluxus formæ à principio, est præterea eadem res cum termino, nempè cum eadem quantitate, & qualitate, ergo pugnat cum intrinseca conditione actionis, & passionis esse formaliter relationes: & confirmatur, Quia apud eundem

Aristot. Confirm. Aristotelem eodem 3 physicorum lib. actio non est in agente tanquam in subiecto, sed in passo, vt illud extrinsece denominat, at relatio agentis ad passum est in ipsomet agente, quod formaliter constituit relatiuum, ergo actio,

12. quidpiam est valdè à relatione agentis diuersum, sed de prædicamento vbi non est minus impossibile esse nudam relationem, si principijs Aristotelis fides est adhibenda: ipse enim 5. physicorum statuit ad relationem non posse terminari motum, sed neque ad aliquod ex sex vltimis prædicamentis excepto *vbi*, censet igitur *vbi*, quod motum localem terminat, non esse solam relationem, sed quippiam absolutum. Vidit Scotus argumentum hoc, probe tenens hanc esse expressam philosophi decisionem, sed respondet eum de solis relationibus intrinsecus aduenientibus loqui, quibus non annumeratur *vbi*, quod relatio extrinsecus adueniens est, ac propterea benè potest terminare motum. Sed quam sit friuola hæc solutio, facilè ostendi potest, si mentem Aristotelis teneamus, quem in primis talem relationum distinctionem nunquam somniasse certissimũ est, relationem autem ineptam esse ad terminandum motum idcirco statuit, quia absque subiecti mutatione acquiri contingit propter solam mutationem alterius extremi, fit enim simile hoc album alteri Romæ producto absq; sui mutatione, & si hæc ratio de relationibus intrinsecus aduenientib' procedit, longè profecto melius de his Scoticis relationibus, quæ quo magis procedunt ab extrinseco, facilius sine mutatione subiecti poterunt comparari: & rursus, si relatio acquiritur aliquando sine mutatione subiecti, ideo est, quia eius ratio est ordo ad extrinsecum, ex cuius noua productione oriri contingit, sed hæc ratio communis est cunctis relationibus ab intrinseco, vel ab extrinseco prouenientibus, ergo commune est etiam non posse terminare per se motum, quare *vbi*, quod per se motum localem terminat, non erit nuda relatio. Responsio Scoti. Reijcitur. 13.

Tertia tandem causa falsitatis ex duplici conditione relationis intrinseca ostenditur. Relationis essentia est esse ordinem ad terminum, vnde ab eo accipit essentiam, & speciem, sed relationes ab extrinseco insurgentes essentialiter ordinantur ad terminum (quo simul cum fundamento posito, ait Scotus: non necessario consurgere) ergo eandem habebunt rationem essentialem cum relationibus prouenientibus ab intrinseco, cum notũ sit, hoc, vel illo modo produci, accidentarium esse, vnde fit ad eandem categoriam *Ad Aliquid* referendas esse similes relationes, etiam si admittantur: & si in eis posita est ratio horum generum, nequaquam à prædicamento *Ad Aliquid* separabuntur, vt probat secunda conditio relationis, nempè eius totum suum esse est ad aliud se habere, vnde fit, vt vera relatiua prædicamenti Tertia causa falsitatis, primi extremi. 14. Ratio. 15.

dicamenti

dicamenti *Ad aliud* nihil absolutũ importent, sed solã relationem: hac enim de causa scientiam, & potentiam excludendas esse à prædicamento *Ad Aliquid* censuit Aristoteles, quia absolutum simul cum respectu denotant, ratione cuius dicuntur quidem *Ad aliquid*, cum tamen verè non nisi absoluta sint, sed totũ esse harum relationũ est ad aliud se habere secundũ mentem Scoti, ergo si eis constituuntur sex vltima genera, totum esse eorũ erit modo simili ad aliud ordinari, si quidem absolutũ nihil continet, ergo absq; dubio erunt relatiua prædicamenti *Ad aliquid*, quantumcunque relationes ab extrinseco proueniant.

Secunda opinio ponens essentiam eorũ in denominatione extrinseca.

II. Sententia. SEcundum extremum ex diametro oppositum profitetur, vltima sex prædicamenta rationem pure absolutã continere, non tamen inhærentem alicui subiecto, sed extrinsece adiacentem, & denominantẽ, & vt exemplum in prædicamento *vbi* constituant, nihil aliud esse volunt, quam locum, vt adiacentem & denominantem locatum, vnde dum corpus mouetur, hanc solã denominationem extrinsecã sibi comparat, vt loco circumscribi dicatur. Est itaq; *vbi* in corpore locato nõ inhæsiue, sed per solam denominationẽ extrinsecam, ita vt hæc sola, quæ non est aliud, quam habere locum, sit eius ratio formalis, quã consequitur respectus loci ad locatum, aut locati ad locum, vel alterius ad alterum reciprocus, nõ tamen pertinens ad essentiam *vbi*, sed quasi extra illam connotatus, & secundũ proportionem accipienda est cæterorũ prædicamentorum conditio. Extremum hoc sic explicatum sequuntur Herueus quodlib. 1 quæst. 9. Iauellus 5 metaph. quæst. vltima, Magist. Sotus cap. 9 quæst. vnica de sex vltimis prædicamentis, P. Fonseca ibidem cap. 15 quæst. 7. sect. 3. illud probabile reputat Sonzinas 5. metaph. quæst. 40. & 41. & Caiet. cap. prædicamentorum vltimo in ipsum propendet, quanquam nihil determinet, & videtur doctrinæ D. Tho. consentaneum 3. lib. physicorum lect. 5. & 5. metaph. lect. 20.

16.

17.

I. Argum. Et probatur primo argumento à sufficienti (vt aiunt) enumeratione partium: eiusmodi sex genera non dicunt nudam relationem, vt aduersus Scotum efficaciter probatum est, nec absolutum simul cum respectu, quia hoc est aggregatum quoddam per accidens ex rebus diuersorum prædicamentorum, sed nec purum absolutũ formaliter inhærens, nam communis est totius scholæ vox esse prædicamenta adiacentia, vel extrinseca, vt peculiares eorum conceptus ostendunt, etenim *vbi* nihil est aliud, quam circumscribi loco, *Quando* mensurari tempore, *vestitum esse* vestibus circundari, vel cooperiri, sicque de cæteris: superest igitur pure absoluta esse sed extrinseca, vt expositum est.

II. Argum. Secundo, quia Aristoteles prædicamentum actionis planè facit extrinsecum 3. lib. physicorum docens actionem nõ esse in agente, sed in passo, constituere autem prædicamentum actionis in quantũ in passo existens ab agente procedit, ipsumque extrinsece denominat, & de *vbi* tantundem sentit 8. physic. lib. cap. 7. text. 59. docens mobile per augmentum, & alterationem formam sibi inhærentem comparare, quantitatem videlicet, & qualitatem, nequaquam per motum localem, quod etiam D. Thom. confirm. quæst. 6. de potentia art. 3. contra gentes cap. 81 & 1. p. quæst. 110. art. 3. quod si hæc duo prædicamenta saluantur in sola denominatione extrinseca, saluabuntur etiam cætera, neque opus est nouas exquirere entitates intrinsecas in his minutissimis accidentibus.

Refutatur secunda sententia.

EXtremum hoc vniuersaliter sumptũ non minus falsum est, nec minus doctrinæ Aristotelis aduersum, quã primum, præsertim quantum ad duo prædicamenta passionis, & *vbi*, de quibus sustineri nullo modo potest esse nudam denominationem extrinsecam, & quidẽ de prædicamento passionis expressa est sententia Aristotelis, actionem esse inhæsiue in passo 3. lib. physic. text. 19. nã passum est, quod mouetur recipiens in se motum ab agente in ipsum, in eo igitur est tanquam in proprio subiecto formaliter denominato, sicut enim actio denominat principiũ in quantum ab eo procedens, sic ratio passionis propria est in passo recipi, vsque adeò, vt modi intrinseci, quibus primo diuersa censentur hæc duo prædicamenta actionis, & passionis, sint egredi, & recipi, sed in subiecto recipi non est intelligibile, nisi per veram inhæsionem, ergo verè passio aliquid est formaliter in subiecto, & non sola denominatio extrinseca.

De *vbi* etiam aperte probatur, quia cum sit terminus motus localis, necesse est in eodem
20. mobili cum eo recipi: sed motus recipitur in mobili, vt docet expresse Arist. 3 lib. physic. in principio dicens: *Motum esse actũ mobilis, prout mobile est*, ergo in eodem recipitur terminus, propter quem comparandum mouetur, de cæteris etiam prædicamentis suis locis ostendimus rationes intrinsecas importare.

Tertia sententia singulis generibus vltimis, præter denominationem extrinsecam absolutam, intrinsecum quendam respectum assignans.

III. Et media sententia. Media inter hæc extrema incedunt via cæteri omnes, vtrumque claudere arbitrati, nempe absolutum cum respectu, sed bipartiti sunt, nam quidam pro absoluto ponunt solam denominationem extrinsecam: vt si de *vbi* loquamur, aiunt esse denominationem extrinsecam contextam, quam corpus à loco suscipit, simul cum respectu localis præsentiæ: huius sententiæ videtur frequenter
21. meminisse D. Thom. opusculo 48. tract. de sex vltimis prędicamentis ferè per singula capita, eius autem fundamentum vnicum est, nempè in tribus prædicamentis, substantiæ, quantitatis, & qualitatis collocata esse entia purè absoluta, & in prædicamento *Ad aliquid* purè respectiua, vt igitur sex vltima ab eis separentur, vtrunque importare necesse est, nam si purè absoluta clauderent, nō separarentur à tribus, & si nudos respectus, reducenda forent ad prędicamentum *Ad aliquid*. (Fundamentum.)

Duo aduersus hanc sentent. Sed aduersus hanc sententiam militant planè duo illa argumenta aduersus secundum extremum prziacta de passione, & *vbi*, etenim
22. cum passio sit motus prout in passo receptus, & motus absolutum quid importet mobili inhærens, sequitur passionem quoq; absolutum quid, passo inhærens importare. Secundo opponitur huic sententiæ prædicamentum *vbi*, quod cum per se terminet motum localem & in eodem mobili cum eo recipi debeat, cum constet ad respectum non per se terminari, nequit in sola denominatione extrinseca absolutum consistere, quia nec mobile per se propter relationem comparandam mouetur, nec propter solam denominationem extrinsecam nihil in eo ponentem, necesse est ergo aliquid absolutum, atque intrinsecum concedere prædicamento *vbi*, ratione cuius localem motum per se valeat terminare. His argumentis addo tertium de cunctis (nisi ego fallor) conuincens, III. Arg.
23. nam si præter respectũ nihil intrinsecum important, sequitur tales respectus esse relationes prædicamentales, probatur consecutio, quia cum non claudantur intrinsecè in aliquo absoluto sed nudè inhæreant subiectis, sequitur ea denominare purè relatiua, nihilq; absolutum continentia, sed quorum totũ esse sit ad aliud se habere iuxta definitionem Aristotelis, reuocabuntur ergo sex vltima genera ad prædicamentum *Ad aliquid*, & non constituent categorias ab eo distinctas: quod iam superius explosum est: necesse est ergo præter respectus aliquid absolutum subiecto inhærens eis concedere.

Probabilior sententia statuitur.

Et ita sentit maior modernorũ pars, quæ horum prædicamentorum rationem ex absoluto, atq; intrinseco simul cum respectu constitui asserit, exceptis denominationibus extrinsecis, quas vno, vel alio modo importare censet: & hoc mihi visum fuit semper magis cũ doctrina Aristotelis, & veritate con- (Verior sententia.)
24. iunctum, & respectum quidem, non solum in prædicamento substantiæ, quantitatis, & relationis de contrarietate loquens, prædicamento *vbi* cæterisq; consequenter tribuit, sed vbi cunque de eis aliquod verbum facit, absolutum verò prædicamento *vbi* attribuit 5. lib. physicorum de eo docens, quod motum localem per se terminet, cum tamen solum respectum per se terminare non admittat, quod verò absolutum hoc intrinsecum esse sentiat, citra controuersiam esse debet, cum docet in eodem mobili inhærere terminum motus cum eodem motu, sed de prædicamento passionis expressius id concedit, atque frequentius 3. lib. physicorum, per tria priora capita ostendens in passo recipi, & consequenter de reliquis vltimis generibus suis locis ostendimus nō posse constitui per solam denominationẽ extrinsecam, in qua vera genera, veras differentias, & ex consequenti veras species ex vtroq; compositas reperiri planè repugnat, quare nec vera prædicamenta, quæ non sunt aliud, quam coordinationes ex his coalescentes.

Sed quo nam pacto absoluto simul, ac respectiuo constare possint, difficilè quibusdam visum est, cum ex diuersorum prædicamentorum rebus non nisi vnum per accidens consti- Difficile dubium.
25. tui pos-

tui posset, & prædicamenta (vtpote primo diuersa) non se includant: at si rem accuratius expendamus, videbimus nec nouū id esse, nec singulare in his prædicamentis, sed nec impossibile, etenim duæ species qualitatis præcipuæ,
Soluitur. videlicet habitus, & dispositio, naturalis potentia, & impotentia, præter absolutum qualitatis respectū ad actus, & obiecta, important essentialem quidem: si quidem per illū distinguuntur specie, vt habes apud Arist. 2. lib. de anima cap. 4. & ostendit natura eorum, nā nec scientia, nec potentia intelligi possunt nisi per ordinē ad obiecta, nec distingui specie: nemo enim hanc potentiam ab illa, vel hanc scientiam ab alia, specie potest distinguere, nisi per diuersa obiecta, sed hæc nequeunt ad earū essentiam pertinere, vt ex se constat, ergo pertinet absq; dubio ordo ad illa, à quo si absoluantur, necesse erit à differentia specifici constituente, ac distinguente absolui. Cæterū, respectus isti per hæc accidentia importati nō sunt relationes prædicamēti *Ad aliquid* (vt superius vidimus) cū nec sint ad terminum, sed ad obiectum, vel quippiam aliud speciale, relatio verò prædicamenti *Ad aliquid*, est ordinatio ad purum terminum: ex quo discrimine satis apertè
26. intelligitur diuersitas vtriusq; respectus: nam respicere aliud, vt purum terminum, hoc sibi vult, quod est relationem nullum aliud munus exercere, nisi referendi ad illū, & hoc est, quod Aristoteles, relationem prædicamenti *Ad aliquid* ex propria sententia definiens asseruit esse: *Cuius totum esse est referre ad aliud siue ad terminum:* quasi dicat non habere alium effectum formalem, nisi ordinare ad terminum: & hinc procedit, quod relatiuum prædicamenti *Ad aliquid*, aliud esse non habeat, quam ordinari ad terminum: at respectus secundum dici non est ad aliud, vt ad purum terminum, quia officium eius non est ordinare, vel referre vt sic, sed vnire, attingere, vel quippiam aliud præstare erga illud, ad quod ordinat, quod proinde non vocatur terminus, sed obiectum, subiectum, principium, aut quippiam aliud iuxta diuersam naturam absoluti, quod præcipuè importat: quo etiam fit, vt totū esse horum relatiuorum secundum dici non sit ordinari ad
27. aliud, sed specialem rationē absolutam important, quā respectus ipsi ad obiectum, vel aliud quippiam ordinant. Et propterea non sunt relatiua prædicamenti *Ad aliquid*, quorum totum suum esse est ad terminum ordinari. Huic adiungitur discrimen aliud ex præfato ortum, quod relationes prædicamenti *Ad aliquid* accidunt rebus, quibus conueniunt. Respectus verò secundum dici non sunt eorum accidentia, quin potius rationes eorum essentiales complent.

Et ex vtroque discrimine intelligitur, relationes prædicamentales nō constituere vnum Nota.
per se cū hisce rebus quibus adiunguntur Quia ex accidenti, & subiecto nequit vnū per se fieri, respectus verò secundum dici, aut transcendentales, cum non sint accidentia eorum, quibus adiunguntur, non componunt vnum aliquod accidentale, sed potius sunt complementum vnius per se, in cuius ratione intrinseca imbibuntur. Cessat igitur in eis difficul- 28.
tas de subiecto, & accidente, vnum per accidens constituentibus: intelligitur etiam fieri vltima genera, ac cætera accidentia hos respectus includentia non conflari ex rebus diuersorum prædicamentorum: quia respectus isti non ad prædicamentum *Ad aliquid* pertinent, sed ad eadem prędicamenta absolutorum, quibus conueniunt, si quidem in eorum essentijs imbibuntur.

Respectus denique isti, quos sex vltima genera simul cū absoluto importare asserimus, Nota vltimo.
non sunt transcendentales, vt respectus inhærentiæ aptitudinalis accidentis ad subiectum, quia non vagantur per plura, vel omnia prædicamenta, sed quilibet in solo prædicamento sui absoluti, in cuius ratione imbibitur, collocatur: prædicamentalis est ergo, non qui per se constituit prædicamentum, vt relationes prædicamenti *Ad aliquid*, sed qui in speciali sit prędicamento absoluti, cuius est, & proprio nomine appellantur in schola respectus prædicamentales secundum dici, quos à transcendentalibus ex vna parte, & relationibus prædicamenti *Ad aliquid* ex altera, proprijs differentijs separare ostendimus in prædicamento *Ad aliquid*.

Solutio argumentorum aliarum opinionum.

EX his facilè soluuntur argumenta aliarū opinionum, & in primis vnicum funda- Ad fundament. Scoti resp.
mentum Scoti, cui negandum est sex vltima genera nihil aliud præter respectus extrinsecus aduenientes importare, nam præ- 29.
ter quam quod tales respectus sunt impossibiles, plus etiam, quam veros respectus importare asserimus, nempè modos absolutos, quibus

quibus adiunguntur respectus, vt copiosè à nobis expositum est.

Ex eadem etiam doctrina soluitur præcipuum argumentũ secundæ opinionis in quantum aduersus nostram sententiam militat. Quod verò ad prædicamentum actionis attinet in secundo argumento oppositum, difficultate caret: nam si actionẽ in agente ponas, importabit planè absolutum ei inherens, si verò in passo cum Aristotele, & communi sententia, in primis assero, abstractum prædicamenti actionis, quod est actio, reale, & intrinsecum esse, & in passo inhærere, deinde etiam respectu agentis suo etiam modo esse intrinsecum, intrinsecamq; denominationem ei conferre, suo autem modo intrinsecam esse actionem respectu agentis assero, & ab ea intrinsecam denominationẽ suscipere, quia actio non comparatur ad agens tanquam ad subiectum vti accidentia cætera, sed tanquam ad principium, vnde nec denominatio agentis est denominatio subiecti, sed principij, & in hoc genere intrinseca absque dubio est, si quidem non minus intrinsecum respectum ad principium importat actio, quam cætera accidentia ad subiectum, denominatio igitur egressionis est, vel egredientis, sicut denominatio reliquorum accidentium est inhæsionis, & vt talis intrinseca debet appellari, sicut aliorum in genere inhæsionis vocatur intrinseca, vnde infero, non debere appellari concretum actionis intrinsecum simpliciter, sed cũ distinctione, ita vt extrinsecũ sit inhæsionis, intrinsecum verò egressionis, & hæc sufficiunt, vt verũ sit prædicamentum actionis, neque in concreto, neque in abstracto in sola denominatione extrinseca consistere, sed vtroq; modo acceptum aliquid intrinsecum importare, absolutum quidem simul cum respectu secundum dici, quem actio ad agens, tanquam ad principium egressionis importat.

Ad fundamentum 2. opinionis cum alijs.

30.

Illatum.

Quod autem Aristoteles, & D. Thom. de motu locali docere videntur, per eum non adquiri aliquam formam, in hoc sensu accipiendum est, vt vbi, quod proprius terminus eius est, non sit forma omnino absoluta, nec permanens, sed ex parte respectiua, cuius ratio in ordine ad extrinsecum accipitur, vnde comparatione quantitatis, & qualitatis non appellatur forma defectu vtriusque, videlicet permanentiæ, ac rationis ab intrinseco prouenientis, & in eodem sensu accipitur communis scholæ vox, sex vltima prædicamenta appellantis extrinsecas denominationes, vt ea separet à primis absolutis, quantitate videlicet, & qualitate, nam & si quippiam absolutum importent, iam à nobis suis proprijs locis explicatum: desumptum tamẽ in ordine ad extrinsecum, claudentque simul extrinsecam ab eo denominationem, a quibus cætera prædicamenta aliena sunt. Fundamentum denique tertiæ opinionis euertit planè doctrina à nobis adnotata.

Ad D. Thom.

31.

Quid autem D. Thom. de his vltimis generibus sentiat incertum est, cum in diuersis locis diuerso modo loquatur, duobus enim locis in fauorem secundi extremi allatis docere videtur, quid absolutum, sed extrinsecum importare: at. 5. metaph. lect. 12. respectiuum videtur adiungere, de *habere*, vel *habitu*, statuens claudere respectum indumenti ad inductum, quibus si adiungamus ea, quę apud ipsum certa sunt, nempè actionem esse formam in passo receptam, & *vbi* in mobili, tanquã in proprio subiecto, & vt terminum motus localis in eodem inhærentis recipi, deducitur potius nostra sententia ex eius doctrina, quam opposita.

Ad fundament. III. opin. Sententia D. Thom.

32.

VLTIMA PARS libri Prædicamentorum quam Postprædicamenta vocant.

Explicatio tituli.

1.

Discussis, quæ ad omnia, & singula prædicamenta pertinent: in vltima huius libri parte, quosdam quasi modos, vel rationes proponit Aristoteles multis prædicamentis communes, quas ideò à prædicamentis excludit, & in partem separat, quia & plura transcendunt prædicamenta, & incompleræ cum sint, prædicamentalem dignitatem non pertingunt, earum tamen naturam agnoscere valdè necessarium est ad absolutam prædicamentorum notitiam assequendam: vnde quasi eorum complementum iure possunt appellari: sunt autem numero quinque, oppositio, prius, posterius, motus, & habere, & idcirco quinque capitibus hoc ordine dispositis ab Aristotele explicantur.

CAP.

CAPVT VNDECIMVM.

DE OPPOSITIS.

De oppositis autem, quot modis soient opponi dicendum est. dicitur enim alterum alteri opponi quadrupliciter, aut vt ea, quæ ad aliquid, aut vt contraria, aut vt priuatio, & habitus, aut vt affirmatio, & negatio, &c.

TEXTVS EXPOSITIO.

Diuisio. 1. *Primum postprædicamentum ponitur oppositio, cuius naturam in concreto explicat Aristoteles: vt notior fiat, partitur autem caput in tres partes, primo oppositionem diuidens in quatuor membra, singulaque propria descriptione definiens: deinde quamlibet oppositionem cum cæteris conferens, priuatiuam præsertim, & contradictoriam, ac tandem, quæ propria sunt contrariæ oppositionis tradens:*

Quadruplex oppositio. Alia relatiua. *Oppositio quadruplex, est relatiua, cōtraria, priuatiua, & contradictoria: relatiuè opponuntur, quæ non habent aliud esse, quam ad suum oppositum ordinari, atque illius esse vt duplum dimidio opponitur, filius patri, cuius esse dicitur.*

Contraria alia. *Contraria sunt, quæ cum ad ad inuicem non ordinentur, sibi tamen inuicem contraria dicuntur: vt bonum & malum, neq; enim bonum mali dicitur bonum, quemadmodum pater dicitur filij pater, sed nec è diuerso malum dicitur alicuius boni malum: quodlibet*
2 *tamen dicitur alteri contrarium. Duplicem continet particulam præsens contrariorum descriptio, vna est, non ordinari ad inuicem, vel non esse relatiua, quod priuatiuis, vel cōtradictorijs commune est: altera esse sibi inuicem contraria: prima autem particula ponenda potius fuit in definitione contrarietatis, quam aliarum oppositionum, quia contraria valde similia sunt relatiuis, nam etiamsi absolutas importent formas, quodammodo ratione contrarietatis ad se inuicem ordinātur: ideo ab eis separanda statim fuere: secunda verò à cæteris oppositionibus contrarietatem separat affirmans, esse sibi contraria extrema, hoc est, esse formas circa idem subiectum repugnantes, quòd à priuatiuè, et contradictoriè oppositis alienum est, quarum alterum extremum non est forma, sed negatio forma: exemplum esse potest in calido, & frigido, bono. & malo, quæ absolutas important, non relationes, atque etiam positiuas, cum tamen alterum extremum contradictoriæ oppositionis, vt non sedet, vel ambulat, absoluta sit negatio: alterum verò oppositionis priuatiuæ negatio determinata, nempe in subiecto apto, vt cæcum priuationem visus denotat circa subiectum eum habere natum, sufficienter igitur per vtramque particulam separata à reliquis oppositionibus contrarietas atque explicata est.* 3

Contrariæ oppositionis diuisio. *Quam diuidens Aristoteles, aliam esse ait cuius nullum est medium, sed posito eorum subiecto necesse est ei inesse, alteram contrariorum: talis sunt conditionis par, & impar, sanum, & ægrum: etenim si semel numerum ponas necesse est parem esse, vel imparem, & si hominem, vel equum, ægrum, vel sanum.* 4 *Proprium autem contrariorum subiectum est illud, circa quod versari apta sunt vt numerus proprium subiectum est paris, & imparis: circa hoc igitur medio carent prædicta contraria, nam circa commune quælibet contraria medium habent, vt circa corpus sanitas, & ægritudo, si quidem caleste corpus, aut lapideum, nec sanum, neque ægrum dicitur: quædam alia sunt contraria, quæ etiam circa proprium subiectum admittunt medium: quia non est necesse alterum eorum inesse, vt album, aut nigrum, prauum, aut studiosum: etenim mixtum corpus non necesse est album esse, vel nigrum, sed potest medio colore affici, vt si sit pallidum, vel rubrum, nec hominē studiosum, vel prauum, sed indifferentem conditionem habitualem habere, contingit:* 5 *talis est enim prius, quam virtutum, vel vitiorum habitus comparet. Quod stare potest, etiamsi nullus sit actus indiuidualis indifferens: medium autem contrariorum (vt præfata exempla ostendunt) duplex est. Vnum quasi*

quasi positiuum, quod vtreque extremo participat, vt medius color, aliud quasi negatiuum in negatione potius extremorum consistens, vt indifferentia medium tenet inter vtrunq; extremum negans: & idcirco huic medio non est nomen impositum, sed per negationem extremorum à nobis concipitur.

Alia priuatio. Tertium membrum diuisionis est oppo-

6. sitio priuatiua, quam in abstracto, & in concreto describit Aristoteles, vt illustriorem reddat.

Describitur in abstracto. In abstracto quidem hoc modo, habitus, & priuatio nata sunt fieri circa idem aliquid ordine: in qua duo continentur, vnum est ordo ad subiectum, aliud modus, quo circa illud versantur.

7. Primum sic accipiendum est, vt intelligamus priuationem, & habitum non solum circa idem subiectum versari, id enim contrarijs etiam commune est, sed circa idem subiectum speciale, nata quidem sunt contraria fieri circa idem subiectum secundum speciē, vel numerum, aut etiam secundum genericam identitatem: itaq; vnitas subiecti in his non coarctatur ad numericam, vel specificā, sed generica esse potest, constat in albo, & nigro, calido, & frigido, quæ circa genus corporis versantur, atq; ex consequenti circa corpus talis speciei, & circa tale corpus indiuiduum, at subiectum habitus, & priuationis, ad vnitatem numericam, & specificam coarctatur, vt visio, & cæcitas non fiunt nisi circa oculum, vel totalem oculum: ideò Aristoteles eiusmodi definiens non dixit circa idem subiectum fieri, sed circa idem aliquid, hoc est, circa subiectum secundum speciem, vel numerum, nec tamen quomodocumque circa illud fieri nata sunt, sed ordine quodam In primis enim non possunt esse simul in eo, repugnat enim idem subiectum simul formā habere & carentiam eius, simul habere visum, & cæcitatem, simul esse sub luce, & te-

8. nebris, sed successiue vnū post aliud subiecto inesse necesse est, nec tamen id sufficit, si quidem eandem subire legem contraria ostendit Aristoteles in calce capitis: sed propria huius oppositionis conditio est, tali modo se habere circa idem subiectum, vt semper post habitum priuatio fieri possit, non tamen è diuerso semper post priuationem habitus, vt paulò inferius docet Aristoteles oppositionem priuatiuam conferens cum contraria.

Descriptio autem eiusdem oppositionis in concreto sic habet: priuari, vel priuatum esse illud dicitur, quod caret habitu, vel forma, quam habere aptum est, atque eo tempore, quo natum est habere, duo itaque requiruntur, & sufficiūt, vt subiectum priuatum esse dicatur, vnum vt careat forma, vel habitu, quo habere natum est, non enim dicitur lapis cæcus, licet visu careat, cum non sit aptus habere illum, sed nec satis est, vt sit natū habere, sed requiritur circumstantia temporis, nempe vt eo tempore careat, quo natum est habere: exemplum esse potest in catulo ante nonum natiuitatis diem, ac de puero recenter nato: ille enim, & si visu careat, cæcus propriè non dicitur, quia non est natus eo tempore habere visum, nec puer dicitur edentulus, hoc est, dentibus priuatus eandem ob causam: nec tamen censendum est, ait Arist. idem esse priuationem in abstracto, atq; in concreto, sed valde diuersa sunt, haud dubium, quin tanquam forma, & subiectum eadem affectum, vt album, & albedo: probat hoc ipsum duplici ratione, prima, habere visum quippiam diuersum est à visu, cum illud subiectum, in quo inhæret forma, importet, visus vero solam formam, vel potentiā visiuam, & modo simili cæcitas, & esse cæcum diuersa sunt, illud siquidem subiectū cæcitate affectum, hæc verò solam visus carentiam denotat, sed cæcum esse est priuari, vel esse priuatum, cæcitas priuatio, ergo diuersa sūt priuatio, & priuatum esse.

Secunda, si cæcitas, & cæcum esse pro eodem reputarentur, absque dubio prædicarentur de eadem re, sed consequens est planè falsum, cū verum sit de homine enūciare, quod sit cæcus, falsum quòd sit cæcitas, ergo nō sūt idem, sed certe differunt quasi differentia includentis, & inclusi, nam priuari includit subiectum, nequaquam priuatio, nihilominus eūdem habēt oppositionis modum, nempe habitus, & priuationis: tale est enim priuatū esse

Describitur, & in concreto.

9.

I Ratio.

10.

II. Ratio.

ab ea-

ab eadem priuatione, ergo quemadmodum hæc forma opponitur, vel habitui, eodem pacto priuari, vel priuatum esse oponitur ei, quod est habere formam, vel habitũ, vt priuatum esse visu, priuatiue opponitur ei, quod est visum habere.

Oppositio contradictoria.

Postremum membrum est, oppositio contradictoria, quæ nõ cõuenit rebus, nisi vt conceptibus apprehenduntur, aut vocibus significantur, idcirco per affirmationem, & negationem eam describit Aristoteles dicens ea opponi contradictorie, quæ tanquam affirmatio, & negatio opponuntur: aduertit tamen quemadmodum in oppositione priuatiua, rem sub affirmatione, & negatione significatam diuersum quid esse ab ipsamet affirmatione, & negatione, nam affirmatio non est aliud, quam oratio affirmatiua, negatio vero oratio negatiua: quod autem affirmatione, & negatione designatur, non est oratio, sed res: gratia exempli, hominem sedere & non sedere sunt quædam orationes, affirmatiua illa, negatiua hæc: res autem significata est homo sedens, vel non sedens ab eisdem orationibus valde diuersus. Cæterum cum oppositio contradictoria affirmationi conueniat, & negationi, vt sunt signa diuersarum rerum, atque etiam rebus ipsis in quãtum eisdem significantur, idem est oppositionis modus in vtrisq;, ita vt quẽadmodum opponuntur contradictorie hominem sedere, & non sedere, aut homo, & non homo, sedẽs, & non sedens: pari ratione res significata, videlicet homo ipse talem habens positionis differentiam, & non habens illam.

Secunda huius capitis pars priuatiuam oppositionem cum relatiua, atque contradictoria offert, etenim de relatiuis, & contradictorijs planè ostenderat Aristoteles earum naturã à cæteris esse distinctam, ideo de sola priuatiua, & contradictoria ostendere vult, non coincidere cum reliquis, præsertim cum relatiua, & contraria, & quidem quod priuatiua cum relatiua non coincidat, duplici ostendit argumento. Primo, nam relatiue opposita eiusmodi sunt, vt totum esse vnius sit ad oppositum ordinari, sed non sic se habent priuatiuè opposita, nec enim esse formæ est ordinari ad priuationem, neq; ex opposito esse priuationis ordinari ad formam, visus namque non ordinatur ad cæcitatem, nec cæcitas ad visum, ergo diuersa sunt à relatiuis.

Secundo, relatiua dicuntur ad conuertentiã, Pater namq; Filij Pater est, & Filius Patris est Filius, sed in priuatiuè oppositis similis cõuertentia non reperitur, nec enim visus alicuius cæcitatis est visus, nec cæcitas alicuius visus, ergo non coincidunt istæ duæ oppositiones. 14

Quod verò cum contraria non coincidat prolixius ostendit Philosophus, nos verò ad breuẽ huius rationis summã probationem eius reuocamus. Quadruplex est conditio contrariorum, etenim si ex medio vacantibus sint, ita se habent, vt proprio subiecto alterũ necessario, ac semper insit: constat in ægritudine & sanitate, quarum altera harũ formarum semper inest homini, si verò sint ex his, quæ mediũ admittunt, neutrum ex necessitate inest proprio subiecto: non est enim corpori mixto inesse semper albedinẽ, vel nigredinẽ, cũ medio possit colore affici: horum item, quæ medium admittũt, si naturaliter insint, talis est conditio, vt vnum determinate insit, non vnum, vel alterum, calor enim determinate inest igni, ita vt nunquam sit naturaliter frigidus, albedo cygno, nigredo pici. Postrema tãdem quorumlibet contrariorum conditio est, vt subiectum possit ab vno ad alterum reciproca mutatione transire, vt de calido fieri frigidũ, ac de frigido calidum, de sano ægrum ac de ægro sanum, de studioso prauum, de prauo studiosũ, ab his autẽ conditionibus aliena sunt priuatiuè opposita, & in primis non semper necesse est, vt proprio subiecto alterũ insit, vt in contrarijs medio vacãtibus, catulus enim absolutè consideratus propriũ subiectũ est visus, & cæcitatis, simpliciter enim loquendo vtrumq; habere potest, & tamen pro aliqua temporis differentia potest ab vtroq; absolui: nam ante nonã diem, nec videns, nec cæcus appellatur, cum tamen subiectum contrariorum vacantium medio nullo tempore absolui possit ab vtroq;: & rursus in eodẽ exemplo constat aliena esse à conditione contrariorum

rerum medium admittētium, nam & si pro breui illo tempore non sit necesse alterum inesse, eo tamē exacto omninò necessarium est, nam post nonum diem repugnat catulum nō esse videntem, vel cæcum, cum tamen contraria mediata talia sint vt semper possit subiectum ab vtroque absolui. Tertia item contrariorum conditio repugnat priuatiuè oppositis, non est enim necessarium vllum subiectum eorum altero determinatè affici naturaliter, sed potest vno, vel altero, homo enim vel equus naturaliter sunt, vel videntes vel cæci à natiuitate, siquidem vnam vel alterā conditionem sortiuntur, cum tamen neque ignis à sua generatione frigidus esse possit, nec niger cygnus, nec pix alba, ac tandem in po-
16 strema dissident conditione, qua subiectum priuatiuè oppositorum non potest habere reciprocam transmutationem ab vno ad alterum naturaliter, etenim licet homo possit de vidente fieri cæcus, vel de vita ad mortem transire, repugnat tamen naturaliter de cæco ad videntem redire, vel dum iam mortē obijt, ad vitam reuocari, nam à priuatione ad habitum non est regressus, collatis igitur vtriusque oppositionis conditionibus constat valdè diuersas esse.

Discrimen contradictorie oppositis cū cæteris.

Oppositionem deinde contradictoriam cō fert cum cæteris, probatq́, hoc vnico argumento diuersam esse ab eis in oppositione contradictoria necesse est vnum extremum esse verum, aliud falsum, id non reperitur in alijs, diuersa igitur erit ab eis, maior huius syllogismi innititur illi principio vniuersalissi-
17 mo, impossibile est de eodem esse veram affirmationem, & negationem, nō secus, ac simul esse, & non esse, minorem verò sic ostendit: alia opposita vel accipiuntur tanquam incomplexa, vt pater, & filius, album, & nigrum, videns, & cæcum, & iste modus conueniens est eorum naturæ, sic autem nihil verum continent, vel falsum, siquidem veritas vel falsitas in sola compositione, vel enunciatione reperitur, non in simplicibus, seu incomplexis qui enim album, vel nigrum profert, nihil verum dicit, vel falsum: si verò per modum complexionis ea velis accipere, vt dum affirmamus Socratem esse sanum, vel infirmum, cæcum, vel videntem, patrem, vel filium, verum quidem continebunt, vel falsum, adhuc tamen non erit necesse vnum extremum esse verum, aliud falsum, vt in contradictorijs, quia si de subiecto non existente dicantur, vtrunq́ est falsum, vt de Petro, vel homine, quod sit albus, vel niger, cæcus aut videns, pater, aut filius, si verò de subiecto existente, falsum esse vtrumque etiam potest, vt con- 18
stat in contrarijs medium habentibus, nec enim necesse est Petrum esse album, vel nigrū, patrem, vel filium, nec etiam catulum videntem, vel cæcum, cum tamen in cōtradictorie oppositis necesse sit vnum extremum esse verum, aliud falsum de subiecto existente, vel non existente.

I Contrariorum cōditio.

In calce tandem cap. 5. contrariorum conditiones congerit, ex quibus notior eiusmodi oppositio redditur, & est prima, bono ex necessitate contrariatur malum, malo vero & bonum, & aliud malum, cuius talis est sensus si bonum habeat contrarium (non est enim necesse illud habere in particulari, cum nonnulla sint bona, quæ contrario carent) non po- 19
test esse aliud nisi malum, cum tamen contrarium malo non solum bonum, sed aliud malum esse contingat, gratia exempli, timiditas vitium est fortitudini contrarium, nec tamē sola virtus fortitudinis ei opponitur sed aliud vitium, nempè audacia, etenim licet fortitudo vnica sit virtus, duplex habet contrarium vitium, vnum per excessum, & hoc est, audacia, per defectum aliud, nempè timiditatem, & verè eiusmodi duo vitia non solum virtuti opponuntur, sed inter sese, cum sint extrema.

II Conditio.

Secunda conditio contrariorum est, posse vnum sine alio in rerum natura existere, vt sub genere caloris possibile est sola existere alba, & sub genere primarum qualitatum sola calida, huius autem ratio est distinctio oppositionis contrariæ à relatiua, nam cum relatiuorum essentia in ordine, ac dependentia vnius ab altero posita sit, necesse est vtrumq́ simul existere, & vno pereunte aliud etiam perire, at natura contrariorum absoluta est, ideò vnum ab altero non dependet quantum ad existentiam.

Ter-

III. Conditio. *Tertia, contraria non possunt simul esse in eodem subiecto, quam limitare solent ad eandem partem, nam in diuersis bene possunt, & rursus ad gradus intensionis, quia sub remissis in cunctis reperiuntur mixtis corporibus. Vera sunt hac, sed (mea quidem sententia, non necessaria in hac parte, nam qua in gradu remisso, vel in diuersis partibus subiecto inhærent, non denominant illud simpliciter, sed secundum quid, verum est igitur de contrarijs subiectum simpliciter denominantibus (de quibus absque dubio intelligit Aristoteles) absq; ulla limitatione non posse simul in eodem subiecto existere.*

21

IV. Cōditio. *Quarta conditio est, circa idem specie, vel genere fieri posse: hoc pertinet ad materiā, vel subiectum contrariorum, vnde sensus eius est, subiectum eorum esse vnum genere, aut specie, album namque, & nigrum circa corpus mixtum fieri apta sunt, quod genus est corporis: virtus item, & vitium circa animam rationalem, qua vna est secundū speciem atomam.*

22

Vltima cōditio. *Vltimo, contrarijs attribuitur esse sub eodem genere, vel generibus cōtrarijs, vel certe ipsamet esse genera contraria, exemplum esse possunt album, & nigrum, qua sub eodem genere coloris proximo collocantur: iustitia & iniustitia sub contrarijs, nempè sub virtute, & vitio, bonum denique, & malum, quæ cum vniuersaliora sint genera, contraria possunt appellari. Cæterum quolibet horum trium modorum se habeant, semper sunt sub eodem supremo genere, hoc est, in eodem prædicamento, etsi propriam, atque completam contrariorum rationem habeant, in solo reperiuntur prædicamento qualitatis.*

CAPVT DECIMVM secundum.

PRius autem alterum altero dicitur quadrupliciter: primo quidem, & maximè propriè secundum tempus: secundum quod antiquius alterum altero, & vetustius.

TEXTVS EXPLANATIO.

In quibus inueniatur modus prioris. *MODVS prioritatis multa prædicamenta sequitur, nam in substantia inuenitur, prima, & secunda, in prædicamento ad aliquid, vel qualitatis scibile prius esse, quam scientia dicitur, & sensibile, quam sensitiua potentia, & in cæteris accidentium categorijs ordo prioris, & posterioris ponitur, secundum quē vnum prius inhæret, atque enunciatur de substantia, aliud posterius: iure igitur optimo inter postprædicamenta enumeratur, cuius quatuor modos, qui suo tempore in schola circunferebantur, deinde alium quasi à se inuētum recenset.* 1.

I Modus. *Primus modus prioritatis est, secundum quem vnus altero prius tempore dicitur, vt qui hodie nascitur, priorem absolutè vocamus nascituro cras, & hanc vocat perfectissimam prioritatem, & qua talis dicitur simpliciter: cuius ea est ratio, quia quæ nōdum in tempore sunt, non dicuntur esse absolute, ergo quod est prius tēpore, cum iam habeat esse, prius absolutè dicetur eo, quod tunc temporis non est, etiamsi futurum sit.* 2.

II. Modus. *Secundo modo prius illud vocatur, à quo non conuertitur subsistendi consequētia, quo pacto vnum est duobus prius, valet enim sūt duo, ergo vnum, sed non sequitur, est vnum, ergo sunt duo.*

III. Modus. *Tertius modus prioritatis non est ratione essendi, sed ordinis, quædam enim sic sunt ordinata, vt in tali ordinatione vnum sit prius posterius alterum, vt in scientijs tradendis talis est constitutus ordo, vt principia sint conclusionibus priora, eorumque notitia prius sit tradenda: in oratione Grammatica priora sunt elementa, vel literæ syllabis, atque etiam syllabæ dictione, dictio autem oratione, ex qua conflatur, & in oratione Rhetorica, exordium narratione prius est, nam etiamsi posterius proferatur, prioritatem tamen ordinis retinet: quia in oratione bene disposita priorē tenet locū.* 3.

IV.Modus. *Quarto modo prius dicitur illud, quod dignitate, vel honore antecedit cæteros, quo*
4. *genere prioritatis multis honorabiliores, magisq́; à se dilectos priores apud se appellare consueuerunt, sed hunc modum minus proprium esse docet, ea quidem de causa, quia non tam in ratione essendi, vel ordinis innititur, quam in hominum apprehensione, & hos quatuor modos communes esse asserit.*

V.Modus. *Quibus alterum à se inuentum addendũ existimat, quo vnum prius altero dicitur, quod sic cum eo conuertitur, vt eius sit causa hoc genus prioritatis versatur inter enunciationem, & rem significatam, nam vere con-*
5. *uertuntur hominem esse, & enunciationem id significãtem esse veram, legitima est enim consecutio, vera est enunciatio, ergo res ita habet, ac per eam enunciatur, & rursus, ita res habet, ergo enunciatio id enuncians vera est, sed rem esse, causa est veritatis, cum sit quasi obiectum enunciationis, ab eo, namq́ue quod res est, vel non est, vera, vel falsa enunciatio dicitur, & propterea prius est esse rei, quam veritas enunciationis. Et his continetur textus Aristotelis.*

CAPVT DECIMVM tertium.

DE MODIS SIMVL.

SIMVL autem dicuntur simpliciter quidem, & proprijssimè, quorum generatio in eodem est tempore, neutrum enim eorum, neque prius, neq; posterius, &c.

TEXTVS EXPLANATIO.

Quid in eo proponat Arist. NON *eget caput diuisione, sed in eo tres modos simultatis proponit Aristoteles, quorum primus est simultatis*
I. Modus simultatis. *temporanea: ea simul tempore dicuntur,*
1. *quæ eodem tempore generantur, vel fiunt,*
II.Modus. *vt si duo paruuli in hoc temporis instanti generentur, simul tempore dicuntur esse, & iste est proprijssimus modus simultatis. Secũdus est simultatis natura: dicuntur autem simul natura ea, quorum mutua est conuersio consequentia, & neutrum est alterius causa, vt duplum, & dimidium, Pater, & Filius, et cuncta vere relatiua, de quibus adnotatum est in prædicamento ad aliquid, quod posita se ponunt, & interempta se perimunt, & verè ita est, quod vnum non est causa alterius: producit pater filium, vereq́ue proinde causa illius est, non tamen secundum formalem rationem patris, & filij, nam eiusmodi relationes generationes sequuntur, sed secundum materialem hominis, vnde solum ex hoc fit, hunc hominem generantem prius natura esse hoc homine genito: nunquam tamen pater prius est filio, sed simul natura cum eo.*

Tertius modus simultatis est idem genus ex æquo diuidere, vnde differentiæ, atque III.Modus.
species ex æquo diuidentes genus, simul natura esse dicuntur, ex æquo autem genus di- 3
uidere, non est aliud, quam æquè proximè, quemadmodum volatile, gressibile, & aquatile proximè diuidunt genus animalis, minimè tamen rationale, irrationale, & reptile, hæc enim postrema differentia non diuidit proximè animal, sed animal iam per irrationale constitutum, quod est aliud genus animalis inferius: vnde nec simul natura est cum cæteris duabus differentijs, vel speciebus, sed posterior, cum genera semper sint speciebus priora.

CAPVT DECIMVM quartum.

DE SPECIEBVS MOtus.

MOtus autem species sunt sex, generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, & secundũ locum mutatio, &c.

TEX.

TEXTVS EXPOSITIO.

Diuisio cap. DVplicem continet partem præsens caput, in quarum prima enumerat sex species motus, probatque inter se distingui, alterationem præsertim, & augmentationem: in secunda docet, quid motui, quæ etiam singulis speciebus contraria sint, species motus sunt sex: generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio: & secundum locum mutatio: & quidem de generatione, & corruptione constat diuersos esse motus, cum per vnam substantia producatur, corrumpatur per aliam: de augmentatione item, & diminutione, oppositi si quidem motus sunt: ad maiorem quantitatem illa tendens, hæc vero ad minorem: ac demum de motu locali, quo ab vno in alium locum corpus se transfert: sed de augmentatione, & alteratione aliquale posset suboriri dubium, an sint distincti motus à reliquis. minor tamen dubitatio de alteratione esse potest, cum experientia compertum sit, separatam à cunctis esse, contingit enim corpus alterari, cum calefit, & nec generari, cum iam sit, nec corrumpi, cum integrum, saluumque in ipsa alteratione perseueret, aqua enim dum calefit, & postquam calefacta est, durat secundum substantiam: sed nec augetur per alterationem, nec diminuitur, vt ipsa experientia docet, & clarius, est localiter non moueri, est igitur distinctus motus ab his: de augmentatione non est adeò nota distinctio, cum alterationi coniuncta sit semper: oportet enim alimentum in substātiam aliti conuertendum alteratione disponi, & rursus corpus, quod augetur, cum maius fiat, ad maiorem locum occupandum extendit se, quapropter localiter simul moueri necesse est. Videbitur ergo alicui non esse motum distinctum ab his duobus, cum non sit ab eis separatum: probat nihilominus Aristot esse distinctū quodam exemplo Geometrico quadrati, intra cuius latera producto Diametro fiunt duo quadranguli altera parte longiores simul cum quadrato paruo, & duo quadranguli appellantur supplementa: paruum vero quadratum simul cum eis sumptum dicitur Gnomon, vt in depictis figuris ostēditur, et videre poteris, vnde posito, quod iam videris: ecce quo pacto Gnomone circūposito, hoc est, intra ipsum constituto, crescit quadratum primum absq; aliqua alteratione, vel alio motu: separatur ergo à cūctis augmentatio, atq; adeò motus distinctus est ab eis. Exemplū hoc non probat ab eodem, sed à simili, nam in his figuris mathematicis non datur propria augmentatio mathematica, si quidem à materia sensibili, & motu physico abstrahunt, vera autem augmētatio motus physicus est: vnde in eis nequaquam reperitur, sed probat efficaciter à simili, nam quem admodum in prædicta figura contingit augmētum ex sola circumscriptione aliarum, pari ratione augmētum naturale, & si alijs sit coniunctum motibus, ex sola accessione alterius corporis in substantiam praexistentis conuersi: eiq; proinde per physicam continuationem coniuncti perficitur.

Docet tamen in postrema parte textus motum in communi consideratum vnum habere contrarium, nempè quietem. in particulari vero motus quisq; duplex habet contrarium, quasi cōmune aliud, aliud vero speciale, etenim si generatio cōsideretur sub ratione motus in substantia, ei opponitur quies in substantia: si vero in quantum est talis species motus oppositam habet corruptionem augmentationi, in quantum est motus ad quantitatem opponitur quies in quātitate, at secundum peculiarē rationem augmentationis, quæ est ad maiorem quātitatem opponitur diminutio: alteratio, vt motus in qualitate oppositū habet quietem in qualitate, vt dealbatio nigrefactionem, calefactio frigefactionem, & motus localis, in communi habet oppositum quietem in loco, in particulari vero motui sursum opponitur motus deorsum.

CAPVT DECIMVM quintum.

DE MODIS HABERE.

HAbere secundum plures modos dicitur, aut enim vt habitum, & dispositionē, aut aliā aliquam qualitatem, &c.

TEXTVS EXPLANATIO.

Septem acceptiones Habere.

POSTREMVM inter postprædicamẽta locum tenet Habere, *cuius septem acceptiones, vel modos affert Aristot. capite præsenti. Primus est, à quo dicimur*
1. *habere qualitatem, vt habere intellectum, virtutem, aut scientiam: secũdus modus est, habere Quantitatem: dicimus enim corpus*
2. *aliquod habere magnitudinem bicubitam, vel tricubitam: Tertius modus est habere ea*
3. *quæ circumstant corpus, vt vestẽ, aut tunicam: quarto modo habere aliquid nõ in toto*
4 *corpore sed in aliqua eius parte, ratione cuꝰ totus homo dicitur illud habere, vt annulum*
5. *vel pileum: quintus modus est habere partem ipsam, vt caput, & manum, sexto modo*
6 *vnum corpus dicitur habere aliud tanquam continens illud, vt amphora vinum, modius triticum: septimus, ac postremus habendi* 7.
modus est per modum possessionis, quo pacto vir dicitur habere vxorem, & vxor virũ, 2.
hunc autem modum impropriissimum vocat Aristoteles, nam solum dicitur vir habere vxorem, & vxor virum, quia matrimonio sunt coniuncti, aut propter cohabitationem legitimam in eo fundatam. Plures alios modos habendi recenset Aristoteles 5. metaph. Nota vltimo.
cap. 23. text. 28. ac propterea addidit in calce præsentis capitis alios forsan esse, sed qui magis sunt communes, minusq; impropriè dicuntur, septem explicati sunt, ac propterea 3.
merito excluduntur cæteri. Et his absoluta est prædicamentorum expositio ad maiorem Dei Gloriam, *& studiosorum vtilitatem.*

INDEX CAPITVM, ET QVAESTIONVM, QVÆ IN PROOEMIALIBVS, VNIVERSALIBVS, PRAEDICABILIBVS, ET PRAEDICAMENTIS CONTINENTVR.

Appen-

Caput secundum, De genere cum expositione textus col. 302.

Caput tertium de Specie, cum expositione textus, col. 353

Caput quartum, De differentia cum textus expositione, col. 438.

Caput quintum, De Proprio cum expositione textus, col. 547.

Caput sextum, De Accidenti cum expositione textus, col. 582.

Caput octauum, De prædicamento qualitatis cum expositione textus, col. 1139

Caput nonum, De prædicamento actionis, & passionis, col. 1192.

Caput decimum, De cæteris prædicamentis, col. 1198.

Caput vndecimum, De oppositis cum expositione textus col. 1241.

Caput duodecimum, De modis prioris, cum expositione, col. 1249.

Caput decimumtertium, De modis simul cum eius expositione, col. 1251.

Caput decimumquartum, De speciebus motus cum expositione textus, col. 1253.

Caput decimumquintum, De modis Habere cum expositione textus, col. 1255.

INDEX
RERVM OMNIVM QVÆ IN HAC PRIORI PARTE CONTINENTVR.

Litera C. denotat columnam, Litera N. numerum.

A.

In an-

Entitas

 Habere

Natura

An

Relatiuum.

Respectus.

S.

Sanitas

Sciendi modus.

Scientia.

Situs.

Sol.

Species.

Substantia.

FINIS.